

# GALENI


## OMNIVM OPERVM QVINTA CLASSIS,

*In qua insunt libri, qui ad morborum curationem  
pertinent: eamque continent.*

In quibus emendandis, & nuper de græco sermone in latinum conuer-  
tendis, quantum operæ, studijque positum sit, æquo lectori  
æstimandum relinquimus.

*Index librorum versa pagella habetur.*

CVM PRIVILEGIIS.



V E N E T I I S,  
Apud Vincentium Valgrisium.  
M D L X I I.

# G A L E N I


## OMNIVM OPERVM QVINTA CLASSIS,

*In qua insunt libri, qui ad morborum curationem  
pertinent: eamque continent.*

In quibus emendandis, & nuper de græco sermone in latinum conuer-  
tendis, quantum operæ, studijque positum sit, æquo lectori  
æstimandum relinquimus.

*Index librorum versa pagella habetur.*

CVM PRIVILEGIIS.



V E N E T I I S,  
Apud Vincentium Valgrifium.  
M D L X I I.





ac non interueniente quopiam, neque ex accidente. Ac si ita quidem, facultate esse calida, ut si refrige-  
rent, frigida. Nam per deos immortales, unde nam dicere possumus, an calidum sit facultate album pi-  
per, granum cnicidum, cnicus, calx, & neratrum album, aut unde quod frigidus sit samius asfer, terra se-  
linutha, ceruilla, iux, & lac omnia enim ea coloris sunt candidi, uiribus uero uel maxime pugnant. Sunt  
ergo calx & calx colore simillima, uiribus autem pugnantissima: sed pugnantiam sensus diiudicat. Siqui-  
dem autem applicatam profinus ac primo statim occursum frigidam percipimus, & quoad tangatur, ma-  
gis semper magis que frige facere sentimus. Videmus porro ipsam neque durare, neque seruari posse, si  
uel leuis calor occupet. At calx neque primo occursum refrigerare percipitur, & usque dum applicata ma-  
net, percipio magis ac magis excafcit. Ex quo constat ex eo quod semper unum idemque efficiat,  
quoad nos contingit medicamen, propriam eius iudicandam esse facultatem.

*Quo pacto discernitur quod ex accidente quid faciat, ab eo quod propria facultate.* Cap. 3.

**E**tenim quod ab initio ad finem usque dum applicatum est, magis semper calfacit: id nou ex acci-  
dente, sed ex sua natura est tale. Sic etiam quod a principio ad finem usque refrigerat, ex sua facul-  
tate est frigidum, non ex accidente. At sane si nihil moratus, atque ex posteriore, ac post ablationem  
facultatem eius expendere uoles, sapenunero falleris. Ac forte non nunquam aquam frigidam, non  
frigidam modo, sed & calidam possidere facultatem dices: ubi uidelicet frige facere semper dum nos  
contigerit apparebit, frigidam: ubi uero calorem reuocabit, calidam. Quare haec indistincta re-  
linquenda non sunt. Dandaque insuper opera, ut quodcumque medicamentum in iudicium uocare uelis  
(id quod in libris de Temperamentis monuimus.) omnis sit expertus alienae tum frigiditatis, tum calidi-  
tatis: ne uidelicet naturam eius facultatem adscritta qualitas adulteret. Ad haec quae & ipsa praeci-  
piunt, nutrimentum a medicamento distinguit, atque ea utraque ad aliquid dici mentio: tum circa ean-  
dem saepe substantiam consistere, uelut & id quod monstrauimus. Nec scilicet quod quaedam tota sub-  
stantia in se mutuo & agant & patientur: quaedam uero una duntaxat, aut duabus qualitatibus. Super  
haec, alia idem esse tenuia, hinc tenuium partium, alia crassa, hinc crassarum partium. Tenuia quidem,  
quae facile in tenues comminui partes possint: crassa, quae contra. Atque ut semel dicam, omnium me-  
minisse distinctionum oportet, quas in tertio de Temperamentis posuimus, ut secundum illas medica-  
mentorum omnium speciei facultas explorari ualeat.

*De aqua facultate.* Cap. 4.

**E**sto sane prima nobis in contemplationem proposita aqua: quod nimirum ea & communissima ho-  
minibus omnibus sit, tum sanis, tum aegrotis: & ad uitam maxime necessaria. Primumque tempera-  
to corpori applicator ipsa neque frigida insigniter neque calida: Deinde ijs qui natura sunt intemperati:  
Tertio ijs, qui affectu aliquo tenentur. Nam hoc pacto exacte in omnibus propriam eius facultatem  
perpenderis. Igitur temperato admota pluculo tempore ipsum omnino refrigerabit: Intemperato  
uero, citius quidem refrigerabit id quod frigidius natura fuerit, tardius uero quod calidius: Semper  
autem omnia refrigerabit, etiam si non multis deinceps diebus, sed uel una quis hora, aut pluribus ea  
utatur: Nec enim talis in illo omnium calorem reuocare poterit. Nam quae lumme frigida est, si qua-  
drata ac inueniendi corporis naturae pauulo tempore adhibeatur, caloris molietur reuocationem: Sin  
aliter utaris, semper refrigerabit. Quin etiam si ijs quoque, qui simplici laborant morbo, siue calido tem-  
peratura siue frigido, eiusmodi admoveatur aqua, hos etiam manifesto refrigerabit. Na simplex sit affe-  
ctio oportet, quemadmodum utique in tertio de Temperamentis definitum est, quo uidelicet quae adhi-  
betur, ex sua natura refrigeret, non ex accidente quopiam: quippe cum frequenter, ubi compositus fue-  
rit affectus, aliud primario medicamentum efficiat, aliud ex accidente: uelut in phlegmone. Est enim  
ea affectus calida copiosaque, fluxionis soboles. At quae modice excafcit inot phauinea, cum superflui-  
tatem euacuant, protinus, opinor, & quod affectum est, frigidius efficiunt. Verum cum simplex una-  
que fuerit affectio, quod ex accidente sit, in ea prouenire non potest. Ergo si hac ratione expendas, a-  
qua potabilis unde quaque uidetur frigida. Non est tamen eadem aliarum aquarum sponte natarum, H  
quae sulfur, bitumen, aut nitrum qualitatibus suis referunt, facultas. Siquidem earum omnino nulla,  
ubi aliena tum caliditatis, tum frigiditatis expertus adhibita fuerit: frige facere conspicitur. Quinimo  
nec marinam ipsam, priusquam adscritta frigus summum acceperit, admodum refrigerare appa-  
ret. Nam si quis in potabili aqua totum diem inuaret, ut etiam non admodum sit frigida, sed uelut ex  
sole tepens, necessario tamen refrigerabitur. At mare complures iuuenum interdum perulere non  
per diem modo totam, sed etiam adiuncta nocte. Ex quo liquet aquam, potabilem certe & dulcem,  
secundum naturam suam semper esse frigidam: mare uero non aequae. Quod si non semper in sermo-  
ne aduicium, potabilem, sed dicam suspiciter, quantum ex se est, aquam esse frigidam, haud calumi-  
nari oportebit, tanquam insufficienter & indistincte locutum. Nam quae exacte ac sincera aqua est,  
omnis alterius substantiae milione uacans, ea ex necessitate ex sua facultate est frigida. Si qua uero  
per bituminosa, sulfurosa, nitrosa, aut aluminosa loca distillans substantiae eius aliquid absterlerit, se-  
cumque traxerit, mista iam ea est, non autem exacte aqua: uelut si ipse quoque uolueris aut salem,  
aut alumen, aut aliud id genus astatim aquae miscere potabili: sicut sane saepenumero facere cogi-  
mur in marinae inopia, quando muriam facere nolumus, tunc enim salem aquae indimus: ac tantum  
ipsa facultate iam distinet, ut si aqua dulcis, uidelicet quae neque insigniter aut calida, aut frigida sit, sed  
uelut

**A**uelut ex sole tepida, erysipelati perfundatur, nosam omnino nullam hominis corpori sit allatura. Ac si  
marina aqua, aut uiriata, aut id genus aqua mistam, bicuiniosam uidelicet aut sulfurosam admoveas,  
usque adeo hominem offenderis, ut partem ipsam sis aduulurus. Aqua igitur ipsa ex se frigida est fa-  
cultate. Potro si extraneum calorem adeptam corpori humano perfundas, putabis forsitan simplex quod-  
dam & naturale adhibita medicamen: at ea quodam utique modo composita est, aut ignea essentiae  
partem aliquam habita, aut certe omnino ipsam qualitatem. Ut enim si salem illi miscueris, ex confesso  
fuerit composita: sic multo magis si igneam aut essentiam aut qualitatem adieceris, compositam quo-  
dammodo & nunc effeceris. Est porro etiam aqua limosa quadantenus composita, uelut est aqua Nili,  
quae in Aegypto est. Sed ea per fistula uasa percolata plane pura efficitur. Oportet autem non semel, sed  
bis, terve percolare, quando ne sic quidem forsitan adamussim puram quaeas efficere: uerum quado qui aquae  
infertur limus, omnem effugerit sensum, satis tunc est ut quaeas dicere tales, ut ad usus eiusmodi, puras  
esse aquas.

*Quo pacto induemus aquam puram.*

Cap. 5.

**I**udicantur autem haec tribus sensibus, nempe gustu, uisu, & odoratu. Gustu pura est, si nullam offerat  
qualitatem, sed ad uocem qualitaris expertus appareat. Visu, cum sincera fuerit, ac plane perlucida.  
**B** Sic nec odoratu ullam praese ferre qualitatem debet: ut sunt quaedam extremae prauitatis, quae aut aci-  
ditatem, aut acrimoniam, aut salsetinem, aut putredinem, aut aliud indicibile aliquid uisum praefertunt.  
Igitur aqua quae absque his est omnibus, ut ad naturam certe, ne ipsa quidem adamussim sincera fue-  
rit, licet nec aliud nllum elementorum sensibilem, sed ut ad sensum & usum sincera est. Talis ergo, ut  
est propositum, secundam suam naturam frigida est. Quippe si ualde excafcitam non modo aqua, sed  
uel mandragoram, uel altercum, uel cicutam, uel meconium admoveas, non solum excafciteris, sed et  
uideris corpus humanum. Omnia itaque quae examinanda uenient medicamina, omnis extraneae uale-  
ritque tum caliditatis, tum frigiditatis aliena sunt, nedum aqua.

*Demonstratio, qua ostenditur aquam frige facere ex corati, quod ea ea efficiunt, effectum.*

Cap. 6.

**P**orro quod aqua omnis dulcis perspicuo frige faciat, hinc quoque didiceris. Ceratua humidum si  
ex aqua frigida subactum accurate que madesactum calido affectui imponas, protinus ipsum frige  
facies. Oportet autem quamplurimum admiscere ipsius aquae, mistioque hoc maxime modo optime  
perficitur. Ceram quantum fieri maxime potest purissimam oleo liquantes humidum facere ceratum  
oportet, deinde refrigeratum, ac [despumatum, sordibusque purgatum,] in mortario manibus frige-  
re, aquam affundendo frigidam, quantum nimirum ceratum accipere ualeat, ac uodum aqua circumsuat.  
Id refrigerat & eos qui in febre uruntur, si hypochondrijs superponatur, & oem phlegmonem similiter  
herpetes quoque, & carbunculos, tum erysipelata, & phygethla, ac breuiter oes morbos calidos. Ergo si  
non aquam dulcem, sed marinam aut uiriata illi admiscens in uno praedictorum quouis uti uolueris, no  
pariam omnino differentiam conspicies: quippe ca id medicamentum adeo nullam propositarum affe-  
ctionum amplius refrigerabit, ut insuper accendat potius. Adeo multa est diuersitas potabilium aquarum,  
& muiiae ac maris: similiter uero & earum quaecumque sulfur, aut bitumen, aut nitrum, aut chalcanti, aut  
misy, aut chalciton, aut ut simpliciter dicam, quae calidorum natura medicamentorum gustu aliquod referunt.  
Inimicae enim sunt omnes calidis corporum nostrorum affectibus. Ex quo claret, has omnes facultati-  
bus esse calidas, solum uero aquam potabilem, frigidam.

*Quod aqua potabilis humida sit.*

Cap. 7.

**C**eterum quod haec quoque propositarum omnium aquarum sola sit humida, plane ex eadem di-  
scis methodo. Nam ulcera quae supra modum squalida siccaque sunt, si hac iriges, statim admodum  
humida molliaque reddes, cum aliae aquae uniuersa ulcera desiccant. Tum piscatorum ulcera adeo ui-  
dentur sicca, ac si forent salita. Contra eorum qui in balneis uersantur, humida appareret ac mollia. Quin  
si imbutum linamentum ulceribus imponere libeat, humida quidem a potabili, sicca uero a uiriata ma-  
rinaque reddi conperies. Aquae quinetiam aluminosa, quales sunt in Italia uocatae Albulae, cum alijs ul-  
ceribus idoneae sunt: tum uero quaecumque fluxionibus tentantur, ea per facile desiccant. Sic nec cetera  
rum aquarum ulla humectare potest, quod uidelicet non sint exacte aqua, sed mista & adulterata, acce-  
pto nimirum aut alumine, aut chalcite, aut sale, aut id genus aliquo. Quocirca earum non nulla ulcera  
quoque exasperant, nempe quae acres admodum sunt & mordaces. Quinetiam si uenti dulcis aqua lenies  
remedium est: cetera uero acerbiora, statim situm relinquunt. Tum aqua inter curam laborantibus ad  
uersissimum est & poculum, & lauacrum aqua dulcis: ista uero, ac nitrosa, & sulfurosa, bituminosaque  
omnes sane peruitiles. Imitari autem potes sicut marinam, sic aliarum quamlibet, substantia uidelicet ad-  
mista, quae in quaque unice conpiscitur. Nam sulfure in aquam dulcem indito sulfurosam effeceris:  
alumine aluminosam: ac eodem modo aliarum unamquamque.

*Quod aqua aduentitium calorem micta, semper quidem humectat, non autem semper calfaciat: uerum in ipso  
quidem perfusionis tempore calfacere, postea uero frige facere consuevit.*

Cap. 8.

**H**acc ergo propria aquae natura humida est & frigida. Porro aliunde calorem adeptam excafcit  
quidem & humectat quibus est admota: uerum haud similiter ambo praeflare potest. Summe nam  
que humectat seu tepida sit, seu temperata seu et calidior. Summe autem non calfacit, nisi que extreme

ferueat. Quod dico, in temperata primum exploramus natura. Igitur si huic aquam afferas temperate...

Si a rebus exteris de medicinarum facultate colligi quid oporteat, ex ignis cum illis commercio faciendum esse iudicium.

Porro si quis uelit ex superabundanti a rebus externis probationes ducere, ne id quidem prohibeo...

Quot & qua praeferri oporteat, ut liceat ex alicuius affectione qua ad ignem est, quo pacto aduersum nos id ipsum afficiatur, colligere.

At quibus consilium est tuto a rebus extraneis ad corpora transire animalium, uidere primum de...

Quod qua subtiliorum sunt partium, promptus propriam exerant affectionem, quam qua crassiorum, tametsi eandem cum illis facultatem obtineant.

Citar eorum, quae in confesso est facultate esse calida, nullum omnino apparet nos excalescere, priusquam in tenuia sit comminuta...

Gregori lib. 11. deat, ut uideatur. & ita legit Orba. coll. 1.

A. 1. 1. f. 1. 1. e. 4. p. 171. B.

Alias graecis... simile reddunt, atque exuperat id quod conuenit.

A Ostensum est autem in tertio de Temperamentis (quo sine, quae hic dicuntur, esse qui est impossibile) nullum eorum, quae nos excalescere apparent, perinde ut igne posse calfacere, uerum ut materiam accendi...

Medicamenta prouentum fortia tum facultatem, tum consistentiam, quanto uariis applicentur corporibus, tanto uisum suam exercere.

Q uinetiam quod extrema cutis superficies callosa sit, duraque & frigida, tum quod sub ea est, quae in alijs a nobis tractationibus demonstrata adiecero, ita denique uniuersum possis colligere...

Non sunt in Gal. nec apud Oris. 14. Col. 166. 33.

Quid corpora uariis ab igne accenduntur, quam quae sunt spissiora.

Porro considerandum est (quemadmodum proposui,) non solum crassarum sit partium, an tenuium, explorandorum medicaminum substantia, uerum etiam raritate, an spissa, densaue.







homerter aut excalescunt, aut frige faciunt: uerum de quibus ambigitur, neutra sunt necesse esse. Deinde pleraque, ut ad sensum simplicia, expugnantibus constare facultatibus. Non enim solum lac, sed et sulfurosis, bituminosis, nitrolis, & quæcumque eius sunt generis sponte prouenientium aquarum, expugnantiam facultatum mixtura nascuntur. Siquidem aqua ex sua natura frigida est & humida: bitumen autem, sulfur, melle, chalcitis, & eius generis alia, calida. Meminisse uero etiam oportet calidiorum haud pauca crassa esse essentia, nec pauciora frigidiorum, tenuis: ac secundum hæc principia tuto de medicaminum uiribus pronunciare. Sane si fuerit, tenuium partium, refrigerantium, exiccantiumque; acetum dimissis, omnis super illis rationibus nimis phisicis, [quaque magis ad naturam rerum scrutantes attinent.] Nam ex illorum scientia, quo pacto alijs medicamentis misceri ipsum liceat, cognoueris.

*Veteres medicos perperam indefinitam reliquisse facultatis eiusdem generis*

*medicamentorum qualitatem.*

Cap. 25.

**Q**uocirca non possum eos non culpate, qui de uiribus eius prolixam quædam nugantur & garrunt: magis etiam paulo minus medicos omnes, quibus cura non fuit, simplicium omnium medicamentorum in maiori minorisque ratione uires discernere: sed satis eis fuit, hæc quidem, uerbi causa, calfacere dixisse, illa uero refrigerare: tum hæc humectare, ista exicare. Nec enim absolute nouisse expedit, sed quatenus phyllium refrigeret, quatenus solanum, aut scandis, aut cerussa, aut portulaca, aut lactuca: Tum quatenus excalescat casta, quatenus cinnamomum, aut amomum, aut cardamomum, aut maiorana: Sic & in humectantibus & exiccantibus pharmacis. Non enim utile est generale solum nouisse, uerum quid primum recesserit a symmetro & medio contrariorum facultatibus: Deinde quid illi proximum: tum tertium, quartum, quintumque, si fieri potest, recessum siue ordinem planis limitibus discernentem definire oportet. Quandoquidem in tali facultatum notitia tum artificialis simplicium usus constitutus est, tum a ratione proficiscens ac methodo compositio. Facitque præter hæc, ut que composita iam sunt, rite usu accommodare possis. Sane id quidem difficultatis atque laboris plenissimum est, multamque poscens tum diligentiam, tum usum. Ab experientia uero auspicari in id genus omnibus necesse est, uelut iam propositum est: tum tuto ac diligenter colligere, ab ambiguis quaestionibus cauendo. Eoq; mirari quisquam possit eos qui talia exquirunt, cum illos implicantes sese quaestionibus scriptisq; animaduertat, quemadmodum consueuit Herodorus.

*Perperam superioris seculi homines a compositis medicamentis orfos, eorum que in illa ingreduntur simplicium pharmacorum iudicasse facultates.*

Cap. 26.

**S**i quidem ab omni uetustissima compositorum medicaminum historia orsi, ad expendenda que in illis sunt simplicia transeunt. Ac quoniam his, exempli causa, calfacientibus medicamentis admixtum inuenitur acetum, proinde & ipsum esse calidum contendunt. Neque enim an recte admixtum fuerit, constare potest prius, quam eius seorsum uim totam perspexeris. Neque si id detur, etiam nota est componendorum medicaminum ratio, per quam iudicantes inuenimus, qua ratione multis excalescentibus medicamentis unum admixtum sit frigidum, aut certe refrigerantibus quod calfaciat. Porro, ubi etiam latentis affectus memorant, ad quos congruere uideantur, ac deinde dogmaticis opinionibus paralogismos conueniunt, ex quaerendis quaerenda, ex obscuris obscura inuicem colligentes, tum profecto uel maxime alijs suas produunt ineptias ac nugas.

*Quod & Empiricis contradicendi præbeant occasiorem, qui citra iudicium ac discernimæ simpliciorum compositis omnibus facultatibus fidem habent.*

Cap. 27.

**N**am omisso quod Empiricis etiam reprehensionis locum ipsi exhibent, ex quo prompte compositis facultatibus omnibus fidem habeant, tanquam fieri non possit, ut pars magna earum errore non uacaret, perperamque esset composita. Dicunt enim arbitror, sicut sane dicunt, frustra nos primas effectricesque cuiusque medicaminis facultates exquirere, cum ab experientia inuenta iam antea sit tum compositorum, tum simplicium medicamentorum innumera multitudo, quibus & ipsi fidem habent, qui frustra primas facultates exquirunt. Quippe si particulares eorum usus omnes comprehendi sint eosque unanimiter omnes prædicent, ceterum de causis, ob quas agunt, nondum conueniant: liquet non ex primarum facultatum notitia medicamentorum tum usum, tum compositionem esse inuenta: sed ea composuisse experientiam, ac rationem nihil aliud quam probabilitatem consequi. Hæc atque eiusmodi alia multa, qui experientiam ac usum profitentur medici, rite in illos dicere uidebuntur, qui omnibus quomodocumque conscriptis pharmacis fidem habere non uerentur, causas tamen interim titulus uirum ac promissis eorum aptare nituntur. At ego nec illud quoque in illos addere grauarabor, Herodotum alias sectas omnes prauas reputare præter eam, que ipsi uiribus omnia tribuit, (ἡμετέραν τὴν Ἰατρικὴν Græci uocant.) Metrodorum omnes præter Asclepiadeam & Zenonem præterquam que ab Herophilo inuenta est: & Hermogenem, præter eam, que Erasistratum auctore habet: & alium atque alium omnes damnantem extra suam: de compositis tamen medicamentis citra iudicium atque experimentum scriptis omnibus fidem tribuere, siue a sectæ suæ hominibus sint scripta, siue diuersæ, siue etiam a quopiam ex plebe: qui uero etiam causas subinde reddere conantur probabiles medicamentorum pelsima ratione compositorum, & (quod hoc est mirabilius) et si nullum eorum que laudat, fecerint

**A** fecerint periculum, sed alijs dumtaxat credant. Quemadmodum cum quidam nuper mirificas multasque podagrici medicamenti laudes iactasset, atque eo etiamnum loquente forte fortuna aduenisset podagricus quidam, qui tam medio criter laborabat, ut incedere etiam posset, nosque iussissemus in illo primum præberet experimentum, ille acquiescens pedi pharmacum apposuit. At uir ille noctem totam in somnem egit: ac postero die tantum abest ut commode, sicut antea, incederet, ut ne gestari quidem posset. Adeo circa ullam explorationem ac remere tum alijs quidem fidem habent, tum alios alij scientes ac sponte fallere gaudent. Porro etiam si omnes medicamentorum, que memorant, compositiones probe essent comparatae, ueruntamen speculationis eorum usum ipsi, que faciunt, euectunt. Atque enim ad preparanda medicamenta composita, eaque rite utenda, simplicium facultates inspicere ac considerari, inque eorum testimonium tantum non omnes ueterum citant Erasistratum, Herophilum, Philotimum, Dioclem, Praxagoram, & ipsum etiam Hippocratem. Porro ubi ad exploranda ea accedunt, ita nobiscum agunt, ac si omnes perspectas iam haberent facultates compositas. At qui inquit, opinor, ad eos quisquam? Quo pacto non frustra simplicium queratis facultates, si omnes compositorum iam noscitis? nam si quorum gratia simplicium facultates inquiritis, eas omnes iam nouistis, superuacaneum est illas exquirere. Ceterum si uel hoc quoque quis illis concedat, saltem id quod & supra positum est quo pacto perferat, cum pugnantia cum rebus euidenter apparentibus, prolixis rationibus adstruere conatur?

*Sensus haud contemnendus esse, tanquam ad explorandas simplicium medicaminum facultates sint insufficientes.*

Cap. 28.

**S**i quidem in quendam etiam iam incidi tanta stupiditatis hominem, ut contemnendus esse sensus existimaret. Quem cum rogasset quis, num ipsi piper album uideretur calidum, itaque ut par erat, annuisset, rursumque alter percontaretur unde id sciret, ac ille responderet tale apparere, merito ab ipso qui præsentem erat detulit, qui quod diceret non intelligeret. Ipsum enim hoc apparere, fidem haberi ab illo sensu indicabat, quem paulo ante tanquam fallacem contempserat. Nam per deos, unde ignem scimus calidum? aut quo syllogismo docti, aut qua demonstratione persuasi? Tum unde glacem frigidam esse didicimus, nisi ex sensu? Ac postea reperiantur qui ipso sensu neglecto phisicis problematis libros impleant. At non illo ex genere est, quam ob causam acetum terram fermentat? Licet enim nobis dicere quod nos lateat, sicut talium problematum pleraque. Si uero quis prompte dicat, quia aut calidum sit aut frigidum, (utrunque enim dicunt.) in ambiguas obscurasque rationes seipsum conijcet.

*Verum in oxycrati potu acetum admixtum sit dumtaxat, ut aquam deducat, an etiam ut ipsum quoque refrigeret.*

Cap. 29.

**M**ecum certe probe actum putem, si que sensu apparentibus uicina sunt, atque in propinquo posita, exacte inuenire possim, discernens in eis ac separans quod ex se est ab eo, quod ex accidente prouenit: uelut exempli gratia, quoniam æstiuo tempore oxycrati potu quidam plane refrigerantur, atque expertes sitis permanent: sed nondum constat, an id aceti gratia eueniat: pauculum siquidem eius copiosæ aquæ mixtum, non calidum, sed quam fieri potest maxime frigidum ebibunt: nam dixerit forte quispiam, quia tardiuscule permeat aqua, & plurimum temporis moretur in hypochondrijs nec deorsum concedens, nec in corpus se diffundens, ideo illi acetum macteri tanquam in omnem partem ferendam futurum uehiculum. Sic etiam si eum uino bibatur aqua, sitim esse acis extinguat, quam si sola, uino scilicet ipsam ad distributionem promouente. Itaque refrigerationem, sitisque sedationem ab aqua prouenire, ut que frigida natura sit & humida: ceterum adinicalo esse, ac uelut alas illi ad omnes corporis partes permeandas addere tum uinum, tum acetum, que ipsa nequaquam frigida sunt & humida. Siquidem præstare, sic sola exhiberi potius, quam eum aqua, quando ea facile præ tenuitate in corpus digerantur, & ab hypochondrijs recedant. Porro quoniam semel in hunc sermonem deuenimus, nihil obstat, quod minus omnem exacte perficiamus. Nam quod fieri possit, ut & aquam acetum deducat, nec tamen ipsumque refrigeret: & non deducat solum, sed etiam refrigeret, certo certius est. Verum utrum cum ueritate coniunctum sit, id considerationem postulat. Distingui autem id possit tantummodo, si exhibeas acetum & uinum, utrunque seorsum & per se. Apparet enim a uino homini semper sitim incrementum, ab aceto uero epoto interim quidam atque interim uero sedari.

*Quæ sit sitis causa.*

Cap. 30.

**Q**uippe cum sitis duplici ratione prouenire soleat, partim humoris inopia, partim caloris copia. Quamobrem mirum uideri non debet, si priorem quidem sanare nequeat, alteram possit. Si quidem humectare nequit, at refrigerat non infertur. Quapropter neque a sicca dispositione prouenientem sitim, neque a calida & sicca unquam sanare queat epotum acetum. At si quando in uinum coeant humiditas atque caliditas, eiusce quidem sitis optima medela acetum est. Rara sane eiusmodi affectio est, in aqua sicut cutem affusionibus (ἡμετέραν τὴν Ἰατρικὴν Græci uocant.) nonnunquam proueniens: congesta uinum in uentre salis humoris copia, tum etiam si quibus pituita salia uentri illita in hæserit. At qui alter ita preuenitur, pura in febribus ardentibus & alijs omnibus exurentibus febribus quibus æstate laborant, ac in graui æstiuo, composita ipsi est affectio, ex caliditate uidelicet & siccitate: quare non iniuria composita illis medela est acetum, ut quod strenue refrigeret, & quouis expedite permeet: & aqua, que supra quam quod refrigeret, omnium sit uel humidissima: nihil est enim aqua humidius.

Medica-



*Medicamentum quod in iudicium uenit, non mistum, sed simplex esse oportere.*

Cap. 31. E

Quemadmodum ergo haud satis secunda est procul a sensu ducta de explorando medicamento ratiocinatio, ita nec ipsius alteri cuiquam permitti uisus. Siquidem ipsum per se solum quod iudicandum uenit, expendere oportet tum in sanis corporibus, ijsq; temperatis & intemperatis, tum in morbo uicini obnoxij. In temperatis quidem, uelut supra positum est. In intemperatis, sicut dixit Hippocrates, naturis picrocholis, hoc est, quae amara bilis succo abundant, utilissimum esse acetum: qui uero temperaturam sortiti fuerint melancholicam, aduersissimum. Porro in morbo aliquo affectis, si simplex fuerit, in simplici exploretur affectu: Sin mistum alicui, necesse est quod commiscetur, temperatura sit medium, sicut in aqua & cerato simplici superius declaratum est. Rationabile: quippe arbitror, quod nulli diuersi temperamenti sit mistum, sed quam fieri queat medio coniunctum, ipsum eorum, quae perficiuntur, causam existere. Nam simplici cerato quod neque calfaciebat, neque refrigerabat, aqua admixta frigida refrigerauit: quippe quae temperiem habebat frigidam. Quod si excalfacientium quipiam eiusmodi cerato commiscuisset, profecto calidum id medicamentum euasisset: quemadmodum in affectibus compluribus saepe numero euphorbium aut castorium temperauimus: Sic si acetum simplici adamulsum cerato commiscuas, cerato ipso longe frigidius medicamen effeceris: tanquam nimirum, quod admixtum est, sit frigidum. Præterea tibi id remedium uel optimum ad erysipelata, phlegmonas, herpes, carbunculos. Si autem quod mistum est, tanquam simplex expendas (nam id etiam molitur), longe maxime hallucinaberis. Nam ulcerum glutinatorium non acetum, sed oxycratum dicendum est, aliam multo naturam ab aceto obtinens. Siquidem quemadmodum carnem producere in ulceribus nequit aerugo, sed ceratum exiguum quiddam habens aeruginis: ad eundem modum neque acetum conglutinat, sed aqua aceti pauillum accipiens. Ipsum uero per se ac sinecerum acetum ulcera, quae glutinationem desiderant, mirum in modum exasperat, utpote partium tenuitate erodens, ac dolorem excitans. Quamobrem haud merito, nec conuenienter talia dicuntur, nec melius item faciunt, cum ignotis ignota conueniunt.

*Quod neque adstrictoria omnia conglutinant, neque conglutinatoria item omnia adstringant.* Cap. 32.

Quippe cum nihil seorsum de glutinandis, aut carne implendis, aut cicatrice obducendis ulceribus demonstrarint, ex inductione tamen colligunt, adstringentia omnia dicentes ulcerum esse conglutinatoria. Oportet autem non ex inductione, sed per demonstrationem in genere talia accipere, quemadmodum nos factari sumus in curandi rationis commentarijs. Immo absolute quiduis tale dictum, non modo indemonstratum est, sed etiam falsum. Neque enim chalcitis, neque galla, neque malorum puniceorum putamina, neque omphacium, neque alumen, multoque minus aes ustum, neque artis squama, neque misy ulcera glutinare possunt: aliaque innumera sunt inter adstringentia, quae glutinare nequeant. Porro si quis non hoc, sed glutinaria omnia adstringentia dixerit, profectus & hic quoque non pauca quae contra adstrictionem conglutinent. Neutra igitur uera oratio est, si simpliciter atque indifferenter efferatur: neque cum dicunt adstringentia omnia ulcers glutinaria: neque cum aiunt, quaecunque glutinantur, adstringentium beneficio glutinari. Porro multo sane etiam magis tum absurda, tum falsa ac praeter sensum aliterunt, cum mordacia, acria, amara, salia, ad haec quae mollissimas uicundissimasque sortita sunt qualitates, adstringere dicuntur: tanquam ad sensorium gustus non pertineat, quod adstringit, sed ex illorum impositione atque arbitrio debeat accipi. Malum enim granatum, & malum, uerbicausa, & mespilum, & pyrorum quaedam genera, & myrta, & sorba, quinumque, tum aniyraeum, tum marsum, euidenter nos adstringunt. At triticum, & zea, & milium, Herodorum forsitan adstringebant, aliorum autem omnium ueniam. Sexcentos enim quandoque super his suam percontatus, & in primis super amylo: nam & ipsum adstringere ait Herodotus, sicut & piper, quod nec ipsum ullum omnino aliorum hominum, qui sincere & incorrupte qualitates expendunt, adstringit. At Herodotus cum etiam confundere non est uentus, atque & quae acerrima sunt facultate, & quae summe rodunt, & quae molliissima sunt ac mitissima, omnia adstringere: tanquam in hoc, ut quosdam sensu defraudet, uictoriam ista meret. Verum non ita se res habet, cum ea uel maxima futura sit prauitatis dictorum eius probatio.

*Quod non omnia adstringentia refrigerent.*

Cap. 33.

Quin uero & Aesclepiades Metrodorus, tanquam illum etiam superare contenderet afferendis de sensu mendacis, cum alia quaedam, tum resinam & bitumen calfacere nos denegat, atque adstringentia omnia refrigerare dicitur: cum, si nihil aliud, saltem chalcitis, calcantios, & misy, quae ualenter adstringunt, tantam assecuta sint caliditatem, ut nos etiam exurant. Nihil est ergo mirandum, si proluxa quaedam nugentur, seipsoque non nullo fallant, cum de manifesto apparentibus uerum fateri non audent.

*Perferam Herodotum se Diocoridem, quocumque aut profuimus, aut dysenterijs mederentur.*

*adstringentia conspisse.*

Cap. 34.

Itaque ex eis quidam, puta Herodotus & Diocorides, medicamenta quaedam ex eo, quod profuissent aut dysenterijs mederentur, adstringere ea colligunt: quanquam ne minimum quidem habeant adstrictionis, immo profuissent contra rarefacientia nimirum sunt & laxantia: cum alioque quae adstringunt, corpora contrahant, condensent, conspissent, atque constringant. Nam semel sensibus pro nihilo habitis atque contemptis, euertere uult confuderuntque omnia, quae plane sensu dignoscere est, haec praua ratione afferentes. Nam adeps caprinus omnibus, quae aut gustu aut facultate sunt adstringentia, ad-

Alias Adipidius.

Auersissimus est, uelut etiam farina uicea, & amyllum, & innumera eorum, quae uiam habent tum emplasticam, hoc est illinendi, tum mitigandi, atque acrimonias hebetandi, eaque ratione us, qui acria mordaciaque per aluum excernunt, auxiliantur. Sane esto & oleum ex adstringentium numero, quoniam sepius us, qui grauiter mordicabantur, infusum profuit. Esto uero etiam & cera, & adeps suillus, tum gallinaeus, & aserinus, chondri tragiq; succus. Nam haec quoque infundimus, & ceratum quandoque us, qui mordicantur, sicut & adipem caprinum. Verum efficacius auxilium affert caprinus, quia scilicet facilius & concreuit & intestinis inungitur, plurimumque tempore inhaeret. Porro sine ob crassitatem, siue aliam ob causam celeriter concreuerit, non est opus in praesentia inquirere, re ipsa euidenter appareat. Verum, quemadmodum, quod ocyssime concreuerit, atque intestinorum morsus obtundat, ex rei euidentia credibilis est, sic sane etiam, quod nulla in se aut frigiditas, aut adstrictio. Atque hi quidem ex obscuris ratiocinantur de apparentibus, immo autem, si uerum fatendum est, seipso potius decipiunt. At nos tanto decet magis ad sensum accedere, tantoque diligentius perpetuo illi attendere, quanto plura in eo peccet sophista omnes, fallaque de eo afferant. Rursum ergo, ubi prius memorauerimus, quae idiotas non fugiunt, ipsaque haud ignota erant, cum nondum contendendi libidine in sensus peruenissent contemptum, postea autem per superuacaneam sapientiam amiserunt, ad id, quod continuum orationi est, transibimus.

*De proprijs sensus cuiusque sensorijs.*

Cap. 35.

Naquaque sensuum natura priuatiu subiecta est, tactui quidem caliditas ac frigiditas, durities & mollities: albedo uero, nigredo, sauedo, rubor, atque, ut summam dicam, uniuersum colorum genus, uisui: amaritas, dulcedo, austeritas, acerbitas, aciditas, salbedo, acrimonia, gustui: planeque demens uideatur, si quis gustu colorem iudicare tentet, aut sapores uisui. eodem modo de tactu cognoscendum est, reliquisque sensibus, si quidem tactu iudicandae sunt differentiae tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Quae cum sic sese habeant, audiamus, quae Platonem gustabiles differentias exponentem. Haud tamen animus ipsius physiologiae attendendus est. Nec enim nunc tempestiue eius meminero, neque in hoc uiri testimonium cito, sed tantum ut dicam, quae de re quodque nomen esse Gregis mos est. Ausculta ergo differentem Platonem. Tenduntur a lingua uenulae ad cor, saporum uenulae, in quas si qua ita incidit, ut humidam mollemque carnis partem penetrantia, terrestri sua natura liquefacta, uenulas contrahant atque desiccant, si quidem asperiora sunt, acerbata: si minus aspera, austerata nuncupantur. Ceterum, quae eas abstergunt, rotamque linguam abluunt, si quidem id supra modum efficiat, simulque aliquid absumant, ut de natura aliquid colligunt (qualis est mirorum facultas,) amara omnia appellantur. At, quae nitri uirtute inferiora sunt, ac moderata utuntur absterfione, salia circa asperam amaritudinem, & grata nobis magis apparent. Quae uero, ubi oris caliditati applicata, ab eoque mollita & seruescunt, ipsum uicissim recalcant, atque accendunt, praeter leuitate ad capitis feruntur sensus, ac quaeque obuia incidunt, talia omnia has ob uires actia nuncupata sunt. Eadem uero ista interdum a pulchritudine attenuata, & angustas ingredientia uenas, partes inibi tam terrenas, quam quodam modo aeras, atque in circuitu mouent, ac miseri compellunt, commistas uero circumlabi alias, & alias ingredi, ingressaque suo penetratas concavas circumtensasque efficere, easque humore circumfuso concavo, interim terreno, interim puro uascula aeras ex aqua concava rotundaque effici, ac, quae ex puro constant, perlucida sunt, & uocantur ampullae: quae uero ex terrestri agitato elatoque, ebullitio fermentatioque nuncupantur. Hanc affectionum causa acidum cognominatur. Omnibus uero, quae de istis dicuntur, affectio contraria ab occasione nascitur contraria. Porro, ubi ingredientium constitutio in humidis familiaris lingue habitui existit, quae exasperata quidem fuerint, lenit: quae uero praeter naturam aut coierint, constricterintque, aut tusa laxataque fuerint, partim contrahit, partim laxat, omniaque quam maxime ad naturam statum reducit: quicquid eiusmodi est, uicundum suaeque & cognatum est omnibus, uolentiumque passionum remedium ac medela, nominaturque dulce. His uerbis Plato, quae nos uocare soleamus austerata, quae acerbata, quae salia & nitrosa, quae amara, quae acria, quae acida, quae dulcia, exposuit. Id uidelicet, quod a nobis supra siue adstringens dicitur, ipse austerum nuncupans: nam sic a uerustioribus Graecis appellari solet. Non tamen omnia in unum confundit, sicut si faciunt, qui & piper adstringere dicitur, cum ex acrimonia sit natura, & acetum, quod ex acidis est, nec sane etiam ueriti dulcissimorum quaedam adstringentium numero adscribere. Ex quo fit, cum omnia confundant, ut protinus nec facultates inuenire omnino ualeant. Omnis enim inuentionis demonstrationisque principia sunt, quae sensui atque intellectui euidentia sunt. At ista haec ambo perturbant: atque omnes in unum confundunt cum sensuum actus & passionibus, tum multo etiam magis intellectus ac rationis, nimirum haudquaquam in speculatione logica uersari. Itaque operaprium est nugacem illorum loquacitatem omnibus modis effugere, ne quid nobis quoque affricetur uerbi ex tam proluxa illorum futilique nugacitate. Porro haud leue negotium est dedocere ac transmutare eos, qui ab illis usque adeo peruersi sunt, ut & sensum contemnant, & nequaquam in speculatione logica se exercuerint, planeque rudes sint rationum, quas de natura philosophi considerant. Omnino enim saltem uel id didicissent, quae in illis sunt ambiguitates, fugiendas esse, cauteque obseruandas: tum sensibus magis super simplicium medicaminum facultatibus, quam rationibus haud satis integris, committendum esse iudicium.

Vt enim tales dedocere, ac uelut transformare est impossibile. At aliorum tamen gratia, nimirum quos conatus noster iuuare poterit, resumenda est, diligenterque definienda rota de proprijs lingue sensorijs oratio. Nuncupatur igitur tum a Theophrasto, tum ab Aristotele, tum a Mæsitheo medico gustandi facultas, græce *χουσις* (nos saporem dicimus) secunda syllaba ab *κ* litera incipiente: At ex humido siccoque consistencia, eorum uidelicet, quæ a calore concocta sunt, *χυλις* (nos succum dicere possumus) a litera *χ* secunda incipiente syllaba. Tametsi ab ætate illis maioribus non modo Atheniensibus, sed & Ionibus utrunque per *κ* literam scribi consueverit. Siquidem & apud Platonem, & apud Hippocratem, ueteresque comicos sic scriptum reperitur. Vocetur autem in præsentem quidem opere, clarioris doctrinæ gratia, gustatoria facultas, siue qualitas, siue utcumque cuique appellare liber, per literam *κ*, *χουσις* (nos saporem nominabimus.) Humor autem in crassatus tum in animantibus, tum in plantis, *χυλος*, secunda syllaba a litera *κ* incipiente (nos, ut diximus, succum ueremus.) Sciendum ergo sapores, qui tum in unoquoque animali ac planta, tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facile specierum numero comprehensibiles: ceterum differentias gustabiles alijs octo uisâs, alijs numero septem, non nullis autem & his quoque pauciores. At Plato in Timæo in supraposita dictione primum duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione maioris ac minoris differentes: Eorum alterum austerum, alterum acerbum nominat: Fuerit autem austerus, quem *σικερα* (adstringentem uoco) nuncupamus: Porro acerbus huius intentione prouenit, uelut & ipse Plato significauit. Atque hos sine pro una specie numerabimus. Altera est eorum, quæ illis opposita sunt, nitrosorum uidelicet, salis, & amarorum: Et in his quoque amarus ex nitroso prouenit intentione: Salsus uero aut nitroso inbecillior, aut adstrictionis quoque assumens aliquid. Deinde a Platone acris expositus est, mox acidus, postremo dulcis. At a Theophrasto additus est unctuosus, siue pinguis, a Platone quidem in sermone de proprijs lingue sensorijs prætermissus, uerum paulo ante platarum succis adscriptus, ubi uinosum ab oleoso & melleo discernerebat. Porro in illo sermone tribus nunc memoratis quartum adiecit succi genus, una appellatione comprehensum, *πικρον* nominans. Vbi autem ad gustus sensoria transit, prioris dulcem memorauit ( nihil enim retulerit, dulce an melleum dicas, uelut nec pingue an oleosum) omisit autem pinguem, ut qui ad gustum nihil attingeret.

Qua differat adstringens ab austeris & acerbis, reliquique inter se sapores.

Qualis autem eorum sit unguisquisque, exponere quidem exacte est impossibile, quandoquidem nec aliam ullam sensoriam passionem: uerum ei, qui eodem sensu communicauerit, licet suggerere. Ergo, ne quis aut cydonia, aut mala, aut mespila, aut myrta gustauerit, proculdubio cognoscerit alium nobis ab his in lingua moueri sensum, alium ab adstringentibus corporibus. Nam, quæ adstringunt, [aut refrigerant,] introrsum pellere contactam nostri partem ex omni parte apparent, idque æquabiliter, uelut æqualiter pellentia, ac stipantia, contrahentiaque. At austeris in profundum etiam subire uidentur, atque asperum quendam inæquabilemque mouere sensum, tanquam resiccantia, & humorem omnem corporum sensibilem depascentia. Ex quo fit, ut alia sit passionum proprietas, quæque haud facile lucideque explicari possit, tum ab adstringentibus nos corporibus, tum ab austeris saporibus. Sed qui uis tamē, qui homo est, facile, quod dico, comprehenderit. Porro, quando, quod lingue nostræ admotum fuerit corpus, ualde desiccatur, contrahitur, & in multam profunditatem usque illam exasperat, sicut pyra sylue sua immatura, & corna, eiusmodi omne acerbum appellatur, ab austeris intentione duntaxat diuersum. At quod nos adstringens uocamus, haud temere a Theophrasto dictum reperias. Videtur autem idem significare quod austerum, aut certe commune esse genus tum huius, tum etiam acerbi. Quæcumque uero linguam dum contingunt non contrahunt, neque constipant, uelut adstringentia, immo contra plane agere apparent, nempe detergentia & abluentia, etiam si adstringentium quippiam adiunctum sit, hæc omnia falsa cognominamus. At quæ his etiam magis detergent, adeo ut etiam moleste exasperent, amara nominantur. Porro quæ mordicant roduntque, idque cum ualida quadam caliditate, acria uocantur: sin hæc absit, acida: ceterum hæc fermentandi quoque uim obtinent. At quæ ueluti inungunt atque implent, ac in statum suum restitunt exasperatas ac uelut erosas lingue particulas, hæc si cum uoluptate manifesta contingant, dulcia: sin hæc sine, pinguis uocantur. Atque hoc quidem pacto, quantum in me fuit, res explicatu longe difficillimas uerbis exponere sum amissus. Miror autem qui tam prompte omnia adstringentia nominent, siue acria sint, siue amara, siue dulcia, siue pinguis, siue acida: cum iam olim rebus ipsis imposita sint nomina, atque affectuum sensibilem non exigua in nobis differentia sit. Præstitisset fortassis, si quidem naturales scrutari rationes uoluerunt, apparentia non euertere, nec appellationes confundere: uerum inquirere cuius temperamenti, aut dispositionis, aut corporis constitutionis, aut quomodo-cumque nominare uelint, soboles sit adstrictio, cuius salsedo, amaritas, aciditas, acrimonia, dulcedo, pinguitudo, quæ Plato, Aristoteles, ac Theophrastus conati sunt definire. Clarum quippe est, si ex calido, frigido, humido, siccoque coeuntibus omnia sunt mista, etiam dictarum quanquam qualitatum ex horum constare mixtura. Itaque si quemadmodum dictorum saporum quisque proueniat, exponere conantur: Inbens equidem auscultatio, gratiamque haberem non exigua. At si neque hoc efficiant, immo insuper sensorias omnes differentias in unum confundant, ut parum absit, quin corpora

A. l. z. f. t. u  
c. 3. p. 169.

Non est in  
tiquis.

Non est in  
tiquis.

A corpora omnia adstringentia nuncupent: sane nec audire ipse uelim, illosque obsecralem, ut inuam conentionem relinquunt.

Non ad totam rerum naturam iudicandas medicamentorum facultates, sicut naturales philosophi faciunt, sed ad nostram naturam.

At nos quidem in consequentibus ostendere conabimur, cuius nam temperamenti saporum quisque sit soboles. In præsentem autem discipulos ad experientiam accessuros assuescere uelim, ut id solū quod ad artem est utile, prius seligant, ubi iudicare uelint quo pacto unumquodque nos medicamentorum afficiat. Quippe nos quale ex se sit, & ad totam naturam, consideramus. Nam hoc pacto neque acetum, neque marinam aquam nos exiccare posse, aut sicca esse facultate dici manifestum est. Siquidem utrunque illorum actum est humidum. Verum si nos exiccare appareant, sicca dicentur, ad nos uidebunt, & nostram naturam spem siccandi potestatem obtinentia. Quinetiam & calida, & frigida, & humida eodem dicentur modo: ubi nos scilicet calfaciant, refrigerent, atque humectent, eaque ad nos, non ad totam naturam, nec ex se. Atqui si huius duntaxat meminerimus, certissima omnium erit iudicatrix sola experientia. Quam qui relinquunt, atque alium de ratiocinantur, non solum falsa pro ueris docent, sed etiam tractationis utilitatem subuertunt. Proinde nobis propositum non est, quale ex sua natura quodque sit medicamentum exquirere: uerum quid in nobis efficere possit. Atque hic primi libri finis esto. At in secundo deinceps, oleo ac rosaceo in sermone explorum uice positus, prauas & inibi ratiocinandi uias monstrabimus: quibus cum medicorum complures utantur, in primis quidem seipsos decipiunt, secumque alios multos in errorem pertrahunt. Porro ubi id erit absolutum, ad tertium conuenientiorum transiens quæstiones logicas, quæ uniuersam de simplicibus medicamentis enarrationem antecedunt, explicare conabor. Ut uidelicet in quarto ipsas iam facultates omnium definire liceat. Quas protinus a principio fuisse aggressus, nisi plena paralogismis atque erroribus omnium prope iuniorum medicorum essent uolumina: Quos prius extergere, atque ex animis discentium delere oportet, ne quid ueritati obstat. Nam ut Hippocrates inquit, sic etiam ait Plato, non solum impura corpora quanto plus nutrias, tanto magis lædas: uerum etiam impuris animis si nutrientes sermone offeras, non modo nihil prodis, uerum etiam magno opere obfueris. Itaque his de causis, tum etiam quia amicorum plerisque uisum est, ut iuniorum medicorum argueremus errores, non tantum in congressibus, quos quotidie cum illis habemus, sed etiam hæc commentarijs, necesse mihi fuit diuini prioribus istis duobus immorari: quo uidelicet in sercio purum animi auditorem nactus, quique ueras assequi rationes possit, tum ea exponam, quæ de huius speculationis principijs nouisse oportet: tum deinceps omnes medicamenti cuiusque facultates enarrem. Id autem fiet in uniuersum, ut reor, libris undecim, ea ferme magnitudine constantibus, cuius est hic: qui est omnium primus. Qui cum conuenientem nunc nactus sit modum, sinem per hanc dictionem accipiat.

## GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS LIBER SECVNDVS.

### ARGVMENTVM LIBRI.

Exponit ualde errandi occasionem ueteres medici sumpserint, prauasque ipsorum ratiocinationes confutat, ac olei & rosacei exemplo ueram docer rationem facultatis medicamentorum iudicanda.

Quod sophista, qui fidem sensibus abrogant, demonstrationis principia incertiora quam que demonstrantur efficiant.



ROSTRA nobis ut sic de simplicium medicamentorum facultatibus oratio, limites suos excedentes sophistæ efficiant. Nam cum procul principia ducant, sensumque pro nihilo habeant, seseque in illa conijciant, quæ philosophis etiã ambigua sunt, simili cum ijs, quæ ipsi ignorant, & ea quæ aperte cognoscuntur, subuertunt. Eaque plerique eorum faciunt non modo naturalis speculationis, sed etiam logicarum methodorum impericia: quibus utatur necesse est quisquis demonstrare quid aggreditur. Itaque cum nesciãt tum ea quæ bene a physicis sunt inuenta, tum et ea de quibus iniuria illi dubitarunt: utrisque tamen contraria asserere sapenmero non dubitant. Sed, Deum immortalem, age obsecro, si nunc ego sic orsus dicere, quod cum quatuor sint elementa, aer, terra, aqua, & ignis, nulli tamen congenita sit albedo, ac splendidus color extra splendorem & ignem: ac deinde citato Empedocelis, ac non nullorum physicorum aliorum testimonio, splendida corpora omnia plurimum in se ignis habere dicam, haud curas aut niuem, aut cerullam, aut glaciem, aut alia innumera tum splendida, tum frigidissima inspice re, ac mox illa suggerente quopiam, procedentem a sensu confutationem tergieratus ad rationem



accedi luceam, ac per eam de rerum natura considerandum, haudquaquam sensibus ratione carenti- E bus uniuersum committendum. censentiam non quid mentem habentibus inspicere non uideat, haud inrel- ligens unde rationis de simpliciter intiam? Nam mea quidem sententia ex sensu & per sensum omnia id genus fununtur axiomata, nempe solem esse splendendum, flammam sublimem, carbonem plerumque; ha- uos. Ergo si a sensibus recedendum est: nulla superet demonstratio neque nobis eorum quae modo diximus, neque Empedocli cum ait.

Vndique splendorem solem, calidumque uidere. Quae si uera sunt, perspicuum est multo ante illa fidem habendam sensibus. Immo, inquit, mortales cum simus, a sensibus auspicemur necesse est: uerum illis haudquaquam perpetuo immorandum, sed ad partem diuiniorem accedendum, nempe rationem. Nam sensum & animantibus rationis experi- bus inesse, rationem solum hominibus esse cum dijs communem. Atque hic in longum orationem ex- tendunt. Quinetiam ex illis quidam & Anaxagoram in testimonium euocant, qui inueni pronunciarit non esse albat. Hic, inquit, uir phyliscus excellor, ac supra sensum extitit: atque eius contemnit phā- tismata. Ad rationem ire pergit, eaque duce rerum naturam seruetur. At si me quod in mentem uenit fieri oportet, qui liber sum scilicet, & in tota aetate uita extra ueritatem studierim nihil: ad insanae extre- mum, & ultra, peruenisse illos arbitror, quos talia negari non dispudet. Nam si quae per sensus euiderer apparent, euerterentur: unde sumant demonstrationum principia, non habebunt. Sin autem ab ijs tanquā a fide dignis exordiantur, quo iure istam partem dixerint? Nam demonstrationum principia certiora sunt quam ea quae per illa demonstrantur: quippe cum ista aliunde fidem mutantur: demonstrationū uero principia non solum ipsa per se, uerum etiam ad querendorum inuentionem quibus credatur, idonea sint.

Quod abunde sufficit iudicantis medicamentorum facultatibus, quae per sensum accipiuntur experientia, imitatis diuitiarum paucis epilogismis, sine rationibus communibus. Et quo pacto rationem experientia subscribere oporteat.

Cap. 2.

Quidem optari nullas non res clare sub sensu nostros cadere, nec quicquam esse quod illos fu- geret. Hoc enim pacto nihil dubium, nihil ambiguum aut anceps usquam foret. Verum quoniam illos quadam effugiunt: rationem illis superinducere conandum est, sic tamen, ut non procul, ut illi fa- ctur, nec confusa & infirma colligamus. Verum ante omnia nomina significata diligenter defini- mus, ne quis postea per aquiuocationem falli possit. Deinde, quod ex se quid agit, ab eo, quod per acci- dens, separatur. De quibus supra accurate differimus: significataque eorum, quae facultate aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida, aut quiduis aliud dicuntur, discernimus. Tum quo pacto propriam cu- iusque medicamenti facultatem ab ijs, quae ex accidenti sunt, segregans inuenire quis possit, genera- tim quidem in tertio de temperamentis expositum est, atque in hoc tractatu membratim enarrabimus. Cui in primo iam libro coepimus: utque ibi in aceto & aqua, ita hic in oleo & rosaceo facturi sumus: si modo prius ostenderimus, quantum delinquant medicorum nonnulli, qui longe demonstrationū du- cunt principia. Nam quid oportuit olei aut rosae respexisse colorem, quando rebus ipsis uarie uti liceat, nec in sanis solum corporibus, sed & aegrotantibus? quippe cum ipsas per se rosas, aut succum earū ex- pressam corpori tum sano, tum simplici affecto morbo, ut supra diximus, licet imponere, atque oleo dulci miscentes corporibus aut ualentes refrigeratis, aut excaletis applicare, siue affucendo, siue per- fundendo, ac irrigando, tum in corpus quoque assumere, idque aut superne per os, aut interne per se- dem, ac sic tandem quid ad unumquemque uiam proueniat, inspicere. Nam hoc sane nomine medica- mentorum omnium uires contemplantur, ut in quo uti oporteat, hypochondrijs, aut capite ardore afflicto, aut refrigeratis, aut exolecatis, aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpeffis. tum ipsi tum alijs omnibus corporis partibus. Ergo cum tam perspicua simul ac compendiosa adit uia ad ea quae inquiri- mus, etiam ne colores aestimabimus, aut odores, aut consistencias, aut formas medicamenti cuiusque? perinde factitantes, atque si qui ex imagine aut ficta aut picta cognoscere que impiam uolunt, cum ip- sum aspicere non denegetur quem agnoscere cupiunt.

Quod neque a colore, neque ab odore, neque a consistencia, aut congelatione, neque a diuinitate, neque a leni- tate rationari de medicamentorum facultate oporteat.

Cap. 3.

Atque hac utique parte non leuiter peccare mihi uidentur: multo etiam magis cum incelsua ar- que indemonstrata uigantur demonstrandi rationis plane imperiti. Nam donemus ignem aut lauum, aut rubrum esse, utrumque uoluerint, nec enim refert: quid ergo id facit ad hoc, ut omne ru- brum sit calidum? Nam omnis ignis, uerbi causa, ruber dicitur: est: at omne rubrum ignem dicere, ri- diculum est: multo que etiam pius, si omne rubrum calidum quis dixerit. Nam si principio assumptum esset in oratione omne calidum esse rubrum, licuisset fortassis mutua axiomatis conuersione rubrum om- ne calidum concludere: licet non obscure & illic peccetur. Nam quae mutuo conuertuntur, (quod ab- strahunt uocant) non quae simpliciter conuertuntur, (quod est abstrahunt) orationes, uere de se mutuo dicuntur. Verum tamen propinqua ea fuerit deceptio. Atque quoniam nec illud orationis initio assum- ptum erat, nempe omne calidum esse rubrum: haud licet mutua conuersione omne rubrum calidum esse colligere. Tibus ergo modis in sermone peccant, qui aiunt totas temperatura calidas, quae sint rubrae. Primum, quod non demonstrata hac propositione, omnis ignis ruber, conuerrere ex hac aliam, uidelicet, omne

Al. l. r. r. r. ca. p. 126. f.

A omne rubrum est ignis, tanquam ueram, conantur. Secundo, quod nesciunt propositiones quae ex mu- tuo ueris conuertuntur, (abstrahunt uocant) non autem simpliciter conuertentes (abstrahunt) esse ueras. Tertio, quod etiam si mutuo conuertentur, non tamen omne, quod colore sit rubro, calidum esse, ex mutua illa conuersione sequatur, sed aliud huiusmodi axioma, rubrum omne esse ignem. Porro quod talia in rem praesentem non modo sint inutilia, sed etiam palam falsa, cuius no- tum est. Debemus enim non an omne rubrum sit ignis, sed quod omne rubrum calidum sit, ostendere. Nam si quicquid ruber, ignis fuerit, erit nimirum & rosa nobis ignis. Ceterum logicas methodos igno- rantes medici primum in hoc maxime peccant, quod proprijs finibus excedant, nimirum cum sufficiens sit experientia, iunctis saltem paucis quibusdam epilogismis, medicamentum uires exquirere. Deinde tam foede in rationibus hallucinantur, quam pueri modo speculationem logicam ingressi. Eisdem er- roribus tenentur, qui ex odoribus medicamentum facultates conijciunt. Nec enim quicquid bene redo- let, calidum est, (quod quidam dicitur, haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat, quae ab Ari- stotele & Theophrasto super hac re prodita, ea quae nos in quarto harum commentationum defi- niemus) neque quicquid calidum est, bene olet. Quinetiam neque si quid graue olens est, calidum erit: neque si calidum, etiam graue olens. Sic nec si quis quicquid graue oleat, frigidum dicat, nec si quicquid frigidum sit, graue oleat, uerum dixerit. Siquidem calidorum innumera sunt, partim bene- olentia, partim graue olentia, partim neutra: similiter quoque frigidorum. Quamquam quid calida dico ac frigida? cum debeam dicere caliditas nos, ac refrigerata, quae utique inquirimus. Nec enim quod absolute calidum est, aut quod ad hoc expenditur, nunc considerare propositum est, sed quod corpus humanum excalet. Nec sane etiam quod absolute frigidum, sed quod hominem refrige- ret. Denuo ergo hic hallucinantur in homonymia haud distinctis nominum significatis: tanquam si- quis de cane terrestri differens ad marinum se oratione transferat, existimans ut animantis utriusque nomen, ita & naturam quoque unam esse. At nobis demonstratum aperte est in commentarijs de tem- peraturis (quos & hancce antecedere tractationem protinus initio commonefecimus) aliud esse fa- cultate calidum, aliud actu: & huius quod actu uidelicet calidum est, aliud absolute dici calidum, aliud per exuperantiam, aliud ad symmetriam sui generis uel suae speciei, aliud ad quiduis obuium collatum. Quin & hominem non absolute calidum, ut ignem, sed exuperantia calidum diximus. Siquidem uia- iorem in eo calidi portionem inesse, quam frigidi. Ergo & quaecumque ad hunc dicuntur calida potesta- te, illum excalet dicuntur: facileque de illis iudicium, & per experientiam expenditur, paucis indigens (ut supra commouimus) epilogismis. Quos cum sophistae excedant, & tempus adolefcentulo- rum frustra terunt, & sophismata caullisq; homines seducentes, eorum soluendorum imperitos, falsis eos dogmatis opinionibusque implent. Debeant enim neque colores inemorare: neque odores, immo neque consistencias, neque leuitatem, aut asperitatem aut eius generis quodecumque. Nam quid refert oleum an lentum sit, aut leue, aut splendens, aut liquidum, aut pallidum, aut pingue, aut subricum, atque cor- poribus illius excalet possit? Quippe cum ex nullo omnium cuiusmodi colligere possis ipsum esse facultate aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut sicca. Siquidem ex genere splendentium leuissimumque & lentorum partim sunt, quae plane non calet, partim quae refrigerent, tum alia quae exiitent, alia item quae hamectent. Et eorum omnium quae accidunt non oleo solum sed alijs omnibus, nullus est re- perire, quod solidum perpetuumque sit, ut in eo generalem constituere propositionem liceat.

Quod sophistae rationibus haud nisi sint scientificis ad eas sumptiones, ex quibus perperam de medicamentorum facultatibus colligunt, sed aut ex inductionibus, aut ex exemplis.

Cap. 4.

Nam omitto, quod non scientificis in omnibus id genus sint uti rationibus sophistae ad inuenien- das sumptiones, sed ex inductione: & quod omnium pessimum est, quod nec quae sit inductionis natura unquam inspexerint. Quod si quis eos in id prouocet, neque sequi audent: & si de demonstratio- ne quis quid agat, increpant. Immo, quod etiam deterius est, non ex inductione solum rationari as- suerunt, sed non nunquam etiam ab exemplis, tanquam rhetores. Nam qui frigidum esse oleum as- serit, proinde quod lentum sit ut piruita, is per exemplum concludit, par robur praebens demonstratio- nis, atque is qui ipsum calidum contendit, quia lentum sit, ut uiscum. Nec secus is qui calidum dicit, quo- niam facile in flammam uertatur, uti bitumen: atque is qui frigidum probat, quod facile cogatur ac con- crescat, ut aqua. Nam differit, exemplo aut exemplis quid iudicet, an inductione. Siquidem qui exem- plis fidem facit, unum aut duo generis eiusdem adferat, aut certe plane paucula plerisque, scilicet praeteri- tis. Qui uero ex inductione, omnia comprehendere nititur, quae per experientiam sunt cognita: nec quicquam praeterire quoad eius fieri potest, quod apertum vulgo ac perspicuum sit, studet, sed quod occultum est & paucis comprehensum. Quamobrem uolentia est, & uehementer persuadet quae ab om- nibus, quae experientia sunt cognita, ducitur inductio: solisque ijs mendacium perspicui potest, qui in demonstrationis methodis sunt exercitati. Quare nos de ea copiosius in demonstrationis libris differui- mus, ac forte etiam scotum de ea librum componemus.

De oleo aduersus Archidamum.

Cap. 5.

Palam autem fiet nihil scius & nunc quoque inductionis natura, multoque magis & exempli. Nam omnia in summa percurrere statutum est, quae de olei facultate a medicis sunt prodita, eaque proba- biliter quidem quod ita uiderentur: at non uere: ac primum illud quod a Diocle in Archidamo scri-

ptum est, quod Archidamus durefcere uriq; cutem ijs, qui eo fricarentur existimavit: quapropter etiã E  
 siccam friccionem prætulit. Oleum enim accendi atque exurere cum a friccionem calefcere, putabat,  
 ac propterea admodum humorem exhaurire atque siccare non secus atque ea afforum quæ ungi solent,  
 nam & ipsa magis durefcere, quàm si citra oleum assaueris. Præstat autem totam adscribere dictionem  
 Dioclis. Habet autem ea hunc in modum, At cum oleo fricare non perinde probabat. Primum enim  
 inæqualem fieri eiusmodi friccionem putabat, quod manus laborantur scilicet, nec æque carnem ap-  
 prehendere propter pinguitudinem possent. Præterea durefcere atque aduri cutem in illis magis, qui  
 sic fricarentur existimabat, quàm qui sicca uterentur friccionem. Oleum quippe accendi & urere a fricci-  
 one calefcens, quemadmodum in assis, quæ uncta sunt, magis quàm non uncta, ubi oleo accenso inca-  
 lescent, & ualde exiccantur, indurefcuntq;. Similiter quæ in oleo coquantur, fragilia friabiliaque effici  
 eandem ob causam. Ad hæc quemadmodum ligna & coria, & alia complura, quæ ex oleo fricantur,  
 oleum intro imbibunt ita putabat & corpora. Quod cum fieret, multa quæ solita essent cum spiritu ef-  
 fluere, ac foras prorumpere, tunc concludi arbitrabatur, ceu cum cribris, lintheis, lana, omnibusque adeo  
 per quæ percolari quid affoler, perfunditur, ac iungitur, non æque liquores fluere per ea ualent. Porro  
 ubi ea excretio interrepta est, quædam intro recurrere, quædam acruata inuicemque implicita me-  
 tus opplere, rereta scilicet ab oleo, quod in seo quid simile habeat: sicut in alijs omnibus apparet, quod F  
 pingue est, pulueres ac festucas, omniaque eiusmodi confectari. Denique ubi obstructi iam meatus fue-  
 rint, perpetuo ac sensum omnia deterius perfici esse necesse, quàm in ijs quæ pro consueto geruntur na-  
 tura modo. Putant quoque oleo inesse aliquam mordacitatem, cuius uel oculi illachrymarent, & gut-  
 tur in tussim citretur, (quod *ῥιπρὸν* uocant) tum alius raderetur, excrementaque redderentur sangui-  
 nolenta eo bibito; proinde qui citra friccionem iungerentur, nihil affligi: infamiosem enim esse mordi-  
 cationem quàm quæ sensum aliquem mouere possit. At si per friccionem carnem subintraret, mordicatio-  
 nem moliri maligniorem: uelut multa medicamentorum, ubi enim illinuntur, minus ualent: at compres-  
 sa introque subeuntia, magis agunt: sicut sane si urticis, & alijs multis sensum quempiã contingas, nihil  
 læseris nisi ferias aut premas, urique offenderis. Hæc ergo sunt quæ Diocles in Archidamo prodidit,  
 quorum simul tum probabilitatem, tum prauitatem conspiceret. Siquidem quod quicquid in oleo  
 coquitur, propriam amittat humiditatem, ac friabile fragileque celeriter reddatur, cum alioqui nihil  
 in aqua tale perpetiatur, ipsa nos docuit experientia. Quamobrem hac utique parte nihil Archidamus  
 mentitus est: debebat tamen, sicut Aristoteles, & Theophrastus, alijque non pauci philosophi eiusmodi  
 problemata in physicis questionibus & proponunt, & soluunt: ipse quoque (si quidem omnium re-  
 rum causas scrutari uoluit,) perinde ut illi, uti proponere, sic quoque soluere. At cum id minus facere G  
 appareat, in hoc uel maxime mihi delinquere uidetur. Nam quod apparet euidenter, id semper primum  
 ponendum est: ac deinde, sicut libeat, causam eius inspicere debet, physica problemata hunc in modum  
 componens: Cur oleum, quæ in ipso coquantur, sicca & friabilia & fragilia efficiat: aqua uero humida  
 & mollia, aut, Quamobrem in oleo costæ siccescant: at quæ aliter in eo madidata sunt, magis propriam  
 ferunt humiditatem, quàm si omnino non essent madidata. Qua ratione scilla & urticæ morsus sanet.  
 Qua de causa his medeatur, cum ipsum oculos mordicet. Qui fiat, ut reliquam corpus uniuersum non  
 mordicet, sed oculos duntaxat. Quare guttur exasperet, ulcera uero leniat. Quo pacto uentrem subdu-  
 cat. Quo modo lassitudines sanet. Quamobrem inunctos teneatur a frigore. Quare animalia infecta in-  
 terficiat. Cur iora & coria emolliat: at quæ in ipso coquantur, duriora omnia efficiat. Atque hoc unum  
 est problematum genus ad physicum duntaxat attinens. Alterum uero, quod commune quoque coru  
 est, qui artem quamuis exercent, est tale. Quam ob causam carnes piscesque affantes coci oleo prius il-  
 linant. Quid sit quod athletas oleo fricent gymnastæ. Quid etiam quod pueros pædortibus. Nam cuius-  
 que talium problematum ab experientia profectam causam assignare liceat: cocis nimirum responsu-  
 nis, propterea se pisces ac carnes oblinere, quod sicca adustaque; extima eorum reddantur partes, si citra  
 pinguedinem assentur. Athletas uero se ex oleo fricare dictum is gymnastis, tum quod quæ ante inerant H  
 lassitudines ipsum exoluat, & quæ futurae sunt mitiget, tum quod friccionem æqualem & mitem plane  
 efficiat, corpusque ad motus futuros præparet. Eas ob res ipsi quoque pædortibus pueros se & ante &  
 post exercitia inungere dicunt. Cur autem oleum lassitudini medeatur, haud etiam nouit nec gymnas-  
 tes, nec pædortibus, nec medicus experientia curans: nec tamen quia id nesciant, ab euidenter apparen-  
 tibus recedent. Siquidem tametsi ignorant, quamobrem ueratrum album sursum purget, nigrum deor-  
 sum detrahatur, neque compertum habent, quare canis picuram ducat, atram uero bilem epirhimum: ta-  
 men medicamentis ad ea utuntur, ad qua uenenda docuit experientia: & eos quibus est opus curant, &  
 euidenter apparentibus fidem habent, eosque, qui contraria rationi adstruunt, derident.

*Quod præterquam quod pugnantis de olei facultate Archidamus afferat, insuper improprys  
 uatur exemplis.*

Cap. 6.

**A**T Archidamus supra quàm quod in multis, quæ perspicuo apparent contemnit, insuper & hac  
 quoque parte taxatus mihi iure uidetur, quod dicat meliorē esse friccionē siccā, quàm quæ cū oleo  
 acubetur, quia corpus durius & siccius ijs qui ungiuntur, efficiatur: mollius autem ijs qui fricantur sic-  
 ca. Dicit porro nihil secius & in illa ipsa dictione paulum progressus, ligna, pelles, aliaque; quæ ex oleo  
 fricantur

A fricantur, ipsum in profundum transmittere, idque maximum esse testimonium, quod in corporibus no-  
 his intro subiens meatus oblinat, ac humorum prohibeat effluxus. Atque ego quidem quomodo  
 hæc consonent, nescio. Si enim humorum effluxus prohiber oleum, haudquaquam siccum dicendum  
 foret, ac proinde frustra id tanquam desiccans in friccionibus repudiat. Falli præterea in hoc mihi uide-  
 tur, quod similiter affici patet cum ea quæ in illo coquantur, tum eos qui fricantur. Nec enim eadē age-  
 re dixerim oleum calidum, frigidum, temperatum, tepidum, aut feruens, sicut nec aquam ipsam. Appa-  
 ret enim & ipsam, si frigida applicetur, condensare, consipare, contrahere, confringereque, & repren-  
 dere, sicut si extreme feruida adurere. At si temperata adhibeatur & moderate calida, laxare, rarefacere,  
 fundere, digerere. Porro si nec insigniter calida, nec frigida admoveatur, sed uelut quæ fontana dici-  
 tur, tunc propositum nihil efficiet, uerum propriam suam facultatem exeret. Sic si quis oleum expē-  
 dere uolet, ab omni prius liberum alieno tum calore tum frigore ipsum efficiat, atque ita demum ad ex-  
 plorandum accedat: quippe quod summe frigidum fuerit, non ex sua duntaxat facultate, sed ex alienæ  
 qualitatis excessu non nihil in contactis operabitur: ita quoque quod magnopere calidum. At si utro-  
 que ipsum liberans sic demum examinare uoles, hoc duntaxat pacto propriam olei uim inuenieris. Qua-  
 propter cum quis ex more oleo fricatur, sicut gymnastici omnes, in solo fricatur oleo, quod nimirum abs-  
 edi actionem necesse est, nempe ex propria olei facultate, & aliena qualitate. Saepè uero propriam cu-  
 iusque medicamenti facultatem obscurari necesse est, ubi ualentem aliunde qualitatem acciderit. Itaque  
 qui simile fuerit herbas in oleo feruente coquere, ac exercitantium corpora fricare? Maxime si quidem  
 uti supra offendimus, extrinsecus ductas probationes fugere oportet, cum liceat nimirum propriam cui-  
 que adhibere experientiam. Quod si quando tamen id quisquam facere uolet, certe similia comparare  
 conabitur, sicut in corijs faciebat & loris. Nec enim quisquam oleo in igne præcalfacto, neque in nunc  
 refrigerato, sed obuio quoque accepto corium ac lora confricat. Ita puto & pædortibus faciant, obu-  
 uio oleo pueros fricantes, neutriquam aut in igne excalfacto, aut in hiue refrigerato. Alioqui sane &  
 nos non raro caput ardore grauarum olei admodum frigidi perfusione refrigerauimus. Porro si salis ni-  
 hil oleo sit inditum, tanto magis refrigerabit: Sin etiam omotribes, hoc est crudum fuerit, multo profe-  
 cto etiam amplius.

*Quomodo frigidum paremus oleum.*

Cap. 7.

**P**orro præparare illud solemus non aliter atque aquam: nempe prius excalfacientes, ac deinde a-  
 qua mergentes summe frigida: at si etiam fons in ipsum cum strepitu decidat, uasculo nimirum, cui  
 Cines oleum, ante diligenter oculo magis quoque ac magis ita reddetur frigidum, Mulum item fri-  
 gefeceris, si præcalfactum in puteum ita demittas, ut aquam contingat, quanquã quod aqua nondum  
 tangit, frigidum ite euaserit, sed nõ perinde. Atque hoc pacto præparado frigidum reddimus oleum: contra-  
 rio aut modo, calidum. Quo sane modo etiã utimur in refrigeratis corporibus, in alueum olei calidi de-  
 mitentes, quibus pars quæpiam obstupuit, aut tremuli sunt, aut conuulsione tentantur, aut motu, sen-  
 siue priuantur, aut etiam ægre sentire possunt, ut eiusmodi quippiam perpeffos. Ergo si quis ex uniuersa  
 fo ulu de medicamentum facultate pronunciet, putabit, nunquid excalfacere & refrigerare, tum exicca-  
 re, & humectare nos oleum queat, uelut Dioclis Archidamus, siquidē pugnantis considerate animad-  
 uertereque nesciat. Nam cum exicari & fragilia effici quæ in oleo coquantur dicit, exiccantem & di-  
 gerentem eius facultatem ostendit. At ubi intro in coria subire, porroque nostros oblinere, ac naturales  
 humorum effluxus prohibere, rursum sane quodammodo contrariam eius facultatem demonstrat tū  
 digerentibus, tū exiccantibus. Atque in istis uel adhuc quæ apparent proferens, de illis nõ recte ratioçi  
 natur. At ubi de mordicatione agitur, nõ ea oia commemorat. Nam quod oculos mordicet, quod guttur  
 exasperet, siue ad tussim prouocet, quod uentrem radat, atque secessus sanguinolentos efficiat, abunde  
 magna testimonia sunt mordacem illi inesse facultatē. At quod ulcera dolore liberet, & uentris mordi-  
 cationes aut irigatū, aut infusam omnino sanet: quicquid morsu irritantur mitiget, cum & ipsa non parua  
 sint contrariæ ipsius facultatis indicia: plane omissa sunt. Ceterum si utrisque propositis quis ratioçi nari  
 uolet, duorum alterū cõueniet: aut n. id faciet ut Empiricus, qui experientia omnia tribuit, dicetque se in col-  
 latione ad aliquid cuiusque medicamenti facultatē per experientiam cognoscere, ipsius autem per se pro-  
 priam ignorare naturam. Aut ut Rationalis, cõtrarias inesse medicamentis facultates, mordicantē & lenien-  
 tē: ac deinde ingenti tenebitur anxietate cam diciturus, cum interim altera earū agat sensibilibiter, interim  
 altera reliqua aut perditā sit, aut nõ clare appareat. Quirū omniū dubitationū solutiones, siquidem ut  
 physica proponantur problemata, sane q̄ difficiles sunt: sicut ut ad usum referatur artis, multā requirit ex-  
 perientia: epilogismos aut nonita multos, sed exactos ac definitos. Nã primū, an onne oleum oculis  
 mordax sit, necne, experientia incūctanter definire præstat, haudquaquã ex tēpore in utranque partem  
 rhetorum more differere: tum an omne æque guttur exasperet, aut uentrē subducat, aut radat, ut nõ nõ  
 quam cruentas moueat exercitantes: tum oleorum hoc quidem hæc faciat, illud uero non: & aliud magis,  
 aliud minus. Olei differentias nunc dico non eas, (ut quisquam suspicaretur,) quæ sunt hete-  
 rogenis siue alterius generis, sicut cicini, rhaphanini, caryni, balanini, ac similitum. Nam & homi-  
 neres medicus noscat oportet: sed in præsentia eas enumerare non expedit. Satis est, n. mea quidē sententia:  
 principio propriissimū, & quod maxime ab omnibus hominibus uocatur oleum, considerasse: quando

QUINTA CLASSIS.

B 3 &



& ipse fructus ex quo sit oleum, solus ex omnibus oliua nuncupetur, & arbor olea, quae graece utriusque *ελαια* uocatur, & ipsum oleum *ελαιον* ipsumque simpliciter primario oleum dicitur: reliqua omnia per translationem & abusu sunt.

*De differentiis proprie uocati olei.*

Cap. 8.

**H**uius sane quod proprie oleum appellatur, de quo omnis in praesenti sermo habetur, plures dico esse differentias. Secundum aetatem quidem cum aut recens est, & uelut mustum, aut aetate uigente, aut uetus. Secundum preparandi modum, cum aut simplex solumque & impermixtum fuerit, aut cum sale preparatum. Secundum fructus ipsius diuersitatem, cum is aut immaturus, aut maturus extiterit. Secundum inductam arte alterationem, cum aut quomodo ab initio preparatum fuit, ita seruetur, aut candidum efficitur. Scriptum uero est de albificatione eius & ab alijs non paucis, & nos quoque in sequentibus de illo non nihil trademus. Horum omnium oleorum facultates ipse esquidem experiri studuit: quid autem in quoque fieri deprehenderit, postea exponam. At nunc absoluere statui primū quod erat in manibus. Perperam enim mihi uidentur medicorum plerique tum experiri medicamenta, tum de uiribus eorum rationari.

*Quomodo cuiusque medicamenti facultatem experiri oporteat.*

Cap. 9.

**Q**uippe cum experiri solum oporteat quae impermixta sunt, & ab omni extranea qualitate aliena: eaque primum in optima corporis constitutione, deinde in intemperatis, demum in morbis simplicibus: sicut in libro hanc antecedente, & in tertio de Temperamentis definitum est. Rationari uero id quod ex accidente est, semper ab eo quod per se est, distinguendum.

*Quod non solum in explorandis medicamentis medici hallucinantur, sed etiam in opinionibus quas habent de affectibus.*

Cap. 10.

**A**t nonnulli medicorum non in istis modo hallucinantur, uerum etiam in opinionibus quas habent de affectibus. Nam oleum quod lassitudinis remedio sit, omnes propemodum farentur: ceterum quis affectus sit lassitudo, non consentiunt. Hic enim articularum esse aut siccitatem, ex motibus deficere: Alter & musculorum adiecit: Alius porro contra quam hi, humiditatem multam, & reuersionem, & caliditatem fluxione nimirum partibus uehementer agitata affusa: Alius non humorum multitudinem, sed qualitatem solum causatur, prouenire iniquis in motionibus immoderatis pinguedinis carnisque tenerae colliquationes quasdam, quarum pars foras transpiret, reliquum retineatur in corpore: & hoc cum acre mordaxque sit, affectionem efficere uelut ulcerosam. Itaque etiam si in hoc conueniatur, quod lassitudines sanet oleum: atramen ob ancipitem atque ambiguum corporis affectum, nihil queat certi de olei facultate colligi. Atque id sane non tantum in lassitudine usu uenit, uerum etiam ubi doloris causa, aut mordicationis, aut phlegmone gratia bibendum oleum exhibemus, aut per sedem infundimus, aut itidem perfundimus. Siquidem ulceribus phlegmone affectis non solum, sed & cum aqua moderate calida perfundimus, ut in lassitudinibus cum lauacro aequo dulcis. Sed nec quae sit in phlegmone affectio, consentiunt. Porro ubi per sedem ipsum ingerimus, aut bibendum offerimus, ne tuum quidem cognoscimus euidenter carnā corpori ipsum applicemus, an pituita, an bilis, an aliorum aliquorum recrementorum plenus. Constat enim non perinde hominem affecturum, ubi pituita uiscosa intestinum omne simul cum uentre plenam offendet, atque ubi biliosis excrementis repletum, aut alijs quibusdam acerbis humoribus, aut stercore multo, aut horum quidem nullo, sed incidat in uentrem intestinaeque undique putrauit perterquam quod pura, etiam exasperata reperiat.

*Quod ut quis probe de olei facultate rationetur, debeat etiam affectionem hominis estimare, & de ipso oleo quale sit praesumere.*

Cap. 11.

**I**taque negligenter admodum & seigniter de his omnibus medicorum plerique rationantur, haud indicantes nec quo pacto affecto homini oleum exhibeam, nec quale nam ipsum. Ac mox tamen dicunt, alii mordicare & radere prorsum partes corporis internas: alij uero etiam si praesuerit mordicatio & huic mederi. Nec enim parum interest, an injiciatur in uentrem pituita scarente oleum experts salis, (Graeci *ελαιον* uocant,) & quod reuera oleum est: an quod plurimum accepti salis, in uentre puri. Vtrumque enim aluum subducit, diuersis tamen facultatibus. Nempe illud quod sale uacabat, in pituitoso uentre per lubricitatem, simili modo cum maluis, blitis, moris: Quod uero sale habet, in puro per acrimoniam, perinde, ut muria, & marina aqua. Et sane hoc quidem radet, alterum non radet. Ergo nec absolute oleum quoduis interna omnino radere dixerimus, aut deiectiones moliri crientas, neque mordicationes lenire: uerum id cui sal est inditus, in puro uentre radere, cui autem non in pituitoso non radere.

*Quod saluginosum et acrum ex accidente quandoque morsum medicantur, nempe si cum quod mordicat educantia, dulcia uero & epicrasia contra morsum etiam aliquando ex accidente exasperant, nimirum cum una corrumpantur, & foveant alantque cacochymiam.*

Cap. 12.

**N**on nunquam uero mordicationes ex accidente quod saluginosum est, sanauerit, uelut melicrarum, salugo, serum lactis. Educunt enim secum haec non nunquam succum mordicationem facientem, ac mordacitatis redduntur medela, perinde ut cetera omnia quae abluunt & abstergunt. Sed non statim ubi immixta sunt hoc genus medicamenta, morsum sanant, quin potius tunc etiam exasperant. Siquidem euacuationis, haud epicrasiae, i. temperationis seu missionis ratione sanationem moluntur. Quippe ceratum ex rosaceo & adipe aut pinguedine insusum saepenumero moribus continuo succurrit, idque

**A**idque temperationis ratione. Sed & oleum ipsum solum, sed dulcissimum id frequenter praesertit: sicut cetera etiam adeps hirci, aut succus alicae, aut ceratum ex oleo dulci. Nos autem saepenumero quibus ex frigore interna dolore torquebantur, ingesto oleo calido, dolore liberauimus, ac si maius esse frigus conieceramus, addidimus & anethum, oleum excalescentes: si uero adhuc etiam maius, etiam quoque & bitumen. Eiusmodi igitur auxilia omnia quod frigori medeantur, dolores mitigant, non propterea quod laedentem humorem attemperent, aut educant. At in idem uniuersa consilia sunt plerique medicorum, qui nec norunt dolorem ab intemperantia natum, ab eo qui ex cacochymia oritur, distinguere: nec quod medicamentorum, quae doloris gratia injiciuntur, alia excalescendo partem refrigeratam sanant, alia humorem mordicantem euacuando, alia miscendo. Sed & subinde mixtae existunt affectiones, ex intemperie uidelicet, & mordicatione. In quibus nos consueuimus anethum, aut uera oleum infundere aserino in eo liquato adipeis si non adlit, saltem gallinaceo: si nec is quoque, uel aliorum aliquo: quod si horum nullus ad manum fuerit, ceteram nilcemus mordacitatis expertem, (uoco autem sic eam quae loca est,) aut certe oleum ipsum quod effectum est candidum, infundimus. Nam id ceram mordacitatis experti proportionale est. Temeraria itaque pronuntiatio est atque indefinita tum coram, qui oleum omne omni tempore mordicans adstruunt, tum eorum qui leniens. Nam quod sale accipit, mordax est: quod autem eo caret & dulce est, quod quidem ex se est, lenire potest. Nam uideri possit & ipsum quandoque pro affectibus quibus applicatur, haud etiam esse eiusmodi. Vnumquodque enim temperantium medicamentorum (Graeci *επιμαρτυρια*, siue *επιμαρτυριον* nuncupant.) ubi ualentius euasit humoribus mordicantibus, morsum eorum retundit. Verum si aut ualentioribus facultatibus, aut multis paucum mistum fuerit, uia & ipsum corrumpitur, alitque cacochymiam, siue succi malignitatem. Quamobrem in protinus euacuandi sunt qui ab ijs quae temperandi naturam habent, iritantur, atque asperantur: utpote qui multa nec facile mobili corruptione sint repleti.

*De lacte. [Rebus fere omnibus multas ac diuersas inesse facultates, exuperantem tamen facultatem cognosci posse ab eo, qui id quod est per se ab eo quod est per accidens, recte distinguit.]*

Cap. 13.

**S**ic sane lac frequenter simulatque sumptum fuerit, alijs accedit, alijs in nidorem uertitur prius, quam probe concoctum corruptionem temperet. In quibus utique primum maxima cacochymiae pars euacuari debet, atque inde lenendus chondrus, & pituita, & lac, & alia quae ubi probe fuerint cocta, conferunt ad euchymiam, hoc est succi in corpore bonitatem. Non tamen quod ad hoc attinet, omnia existimare oportet, aut deteriores, aut contrarias in sese obtinere facultates, neque in sermone scienter eorum, quae eueniunt partem alteram omittere: id quod fecit Archidamus in oleo. Siquidem memora char oculos ab eo mordicari, guttur ad tussim excitari, & uentrem radi: Ceterum quod stomachum saepe cum ualenter morderetur, oleum protinus dulcissimum epotum sanauit, & iniectum totius ventris mordicationes leniit: & a thapsia, urtica, & scilla excitatas iniunctum sedauit: eorum mentionem non fecit. Ego uero non ambigo, neque fidem non habeo ijs, qui aiunt rebus propemodum omnibus multas ac diuersas inesse facultates: quin ostensurum me id ipsum polliceor in libro sequenti. Attamen non proinde adstruo ea quae in quoque exuperat, non posse cognosci. Verum si quod ex accidente est, ab eo quod per se, distinxeris, omnia clare cognosces. Contemplator enim utrunque in exemplis, propositis uidelicet exempli causa quibus hominibus, quibus similiter os ventris mordicetur, & qui pariter aut succum pituitae, aut chondrum, aut panem lotum sumserint: deinde alteri mordicationem restinctam, alteri uero inuictam ponito: obsecro, nunquid succus pituitae, aut chondrus, aut panis ex se mordax est, per accidens autem in altero hominum morsum non modo non inuaxit, sed mitigauit: an quod ex se quidem erat mitigauit, per accidens uero in altero irritauit? Ego sane ex sua natura epicrasiacum esse dico succum pituitae, & chondrum, & panem, & per Iouem lac quoque: ceterum in altero homine morsum auxisse, quod propeisset a corruptione superari. Atque ea utique est (certo scio,) ueterum omnium sententia, sed & recentiorum optimi quique ita sapiunt. Verum si quis fuerit quem ego nesciam, (nec enim quicquam est quod non audeant iuniorum medicorum quidam,) qui contendat ex sua natura corruptiones augere chondrum, panem, aut pituitam, ceterum in quibusdam ex accidente nimirum mitigare: is inquam qui talia iactabit, nullam affectionis suae demonstrationem afferre poterit. At nos dicimus, quod si pituita foret cacochymia, malive succi, haud unquam mordicationem mitigaret. At qui conspicitur frequenter tum superne sumpta, tum per sedem iniecta mitigare: Ex quo patet per suam quidem naturam boni esse succi: uerum interdum una cum ijs succis qui mordicationes excitant, corrumpi, & ipsum augere symptoma.

*Quomodo discernendum sit, a cacochymia ne mordicatio sanata sit, an ab epicrasia, hoc est temperantibus.*

Cap. 14.

**F**orte igitur nos roget quispiam, an ullum unquam cacochymorum mordicatione curauerit? Equidem id non raro factum cognoui: uerum ea dico non temperando, uerum id quod mordicabat educendo, mordicationes sanasse. Ac proinde & statim, & usque dum euacuentur, hominem mordicare, & insuper euacuata asperum relinquere sensum in partibus aliud medicamen requirentem. Quod non faciunt quae boni sunt succi & dulcis. Etenim & protinus mitigant, & praeterquam quod euacuationem non faciunt, etiam sensum asperum nullum inducunt, quin potius ipsa contra sensum medentur asperitati. Itaque chondrum, lac, pituitam in eiusmodi affectibus & edenda praebemus, & per sedem injici-

mus, ubi uidelicet melle, aut quopiam eiusmodi, quod infestabat, exferimus: quo tempore oportet tunus est & adeps, & ceratum dulce, & oleum dulce. Porro & in presenti & in sequenti deinceps sermone omnia me dulcia dicere existimato, tum ea que saltem non sunt experta, tum ea que sunt elota. Quatuor itaq; indicis ac notis cum possis quod per se leuit distinguere ab eo quod per accidens, facile cuiusq; talium medicamentorum facultatem inuenies. Primum indicium est, an statim mitiget, an non. Secundum an simul cum ledentibus euacuetur, an non. Tertium, an asperitatem quandam in corporibus relinquat, an non. Et quartum, an ita affectus utile & commodum uideatur, nec ne: Nam cum nec proutis mordicationem linat, uerum maiore cum uehementia excernitur, neq; intus manendo medetur, & molestam corporibus asperitatem relinquit, quam, si deuo offeratur, exasperat: argumentum est rodentis ac mordicantis esse naturam, ceterum ex accidente quandoq; mollis sanare. At quod & continuo mitiget, & nullam excretionem prouocat, sed nec exasperat dum intus manet, hinc exasperatorum medela existit, ipsum quidem natura bonum est, uerum interdum a cacochymia, que ipsam alterat, conuulsiq; mordax efficitur. Atque hæc ita a me dicta sunt, ut simul utriusque medicamentorum generis & tempus, & utendi modum, simulq; facultatis inueniendæ rationem doceret oratio, demonstraretq; & persiana succum, & chondrum, & ragum, & lac, & panem elotum ex genere esse boni sicuti: quin & pinguedinem, & adipem, & oleum dulce, & ceram dulcem ex mitigantiu esse natura. Fuenit autem cera dulcis, que & natura est talis, (nam quedam gustantibus amara sunt,) & que præterquam quod est talis, in aqua bona elota est.

*De ratione abluendi & candida faciendi medicamenta.*

Cap. 15.

**L**uanda porro est non tantummodo cera, sed & pix, & resina, & oleum, & quicquid aliud aqua misceri non patitur. Primumq; modice concalfactum mox in uas lati oris, ac magnum, cuiq; inlit aquæ copia purissima simul & omnis qualitatibus expertis, infundito. Nam in ea quicquid sit id quod abluetur, acrimoniam suam exiit. Deinde conterito, rursusq; manibusq; impetale subigito, ut nunquam uidelicet abluendi medicaminis particula aquam possit contingere. Deniq; effusa priore aqua, rursus quod lauam exalfaciens, in aliam aquam æque sinceram infundito, rursusq; distillime contundito, donec qualitatem suam in aquam deponat. Id autem gustu datur cognoscere. Mox uero & tertio, & quarto, & sæpius deinceps idem faciendum, donec aqua nullam etiam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Atq; hunc in modum omnia que exalfaci & fundi sustinent, lauibis. At si qua sint lapidosa & dura, uelut cadmia, & æris squama, & æs ustum: ea exacte in tenuia comminuentem, plurimum in aqua terere fontali purissimaq; oportet, subinde priore effusa, quoad nihil in aqua innatet, maneatq; aqua prorsum a contriti medicaminis qualitate immunis. Nam quandiu aut qualitatis eius quippiam in gustu appareat, aut aliquid innatet, tandiu terendum atq; effundendum est. Nam si hoc pacto quiduis eorum que lauari possunt, abluas, mordacitatis expertis euadet. Et sane oleum non tantum mordacitatem exiit, sed etiam candidius interea efficitur. Oportet uero ipsum non perinde uehementer uerberare ut picem, aut ceram, aut resinam, ne uidelicet adeo aque misceretur, ut ugre postea separari possit: sed ita, ut ubi quiescere paulisper linatis, facile possis innataas detrahere. Sunt & alij modi quibus oleum efficere possis candidum, quos scriptos inuenies apud eos qui præparationum libros conscripserunt, & qui de materia prodiderunt, ut & apud Dioscoridem in primo. Verum pleriq; eorum consumentes quod in oleo aqueum ac rursus est, reliquum candidum efficiunt. At hic abluendo, uel uo ipsum abstergendo ac detergendo, candidum efficit.

*Quod non colligatur oleum ex eo, quod ad tussim quandam cogit impetum, proinde esse mordax: neque enim unum quod ad tussim impetum mouet, mordax est: neque solum quod mordax est, ad tussim impetum mouet, sed & quæ pinguis sunt.*

Cap. 16.

**D**E medicamentum, que lauati candidaq; effici solent, dispositione, aliàs dicitur: nunc ad proprium reuertor. Oleum quod non sit ompbacinum uocatum, hoc est, erudum, (id enim adstringit,) neq; cum sale præparatum, neque recens, ac uelut etiamnum feruens, ad hæc omnia accurate loquendum, id neq; epotum, neque infusum mordicationem exercebit. Quod si guttur ad tussim impetum prouocat, non ideo mordax dicendum erit. Nam quicquid mordax est & acre, ad tussim impetum prouocat: non tamen quicquid impetum ad tussim prouocat, mordax est & acre. Hoc enim duntaxat pacto mordax esse oleum conuicetur, si quicquid ad tussim impetum mouet, mordax esse confessum fuerit. Occurrit itaq; denno hic error non leuis, sed perniciosus in conclusi conuersione commissus. Confessum enim est, omne mordax impetum ad tussim mouere, & confessum est, oleum omne ad tussim mouere impetum: uerum his suppositis non conficitur, oleum esse mordax, neque si categoricas, neque si hypotheticas efficiamus propositiones: quod scilicet ex duabus uniuersalibus affirmatiuis nihil concludi in secunda figura possit, neque conclusio ex necessitate sit uera. Fient autem in syllogismo categorico duæ propositiones illæ, Omne mordax ad tussim impetum ciet: sed &, Omne oleum ad tussim impetum ciet: quibus confessis nihil concludi poterit. Hypotheticam uero propositionem, quam Celsus in de simpliciis uocatur, ueram accipere non licet, neque ex sensu, neq; ex consequentia rationali. A sensu enim, aut per sensum, aut ex sensu, aut utcumque nominare placebit, id genus de simplicibus desumpta sunt, nempe, Omne mordax ad tussim impetum ciet: &: Siquid mordax est, itidem & ad tussim impetum ciet: & non, si omne mordax ad tussim impetum ciet, quicquid

**A** quicquid ad tussim ciet impetu, mordax erit: neque omnino ad hoc, Si quid mordax est, hoc & ad tussim impetum ciet, sequitur in omniuersum istud, siquid ad tussim impetum ciet, ipsum & mordax esse: sed id quidem, si non ciet ad tussim impetum, haudquaquam mordax esse, id inquam uerum est: quippe cum mutuo conuertantur. Non tamen siquid ad tussim impetum ciet, continuo & mordax est. Simpliciter enim hoc conuertitur, & non ueruo. Demonstratum autem in methodis logicis est, quæ ex mutuo ueris conuertuntur orationes, ipsas quoque ueras esse: atque simpliciter conuertuntur, non perpetuo esse ueras. Illas quidem *ad tussim impetum* uocant, has uero *ad tussim impetum*. Igitur si non ex necessitate uerum est, si quid ad tussim impetum mouet, idem mordax esse, neque sane oleum, proinde quod ad tussim impetum moueat, mordax esse concludi poterit. Hoc enim duntaxat pacto, nempe si in confesso esset, omne quod ad tussim impetum moueat, idem mordax esse, uere talem confici conclusionem inuenitur. Si ad tussim impetum mouet oleum, utiq; & mordax est: quod uidelicet ad hanc sequatur orationem, facta tali assumptione, Atqui ad tussim mouet impetum oleum: sequitur ergo iuxta primam orationem in demonstratam, mordax igitur oleum est. Verum enim uero non hoc pacto colligendum illis fuerat, quod si quid mordax esset, continuo & ad tussim moueret: sed quod sola mordacia ad tussim impetum prouocant: ita enim concluderetur, quicquid ad tussim impetum moueret impetum, esse mordax. At hoc ipsum, sola uidelicet mordacia ad tussim impetum ciet uideri, & aliene a sensu dicitur: (quippe cum & pinguis mouere ad tussim impetum appareant:) & quod queritur, prompse assumptum est neque ex sensu neque ex demonstratione. Præterea hominum id est ignorantium, quæ nam sit ad tussim impetum mouendi affectio, quam fortassis ipsis exponere præstiterit.

*Quomodo & per quæ ad tussim impetum cieri conuertat.*

Cap. 17.

**C**onuenit autem ad tussim impetum cieri inæqualitate quadam in gutture præter naturam prouenire: quippe cum spiritus per puram leuicq; ferri uiam consuetus, si quando in eminentia quadam impingat, tumultum quendam ac uelut inæqualem concussionem in gutture efficit, atque ita ad tussim animal prouocat: Nam ut alias quoque multas natura hominibus salutis gratia ingenitas indidit passionibus, ad eundem modum & sternutationem, & tussim: Sternutationem quidem, uti ea quæ in naribus infesta molestaq; sunt, propelleret: Tussim uero, ut quæ in gutture. Porro duplex ea affectio est, aut reflexa exasperata, quæ in arteria est in membrana: aut inæquali in ea corpore delato, sicut id liquidum sit, sicut solidum. Hinc seu panis micula, aut alterius emulsi edulij nobis inuitis in spiritus meatum decidat, tussire adigimur: seu bibentibus affatim ipsius potus quippiam eo infusa, similiter irritamur, atque ad tussim compellimur. Percolatur enim perpetuo per asperam arteriam in pulmonem Ciplius potus tam exile quippiam, ut procinus ab instrumentis raptum per facile quocumque distribuatur, nec tamen uspiam acuatim in spiritus semita consistat, neque animal ad tussim irriter. At ubi uel id ipsum plusculum, uel aliud quodpiam seu liquidum, seu solidum corpus in aspera defertur arteria: iam inde tussire necesse est, donec a spiritus uehementia quod molestat propulsatum eiiciatur. Proportionale quippiam hinc accidit, ubi in membranam ipsam arterie exasperata spiritus impingit, nisi quod hæc affectio alia a iam dicta est. Nunc enim ab arteria membrana aufertur abraditurq; quippiam: inrus uero adhæret aliquid in priore affectu. Porro utriusque communis est spiritalis uæ inæqualitas. De quibus susius in causis symptomatum differimus. Ceterum in presentiarum cognouisse sufficit, quod mordacia gutturis exasperatione, oleosa uero & pinguis illi inæqualitas: in & ad tussim impetum efficiant. Quicquid enim extra naturam in arteria incidit tunicam, tenaciterq; illi adhæret: tum organis ipsis, & qui per ea defertur, spiritui insolens est, tum animanti quoque molestum. Nec id nunc dico, quin pleraque ex oleis qualitate mordicantia sint. Nam & que adustum habent saleem, & prorsus recentia sunt, ea omnino mordacia quoque sunt: non propria sua essentia, sed quoniam omnibus plantarum succis geminum inlit excrementum: (quod abunde indicauit Theophrastus, & nos postea demonstrabimus.) alterum crassius, ac uelut terrestrius, alterum tenuius & uelut aquosius. Sane & oleo Dambo hæc insunt, ad concoctionem & discretionem tempus postulancia. Porro tempore quidem alterum residet, alterum uero consumitur: ac primum quidem, quod uidelicet & terreste est & crassum, subsidit, amurca nuncupatum: alterum uero tenuius, ac uelut aquosius quodammodo & ipsum compositum est, ex aerea scilicet essentia, & tenui serosa.

*Quot modis aquæum & tenue excrementum ab oleo separari queat.*

Cap. 18.

**C**eterum serosum istud rursus coloris est, a crasso illi terrestriq; subsidente scilicet qualitate absterfa. At oleum ipsum tum minime mordax, tum candidum sua natura existit. Quapropter ubi tenue hoc excrementum separatim fuerit, candidius etiam dulciusq; efficitur. Separatur uero multis modis. Aut enim in sole seruente lati oris uasculo olei pleno deposito, coctis in altum sublatis subinde id cum thepiti desuper conturbant: aut calidus uasculis oleum continentibus cineres subijciunt, solare quam fieri possit maxime calorem inuitati: maior enim ideo uitant, quod ipsum in qualitate alterer, prompque fumum excitet: aut nucleos oliuarum, aut frumentum circuncirca apponunt: aut medicamenta quadam uasis ipsis iniiciunt. In summa, quod aqueu est, exigunt atq; consumunt, reliquum autem seruant. Itaq; si rã dulce candidumq; acceptu oleu, cuiq; nec ab initio sal inditus est, ipsum in super, ut ante positu est, laues, id tibi medicamentoru omium minime mordax erit. Ac nos quidē per sepe oleu eiusmodi bibendum

libendum non nullis exhibuimus, nosq; ipsi experimenti gratia sumpsimus: protulimq; nullam intesti E nis mordacitatem attulit, gutturq; minime ad tussim impetum commouit: cumq; oculis esset infu- sum, sensum mouit exiguum, ipsa potius nouitate, atq; insolentia, quam acrimonia molestum. Atque eiusmodi sane oleum, ad unguem oleum existens, cuncta tum humectat, tum emollit, ubi nec summe (ut monuimus,) frigidam, nec calidum applicetur. Porro cui iniectus sal est, non nulla quoq; inest ne- cessario mordacitas. Verum mirer sane, inquis tantum indat salis, ut oleosam pinguemq; substantiam exuperet: utq; Archidamum scilicet referat, qui ait cutem aduri ijs qui in oleo fricantur: quandoqui- dem & id saepenumero factum uidi, cum aliorum non nullorum gratia, tum podagrae & arthriticis: fri- cant enim partes affectas trito in pauculo oleo sale multo, idq; per intermissiones, haudquaquam in paroxyfmis, tum ut superficium omne exiccet atq; discutiatur, tum ut partibus infirmis bonam com- parent habitudinem ac robur. Atq; in hoc quidem sal exuperat, in oleo uero superatur, Potiusque eor- um quae in oleo uigata sunt, facienda comparatio est, quam quae in eo decocta, utpote qui hominem feruenti nequaquam oleo decocturi sumus, uerum temperato uncturi. Praestat enim, id quod aliquo- ties supra monuimus, ipsam rei euentum sensu perceptilem & exacte manifestum inspicere. Neque e- nim sane extrinsecus qualitas opus exemplis est, in rebus nimirum quae tam clare cognosci possunt. Quin si quando forte obscurum sit quod quaeritur, adeo ut ex alijs sibi fidem poscat, neq; illic sane re- F motissima dissimillimaq; propinquis praerentis, accersenda sunt quaerendae facultatis testimonia. Sane euidentis luceq; clarius omnibus hominibus est, quod frictio ex oleo magis quam a sicca lassitudinem au- fert, corporaq; emollit, cohibens occludensq; quicquid nobis foras effluere est natum, haudquaquam digerens & exiccans. Id ipsum & Diocles confessus est, ut qui oblinere poros oleum dixerit, quaeque effluunt cohibere, tum coria emollire. Quod si rerum euidentia illi non sufficiebat, ac proinde extrin- secus addidit coniecturas potius illi uisum est: ea quae in oleo frigido rigantur, memorare, non quae in feruenti decoquantur afferre debebat.

Quod perperam Archidamus inaequalem ex oleo frictionem asseruit.

Cap. 19.

Q Veniam admodum in talibus rerum transgressus est euidentiam, ira illic quoq; dum ait inaequa- lem esse ex oleo frictionem, manibus uidelicet lubricis labentibus. Nam contrarium omnes manifesto percipimus, nimirum cum quae ex oleo sit frictio, aequalis existat: inaequalis uero, sic ca. Cutem enim in frictionibus siccis manus coadducunt, ac uelut duplant, uiolenterq; ac praeter na- turam complicant. Dein ubi non amplius prior uelut duplatio labentes sequi manus potest: ipsa qui- dem recurrit, atq; ad continuum reuellitur: manus uero semel ac uno impetu in alteram cutis partem transeunt, inferiorem transgressa duplationis partem. Ac proinde inaequalem, duram, laboriosam ta- G lem sentimus frictionem: duram quidem, quoniam cutis uiolenter & tenditur, & concutitur: eisdem de causis & laboriosam; porro inaequalem, quandoquidem non in omnes cutis partes fricantes inci- dunt manus, uerum inferiorem duplationis partem perpetuo transiliunt: id quod sit tum ob naturales cutis asperitates, idq; potissimum in natu grandioribus, tum quod laxa est cum alijs prope omnibus cu- tis, tum graclibus maxime & senibus. Quippe si laeuis aequaliter tota, & tesa exacte cutis foret: haud facile plicari posset, nec inaequales in se manuum efficere decursus: uerum facile reor antorsum peteur- rerent, a primis ad reliqua prompte delabentes: nimirum cum nullam secum cutis partem ducerent. Atqui cum laxa sit & aspera, extremo quoque medicamento indiget, quod & rugas eius impleat, & fri- cantibus manibus lubricitatem praebet: quas ad res oleo nihil aptius inuenias. Mireris que profecto Archidamum, qui nec rei sit ueneritis euidentiam, nec quae eius sit causa inuenierit, sed in utrisq; pronu- ciat contraria: quippe cum inaequalis sicca appareat frictio, aequalis uero quae administratur cu oleo: nec minime ea testimonio suo adstruit ratio, quae causam exponit.

Redarguit prauam medicamentorum facultates inueniendi rationem.

Cap. 20.

V Erum de Archidamo & Diocele satis in praesentia. Volo enim (quandoquidem semel aggressus sum prauam facultatis inueniendae uiam ostendere, oleo pro exemplo usus,) omnem celerime orationem absolueret. Igitur cum veteres philosophi calidum esse oleum asseruerant, non paruo (ut pu- rant, argumento, qd celeriter scilicet in flammam uertatur: contradicentes quidam id illi accidere aiunt, quoniam tenue est, & aereum: ceterum frigiditatem eius inde adeo monstrari, qd hieme & cyssime con- crescat: nec enim uino solum acetoq; sed etiam aqua ipsa promptius a frigore deuinci. Ad carius obli- cientes alij, quod aereum quidem sit non negant, idq; ex leuitate perspicuo apparere dicunt: non tamen frigidum esse fatentur: quippe cum aer omnis sit natura calidus, uti generatio quoq; eius indi- cio est: nimirum cum extenuata solutaq; calore aqua aer efficiatur. Constatq; iam inde maximam eos ingredi quaestionem clarissimis philosophis dubitatum. Siquidem Aristoteles, quiq; eum sectantur, ca- lidum esse aera existimant, at Stoici frigidum. Porro ad celerem olei congelationem, quod uisum est il- lis qui frigidum ipsum asserunt: hi qui calidum contra contendunt, non tam ualide concredere ut aqua, contra opponunt: neq; enim congelationem in eo esse aiunt, si quis recte expendat: sed uelut consi- stentiam & incrassationem, quia uidelicet crassum est & uiscosum, non quia frigidum. Itaq; rursum utrin- que in ambiguum ratio perducitur, illis quidem ex eo, qd celeriter a frigore uincatur oleum, quam aqua: his uero ex eo, quod aqua oleo plus congeletur, contraria adstruentibus. Ad hoc itaq; quod de his addubitet, neq; quod aereum sit, omnibus confessum est. Etenim leuitas quidem, inquitur, huius iudicium

A iudicium foret: at crassities non parum adfert coniecturam ipsum esse terreum. Porro quidam ambo componentes, aereum simul & terrosus constituant. Sunt qui hos deridentes, id quod cum primis o- leo inest, nempe humiditatem, adimere perfecte ipsos oratione dicant. Ad haec non nulli ex eo, quod uiscosum sit, frigidum esse contendunt, alij uero calidum, non nulli sicrum, postremo quidam etiam hu- midum. Etenim nisi contracta compactaq; partes eius forent, & inuicem exacte adhererent, uiscosum haud fore: at qui illos omnes frigiditatis esse effectus. Nam fundere, extenuare, soluere, partes a se in- uicem separare, eam uero esse calidi naturam. At alij contra uiscosum nihil fieri pronunciant citra ca- liditatem, ueluti in sacrorum omnium patet decoctione, tum eorum qui ex herbis exprimentur, tum qui ex fructibus: quippe qui cum a quocumque principio sunt, ac consistentia tenui liquidaq; ubi decocti fuerint, crassi uiscosiq; euadunt. Quin & ex particularibus utriusque exemplis contraria probabiliter ad- struunt: alij uiscum, mel, picem liquidam, resinam, & alia id genus quae in professo & uiscosa sunt & ca- lida, proponentes: alij cicuta, ptyllij, atryplicis, blitij, succum memorantes, & ad haec ueluti colopho- nem quandam orationi pituitam proferentes: liquido enim ipsis ea & uiscosa esse & frigida uidetur. Quin & ex eo quod quibus uena sectione sanguis detrahitur, oleum instillarum fluidum reddat sangui- nem, utrosq; contraria adstruere uidere est. Alij enim tanquam calore fundens, alij uero tanquam fri- gore lubricitatem praebens, non secus ac glaciem fluxibilitatem ipsum facere asserunt. Atq; inde alio uenti, de lubricorum omnium natura disceptant, ad extremam usq; garritatem orationem promouen- tes. Porro horum errorem condemnantes quidam, ut ipsi aiunt, pinguitudinem proponunt, quae pro- xime ad olei naturam accedit, & euidenter deprehendi potest cuius sit temperamenti: quippe quae in nobis in corpore consistat, nec fallere nos queat. Nam in sanis, inquitur, & bene curatis corporibus mul- ta prouenit pinguitudo, quae ne insanus quidem frigida dixerit: talia enim fieri robusta natura, quam omnes naturales philosophi calidam esse rem consentunt. Sed his ediuerso quidam in frigidis tempe- ratibus pinguitudinem prouenire aiunt: uelut foeminae indicant, quiq; ociosam uitam transigunt. Tam uero & inter gentes ubi frigus quidem superat, pingues, ubi uero calor, graciles prouenire homines asse- runt: proferuntq; exemplis, Celtas, Thracas, Bithinos, Ponticos, Galatas, sicut frigidam regionis inco- las ita quoq; in uniuersum pingues: Arabes uero, Lybios, Aegyptios, Aethiopes, quiq; terram inhabi- tant calidam, graciles & aridos omnes. Non nulli uero citra particularia exempla uniuersali inter se se- ratione contendunt, partim pinguem in nobis succum prouenire non posse, nisi probe a natura cibi co- sciantur, asserentes, partim in cibis quidem contineri consententes, a nostro tamen calore consumi, uel- ut a flamma oleum: qui ubi infirmior est redditus, in corpore aceruari. Sunt qui animantia quoq; in C medium asserant, ut quae natura frigidiora sunt, pinguiora omnia reperiantur, ut uis, oues, sues: quae calidiora, itidem & sicciora, gracilioraq; & pinguitudine uacantia, ut leones, pardales, canes. Prae- terea inde adeo, qd madefactae oleo apes, musca, vespa, formicaq; intereant: alij quidem calidum, alij frigidum comprobare ipsum tentant: ac rursus alij humidum, atq; alij siccum. Etenim cum iam dictae animantes exanguis sunt, ac proinde frigida: quidam eas celeriter refrigerari aiunt, atq; ita mori: qui- dam contra dum excaliant, haud posse in contrarium mutationem perficere. Quin & quod immodera- te exiccantur, alij: quippe cu natura iam antea exiccata sit, immoderationis ratione offendi: alij uero quod humectentur, idq; natura contrarietate. Atq; quod insectis animantibus contraria inuicem colli- gant, miru fortassis uideri non debet: sed quod ex his quae nobis in corpore accidunt, in utraq; parte disse- runt, id uero admiratione dignu est. Quippe alij plus, alij minus sudare nos inquitur, siquis in balneo un- gatur. Nec tñ ij qui plus asserunt, de facultate eius uniuersali inter se conueniunt, neq; ij qui minus: uer- um ex ijs qui plus nos sudare asserunt, quidam calori acceptum referunt, quidam uero uiscositate: prio- res quidem calidum sudores prouocare natum dicentes, uiscosum uero alteri. Quippe uenandi & acer- uandi eorum quae haecenus celeriter defluabant, proindeq; sensum fallebant, facultatem obtinens ma- nifestam ita sudorum copiam efficere. Porro qui minus sudare uolunt eos, qui aut in balneis, aut exer- ditijs unguuntur, alij quidem illinendi facultatem, alij uero refrigerandi uim illi attribuunt. Quin etiam ex apparentibus alij resiccare, alij humectare ipsum dicunt: humectare quidem, quotquot plus sudare inunctos censerent: resiccare uero, alij. Quinimmo & quod a frigore tueatur inunctos, alij quidem crassitudi- ne uiscositateq; instar testamenti ac amumentu frigus accere: alij uero per calorem naturale contacta exalfacere referunt. Porro et ex eo quod quae in libris acramento conscripta sunt, nihil vitet aut de- leat, haud aliter q arena cinisq; cum reliqua liquida omnia deleat: quidam siccam, & uelut exaccam eius naturam adstruunt: quidam uero partu crassiorum, ac minus elaborataru. Sic & quod alijs non comiscen- tur, hoc alij quidem leuitati, partumq; tenuitati: alij uero crassitudini uiscositateq; adseribunt, cum succis sui similibus amiscetur, ut malua decocto. Eadem asserunt & de hoc quod terra non probe oleo frige- tur, tamen illi alij liquoribus madefcat, ut uino, aqua, aceto. Ac non nulli quidem hic essentiae causam sicci- tate alij tenuitate: sunt qui crassitudinem. Etenim qui tenuitate pro causa asserunt, intactos trahere meatus aiunt: qui crassitudinem, oino ne ingredi quidem illos asserunt. Neutros uero arguere queas, cu utraq; de causa quaedam ne propinquis comiscantur, phiberi possint. Siquidem physicoru non nullis, meatum commoderatio, nullionis esse causa uidetur. Atq; ego nunc sane illas in summa tantu relatis solis ratio- cinationum occasionibus comemoro. Quod si quis singillatim unumquodq; extendere uelit, atq; hinc inde in utranque partem dilatare: non unum ille uolumen, sed etiam complura meo iudicio explebit. Licet



Licet enim uel iam nunc prospicere, quam non longus solum orationis hic euasurus sit error, (nec enim ex...

At recta expectandi ratio, in primis quidem ea est, quae in corporibus habetur temperatis, deinde...

Dictum est igitur in tertio de Temperamentis, uenitque nunc iterum dicendum, quod unumquodque...

Cap. 21.

\* Al. plenitudine.

Quantum ad aliquibus generis codicum legatur uerbo...

H

Cap. 22.

Aritmo alij calfacere ipsum aiunt, alij uero negant. Calfacere enim uideatur, cum ad parem calfacienti cor...

Execalfacere dicuntur, & quod homonymijs sine equiuocationibus utantur consueuerunt, & quod nihil...

Quod compluribus nos modis calfacere oleum appareat, nempe ut alimentum, ut medicamentum, ut tegumentum: & quod excalfaciendum nos...

Cap. 24.

Verum hos in libris de Temperamentis iustis cofutauimus rationibus, nihilo secius idem in sequen...

Aera

Aera enim calidum haud ipsi efficiunt, sed quouiam in euerfanda talem ipsam experimur, ita nuncu-  
pamus. At medicamenta, sicut in tertio de Temperamentis demonstratum est, principium exalta-  
tionis a nobis accipientia, partim aequae nos recalcere sunt nata, partim plus, partim minus. Ex gene-  
re autem eorum quae aequae nos recalcant, oleum est, Cui eisdem quoque a viscositate, ac quod diffi-  
cilter item defluit, tum quod meatus infarciat, obstruatque, duplici ratione, ut augere caliditatem nidea-  
tur euenit: tum inde adeo quod instar uestimenti aut munitenti illinatur: tum quod meatus infarciat,  
probeaturque: foras effluere magnam uaporosi intrus calorisi partem: eadem ratione nec ut resiccantur  
corpora nostra permittit, nisi sane applicetur calidum, idque plusculo tempore. Has itaque uires eius cum  
homines omnes experientia compertas habeant, quos largius sudare uolunt, siue a balneo, siue balnei  
expertes: ijs non protinus ab initio oleum admouent: uerum in ijs qui morbo laborant, ubi sudare  
inceperint, tum exaltatum, perfundunt. In ijs uero qui etiamnum laborant, ubi abunde iam satis su-  
darint. Porro in sanis, siquidem ex longo itinere, aut exercitatione, aliove quouis pacto corpus ipsi  
exhaustum est, eis inungi & ante sudorem permittunt: uerum quibus cruditas est, aut corpus habent  
plenum, quod *παχυδαμνόν* uocant, his neque in balneo inungi concedunt.

*Quod medium sit oleum inter humectantia nos & resiccantia.*

Cap. 25.

Atque hic quoque mihi uidetur oleum esse medium inter humectantia nos & resiccantia, uelut in F  
aer exaltantia & refrigerantia medium consistere supra demonstrauimus: humectat enim  
aqua, exicat uero tum laurinum, tum cedrinum oleum. At quod simpliciter sic admouetur, citra ullam  
uidelicet ex arte conciliatam a nobis aut caliditatem aut frigiditatem, (huius enim usque meminisse  
oportet.) talem seruat nostram temperiem, qualem scilicet accepit: quam fieri posse maxime uaporo-  
sas omnes corporis expirationes prohibens. Porro si plusculum membra frices oleo, calorem ex fric-  
tione adsciscitum comparabis. Atque hac interim ratione lassos non parum iuuabis: partim quod in  
minutos corporis meatus pingue ingrediatur, & quae indurata sunt emolliat: partim quod humiditatem  
aerem ac subtilem, quae in lassitudine ex colliquatione proueniens sub cute latebat, per halitum calidi-  
tate digerat. Conspiciuntur enim exercitibus tum foras effluere sudores, tum intrus in uentrem non  
pauca defluere excrementa, quae uelut liquamina sunt. Ex hisce autem colligendum est, complura toto  
in corpore eiusmodi relinqui, quae euacuationem deposcant. Quippe duplex in lassitudinibus affectio  
nascitur, sicut alibi ostendimus. Nam similes quidem animantis partes resiccantur, humectantur ue-  
ro uacua spatiosa non utili & naturali humore, (nam sic foret plethora, siue repletio.) sed tenui & acri  
mordacique: proindeque remedijs indigent duplicibus, tum ijs quae siccitatem corporis irigent,  
tum ijs quae humorem aerem euacuent. Itaque ad haec aptissima sunt dulcium aquarum lauacra, ni-  
mirum quae humiditate sua instrumentorum corrigant siccitatem, & caliditate tenuem atque aerem  
humorem eliciant. At si corporibus inharere possit aqua, nec facile defluat, ipsa quidem per se  
sufficeret. Atqui cum ea quae foris circumfunditur, facile defluit: & quae in poros ingreſſa corpo-  
ris, nullam habens ansam prompte effluit, in hoc sane ipsum utiliter miscetur oleum: maximeque  
iuuat, si ex utroque quis diutius fricetur, id quod ueteres Graeci *ὑπερβολικόν* nominabant: cui oppo-  
situm imposuerunt uocabulum *ὑποβολικόν*, quod est sicca uti frictione. Est sane & hoc quoque quo-  
dammodo lassitudinem sanare potens, sed multum relinquatur ab eo quod *ὑπερβολικόν* nuncupant. Nam  
ut reliqua taceam, ubi cum oleo aqua contunditur teriturque, haud facile solubili mitione eorum, ut qui-  
bus ita corporibus inungatur oleum, necesse sit & plusculum inharere aquam. Quare hic item uelut  
materia est quaedam oleum humectantium exiccantiumque, sicut ante ostensum est exaltantium &  
refrigerantium. Quippe quod si exiccanti commisceas, totum effeceris exiccans: si humectanti, &  
ipsum humectans reddideris. Saepemque quod ex ambobus constat, maiorem adipiscitur humectandi fa-  
cultatem, quam id quod primario est humectans: quod in aqua accidit. Nam ea primario mactat:  
Verum cum haud ita diu inhareat, nec actionem obtineat durinam, leuiter utique prodest. Cum ergo  
illic uelut uinculum fiat oleum, cogaturque plurimum quibus auxilio eius opus est, inharere, longe om-  
nium optimum redditur remedium exiccatis squalidisque corporibus. Sed si exiccans oleo medicamen-  
tum commiscas, puta chalcidum, pyrethrum, gallam, struthion: sicca erit quod ex utroque commistum fue-  
rit. Itaque cum omnibus quae sibi commiscantur, subseruiat oleum, recta ratione uelut omnium existit  
materia: tamen si utique necesse proprio eorum actionem retundit quidem ac minuit, non tamen  
utilitatem: immo est ubi eam quoque adaugeat. Haud est enim idem (quod forte quis autumat,) actio-  
nem augere cuiuspiam, & utilitatem: quippe cum actio secundum propriam cuiusque facultatem, utili-  
tas acro nonnunquam ex accidenti agat. Differemus autem postea uberius de utilitate quae per acci-  
dens euenit: & nunc quoque haec de ea dicemus, quare in presenti est comodum. Quippe con-  
tusa cum oleo aqua, quod hydrelauium uocant, magis auxilio est lassitudinibus, quam si esset sola: non  
quidem quod suae uires intenduntur, sed quod quibus opus est, diutius inhareat.

*Quod materia rationem obtinet, in nullis medijs tenere temperiem debere,*

*alioquin enim futurum, ut mifformia sibi aduersetur actioni.*

Cap. 26.

Quod autem nisi mediam habeat temperiem id, quod ea, quae primario quibus opus est, auxilian-  
tur, & uinciet, sepe numero ipsorum, repugnabit actionibus, ex ipsa \* medicaminum natura ge-  
neratim adducere liceat, speciatim autem ex medicamentorum historia, Generatim quidem,  
quoniam

\* Aliterum

A quoniam id quod miscetur, si in contrarium retrahat, admitti sibi facultatem medicamentum inuicere in-  
terim poterit, & in aliam plane speciem, quod ex ambobus miscetur, transire. Si quidem quod ma-  
teriam rationem in natura praestabit, nullam insignem neque speciem, neque facultatem exerat oportet.  
In particularibus uero experiendis hoc maxime pacto addices, non debere id quod materiam rationem  
obtinere, aut exaltare, aut frigidare, aut humectare, aut resiccate: si primum quidem in memo-  
riam reuocet quae supra de resina, & piceliquida, myrrha, bitumine, tum cedrino, & laurino, ceteris-  
que quae exaltant, commemorauimus. Haec enim omnia in aqua trita ad modum olei calcantur  
magis, quam refrigerant, desiccant plus, quam humectant: quam ob rem lassitudinis sensus non ad-  
modum soluerent: Haud enim eandem cum aqua uim obtinent, quo scilicet auxilio magis sunt,  
quae aduersentur: Neque mediam inter extrema naturam sortita sunt, ut uidelicet tanquam materia  
quaedam inferuiant primario agentis: desiccant enim & exaltant potius, non humectant ac refrige-  
rant, uelut aqua. Si uero exaltanti primum admodum resiccantur, & euipiam aquam commisceas: non  
modo nihil eorum quae agere nata est, fieri uidebis, sed prorsum obscuratam, tanquam omnino admi-  
ssa non esset. Si quidem chalcidis, sandracis, misy, ceteraque, quae nos uehementer tum exaltant,  
tum resiccant, ualidas etiamnum suas uires aqua permixta obtinent. Omnino ergo constat me-  
dianam obtinere temperatam debere, quod uisumque extremis tanquam materia inferuiat: quem in or-  
dinem oleum si statas, nihil utique peccaueris: quippe cum omnia singillatim opera tibi consentiant.  
Et aculeis prolixitatis non nos utique, sed qui recta uia praeterita primum prolixitatem sectantur: quo-  
rum sane causa tunc nos sermonem extendere sumus coacti. Ipsa enim ueritas celestissimam inuenio-  
nem obtinet, ut quae ab euidenter apparentibus exoritur. Haudquaquam tamen eo usque orationem  
prolongauimus, quousque heuerat omnia, quae prae ab ipsis prodita erant, scripserunt, causasque errorum  
edoctum pollicito. Sane causas dixisse uide esse fortassis fuerit, nempe quo qui ex ipsis proueniunt,  
paralogismos in tota particularium medicamentorum iudicandi ratione cauere possis, uerumque doctri-  
nam cum maiori scientia percipere. Crescit enim uobis de rebus fides, ubi non solum ipsam uerita-  
tem cognouimus, sed etiam paralogismorum omnium causas edidicerimus, quod sane in sequenti-  
bus efficiemus.

*De rosaceo.*

Cap. 27.

Nunc uac ubi pauca de rosaceo ad ea quae ab initio sunt dicta adiecerimus, orationem hoc in  
loco sistemus. Igitur dictum est, quod neque odoribus neque coloribus, neque alijs omnino ac-  
cidentium animam adhibere in expendendis facultatibus rationale sit, sed ijs quae perspicuo appa-  
rent tum in sanis corporibus tum in aegris. Ostensum etiam est, oleum ubi salis expertis purumque ad  
unguentum fuerit, ex media esse materia. Consciendum itaque rosaceum, quod exactum simul ac simplex,  
neque uera rosaceum erit, ex hoc uidelicet oleo, dandaque opera, ne quid in se medicaminosius conti-  
neat, uti apparare solent unguentarij, quo uidelicet tum magis duret, tum odoratus euadat, oleum uide-  
licet praequam rosas inuicent, odoramentis praecedentes. Ac praestiterit fortassis ipsis etiam no-  
minibus ea distinguere, quod ueteres fecisse constat. Oleum etenim rosaceum nominare ad solent,  
quod absque odoramentis praeparatum est: cur autem & horum aliquid inditum fuerit non id etiam o-  
leum, sed unguentum cognominant. Itaque cum oleum uelut materia quaedam sit exaltantium ressi-  
gerantiumque medicaminum, ex media uidelicet temperatura, constetque ex oleo & \* rosas rosaceum, est  
utique & ipsum talis temperatura, qualis est rosarum succus. Sane uero facillimum fuerit, non modo ro-  
sarum succi per se, sed oleo quoque rosaceo confecto, in sanis pariter atque aegris (ut iam frequenter  
monuimus,) uitium eius periculum facere. Experietis ergo eos qui adustione tentantur, ab eo refrige-  
rari, protinusque utilitatem aliquam percipere: qui uero refrigerati sunt, omnes euidenter laedi, uti faci-  
le ex utroque intelligas, uires eius refrigerare magis quam exaltare. Non tamen ualida a rosaceo ap-  
parebit refrigeratio, sed quae proxima uideatur temperie media. Voco autem id generis medicamen-  
ta, lucidioris doctrinae gratia, ex prima natura ordineque refrigerantium: sicut uisum quae paululum a  
media temperie ad calidiores declinant, ex primo recessu & ordine exaltantium. Atque haec qui-  
dem in praesentiarum de rosaceo nouisse oportet. Necesse enim erit & in sequenti libro ipsius medica-  
menti meminisse, & quae reliqua sunt, dictis adiecere.

Quæstiones logicæ de actione medicamentorum simplicium absoluit, quæ quasi elementa sunt totius tractationis de ipsorum facultate.

Quæ causa prolixitatis horum librorum, quid prioribus actum sit, quid hoc agendum.

Cap. 1.



**Q**UOD æquidem nihil, nisi quod utile curandis morbis foret, hoc tractatu describere decreuerim, primo potissimumque Deos huius rei testes habeo, deinde & amicos meos, qui me, tum ut hoc opus aggredere, tum ut quæ ab alijs perperam de medicamentorum facultatibus sunt prodita, quoad liceat commemorarem, assidue hortari non destiterunt. At si quis erit qui orationis nimia grauetur prolixitate: non id mihi iure imputauerit, sed ijs medicis, qui probabilia quidem, ac non uera, scripserunt. Nam & ego nunc quidem etiam magnopere uereor, ne quia nimis paucis illos colutauimus, sophismata quædam conuersantes cum illis, adolescentulos a recta opinione deiciant: quandoquidem si in dialecticis methodis exercitati, aut captionum soluendarum periti ad libros legendos accederent, tum sane & ab ijs qui falsis demonstrationibus utuntur, magis sibi cauere: & nos qui ueritatem compendiosè tradimus, rectius intelligerent. Quoniam uero uel ipsorum medicorum plerique nequaquam in istis sunt exercitati, tum inter illos quoque non nulli reperiri uidentur, non ægre persuasi in sophistarum sententiam perducuntur. Itaque quod ad istos attinet, deesse huic etiam operi quippiam uideatur. Verum enim uero quando ad omnes mihi orationem accommodare non licet, cum tanta sit eorum qui hæc legent, non modo naturarum, sed etiam ætatis & habituum diversitas: quod utique uisum est fore maximæ parti uilissimum orationis genus, id superioribus duobus commentarijs secuti sumus. In quorum priorè quid de aquæ aceret, uisum est contemplati sumus. In secundo maximam partem de oleo peregrinamus, pauculis postea de rosæo adiectis. At in hoc tertio libro eiusmodi utemur oratione, qualem ab initio protinus habere institueramus, idque definitis primum uocis cuiusque significatis. Deinde tractatus huius uelut elementa traditur, mox ad syllabas accedemus: ex quibus operis finis, ad quem contendimus, prompte sequetur.

Quot modis dicatur calidum, humidum, frigidum, siccum.

Cap. 2.

**C**ETERUM uocum definitio nihil accuratius edocebit, quam quæ in tertio de Temperamentis, simulque in primo commentarijs istorum sunt prodita: repetam tamen eam nihil secius & in præsentiarum. Corporum unumquodque aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum & dicitur, & apparet, interim quidem ex sua natura, interim autè aduentitia qualitate adsumpta. Consequens autem quod ex sua natura est, primario, & secundum se, & per se potentia tale & esse & uideri dicere: quod uero aduentitiam acquisierit qualitatem, ex accidenti quopiam esse uiderique eiusmodi. Porro eorum quæ propria sua natura aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida dicuntur: quædam actu seu energia talia existunt, alia potentia: differente quidem hoc potentia modo, quem nunc dicebamus, ab eo quem paulo ante diximus. Illic enim ex aduerso diuidebatur ei, quod ex accidenti dicitur: hic uero ei quod actu. Sed & eorum quæ actu dicuntur, aliud quidem absolute est calidum, frigidum, siccum, aut humidum, uelut elementa: aliud excessu, ut homo, equus, bos, canis, & uniuersa animalia: aliud ad symmetrum seu generis sui, seu speciei, ut uerbi causa, leo cum homine comparatus, homo autem ætate florens cum puero: aliud ad quiduis obuium, ut Dion ad Theonem. Quin & corpora quæ potentia talia, aut talia dicuntur, unumquodque ut ad id, quod est actu relatum, dici necessario monuimus. Id quidem, quod facile accenditur, ad id quod actu est absolute calidum: hoc uero, quod alia calfacit, ad id quod per exuperantiam: sic quod hominem calfacit, esse ut ad hominem potentia calidum: quod uero bouem, aut equum, ut ad bouem & equum: similiter hoc huic, uerbi causa, homini, illud uero illi calidum, frigidum, siccum, aut humidum est, illius unius naturæ comparatum.

Ad quid, & quæ nomina distinxisse significata conduxerit.

Cap. 3.

**E**X hac nominum discretione & ad assequendam iudicij cognitionem non parum sumus adiuti. Si quidem si ad hominem quid dicatur calidum, a ceteris omnibus recedendum, & in ipso duntaxat homine periculum sumendum explorandumque censuimus: Si uero quid ad equum, bouem, ceruum, aut aliorum animalium quoduis, in ipso rursum periculum faciendum erit. Interim uero & illos quoque castigauimus, qui ex consistentia, colore, odore, sapore, grauitate, leuitateque cuiusque medicamenti existentem in singulis facultatem inuenire tentauerunt. Atque hæc utique recte nominum distinctioni consentanea

Atanea uidentur. At quæ uelut elementa huius esse tractationis proposuimus, in primarum consistere qualitatibus cognitione ostendimus. Quas quidem in libro de elementis secundum Hippocratem, humiditatem, siccitatem, caliditatem, frigiditatemque esse demonstrauimus, propeque harum quoque inuentionem assequeremur ex significatis nominum recte distinguendis. Etenim cum medicamentum ab alimento discerneremus, quod medicamentum in qualitate alteraret, alimentum uero substantiæ corporis adsimilaretur: recte hinc ad alterantium nos qualitatibus inuentionem perducti sumus.

Quod cum duplicia sint genera, quæ alterant, alia specificæ, alia tantum, in specificorum genere consistant medicamentorum facultates.

Cap. 4.

**P**ORRO cum duplices sint in genere alterationes, alia specificæ, quæ proprie sanæ & primario dicuntur alterationes: alia uero quæ contendunt & contrahunt corporis nostri particulas, quas utique potius per abusionem quam proprie ac primum alterationes cognominant: in primo genere medicamentorum contineri facultates censuimus. Nec enim quicquam ex specie in speciem mutari queat citra excalcationem, refrigerationem, humectationem, & resiccationem. Dico autem ex specie in speciem, uelut cum ex pane, pituita, lente, sanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra, atque ex his iterum adeps, os, neruus, caro, arteria, uena, atque adeo ceterarum animantis partium unaqueque gignitur. At si secundo nos quippiam, uelut nitrum, & ensis: aut contundendo, ut lapis & plumbum: aut segregata coarctando, ut uinculum, quadamtenus partes alteret: ea haud pharmaca fuerint: quippe cum eiusmodi alteratione nulla rerum omnium ex propria recedant natura. Etenim siue minutim pauca frangas concidasque, siue minutim concisum colligas, non tamen propriam ideo formam exuert, neque caro ex pane fiet per commotionem, neque os, exempli gratia, per coarctationem. Verum dum in uentre uenisque concoquitur, in sanguinem pituitamque abis, atque inde ex istis in os, carnem, & alias corporis partes tota sua substantia alteratur, ueteremque naturam exiit, in aliam transiens speciem. Nec tamen ab alio quopiam quam calore, frigore, humiditate, & siccitateque: eas, quæ sunt in aliam essentia speciem alterationes mutationesque, singuli affectus corporis accipiunt, ut demonstratum est. Atque hæc ratione primas & elementarias specificas qualitates quatuor esse diximus, humiditatem, siccitatem, caliditatem, & frigiditatem: quærimusque, quam harum medicamentum unumquodque, in mistura pollentem possideat. Atque protinus in hoc primum plerique eas inquirentium lapsi uidentur, quod uidelicet pollentem absolute tanquam naturales quidam philosophi considerarent. Præterea complures quoque eorum decepti uidentur, quod sine certa methodo Aristotelis Theophrasti queque libros perlegant.

Quod solis philosophis conuenit de calido, frigido, humido, & sicco, ut ad ueram naturam distinguere, medicis uero ut ad homines.

Cap. 5.

**S**I quidem permagni refert, an totius naturæ respectu, an hominum duntaxat, de calido, frigido, humido, siccoque definiamus. Nam totius naturæ respectu bifariam horum unumquodque dicitur, partim absolute, partim per exuperantiam. Absolute quidem unumquodque elementorum: homo uero, equus, & bos per exuperantiam. Iam autem cum ad aliquid respiciendo exploratio fiat, illud modo considerandum erit, quodnam sit illud ad quod dicitur. Nos uero medici non id querimus, an in aqua marina humidum simpliciter plus sit quam sicci, (id enim clare conspiciamus.) sed si ad hominem conferendo: neque tamen rursum ad hunc simpliciter, ac si leonem illic compares: quippe cum sic homine humidior marina fuerit. Quoniam igitur pacto serutabimur, an sicca sit facultas marina? Quoniam alio, obsecro, quam ad corpus humanum in æqualitate quadam resiccare ualeat? Itaque in hoc unum modo ceteris relictis intendendum. Atque contra faciunt medicorum plerique. Nam ad quiduis potius respiciunt quam ad hoc. Quomodo ergo ad hominem conuersi reliquis prætermittis, quantum in hoc agendi facultate polleat marina, cognoscemus? An uidelicet corpori applicantes, sicque eius periculum sumentes lauando, frigando, fouendoque, tum subinde lanam, aut spongiam marina madentem partibus applicando, ad hæc emplastris ceratisque miscendo, atque in his omnibus ab eo, quod ex accidenti quædam doque euenit, id quod a propria medicamenti uis proficiscitur, distinguendo? Nam in hoc omnis mutationis summa consistit, quam uix quisquam illorum attingit. Sed eos philosophorum uerba decipiunt haud potentes homonymiam percipere.

Quod per exuperantiam dicitur, bifariam apud philosophos accipitur, nempe ubi aut mole quid exuperat, aut qualitate.

Cap. 6.

**N**AM non solum, ut modo diximus, aliud simpliciter, aliud per exuperantiam ab ipsis dicitur, simpliciter enim ignis calidus est, per exuperantiam homo: uerum quod per exuperantiam dicitur, bifariam quoque dici autumant: partim secundum substantiæ molem, uelut & nos quoque in Temperamentorum commentarijs distinximus: ut si cados duos aquæ summe feruentis uni cado aquæ maxime argenti infuderis: partim uero secundum qualitatibus effectum. Atque hoc quod ad dogma consequitur, ita dicatur, non ex ijs quæ euidenter apparent, sed per syllogismum accipientes. Nam supponentes frigidum omne contrahere constipareque, & substantiam reddere immobilē, aut egre mobilem: calidum uero rarefacere, fundere, coquere, mouere: rationabiliter in plantis oibus uincere calidum pronunciant: si quidem haud aliter neque nutrimenti ex terra digestionem prolixissimam, neque alterationem eiusdem, neque concoctionem, neque nec incrementum prosum plantarum: neque germinationem, neque fructuum generationem perfici posse, nisi calidum superaretur: ita rursum inter plantas alias calidiores, alias frigidiores

QUINTA CLASSIS.

C diiores



diores constituunt. Ex eadē ista hypothesi pendet ea rō, qua rosas esse calidas contenderūt. Siquidē in E illis, si in alijs ullis plantis plurimum uincit caliditas. Ex altera rursū hypothesi dependet quod de oleo & adipe adstruunt. Nam quod ocyllime inflantur, idcirco calida esse ea facultate iudicant. Et alio rursū modo quaecūque dulcra sunt, calida esse dicunt, siquidem quod familiarissima sunt, simillimaq; naturis nris quae calida sunt, ideo & ipsa quoq; calida esse uolunt. Atque philolophis quidē, ut puta qui de tota natura seruantur, recte talia & quæruntur & dicuntur. At medicis, quibus alius est scopus propositus, haud perinde recte, quippe cum in rosarum effectibus calidum non uincat; neque sine quoduis aliud plantae genus, eo quod plantae est, calidum dici debet: quoniam nos haud ita calidū quærimus, sed ut ad hominem: siquidem si quia in actionibus superat caliditas, propterea calidum quid dices, plantae unaquaeque calida erit, multoque magis animalia omnia. Dicant igitur, si lubet, papauer, mandagoram, cicutam, salamandram esse calida, uerum nemo id dicit, sed uelut uno ore omnes esse frigida pronuntiant. Atqui animal est salamandra, quod & nutritur & crescit, & mouetur, quae sane calido in miltura uincente prouenire asserunt. Quid ergo in istis quidem ad hominem respiciunt, in alijs uero ad totam naturam, aut primatum qualitatū actiones? At ego non salamandram modo aut cicutā ut ad hominem frigida esse dici oportere censo, sed alia omnia ad eandem iudicanda. Siquidem cicuta sturnos non modo non refrigerat & enecat, uti nos, sed & alit quoque, & nimirum etiā F calfacit. Quicquid enim substantiam alit calidam, calorem eius quadautenus \* & auget \* & tuetur. Atqui corporis sturnorum calida est substantia, non modo qua animalia sunt, sed etiam qua sanguine praedita. Sane subinde in alijs tractatibus demonstratum a nobis est amicitias quasdam pugnantiasq; qualitatū omnibus rebus inesse: ac quod familiare est, expedite assimilari: quod uero coneratum, ad interuentionem ducere tum animalia, tum plantas: Praeterea familiaritates illas a totius substantiae proprietate oriri: id quod saepenumero a me & dictum est & ostensum. Ar illi cum aegre id capere possint, segnitior & falle de complurium medicaminum nitibus pronuntiant. Vna enim duntaxat illorum examundorum regula est, nempe ea quae ad hominem sit exploratio, id quod secundum accidens, ab eo quod est per se semper distinguendo. Cui liquis animum intrudatis, nec acetum, nec rosaceum calidū inquam dixerit: quippe cum utrunque nos primario & per se refrigeret: acetum quidem ualide, leuiter autem rosaceum. Porro quidnam hoc sit leuiter, ego exponam. Vna enim cum eo tota medij temperamenti medicamentorum omnium ratio conspicietur, cuius & in praecedente libro mentionem fecimus, ubi de oleo differabatur.

*Quomodo iudicanda sint quae ex media sunt temperie, nempe si media temperatura similem ipsa temperaturam obtineant.*

Cap. 7. G

ST quippiam est ex applicatis nobis seu corporibus seu medicamentis, quod actu sic calidum sit ut nos, aut ex contactu similiter calidum euadat, id ex media est temperie, cum nobis nimirum collatum liquidum secundum se queat per exuperantiam dici calidum, uelut & nos quoq;. At siquid nondū adeo calidū est ut nos, neq; admodū tale redditur, id temperie humana frigidius est, quantumcūq; in eo caliditas exuperet. Etenim admodū calorem, qui in nobis praerat, auferet detrahertq;. Quippe si datis duabus aquis calidis, quarū altera plus, altera minus caleat, misceas minus calentem magis calenti: huius certe feruorem exolueris. Sic si in caliditatem rosaceū, quae tepida est ut ad temperient humanam, caliditatem indideris humanam: prorsū ab hac quid detrahes, & refrigerabis.

*Quid saepenumero pro corporis nostri dispositione, quod per se calidum erat, refrigerare est insum: quodque per se erat frigidum, exalfacere.*

Cap. 8.

NON ergo stupenda magnopere res est, si quicquam eorum quae proprie & per se sunt calida, cum calidiorē commistum, frigidius efficiere ipsum queat. Ea est enim communis alterabilium corporum omnium natura, uti in se & agant, & patiantur admoda: quodq; minus est calidum, a magis calido calidius euadit: quod uero magis calidum, a minus calido contra afficitur. Nam id uel ex ipso tactu clarissime dices. Etenim eadem subinde illi tum calida, tum frigida esse uidentur: calidiori quidem factū, H frigida: frigidiori uero, calida. Proposuit autem mihi dudum quispiam, quamobrem in balneis frigidū meianus, foris uero calidum: haud intelligens in balneis uinam quidem perinde ac foris tepidam esse, uerum nos non aequē extrinseca corporis superficie, & dum lauamur, & ante affectos esse. Nam in balneo ipso calidior ea nobis est quam uinam, extra autem frigidior. Quare & uinam non ab re illi calida extra balneum apparet, in balneo autem frigida. Quod enim minus quam ipsa calidum sentitur, uelut refrigerans habet: quod autem magis calidum, tanquam exalfaciens. Liceat uero tibi, periculi facium di causa, postquam abunde lauando in calueris, pelui aquae modice tepidae intro in flu tuo allata, in eam manum aut pedem immittere: apparebit enim aqua non tepida, sed admodum frigida. At si prorinus balneum ingressis, aquam peluis tetigeris, minus uidebitur frigida: perpetuo enim quanto plus fueris praecalifacit, tanto apparebit frigidior. Nec mirum uideri debet, si purealium aquarum pleraeque, quae uidelicet fontes profundos admodum habeant, contra hanc hyeme uideantur tepidae. At si a balneo manibus contingas calidis, multoque magis si etiamnum in lauacro consistens, haud profecto apparebit tepida. Itaque tacitum calidi frigidique dignoscendi normam ponentes, ac eius dispositioni iudicium omne tribuentes merito sane crebro fallimur, ut qui quod haud ex se est frigidū, id frigidū esse dicamus: quod uero calidū ex se non est, id esse calidum pronuntiemus. Hinc fit ut dum lauamur, frigidā esse

A esse utinam credamus: contraque frigore tigentes aquam a puteis hautam calidam existimemus. At si affectionum in quibus eramus dum utraque contingeremus, obliuiscamur, ac solius eius qui in nobis factus est sensus meminerimus, periculum est, ne forte aquam aliquando absolute dicamus calidā, uinam uero absolute frigidam. Atqui neutra absolute aut calida aut frigida est, sed ut ad nos: Nec ue ad nos rursū absolute, uerum hoc uidelicet pacto affectos. Absolute autem utraque qualis ad nos est dici possit, ad mediam, eandemque optimam nostri temperiem collata: ut si ad hominem absolute expendatur, omnino sine ad temperatum & eucratum expendi oporteat. Sane & haec quoq; peccata omnia a nominum definitione dependent, quam paulo minus oēs habeat contemptū. Etenim cū calidū & frigidum partim absolute dicatur, partim per exuperantiam, partim ut ad symmetricum sui generis comparatum, partim ut ad quiduis obuium collatum: iure optimo in homonymijs identidem similitudo, uel scij quidem quoniam horum modorum quid calidum iudicemus, ad alterum tamen transientes. Verū sexcenties nunc dictum est, dicentiq;, quod in quarto & ultimo eorum quae modo recensimus signifi catorum, de medicamentorum uiribus considerare oporteat.

*Quid experientia cognoscere iudicaveque medicaminum facultates oporteat.*

Cap. 9.

NON enim an absolute unumquodque calidum sit, ut ignis, (nam id omnino etiam foret impossibile) le, aut an per exuperantiam, ut sanguis, considerare propositum est: neque an ut ad symmetricum sui generis aut speciei dicatur calidum, ut leo in animantibus, & quod florentis aetatis est in qualis specie ad aetatem prouectum: sed an ad hominem sit calidum, frigidum, humidum, aut sic cum medicamentorum unumquodque, id uero inquirere statutum est. Neque rursū ad hunc, tanquam id quod ad ali quid aliud comparatur, sed si facultate, hoc est, si ad motum ipsi eam partem, quam tetigerit reddat aut calidiorē, aut frigidiorē, aut humidiorē, aut sicciorem. Itaque in experientia & iudicādi & dignoscendi consistet ratio. Licet reperiantur medicorum plerique, qui experientia posthabita, an rubra sit rosa, an bene olens, considerant, negligentes ubi caput ipsi exalfuat, coronis ex rosa contextis, capiti que impositis, aut succo eius, aut oleo rosaceo, sic uel ipsa experientia id quod res est discere. Nā si exalfant, magis etiam calida fuerit: sin refrigerentur, frigida: quod perinde est atque refrigeranda humanae naturae facultate pollere. Nam id perpetuo memoria tenere oportet, quod tamen sexcenties dicere non grauatim, tamen multi ne sic quidem id capiunt: atque ignoscendum sane illis est, ut quos philosophi prolixis suis nugis, peruertentur. Est profecto experientiae quidem ratio tam facilis est, cum in rosis, tum in ceteris medicamentis omnibus. Nam rosas aut coronari liceat, aut eis conuictis hominis afluatis os uentriculi illinere, aut succum earum expressum ebibere, aut oleo aquaue mistis aliquam corporis partem conficere. Sed quid haec multis commemoro, cum non nulli mistum opobalsanto rosarum succum sub Canis ardoribus refrigerij causa corporibus inungant, uel uidelicet ipso docti, cum hoc fecerint, abunde refrigerare? At Herodotus medicus praerxiuina uidelicet, sapientia ne mistum quidem acetum rosaceum, quod proprie oxyrodinon uocant, refrigerare nos concesserit. Postea memor illo se uti in principijs morborum phreniticorum, nec ignorans quantum sibi contradicentium turbam inde eieret, (quippe omnibus prope medicis confessum est, adeo ut uel Theisali sequaces, hominis impudētissimi, negare non audeant repellendum refrigerandūq; in principijs esse potius, quam calfaciendum aut laxandum), non refrigerare ipsum inquit, sed adstringere. Atqui difficile sane illi neuquam fuisse si quando aestu nimio affligebatur, (nam & homo erat, opinor, eisdem obnoxius passionibus quibus & nos,) caput oxyrodinon perfundere, sicque experientia medicamentum effectura cognoscere. Immo facilius puto fuerat refrigeratum eo uti, caput perfundendo, auribusque instillando, ac naribus infundendo, rotamque adeo frontem perfricando, que nadinodum amaricino, uino, ceterisque eius generis unguentis calidis uti assueuimus, cum non mediocriter quidem secundum eum calfaciat oxyrodinon, ex duobus calidissimis scilicet confectū medicamentis. Ceterum si Herodotus eo uti ausus non est, aequum arbitror, ut qui nunc uiuunt, eius in sese periculum faciant, ubi aut argentum, aut aestu laborant. Uelut nos saepe in nobismetipsis experti sumus, aliorumque complurium aethnantium caput perfudimus. Praestat enim ipsos prius in sese quae profert expertos, ita denique ea nobis consulere, ac literis posteritati proderet.

*De rosas & quod ex eis conficitur, rosaceo, tum ebamamelo & lini semine.*

Cap. 10.

UET unum uero tamen si contradicere nemini statueram, tamē nescio quo pacto huc illorum me impudentia adegerit. Rursū itaque redeo ad id quod ab initio proposueram, nempe experientia iudicandas medicamentorum potencias: idque tum in ijs qui inculcata sanitate fruuntur illis utendo, tum in ijs, qui quoad fieri licet, quam maxime simplicibus tenentur agritudinibus, aut calidis aut frigidis, aut humidis aut liccis. Ita enim si iudicaueris, oleum neque calidum, neque frigidum, ut ad hominem temperatum inuenies: rosaceum uero aliquatenus iam eo frigidius, non autem uehementer frigidum: uerum ut ego nominare consueui, in primo ordine seu limite refrigerantium. Nam ut aqua, uerbi causa, alia ad unum temperata est, alia aut calidior aut frigidior, non adeo tamen ut possis extreme frigidam aut calidam dicere: ita in medicamentis quoque oleum quidē ex media existit temperie, at rosarū succus ex frigidiorē quidē, sed non ita multo: uerū caloris est, ut diximus, tepidi. Eiusdē cū illo ordinis est, quod ad calorem tepidum attinet, linospermon quod uocāt: uerū essentiae suae crassitudine

QUINTA CLASSIS.

C 2 non

non paruo discrimine ab illius natura recedit, cum rosarum succus exquisitè tenuis sit essentia: cui rei E indicio est, quod celerrime ardeat, nec quicquam obineat uiscositaris, tum ceterorum unguentorum odores exoluat ac obseuret. Neque enim alia re efficere id uidetur, quam quod odoratus meatus implere præoccupet. Nam cum transire ac penetrare illa cunctantur, ante ipse præoccupat, atque illos implet. Est & chamæmelum tenuitate quidem rosei permile, calore uero ad olei uires magis accedens homini tum familiares, tum temperatas. Quapropter lassitudi, ut siquid aliud, cum primis confert, doloreque sedat mitigatque: præterea tensa remittit & laxat: quæque mediocriter dura sunt, emollitque que consipata rarefacit. Ad hæc febres quæ citra uisceris alicuius inflammationem infestant, discurit dissoluitque; ac præsertim quæ ex humoribus biliosis, aut curis densitate proueniunt. Qua de re & ab Aegipiorum sapientissimis Soli consecratum est, febriumque omnium putatur remedium. Verum hæc quidem in re a ueritate aberrant. Solas enim quas dixi febres sanare potest, easque percoctas: licet sane pulchre etiam reliquas omnes adiuuet, quæ melancholicæ sunt aut pituitosæ, aut ex uisceris inflammatione prognata. Nam & harum remedium chamæmelum est uel tenuissimum, ubi concoctis adhibetur scilicet: quapropter & hypochondrijs, ut siquid aliud, gratum existit. Quin & tale quoque esse lini semen uetus sermo prædicat. Nam & ipsum quoque re uera quæ circa hypochondria sunt, uisceribus gratum est, minus tamen chamæmelo: quippe cum & minus calidum sit, ut est dictum, & præterea essentia crassæ. Verum rosa illis nequaquam his in rebus propinqua est: tamen quod ad caloris tepiditatem & essentia tenuitatem attinet, perquam sane & ipsa inflammationibus in hypochondrijs consistitibus utilis esse possit, nisi adstrictio (quæ una quoque illi inest) multifariam læderet, quæ maxime ijs obest, in quibus chamæmelum præcellit: nempe condensata corpora rarefaciens, indurata molliens, tensa relaxans. Nam ijs omnibus inimica adstrictio est. At tamen ad ascensum augmentaque inflammationum, ac potissimum carum quæ in exterioribus membris extant, chamæmelo rosaceum præfertur: quippe cum hæc tepida caliditate cum leui adstrictione indigeant. In principio enim quæ refrigerant atque adstringunt, per incrementa uero tepida, & mediocriter constringentia. At in uigore ac statu inflammationum quæcunq; tum moderate calfacere laxareque per declinationes, quæ tum calfacere, tum ualenter discutere ualent, magis competunt. Ac de istis omnibus uisus in libris de Medendi methodo tractabimus. Nunc ad propositum conuertor.

Quod pro diuersis corporum affectibus aliter egere sint nata tum quæ media temperatura medicamenta sunt, tum quæ paulum in alterutram partem declinant. Cap. 11.

Etenim quæ mediæ sunt temperaturæ, & quæ utramuis in partem leuiter declinant medicamenta, interim calfacere uidebuntur, rursumque refrigerare: interim uero neque ex calfacere, neque refrigerare, sed sicut corpora acceperunt, ita ea seruare. Nec id illis ab re accidit. Siquidem aqua tepida & urina in balneis quidem frigida, algètib; uero calida nobis apparèt. Cum ergo ex eo quod affecta corpora uarijs subinde modis disponantur, ipsum quod afficit, uarie quoque agere contingat: liquet ex hoc non rosam, non oleum, non chamæmelum, non lini semen, sed neque anethum, neque farinam aut foenigræci, aut triticeam, neque alia sexcenta, quæ partim adamuissimam mediam temperiem sortiuntur, partim paulum ab ea recedunt, eandem ubique editura esse actionem, quâdo nec sanè eandem omnes temperaturam obtinerent, nec eisdem morbis affligimur agroti. Iam rosaceum mediam inter oleam & rosarum succum temperiem possidens, (illo enim minus est calidum, hoc autem magis,) refrigerat quidem exultos, idque caliditatis suæ tepore: algentes uero paulum etiam calfacit, quod uidelicet is quoque effectus caloris sit tepidi: quemadmodum balneæ rigentes quidem ex calfaciunt, æstuantes uero frige faciunt.

Quod ex aquo & quod curatur, & quod curat, a medio distare debent, idque utroque in contraria recedente. Cap. 12.

Quocirca si aut refrigerantibus medicamentis, aut ex calfacientibus rosaceum indideris, sicut nec magnopere obferis, ita nec admodum profueris. Nam caliditas tepida nec est sufficiens quæ refrigerata sunt lædere, nec eadè curare potes. Etenim quicquid curari debet, tanquam quod ab immoderatione seu amertia ad comoderationem seu symmetriam reducitur, nõ id quod bene temperatum sit requirit, uerum id quod contrariam habeat intemperaturam. Siquidem si aqua frigida temperata efficere studes, temperatam ei misceri nõ oportet, (sic. n. tepidum euadet, quod ex utrisque compositum erit.) sed feruens: petenda est eaque frigida miscenda. Hæc tamen moderata calidior esse debet ea quæ frigida temperare uoles, quatenus uidelicet & frigida ipsa symmetriam frigiditatis exuperat. Nam sicut quæ leuiter tum symmetra frigidior est, ab ea quæ multo est calidior, mediam non recipiet temperiem: sic nec quæ longe frigidior, ab ea quæ paulo calidior. Verum si quod errationem postulat, multo est frigidius, necesse est, quod ipsum curabit, multo quoque calidius existat. Sin paulo frigidius, paulo etiam quod curabit, calidius erit. Ut autè uno uerbo exprimam, tanto abesse a medio quod medebitur, quanto ipsum cui medela adhibebitur, oportet: mirum cum in contrarium utriusque uergat excessus. Nã quod eandem in partem cum corpore curado, idque æquo temperamento recessit, id quidem idoneum non est quod alterationem ullam inuehat: quare affectum neque lædet, neque iuuabit. Quod autem minus aut plus recessit, alterabit quidem omnino affectum. Sed quod plus distat, proxius etiam nocebit. At quod minus est, iuuabit quidem, non tamen persanabit. Ergo si affectio quidem frigida sit, ac calor medicamenti tepidus, omnino necesse est affectum iuuet quidem,

A. I. 2. c. 11. 53.

A. I. 2. c. 11. 53.

\*Anaphrodisia temperata. In impressis legitur ad paulum. non multo antiquis paulum.

At & ipsa rosæ succus.

A quidem, uerum haudquaquam ad naturalem symmetriam reducere poterit: quare nec persanabit. Rursum si affectio quidem sit parua, nempe utra symmetra nature caliditate ad tepiditatem declinet, sique medicamen frigidum omnino refrigerari affectum, lædique a frigore necesse erit. Eodem quoque modo si calidior sit moderata temperata affectus, a similibus ipsius medicamentis in eodem statu seruabitur: lædatur autem a calidioribus. Porro iuuabitur quidem ab ijs quæ se sunt minus calida, non tantè penitus persanabitur. Sane & hic quoque rursum homonymia in totam extensa uitam, crebroque nos fallens occurrit. Etenim quod mediocriter est calidum, id subinde calidum appellamus, sicut balneum quod est eiusmodi, ac poculum, tum id quod ab hoc multum etiam deficit: ad hæc quoque, & quicquid calidius est. At si exquisita nominum uteremur appellatione, quod symmetrum est, non calidum, sed eucratum, hoc est temperatum nuncuparemus. Quod autem ab huius excederet modo, si ad calidius quidem immoderatione sua accederet, tum plus, tum minus calidum: in ad frigidius, plus minusque frigidum. Sic opinor in medicamentis si exquisitè loqueremur, quidam uocaremus eucratum & medum, uelut oleum. Siquid autem eo esset calidius, calidum, ut foenumgræcum in frigidius, frigidum, ut rosam. Ceterum huiusmodi nominum abusus causa exitit, quod non omnia corpora ab id genus medicamentis refrigerentur, quale est uidelicet rosaceum. Nam cum alia peræque illi frigida sint, alia etiam frigidiora: illa quidem prosum ne alterat quidem, hæc uero etiam calfacit: saneque ab surdum uideri possit, si cum quid exaltacere fateamur, tamen frigidum uocitemus, ac si quis aquam purealem, quæ hyeme manibus refrigeratis tepida uidetur, frigidum appelliter. His ergo occasionibus perturbatus confususque nominum usus rerum quoque una confundit notitiam. Similiter uero & de sicco & humido, confusus ipsorum nominibus rerum quoque notitia confusa est. Ac tamen ex illo uideatur nominum significata probe distinguere, at tamen maximum habere momentum & facultatem ad uerum cognitionem deprehenditur. Sed de humido & sicco paulo post dicetur, ubi uidelicet omnem de calido & frigido sermonem perferemus. Nam non multum etiam reliquum esse uidetur, ubi uidelicet iam semel apparuit, nihil iniri esse, ab eodem medicamentis corpora diuersa, alia quidem ex calfacere, alia uero refrigerari alia autem neutrum omnino perpeti. Etenim in eo quod ad aliquid, facillimum est ad particularia accedentem dicere, quod eiusmodi corpori ad motum rosaceum, in qua ipsi temperie nactum est, in ea seruare potest: alteri uero illiusmodi applicatum, ex calfacere: alij autem refrigerare. At in uniuersum de facultate eius pronunciarè, id uero difficile est, nisi nomina distinguas, atque de ijs conuenias. Fuerit autem tum distinctio, tum conuentio talis. Quandoquidem corpora humana tum ijs quas ab ortu nacta sunt temperaturis, tum ijs quas ex ætate postea acquirunt, tum ijs quas ex uitæ consuetudine adueniunt, plurimum inter se differunt, ab eisdem ea medicamentis uarie alterentur necesse est. Quippe si iuuenem natura calidum, ex uitæ instituto artificium excernerent, ueritæ mulierculæ eisdemque natura frigida compares, non minus illum excellere comperies, quam si ualde calfacientium medicamentorum quippiam cum refrigerantibus componas.

Quod generale medicamentorum facultates, ad mediam referentes temperiem, expendere oportet. Cap. 13.

Medum ergo horum quæ mihi quempiam intelligas, qui & natura sit eucratum, hoc est temperatum, & moribus ac consuetudine conuenienti hanc teneatur eucratiam: dein tres hosce tanquam temperaturæ scopos animo commendes, ac circumspectas, quod in genere calidum est, & frigidum, & sicum, & humidum, cuius ex ipsis, temperie respectu, tale appellare sit melius. Nonne ad temperatissimam, quæ unca est, patireturque reliquarum mediæ? an ad immoderatas & intemperatas, atque indefinitas, ac propemodum numero infinitas? Sane mihi ne conferenda quidem distinctio uidetur, neque ulla prope considerat id indigere, sed homini uel paulum etiam ingenij habenti perspicuum, esse corpus omnibus numeris absolutum, & decorum, simplexque, & unum uelut regulam quandam & scopum proponendum, ac ad ipsum alia omnia digerenda esse. Esto ergo nobis corpus hoc medicamentorum facultatis regula: quodque similem illius temperie caliditatem accedit, uocetur temperatum: etiam si uel maxime exaltacere senem refrigeratum uideatur. Quod uero calfacit aut refrigerat corpus eiusmodi, illud quidem calidum, hoc uero uocetur frigidum. Esto autem, quo hæc distinctio tradantur, ipsorum excessum ordi. ad frigidum quidem primus, cuius esse dicas rosaceum: secundus, cuius sit ipsa rosa: post hunc tertius, & quartus, quoad sermone ad frigidissima peruenerimus, nempe cicutam, succum papaueris, mandragoram, hyoscyamum. Rursum ad calidum, anethum quidem, & foenumgræcum, primus. Secundus uero deinceps, quicunq; uideatur secundus, tertiusque, & quartus, donec ad exurentia peruentum sit. Ad eundem modum in medicamentis humectantibus ac siccantibus rursum a symmetro exordium deinceps ad humum usque constituamus. Nam huius notitia ad medendi methodum nõ parua est usus: nullo nisi quis hoc pacto definat, officiet magis legentibus quam proderit. Siquidem medici, qui nunc quidem simplicium medicamentorum uires exponunt, præter alia multa quæ delinquant, hoc maxime noxium est tenere, nempe quod in calidis, uerbi gratia, anethum, & foenumgræcum, & misy, & calcem, indifferenter numerent: in frigidis rosaceum, mandragoram, & cicutam: tanquam scilicet propinquum sit aut calci foenumgræcum, aut cicutæ rosaceum, ac nõ multis mediantium medicamentorum ordinibus distincta. Verum nos pro uiribus rem tam immensam tanque operosam in ordinem redigere tentemus, exponamusque quæ uiribus propinqua sunt, quæque longe distant. Atque id quidem efficiamus, non probabiles sermones, sed certam ac definitam experientiam pro iudice



fluentes: uelut & id quoque superius sapenmero admonuimus. Enimvero eiusmodi iudicium ut ty-

Quod qua sensu simplicia uidentur medicamina, per sepe compositas obtineant uires, immo ue-

R eliquum autem est id cuius subinde iam ante necessario mentionem quidem fecimus, uerum ab-

Quid & brassica duas, easque contrarias, in sese facultates obtineat.

Q uod uero & brassica duas, easque contrarias, in sese facultates obtineat, neque id quidem etiam

Cap. 14. A. l. 2. f. 1. 1. c. 3. p. 168. E.

A. l. 2. f. 1. 1. c. 4. p. 173. B.

A. libid.

hic legit Ori- b. l. 1. col. 1. 9.

\*Similia.

A diligentem elora obscuram modo purgandi ulm retinuisse sumus experti. Quinimmo ipsius quoque qua-

Quam ob rem lingua, tangentibus ipsam dissimilibus corporibus, ac per diuersas eius partes simul agenti-

A tque in similibus quidem partibus calox, frigiditas, siccitas, humiditas, particulares differentias

omnes quidem agant, diuersa tamen unaqueque eius parte, nempe cui ipsam appropinquare contigerit: **E** ipsa uero affectio, ex eo quod primo affectum est, in totam eam diffundatur: veluti si in frigore ingenti digitum in aquam gelidam repente immittas, tota interim manu horrebis, sapenumero uero & corpore toto. Nam uelox est ex eo, quod primo affectum est in corporibus sensilibus, in totum animal diffusio, ut uidelicet cum calfacto una concalcescat: refrigerato, simul refrigerescat: siccato, pariter siccescat: humectato, coluemescat: atque adeo frequenter etiam contraria uno tempore perpetiatur. Quo autem id facilius quod dicitur intelligas, alteri etiam exemplo adhibere animum praestiterit. Vidisti opinor quandoque comiecto in aquam quietam lapide, ex hoc quidem moueri aquam incipientem, in orbem autem motum extendentem, tanquam centrum sit id quod percussit. Cum ergo uno tempore in diuersas placida tranquillaeque aquae partes duo lapides comiecti duos effecerint circulos, qui per se se inuicem ferantur, contrarios conspicias in quauis aquae particula motus. Quae res uiris etiam naturae studiosis dubitationem non paruam attulit, num aliae partes ab utroque motuum, an eadem ab utroque mouerentur. Nam quod circulus cui culum non sistat, nec ultra prorsumque ferri prohibeat, id manifestissime cernitur. Id ipsum iterum fieri mihi intellige, cum eodem tempore pedes quidem in calida, manus uero in frigida indideris. In totam enim corpus utriusque affectionis motus peruat, contrariisque inuicem occurrunt: referatque, forsitan nihil, etiam si contraria non incedant semita, sed unus ab uno, alter ab altero pede proficiatur. Tunc enim nec nihil pati corpus, nec ab altero distaxat dicere queas: nam & manifesto patitur, & ab ambobus patitur, incallescens, ac frigesces. Quod utique, & in febribus typhicis & hepaticis euenire autumo, extra quam quod in illis non extrinsecus, sed ex ipso corpore caliditas frigiditatisque affectus exoritur. Quod si quis dicta assequi nequeat, certe ex eo quod iam dicitur, facillime periculum facere possit. Etenim non longe ab ijs quae inquirimus abest, sed ex linguae affectuum numero existit. Nam si parem absynthij portionem melli exquisite commistam, linguae imponas, quemadmodum poetae amorem cognominant, hoc est, ex amaro dulce, quod ex ambobus mistum fuerit, uidebitur: nimirum cum haud alio tempore mellis saporem lingua sentiat, alio uero absynthij, neque alterum solum, uerum perpetuo ex utrisque insolentem quandam missionem permittam. Tale quid uenit cum in utrum succum coierint austera & nitrosa facultas, siue id natura miscuerit, siue a medico fuerit compositum. Nam eodem tempore lingua utriusque succi qualitatem percipit: ac si percipit, nimirum & afficitur, idque pro familiaribus illorum uiribus. Necesseque est, quaque aliatum corporis partium similiter affici, etiam si qualitates ipsas non sentiat. Neque enim in pariendo aut non pariendo, ab alijs linguam differre putandum, uerum eo quod ipsam nihil familiarium affectuum ob exquisitam sentiendi facultatem latere possit. Quod si ad id non nihil faciat ipsius raritas, quippe succi facilius in profundum penetrantes, atque in molliculas partes actionem exercentes, tum ualidam quidem affectionem, tum uero sensum eius imprimunt euidentiorum: uerum tamen maior uis in sensu accurato potius quam in affectionis robore consistit, cum affectionis robur nihilo secius & in exulceratis partibus fiat, sed quia exacta sentiendi uis caret, ideo succorum qualitates non percipiunt. Liceat uero cum in illis, cum et ante illas, nondum uidelicet cute exulcerata, mistam ex contrarijs facultatibus actionem simul in corpore fieri, colligere. Etenim si pari inflammatae solani succum imponas, densam eam consistiparisque, & cohiberi transpiratus conspicias. Itaque si plasculo id ipsum tempore facias, non rubiam seruiabis particulam, sed aut liuidam aut atram efficias: id quod assidue in erysipelatis a medicis plerisque fieri uidere est: nam & ea tempore dura atraque, in modice refrigerando efficiunt. Quod si ergo non solani, sed anthemida, hoc est chamamelum parti inflammatae imponeris, eam prorsum contra affici uidebis: quippe quae rara, fusa, mollis, laxa, euadet, [cum nondum curis exulcerata fuerit.] multumque illius superfuitatis quae sub ipsa continetur transpirabit, nec liuida amplius atrave erit, etiam si uel plurimus deinceps diebus chamamelo utaris. Eundem enim hoc ac digerere per halitum potest, haud quamquam contrahere, condensare, aut transpiratus prohibere. Quod ergo solano, chamamelum contrarium sit, illuc liquet. Quod uero etiam si utranque commisceas, euidenter tamen utriusque uires perspicies, ego sane expertus edisseram: quamquam te quoque, malim ipsa re experiunda euentum cognoscere, quam narranti mihi fidem habere: id quod scio efficiet quilibet ueritatis amore tenetur. Oportet uero ut in re iam patenti oratione absolueret. Si enim simul imponitis solano & anthemide, neque ita densa, dura, tensa, liuidaque recidatur, atque si solo usus solano esset, neque adeo rara, mollis, laxa, uibensque, ac si chamamelum solo usus foret, sed dierum mediam accipere affectionem particula conspiciatur: consentaneum est utranque medicamentum secundum suam operatum esse facultatem. Nam si neutrum quicquam egisset, sed quiesceret utrinque, quam ab initio affectionem particula habebat, eam haud dubie seruasset, non secus ac si omnino nihil impositum foret. Sin autem alterum quidem eorum operatum fuisset, alterum uero penitus deuidum, non mediam affectionem, sed extremam alteram perpessa particula esset. At si utriusque agit, eaque contraria facultatibus fuerit, contraria utique eodem tempore corpus perpetuum est. Nec enim patitis inter se agendi uiribus operabantur, tanquam si utriusque exempli causa totum diem imponis, sex horis prioribus medicamentorum alterum, reliquis uero sex alterum suo uicissimum munere fungeretur: nugax enim haec est hypothesis, nec solum demonstratione, sed probabilitate quoque omni destituta. Quamquam profecto nec ita quidem summi contrarij subiecta contingit substantia, uelut in ijs qui in balneis lauantur, posteaque ingrediuntur frigida: sed potius ita ut si lauari frigida aqua adspargas.

**A**dspargas. Sic enim non diuersis temporibus, sed eodem contraria perpetiatur. Igitur quemadmodum in medicamentis compositis mixtum non est, si contrarij simul affectus corporibus insigantur: ita neque in simplicibus, cum & ipsa sensu quidem omni atque cognitione simplicia appareant, uerum natura sine composita. Quin etiam quemadmodum in ijs, quae nos componimus ac commisceamus, interim, si ita uisum est, plus adstringentis succi indimus, interim plus dulcis, aut amari, aut salis, aut acris, aut alterius cuiuspiam contrariorum, non nunquam uero utroque partibus paribus, ita quoque naturam in arboribus, fructibus, animalibus, & in ipsa quoque terra contrarios temperare succos paribus aut portionibus, aut uiribus alienum non est. Potest etiam quandoque alterum uicentem efficere. Itaque actiones eorum in uisuris paribus similes euadent, in imparibus autem diuersae. Ne quis ergo putet, quod & supra monuimus, nihil esse, adstringentem succum dicas, an adstrictionem. Nam adstrictio una res simplex intelligitur, adstringens uero duplex: sicut & calfaciens partim simplex & summum, ut ignis, partim per exuperantiam caloris, ut sanguis. Sic adstringens quoque aliud summum est, ut exempli causa, alumen, & melantheria, siue arameterium sutorum, & galla, & rhus: Aliud quia adstrictionis cuiusdam est particeps, uelut pyrum, uinum, malum, rosa: nam minimum omnino est in rosa quod adstringit, multis numeris eo, quod non est eiusmodi, superante. Quapropter non ab re exigui quoque adstrictionis effectus sunt, tanti scilicet dum a relaxandi facultate quae rosa inest, corporum illi admodum robur non exoluatur. Itaque mirandum non est medelam esse eam inflammationum, ac potissimum dum increscant adhuc atque augentur, plusque etiam dum incipiunt.

*Quod rosaceum, utpote olei rosaeque, mediam ad uingum naturam obtinens, inflammationum optimum in augmento remedium sit.*

Cap. 17.

**R**osaceum uero, (utpote cuius natura olei rosaeque in medio est) in inflammationum augmentis optimum est remedium. At oleum commodum est ubi inflammationes maxime uigent: id quod experimenta docent: causam autem nos in tractationibus de medendi ratione exponemus. Porro rosaceum ut quod in medio eorum ex quibus confectum est consistit, utique & in medio tempore utilitatem ostendit. Nam per initia repellere comprimereque, influxus oportet: in uigore autem ita per halitum digerere, ut motus abest: at in incrementis repellere simul ac digerere. Id quod si quis nudum, citraque iam dictas rationationes audiat, fortassis fidem non habebit. Nunc autem mirer, si quis adeo sit stupidus, ut rationi nondum acquiescat. Etenim indicationes in inflammationum incrementa contrarias esse necesse est. Nam semel unoque impetu ab adstringentibus contrahentibusque substantiam ad laxantia fundentiaque, transire plane absurdum est: sicut sane aequum est in intermedio principij statulque spatio, dum uidelicet morbi adhuc increscunt, nec plane repellere sicut in principijs, nec itidem digere re sicut in uigore, sed perinde ut morbi conditio media est inter contraria, ita medicinam quoque mediam esse oportet, quae uidelicet non ut in principijs adstringat, nec ut in uigore digerat. Atqui medium omne ex contrarijs mistum est, ijsque totis per tota temperatis, aut per exiguas particulas sensum effugientes eorum, quibus apponuntur. Porro hoc an illo modo rosaceum mistum esse uelis, mea quidem certe nihil refert: nam utroque modo propositum demonstrari potest. Satis autem certo scio, si rationationes omnes, tum quas Theophrastus memoriae prodidit, tum quas nos toto hoc tractatu complectimur, multum animo uersaueris, te secundum multionis modum reperiturum. Quin & in profundum penetrare, & corpora arentia magis quam oleum humectare rosaceum potest: arbitrorque subinde rosaceo te praedensas coriaceas tunicas teri uidisse: quoniam neque oleum, neque hydrelauium, quod ex aqua & oleo mistis constat, eam probe mollire ac madefacere possit, quia uidelicet crassiorum sunt partium, quam ut penitus imbibit ac penetrare queant: rosaceo uero praeter cetera quae potest, pauca quaedam inest adstrictio, haud parum huic rei conferens. Nam quae magnopere austera acerbique sunt, primo statim contactu superficiem condensantia, humorem ingredi imbibique prohibent: at quae paulatim quidem adstringunt, ceterum plurimum in se continent essentiae tum tenuis, tum tepidae, tantum abest ut praeadstrictione ingredi altius corpora admodum prohibeantur, ut etiam ab ea, magis scilicet impellente, iuuentur. Quae autem penitus tenuia calidique sunt, magis digerunt disentiuntque, humores ex corporibus quibus admouentur, quam alios ipsa apponant. Porro quae frigida sunt & crassioris essentiae, omnino nullum introducere humorem queunt. In quibus uero humiditas inest tenuis pariter & tepida, haec per essentiae quidem tenuitatem & tepiditatem prompte mobilia, corporum quae contingunt, meatus subire nihil prohibet. Quod uero non admodum calfaciunt, ex eo liquet, quod existentem in illis humiditatem non digerant. Si uero praeter quam quod sunt eiusmodi, insuper exiguam adstrictionem possideant, quae reuocet particulas meatum iam ingressas in profundum propellere ualeat, ipsamque extrinsecus superficiem quadantenus constringere ac condensare, ea inter omnia humectantia efficacissime humectant: Adstrictionis enim maioris natura est, ut meatus occludere praecoccupans, uicinasque substantiam ad se contrahens, constipansque, ijs quae humectare ualent, impedimento existat. At quae adeo infirma est, ut in rosaceo, quae ipsa uincatur potius quam uincat, reuocet calidique rosacei particulas praecurrere quidem nequit, sed ubi ille altius penetrauerint, in ipsam iam tum superficiem agere incipit, pro uiribus constipando, contrahendo, ac condensando. Ex quo necessario sequitur, ut quae ingredi meatus anteverterint exigua corpuscula, intro propellantur, ac meatibus praecclusis foras regredi inhiabantur.

Quod





alia id genus infinita, quibus facile adduci quibus possit, ut credat medicamenta potestate ut ad nos ca-  
lida, alteri animantium generi actu esse calida.

*Quod esse que erodendo putrefaciendoq; intermunt medicamenta, genere, non qualitate deleteria sunt dicta.*

*Quod quanto in corpore morantur diutius, tanto & magis agere sicut nata. Cap. 23.*

**A**Tque hæc quidem obiter dicta sunt. Ceterum quæ nos contactu aut per putredinem, aut per  
erosionem interficiunt, (nam de his habebatur oratio,) ea recte quidem ratione humanæ naturæ  
deleteria toto genere existimata sunt, non ut frigiditas, sicut taxat quantitate: hæc enim interdum  
vincuntur, & nutrimentum animali redduntur: putrefactio autem etiam si quantitate minima suman-  
tur, omnino tamen corrumpunt, quia uidelicet quæ putredini obnoxia sunt, calore humiditateq; putre-  
scere solent. Atqui calidus humidusq; sanguis est. Itaque putrescere nunquam cessare possunt, simulq;  
uicissim putrefacere, quæ *omnes uicissim* a putrefactione uocantur medicamina. Proinde longo etiam post  
tempore a quo sumpta sunt, nonnulla intermunt, potissimum quæ crassa terrenaq; essentia sunt. Hæc  
enim corporibus nostris inherencia insidentiaq;, dein temporis spatio putrescentia, erodunt corrumpuntq;  
uicinas corporis partes.

*Qua causa putrefactio medicaminum, licet genere letalia sint, non tamen perpetuo occidant. Cap. 23.*

**A**Tque tenuiora sunt, etiam excerni interim cum excrementis possunt: fereque accidit, ut duas ob  
causas istas quandoque medicamenta putredine erosione ue necantia non interficiant: unam ui-  
delicet, quam modo admodum dicere desij: nempe cum unâ cum excrementis excernuntur prius-  
quam iniuria corpus afficiant: alteram, si cui accipietis bona faueat fortuna, uidelicet aut cibis, aut quæ  
alioqui conferunt, utenti: aut medicum qui curatio præsit, nacto. Nam ubi grauis ab ijs noxa illata est,  
malum neque uictus ratione, neque generosorum medicaminum, mediciq; auxiliantis ope sisti potest.  
Quod si proflam: exule sit deleterium, nihil repugnat quo minus illud quoque nihil perficiat, propterea  
quod cum excrementis excerni possit, aut idonea uictus ratione superari: utputa si cantharidis sit cente-  
sima drachinæ particula: nam id priusquam noxam animali inferat, unâ cum urinis excernatur. Sane  
cantharides urinam cientibus medicinis miscentur, sicut pleraque alia letalia alexipharmacis, hoc est  
amuletis. Atque id genus medicamenta composita si apte mixta fuerint, omnino efficacissima sunt:  
quoniam admodum quod ex cantharide conficitur, urina mouenda accommodum est. Feruntur enim  
alioqui sponte sua cantharides per urinam ad uescicam, atque sic rodendo eam exulcerant: uerum ubi  
paucum ex illis, multis miscetur bonis atque utilibus, illa quidem uelut manu ducunt, erodere tamen ne  
queunt. Opus est enim ut quicquid agat, etiam si sit ualensissimum, aliquantam tamen & magnitudinem  
habeat: quando nimirum & ignis ipse si prorsum minimus sit, præter quam quod non uret, ne calcificet  
quidem: quippe cum & centesima scintilla portiuicula sensu nobis sit imperceptibilis. Ex quibus pa-  
ret, quæcumque frigiditate intermunt, si pauca sumantur, nutrire corpus posse, uelut lactuce succum:  
at quæ putrefaciendo erodendoq;, ea nunquam nutrire, ne si præ paruitate quidem innoxie corpus per-  
meent: genere nanque talia humanæ aduersantur naturæ.

*Quod in medicamentis, dissimilari substantia reperitur mixtura: ac proinde ubi sine suo purgantia frustrantur,  
interim quidem extreme laeduntur, interim nequaquam. quippe ubi deleteriam in se uicem permixtam  
obtinent, ad corrumpendum conuertuntur. si uero uim non habeant deleteriam,  
concoquantur, talemq; generant succum, qualem trahere nata erant. Cap. 24.*

**Q**uemadmodum autem in saporibus ante monuimus, nullum prope eorum alienæ esse qualitatis  
exspectem, uerum siue in arboribus, siue in herbis, siue in fructibus mistos semper alterius generis  
esse saporibus: ita in medicamentis intelligere oportet, multas diuersi generis mistas esse substantias: id  
quod inuenias, si consideres granum cniidum hoc a cnicico differre, quod plurimum habeat caliditatis.  
Nam similitudinem utriusque substantiæ tactu uisq; cognoscere liceat: præterq; ea tertium est, quod  
ambo pituitam detrahant. Ostensum est siquidem nobis in commentarijs de naturalibus facultatibus, **H**  
quod qualitatum, quæ in substantijs sunt, proprietatibus attractiones perficiantur. Attamen grano cni-  
dio multum permixtum caloris est, quare a cnicico distat. Ideo purgantium medicamentorum, ubi for-  
te purgatione frustrantur, quædam extra quam quod noxam corpori nullam afferunt, etiam alimentum  
homini præbent: alia uero in corruptionem, ac tanquam in uenenum uertuntur. Proflam enim medi-  
camentum expurgans uel cum uno saltem humorum, qui in corpore sunt nostro, similitudinem obti-  
net, non autem perpetuo permixta est uis aliqua uenenoſa: quamobrem nec perpetuo, licet non purget,  
iniuria afficiet, uerum concoctione accipiet, talemq; producet humorem, qualem trahere natam erat.

*Quamobrem, cum qualitate proprietate attractiones perficiantur, purgantia medicamenta quidem perpetuo humores  
attrahant familiares, nec tamen unquam a familiaribus attrahuntur: An quod efficaciora sunt  
purgantia medicamina, sic ut attrahere potius quam attrahi sint idonea? Cap. 25.*

**N**on autem me fugit, qui in naturalium facultatum commentarijs exercitatus ante non sit, hæc ra-  
tio: inationes non satis consequi posse. Demonstratum, n. ubi est pleraq; perfici attractiones quali-  
tati familiaritate: proinde quæq; singillatim animantis particula familiare sibi nutrimentum attrahere.  
Ad quam sententiam seu dogma sequitur medicamenta purgantia esse quidem detrahendis humoribus fami-

Al. l. 4. c. 6.  
p. 1. a. b.

**A**familiaria, uerum quæ attrahunt, quodammodo esse efficaciora ualentioraq; sicuti magnes lapis ferro:  
quippe qui ad ferri naturam accedat, inq; ferri metallis reperitur, eiq; magnopere specie persimilis  
sit: uerum fortior est quodammodo, ut attrahere sit aprior, quam attrahi. Quin nec cnicum quoq; a pi-  
tuitæ natura alienum esse diffidendum est, uti colore suo præ se fert: sed tamen calore ipso quam pitui-  
ta ualentior est, ut trahere quam trahi magis par sit. Ad eundem modum granum cniidum siquædo for-  
te a corpore nostro uincatur, (id quod assidue cnicico uisente, rarius autem grano cniidio, nimirum ob  
robur,) uice purgationis alimentum efficitur: uelut ueratrum semper cotornicibus. Volo autem (quan-  
do quidem in hunc sermonem descendimus) logici cuiuspiam meminisse theorematis, quod & in com-  
mentarijs de demonstratione monstrauimus, ceterum in rem præsentem haud inuisis. Est autem theo-  
rema eiusmodi. Demonstrationum alia, quod ex necessitate hoc illi insit concludunt: Alia, quod inef-  
se possibile est. Harum ipsarum quædam in id quod ex necessitate inest recidunt, quæ uidelicet ex ne-  
cessarijs consequuntur principijs, uelut in hoc ipso quod modo monstrauimus. Si quidem in grano &  
cnicico pituitosum inesse succum euidenter monstrare non est: tamen posse esse, ac probabile uerisimile  
que esse, ratione colligitur. Sed quia attractiones substantiarum fieri similitudine ostendimus, (demon-  
stratum enim subinde est, in purgationibus attractionem esse eorum quæ purgantibus medicamentis  
**B** similia sunt, haud uero omnium simul succorum alterationem,) similitudinem inesse quandam utriusq;  
substantijs, & eius uidelicet quod purgat, & eius quod purgatur, necesse est. Porro cum quod purga-  
tur, pituita est: quod trahit, pituitosum sit oportet. Pituitosum autem esse oportere quod trahit diximus,  
non autem plane pituitam. Etenim similitudinem inesse substantijs diximus, non identitatem: contra-  
rium enim cernimus. Nam neq; ferrum attrahit ferrum, neq; caro carnem, sed lapis sideritis ferrum, ca-  
ro sanguinem. Differunt enim, mea quidem sententia, idem & simile. Quippe pituita pituita eadem  
est, & cnicico cnicico, similis autem pituitæ cnicus, non tamen idem. Neq; enim quæcumq; edulia aut bi-  
liosa aut pituitosa dicimus, perinde tanquam bilem aut pituitam continentur sic nuncupamus. Huius  
enim opinionis absurditatem deteximus cum in naturalium facultatum commentarijs, tum multis  
alibi locis.

*Quod in purgantibus medicinis duplex insit similitudo, nempe quædam actus,  
& quædam potentia. Cap. 26.*

**Q**uapropter præterea sunt omnia huiusmodi. Illud uero rursus repetendum est, quod purgan-  
tium medicaminum quædam iam etiam possident idoneam ad attractionem similitudinem: quæ-  
dam non perfecte quidem eam obrinent, uerum in animantis corpore accipiunt, non secus at-  
**C** que urentia medicamenta, quæ caustica Græci uocant. Itaq; duplex quoq; in his similitudo est, una a-  
ctus, altera potentia, uelut & in alijs omnibus. Quin & permixtae sunt similibus in uno quoq; succis alij  
dissimiles, qui partim quidem medicaminosi sunt, partim non. Quare ubi purgationem haud assequun-  
tur, quædam purgantium malum corporibus nostris inferunt, quædam uero alimentum exhibent.

*De superpurgantibus, quas uocant dypsis Græci uocant.*

Cap. 27.

**P**orro quoniam semel sermonem de purgantibus medicamentis attigimus, præsterit fortassis nõ  
nihil quoq; dicere de nimijs purgationibus, quas uocant dypsis Græci uocant, quasi superpurgatio-  
nes dicas. Euenire igitur ea solent, cum purgans medicamen usque adeo inualuit, ut in uasorum ad ue-  
tre pertinetium osculis modificationem apertionemq; multam relinquat: assidueq; irritans conuel-  
lensq; corpora, quæ in uasis sunt uires dissoluat atq; deiciat. Nam quod in uentre euenire cõspicimus,  
ubi uires eius in extremam inciderunt infirmitatem, idem in uenis accideret putandum. Quid porro est  
quod in uentre euenit? vomitus totius eius quod deglucit, ubi uidelicet superiores eius partes debili-  
tas occupauit: intestinorum uero læuitas ubi inferiores. Ostensum est autem & de hisce latius in tracta-  
tu de uacuationum causis. Huiusmodi affectum exiit in uenis existimandum est in superpurgationi-  
bus. Cum autem per initia modica etiamnum sit & apertio, & imbecillitas, tum quod & tenuissimum  
**D** est, minimeq; naturæ familiare, excernitur: sed ubi uerac; adaucta est, iam tum etiam crassa, & quæ na-  
turæ familiarissima sunt, euacuantur: quamobrem flaua bilis primo, pituita secundo loco, tertio loco  
atra bilis, post hæc postremus omniū in superpurgationibus effunditur sanguis, utpote qui naturæ  
succus sit familiarissimus. Ante hunc uero primus quidem qui tenuissimus, postremus qui crassissi-  
mus. Differunt autem & Hippocrates in opusculo quod de natura humana inscribitur, de ordine qui  
in istis euacuandis seruari solet: ac nunc quoque ne quid huic sermoni desit, dicendum est. Etenim  
si quod pituitam ducat medicamentum exhibeas, prima quidem in superpurgationibus flaua, mox  
atra, tertio loco sanguis eijcitur. At si quod flauam bilem detrahat, pituita consequetur, tertia atra,  
quarta demum reddetur sanguis. Quin & si atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam eua-  
cuabit: post quam flauam: deinde pituitam: omniumq; postremus sequetur sanguis, tanquam ex ina-  
nimis iam uisculis effluens, ut quæ summa iam debilitas occupet, quæq; ad extremam osculorum aper-  
tionem peruenerint. Ex quibus manifestum est postremum in superpurgationibus uacuari humorem,  
qui idem & familiarissimus est: aliorum autem unumquemq; prout aut crassus est, aut tenuis.

Quæ

Qua causa in superpurgationibus humores minime purgantur medicamento familiaribus videtur encephalum: nempe propter vasorum infirmitatem, propter osulorum laxitatem, propter purgantis mordacitatem.

Cap. 28.

Ceterum cause quamobrem omnino & qui alieni sunt a purgante medicamento succi una excernantur, in hisce tribus consistunt, vasulorum scilicet imbecillitate, osulorum laxitate, & purgantis mordicatione. Cum enim uascula non amplius in sese continere succos possunt, & oscula enim reclusa fuerint, nec irritare medicamentum desinat, possuntque non amplius familiarem trahere succum, necesse omnino est reliquos quoque, quo diximus ordine excerni. Satis enim erat unica mordicatio, quae organa ad excretionem excitare possit: quanto ergo magis id fiet, ubi & apertio, & imbecillitas vasulorum coierit? fit autem, ut supra diximus, apertio ob medicamenti potentiam: ob quam uidelicet mordicatio item provenit. Vasulorum autem imbecillitas tum ob ingenrem defatigationem, (quam scilicet, dum a purgante medicamento mordicantur, ac ueluti emulgerentur, acquiescant.) tum ob intemperantiam, quae in superpurgationibus occupat. Quenecumque enim humorum penitus euacuaueris, intemperantiam consequatur necesse est. Itaque quod a purgante & alieni quoque uacuentur succi, eas habeo causas: porro quod supradicto ordine, uacuantur humorum tum tenuitas, tum crassitudo in causa est: & ad haec prout magis & minus animantium constitutioni succus quilibet familiaris est.

E

A. l. i. f. 4. l. p. 149. c.

In antiquo codice, leguntur, & ueluti emulgerentur.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTO RUM FACULTATIBUS LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De reuibus & crassis partibus, saporumque & odorum essentia, & facultate, quae in medicamentis simplicibus cernuntur.

Quid tractatum fuerit, quid reliquum sit tractandum. Item de differentia sensus linguae, & ceterarum partium.

Cap. 1.



VO pacto igitur dicatur frigidum, calidum, humidum, siccumque facultate medicamentum: tum qua ratione id explorare oporteat, supra definitum est. Porro quoniam nonnulla emollientia dicuntur, relaxantia, rarefacientia, condensantia, emplastica, ac digentia, multaque his similia alia, praestiterit & de his differere: una uero cum istis, aut etiam ante ea, de saporum omnium & essentia, & facultate, de qua & in fine primi horum commentariorum uerba fecimus, quando scilicet Platonis ex Timaeo dictionem adscripsimus. Veni ubi quidem gratia passionum sensibilium, quas lingua in quoque eorum perpeti est nata: at hic de essentia & facultate sermo habebitur: quandoquidem & aliae animantis partes similiter ut lingua perpetiuntur, sed passionum sensum non exacte percipiunt. At lingua praeterquam quod perpetiatur, sensus etiam perfectionem possidens earum omnium naturas dignoscere potest. Nec enim hoc dicendum est calidum, frigidum, humidum, siccumque linguam calfacere, frigidificare, siccare, aut humectare posse, aliarum uero quannis non posse: immo ut hanc, ita & alias omnes singula afficiunt & alterant, tantum diuersitate in ipsis existente pro minoris maiorisque ratione: haudquamquam in ipso, ut sic dicam, affici, aut non affici. Quippe quod lingua non secus atque alia quaeuis animantis partium calidum, frigidum, siccum, humidumque dignoscere corpus ualeat, cuius clarum est: ama firmitatem uero, dulcedinem, salinitatem, aciditatem, austeritatem, acerbitatem, acrimoniam haec sola discernere ci editur: tamen passionum similitudinem inuenire est cum in alijs partibus omnibus, tum maxime in uisceribus. Nam cutis duritas densitasque, excludit, resistit, prohibetque quo minus foris incidendum facultates intro in carnem ipsam penetrent.

Quoniam modo frigidum corporibus nostris mordax apparet, & qua differat ab ijs, quae caliditate mordicant: nempe quod continuum diuellat, cuius uero causa est, quod & tenues humores compressu exprimantur, & uena spatia relinquuntur, & mollis substantia in arctiorem locum contrahatur: at calidum, quia substantia continuitatem erodat.

Cap. 2.

Sic enim & illud ab Hippocrate dictum est: Ulceribus frigidum mordax: tamen si cuti priusquam ulceraretur, mordax nequaquam esset. Est uero & oculis, & naribus, & ori, externis partibus animalis frigidum mordax, nec minus internis, uentris, & intestinis, ut difficile sit non nunquam discernere, an a frigore quis, an ab humorum mordicetur acrimonia. Eueniunt autem haec non ab re. Siquidem cum frigidum quaeuque contingit, eorum & contrahat substantiam & condenset constringatque, primum reuere tum excernantur humiditates necesse est, sicut ex oculis lachryma, ex naribus mucus: postea uero etiam mordax apparet, licet alia ratione quam in calido. Nec enim erodendo, quod continuum

A. l. i. f. 1. l. p. 171. B.

At tinnitum est, sed diuellendo, molestum ac mordax est frigidum. Quare nec duris corporibus tale apparet. Nam dum mollia contrahuntur comprimunturque, humidum exprimi contingit, simulque partes diuelli: humidum quidem, sicut in spongia a manibus nostris contracta compressaque: diuelli autem, sicut in ijs quae distrahuntur, diuellunturque siue a nostris manibus, siue aliunde. Tale quid rara molliaque corpora a frigido perpetiuntur necesse est raritate frigus prompte intro recipiente, multoque etiam promptius partibus in ea mollibus, quae in profundo sunt, a frigore concretescentibus. Frigidum itaque spiramenta cuncta in raris corporibus subiens, qualia sunt ulcerata omnia, oculique, & nares, ac os, uenterque, omnes refrigerandorum corporum partes circumquaque amplectitur, & quodammodo multis circumquaque anhis eas contrahens atque condensans a continuis auellit. Quae dum patiantur, multa fieri spatia inania necesse est: non tantum quia tenues exprimantur humiditates, uerum etiam quia substantia mollis in arctum contrahatur. Atqui spatium inane in sibi continuis corporibus, seruata etiam numerum continuitate, fieri non potest. Ergo si fieri id constet, clarum est illam deperdi, ac corpus continuum distrahi, ex quo molesta mordaxque sensus exoritur affectio. Tamen non eadem acrisque qualitas est, tum ijs quae frigore mordicant, tum ijs quae calore: sed in illis protinus & contractionis condensationisque sensus percipitur, in his dissolutionis & fusionis. Quia nec par est utriusque affectus celeritas, uerum in refrigerantibus quodammodo tardior & cunctantior est mordacitas, ac in exaltantibus celeritate penetrat. Quando igitur abunde definitum est tum ipsa rerum natura, tum etiam qui in nobis fit sensus, clareque expositum est, quo pacto calidum, quoque frigidum mordax appareat, colligere quaeque apud sese nunc oportet uel antequam a nobis id audiatur, mordicantium medicamentum alia calida facultate, alia frigida necessario esse. A nobis autem distinctiones eorum exacte addiscere licebit, ubi prius commonefecerimus poculum & balneum, cum temperata sunt, calida a nobis dici non nunquam appellationis abusu: quandoquidem euerata siue temperata dici debebant ac symmetra potius, quam calida. Ergo quae sic calida sunt, grata amicaque sunt: funditur enim quod in corporibus nostris consisterat, atque concretum fuerat: quo maxime affectu uoluptas animantibus constat. At si moram etiam trahant, sensum quoque & ipsa molesta euadant. Ad tantam enim fusionis immoderationem sic recidunt, ut substantiam nostram etiam digerant, dissoluant, atque dispergant. Verum nec sic quidem mordicatione infestant, sed animi afferunt deliquium, uiresque deieciunt, ut mors quoque tandem sequatur. At quae his magis sunt calida, secant, distrahunt, diuiduntque substantiam: quare necessario mordacia uidentur, uelut aqua feruens, ac ipse ignis. Eundem in modum frigida quae contrahunt, non dum tamen contacti corporis continuitatem diuellunt, frigida dumtaxat sunt, haud etiam mordacia. At

Al. rationabili.

Quae supra quam quod contrahunt, etiam conuelliunt, ea utique omnia uiolenta condensacione utuntur, quo circa & mordacia apparent. Igitur subiectam materiam contrahere & condensare frigidi semper proprium est. fundere autem atque liquare calidi: ueriusque uero immoderatus aucti, communis est mordicatio. Etenim quae summe frigida calidaque fuerint, praeter omnes alias, quas modo memorabam, raras mollesque partes eorum etiam nostram inuadunt. Memini me quandoque per niuem iter fecisse tam altam & copiosam, ut nulla terre pars nuda conspiceretur. Aer exactissime purus erat, spirabatque a niue quidam uentus adeo frigidus, ut non oculos modo, & nares, & totam adeo faciem mordicaret, uerum etiam si quis forte manum protulisset, similiter illam afficeret. At quae a summa frigiditate, aut caliditate absunt, cutem non mordicant. Frigida quidem, quoniam continuitatem eius ob duritiem distrahere nequeant, nec in profundum subire praeter superficiem densitate ualeant. Calida autem, tum quod non erodant, sed dumtaxat fundant, tum quod interdum meatus prompte penetrant. Plurimum autem ad id genus passionum facie essentiae medicamentorum uel tenuitas, uel crassitudo. Siquidem frigida quae tenuium partium sunt, cum magis in profundum transleant, uehementius etiam prolia de mordicant. Calida uero quae crassarum sunt partium, quoniam plus ulcerant, at uolentius ad circo etiam affligunt. Tenuiorum itaque partium aer est, crassarum terra, medium eorum tenet aqua. Sed aer ac decaus sit flamma, terra autem pruna: At aqua uehementem sine caliditate accipit, sed nec flamma, nec pruna propter innatam humiditatem efficitur. Siquidem flamma & pruna ignis sunt genera: Ignis autem omnis calidus est & siccus. At aqua sicca ut fit, fieri nequit, proindeque ipsius ignis exacte qualitatem sicut aer & terra non accipit. Nullum est itaque, atque calidum pharmacum, ut aut flamma, aut pruna, aut feruens aqua: immo ut sit uel calidissimum, omnino tamen plurimum ab illis uincitur. Procedit autem ad ustionem usque medicamentorum caliditas, ubi uidelicet in crassa consistit essentia. Quae uero subtilium partium sunt calida, non nunquam omnino non mordicant, sed calcificant dumtaxat. Est autem ubi & mordicent, non tamen urant.

Quae uocemus tenuium partium, & quae crassarum.

Cap. 3.

Sed quid tenuium partium, quae uel crassarum esse intelligamus, commemorare oportet. Nempe quae sceleriter in tenuia soluantur, tenuium appellantur partium: At quae id perpeti nequeunt, crassarum. Quod ergo ea soluantur, calor qui est in animantis corpore, cui unumquodque applicari contingit, in causa est. Quod autem in tenues crassas uel partes comminuantur, uel a sua ipsorum natura obtinent. Quocirca refrigerantium medicamentum ea quae crassarum sunt partium, mordicare nequeunt, utpote quae extrinam cutis superficiem penetrare non ualeant. At quae tenuium sunt partium, & per facile penetrare possunt, & in profundum subeuntia molles animantis partes mordicant. Mordicant etiam ma-

A. l. i. f. 1. l. p. 171. B.

gis



gis quæ cum tenuium sint partium, insuper inæquabilem obtinent temperiem. Sed supra demonstra- tum est inæquabilia esse propemodum omnia. Quippe aut impossibile est, aut per difficile ullam inuenire substantiam, quæ adamussim simularum sit partium. Vinum nanque diximus unum quidem habere in se recrementum crassarum partium, unde, dum temporis spatio seceratur, ferturque deorsum, fæx consistit: aliud vero secundum, quod storem nuncupant, quod dum uinum feruet supernatat, sed postea ad fæces subsidit: tertium, aqueum, quod toti uino permixtum est, hoc primario potissimumque feruet: quartum præter hæc est ipsum re aera aërum. Ostensum uero etiam est, quod tum in oleo, tum in lacte, tum in alijs omnibus succis eadem sit recrementorum natura, multoquæ magis in totis plantis, met. Allisicisque omnibus. Quæ memoria tenentes nunc tempestiuum est de medicamentis omnibus considera- re. Ac primum omnium cauendum est, ne nobis quoque, quod plerisque omnibus qui talia scrutantur, accidat. Nam quasi omnia simularum forent partium, ita differunt, nec concedunt neque uiam, neque oleum, neque reliquorum ullum ex diuersis facultatibus consistere: immo multo magis mirantur, si de aceto alideamus dicere, ipsum ingentiam uini caliditatem perdidisse, ceterum ex putredine aliam adeptum: cuius hæc sententiæ est tum Aristoteles, tum Theophrastus. Nam uino se uini partes, dum ipsum in acetum transit, refrigerantur: at aqueum recrementum putrescens adscitiam caliditatem obtinet, uelut cetera omnia quæ putrescunt: fitque acetum quiddam ex contrariæ facultatis partibus compositum, partim refrigerantibus, partim calidis, sicuti astorum lignorum omnes facultates. Etenim in illis aliquid uelut fomes quidam igneus (sicuti dicitur a grecis uocatur) per exiguas partes dispersum est, quod & ualde calidum est: reliquum omnem tum retrem est, tum frigidum. Idcirco cum cinis aqua macera- tur, ac per quædam corpora modice rara colatur, fit ut calide acresque partes unâ ferantur: reliquum quod est, non amplius calidum est, nempe quod igneas suas particulas in aquam deposuerit. Vocan eam aquam homines græce *colatura*, & latine *lixiuum*: idque proportione quadam aquæ maris, & mu- riæ, & dispositionis, generationis & facultatis ergo responder: illa enim ex aqua saleque constat: ac aqua quæ cinerem abluat, tum ex ipsa, tum ex partibus quas secum rapuit, composita, hoc pacto effecit nominatam *colatura*, id est, lixiuum: quod nisi antea scias ex aqua ac fuliginosis cineris partibus effectum, forsitan simplex & incompositum esse corpus existimes. Eiusmodi quiddam in aceto nobis uenit. Nam cum nequeamus sensu cernere ipsius generationem, rationi diffidimus. Ceterum si nihil aliud, sal- tem considerantes omphacis cum eo differentiam, æquum esse credere sciemus, quod non acidus mo- do, sed & acris quidam alius ei permixtus sit sapor: quamobrem perfecte omphacis succus refrigerat, hinc est quod summe ardoribus prodest, siue ori uentris impositum, siue totis hypochondrijs, siue cui libet alij quod refrigerare libeat. Secus uero habet acetum: nec enim ad unguem unum est, neque tantum acidum, sed & acris alius quidam ei sapor permixtus est. Itaque quod tantum est acidum, quicquid id fuerit, plane frigidum est, siue pyrum, siue malum, siue acinus uæ, siue rubi, siue ipsius mori, siue rubeas fructus, hoc est mala punica, siue quicquid alius tum fructus, tum succus, tum planta, ut oxylapathum, & oxalis, quam eandem oxidam quoque nominant. Quippe si gustanti uehemens atque manifesta illi inesse aci- ditas appareat, nec quicquam præ se ferat acrimoniæ, omnino hunc succum refrigerantem reperies: quin confidenter utitor, siue ad ardores uti consilium est, hypochondrijs imposito, siue ad eryspelas, si- ue ad alium affectum calidum. Similiter quoque frigidus affectus ab eo omnes palam lædi compe- riet. Porro ubi mista tibi qualitas appareat cum acrimonia, coniciendum est caliditatem quoque inesse. Sin iuncta sit adstrictio, aliud est frigiditatis genus: nam acida frigiditas tenuium est partium, at adstringens crassarum.

Quomodo exerceri oportet in agnoscenda cuius que saporis facult: etc. Cap. 4.

Sed horum paulopost probationes asseremus in medium. At quod prius consilium dari oportet ijs, qui talia absque sophistica arrogantia, immo unius ueritatis gratia scrutantur, id nunc tempestiuum est expromere: nempe quod non sola ratione exerceri per eas methodos logicas, ad quas nunquam hortari desino, quasque in commentarijs de demonstratione tradidi: sed etiam gustandi exercere sensum in saporibus oporteat, principioque in ijs exquirendis sollicitos esse, quæ unam quampiam habeant qua- litatem manifestissimam: ut si acrimoniæ cogitatione complecti clare uelis, id in allio, cæpis, & quæ ipsi similia sunt, efficies assidue gustando, plurimumque dentibus mandendo, tum ita longo usu passio- nis existens sensum memoria diligenter mandando atque insigendo: Sin adstrictionem, in galla, rhu, & similibus: Si uero amaritatem, in tri fellis que gustu: Si autem dulcedinem, gustu stræ & uellis: Ad hæc siue *colatura*, hoc est, quod qualitas sit expers, siue qualitate, quod ad gustum attingat, medium uoles comprehendere, aquam gustare iubeo, ac diligenter in memoria commendare, eamque potissimum, quæ nullam dictarum præferat qualitatem, neque dulcedinem, neque amaritatem, neque acrimoniæ, neque aciditatem: præter hæc quæ neque supra modum sit aut calida, aut frigida. Nam hinc exorsus proprius & ad aliorum obscurorum omnium saporum agnitionem peruenies, & ad eorum quos ego quidæ dul- ces, alij uero quidam aqueos appellant: qualis utique est calamorum uiridium, & graminis, (agrostem Græci uocant.) Ad hæc tritici, hordei, zææ, aliorumque multorum, quæ Theophrastus recenset, inquirens an flores sint ponende dulcium saporum species, an uero in maioris tantum ac minoris inter se differ- re ratione existimandi sint. Sed de his alibi definiam,

Quod

† Non est antiquissimum quoddam ex græco, nec translatione terti.

A. l. 2. f. 1. 1. c. 3. p. 176. C. D.

A. l. 2. f. 1. 1. c. 3. p. 168. b.

A. l. 1. f. 1. 1. c. 3. p. 169. b.

A. l. 2. f. 1. 1. c. 3. p. 167. f.

A Quod pharmacorum emplastica uocata, cum media sint in caliditate ac frigiditate, terrestria quoque esse, ac sine mordicatione siccare oporteat.

Porro si qualem præbet sensum aqua plane omnis qualitatis uacua, talem in re sicca inuenias, ea ni- mirum extra omnem est insignem tum caliditatem, tum frigiditatem, mediam quoad fieri queat constitutionem obtinens, aut certe paulum ad frigidius declinans. At si talis cum sit in caloris frigo- risque differentia, insuper consistentiæ nacta sit siccam: terrestris sit, ac citra morsum desiccat, neces- se est. Appellat eius generis medicamenta omnia medici emplastica: uelut pleraque quæ exacte loca sunt, Amylum, pompholyx, cerussa, calx, cadmia, terra Cretensis, cimolia, chondrus, Samius aster, & fullonum terra, ex emplasticis sunt pharmacia. Sunt uero ex eis non nulla non terrena solum, sed aquea natura: Quin etiam quedam non parum in se aeris continent, omnia quidem glutinosa, ac proinde emplastica.

Quod duplex est emplasticorum medicaminum natura. Nam partim terrena sunt exacte atque sicca, par- tim plane uiscosa ac leuia: sed mista aqua terraque, atque uel plurimum etiam aere: communiter uer omnia mordicatione uacant.

A. l. 2. f. 1. 1. c. 3. p. 169. b.

D Vplex siquidem est emplasticorum medicaminum natura, altera exacte terrea & sicca, altera ui- scosa quidem omnino, sed ex aqua & terra, & plerumque etiam aere mista, sicut oleum dulce. Posi- tum autem retro est, quid dulce uocitem. Ergo hoc ex aëro, terrea, aqueaque essentia temperatum est. At uini albumen ex ipsdem quodammodo, sed magis tamen terrenum oleo est. Quin & quod lactis est caseolum, emplasticum quoque est, & uisillus adeps. Nam tauri sane & hirci pinguedo acrimoniæ & muleam, & igneam possidet: Bouis autem capræque minus quidem: iam uero quodam modo & horu adeps acris est. Nam talium animantium pinguedo ob crassitatem adeps appellatur, est enim non cali- dior tantum, sed & magis terrena suum pinguedine. Anseris autem & gallinæ calidior est pingue- do, & sicciore quam suum: quin & subciliorum partium, & minimum terrestris, sicut & autum omnium: quandoquidem & corporis ipsarum substantia non parum habet aeris. Sed de his alibi tractabitur. Que- cunque ergo pinguedines nondum ullam nactæ sunt acrimoniæ, emplasticam & illinendi poros fa- cultatem obtinent, eamque tanto efficaciorum, quanto sicciore, magisque terrena fuerint. Huiusmodi est cera elota, deponit siquidem & ipsa quam habebat a melle acrimoniæ. Satis uero constat, hæc a me non dicta esse de cera quæ natura sua amara est, qualis est pontica. Ex absynthio namque ea amari- tudinem obtinet: ac si uel sexcenties eam laueris, prorsum tamen omnem amaritatem haud elueris. Fu- gienda uero etiam illa cera est, quæ ex acris & thymolo melle conficitur, cum plane ab omni mordici- tate alienum præparare uoles medicamentum. Quocirca ad lauandum idonea est, quæ ex melle facta est tum aquosiore, tum in inime mordaci.

Quod adstringentia medicamenta acidaque, licet utraque qualitate sint frigida, inde tamen diuersa sunt, quoad adstringentia terrena sint crassaque essentia, acida uero tenuia.

A. l. 1. f. 1. 1. c. 3. p. 169. b.

Atque emplastica quidem medicamenta eiusmodi sunt: sed ad acida adstringentiaque reuertor. Adstringentia certe terrena sunt & crassa corporis consistentia, qualitate uero frigida. Acida aut- tem tenuitate pollent corporis, sed perinde ut adstringentia refrigerant. Vtrique gemina probatio est, nempe ex sensu quæ ab indictione est: & ex ratione, quæ ex substantia eorum colligitur. Prior autem probatio ea dicitur quæ uulgo quidem est apertior, ceterum ad scientificam demonstrationem minus habet utrum. Arborum fructus quotquot nobis ubi maturuerint, dulces apparent: nuper enati, acer- bi sicque sunt consistentia, pro sui nimirum parentis quique natura (ceu quodam air loco Theophra- stus,) oliuæ, uæ, mala, mala punica, mora, palmulæ, pyra: at progressu temporis humidiores reddu- tur, acquiruntque ad acerbitatem aciditatem, quam sensum exueres, postea dum maturescunt ac per- ficiuntur, dulces euadunt. Sunt qui non in arboribus, sed postea cum decerpti conditque aliquandiu fuerint, dulcedinem accipiunt. Alij sunt qui non interueniente aciditate, sed palam ab acerbitate in dulcedinem transeunt, sicut oliuæ. Quin quod calido maturescunt coquanturque omnes, clarum est: tum quod id ipsum duplex sit: alterum proprium, & cuique ingentum: alterum externum, a sole uide- licet, sed tamen naturæ ipsorum continens ac familiare: siquidem meminimus quæ nobis perpetuo propofita sunt elementa, & ipsum utique clare cognouimus. Porro si cum initio acerbi essent, tempo- re maturescentes dulcescunt, sequitur ex calore ipsis prouenire dulcedinem, acerbiter uero acidi- tatemque constitisse ex frigore. Quoniam autem principio liguosi cum sint (ut & Theophrastus di- xit) sicci quoque sunt, simulque acerbi, uerum affluenti postea humoris copia acidus efficiat: palam est saporem acerbum magis esse terrenum, acidum autem magis humidum. Itaque & Plato recte de- finijt dicens: Quæcunque partes eiusmodi in succis deturuntur terrestres, ex liquefactæ contrahunt atque exiccant humidam linguæ sensibiles partes: ac si exasperant, acerbæ, sin minus id faciant, austere apparent. Recte autem & nos præter hæc dicemus frigidum esse temperie saporem eiusmodi. Nam si terrenus fuisset duntaxat, emplasticus, non acerbus foret. Itaque oratio quodammodo ad essentia ipsam tra- sgressa saporum, demonstratione attingit scientificam. Quippe si ab acerbo sapore manifeste linguam contrahi, siccare, asperarique contingit, ostensumque superioribus libris est, ab uiceo frigido contrahi, con- stringi, densarique corpora: liquet plane frigidum esse saporem acerbum. Quonia porro inæqualiter desiccatur (id est, quod exasperat) fuerit sane omnino et terrenus. Siquidem aqueum corpus oia aqua-

QUINTA CLASSIS.

D biliter





perum ob hæc iam pro medicamentis ijs magis quam pro cibis utimur. Apparent enim, quæ citra laborant mulieres, quicquid impleti sunt; & quibus exolutus est stomachus, ea appetere degustare; alioqui si esuriant, contra respicere potius tum acerbis, tum acida: expetunt autem ac sumunt quæ dulciora sunt & pingua, hisque expleri desiderant.

*Quod pingua, atque adu quæcunque nutriunt, ex dulciorum sunt genere.*

Cap. 10.

Sane uero fortassis & pingue ipsum dulce est, & quicquid nutrit, ex genere est dulcium. Euenit autem id illis non ab re, sed secundum ipsam quantum fieri potest nutrimenti substantiam: quippe nutritio est euacuati repletio. Atqui quod euacuatum est, familiare erat; quamobrem & quod nutrit, familiare fit necesse est. Porro si familiare & iucundum amicumque fuerit, protinus etiam ut ad id quod nutritur, modice calidum. Sed in hoc non parua est maioris minorisque ratio: quando nimirum nec ad cibos accedimus plane secundum naturam affecti. Solum enim corpus eorum qui cibum desiderant, inanicum sit oportet, si exacti futuri sint familiaris ipsorum qualitates cognitores. Nam si præter id calidiores quam conueniat, aut frigidiores euaserint, seu toto corpore, seu pertinentibus ad linguam ac uentrem locis non solum quæ nutriant, uerum etiam quæ refrigerent, aut exalfaciant, postulant. Proinde sane cibi quoque illis alii uidentur iucundiores. Nam cum duplex sit genere iucundum: alterum quod impleat id quod euacuatum est, cuiusmodi est nutrimentum; alterum quod medeatur ei quod alteratum est, id quod iam medicamentum est: euenit utique cibis, ubi non modo uacuatis exhibentur corporibus, sed etiam qualitate aliqua mutatis, ut duobus nominibus delectent, ut cibi scilicet, & ut medicantur. Sed ut medicamenta quidem, refrigerando quædam, & exalfaciendo, & exiccando, & humectando ex ratione iugabunt & proderunt. Ut nutrimenta uero sola ea, quæ cognata sunt, & familiaria totis nutriendorum substantijs. Protinus uero istis adest, ut conuenienter scilicet sint ad ea, quæ nutriuntur, calida. Quamobrem nec eduliorum, nec medicamentorum una est animantibus omnibus species. Siquidem pro sua unaquæque familiari substantia simul & affectione tum delectantur, tum iugantur ab utrisque. Sed si hæc sic habent, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoque erit calidum: quod dulcius, tanto nimirum erit calidius, quanto uidelicet dulcius. Sin ad immodicum recidat calorem, nec eiusmodi dulce erit, sed iam amarum apparebit, uelut mel uentum atque decoctum, itidemque aliorum dulcium quumquodque.

*Quod amara dulciorque partim adscitio calore fiant, partim proprio & ingenito.*

Cap. 11.

Tenim ut a moderato calore bifariam cuique corpori dulcedo prouenit: partim enim sunt proprio & in fito calore dulciora, partim uero adscitio: ad eundem modum amara. Alia enim sunt quæ in apte natura in moderate exalfaciunt per eas, quæ temporis spatio eueniunt, mutationes: alijs autem id accidit ab acquisitione calore accensis. At de amaris post dicetur. Ceterum dulcia calore proxime accedunt ad ea quibus apparent dulciora: sunt autem talia (ut dictum est) bifariam: quædam proprio calore, ut mel: quædam adscitio, ut sunt omnia quæ ab igne præparantur, ac proinde dum calida sunt, suauiora ijs, quibus renutritio est opus, apparent. Porro multum non suo modo, sed & acquisitione calore dulce esse uidetur. Multum enim ceu ardoris, (Græci *επιπορευια* uocant) ut Aristoteles & Theophrastus esse solent, ex solari calore tum acinis, tum alijs inest fructibus: a quo id quod illis aqueum, ac uelut etiamnum semicoctum reliquum est, ad concoctionem ducitur, conficiturque, ac transmutanti simile redditur. Nam ex quibuscumque ponis si succum exprimas, cum protinus non secus atque mustum feruere deprehendes: tanto tamen feruoris discrimine, quanta erit unius fructus ab alio in calore diuersitas. Sed ubi iam quod aquosum ac semicoctum erat, transmutatum fuerit, atque confectum, & is qui feruorem concitabat calor euauerit, iam tum denique quæ propria sunt succorum proprietates, syncerae conspiciuntur. Itaque tunc quæ propria uinorum natura sit agnoscimus. Quæ in re animum diligenter aduerte, ut amara sensim austeritatem deponant. Semper enim, quæ inueterantur, uina acedunt quaudam & dulcedinem adsciscunt: quæ uero prius inerat illis adstrictio, eam tempore abijciunt. Est autem in quibusdam, postquam effuerint, dulcedo quædam syncera, suauis & propria ipsius succi natura: hæc non qualis ante erat, mista scilicet ex proprio, atque eo, qui circa semicoctum aquosumque excremen tum erat, feruore. Igitur si confectum est uina omnia petultate fieri calidiora, austeriora uero primum quidem tempore dulcedinem quandam atque acrimoniam deposita adstrictio acquirere, ac deinde in crescente acrimonia sensim dulcedinem deponere, ac subinde rursus maiori tempore acris admodum euadere, assidueque amare scere, ac denique ubi crassescere incipiunt, penitus fieri amara: hæc constat dulce acerbis esse calidius, ac dulci amarum. Atqui si uerum est dulcedinæ a moderatione prouenire caloris, patet acerbiora a frigido uincente perfici.

*Quod & acidi succi ex frigore proueniant.*

Cap. 12.

Porro quod & acitas frigoris ui ueniat, & antea ostendimus. Veruntamen, quandoquid in præsentis disputatione de naturali uinorum, quæ temporis spatio fiat, alteratione docuimus, non nihil quoque & de non naturali dicamus. Itaque ut uinum acerbum, tempore dulcius primum, mox acris amarumque efficitur, denique plane etiam amarum redditur; ad eundem modum quod uelut rigorem perpersum est, acridius protinus redditur, ac si prorsum refrigeretur, penitus acescit. Itemque quod in fructuum collectione uindemiaque per assiduum pluuia aliena humiditate impletum fuerit, quodque alio quouis modo humiditatem accepit, leui occasione ea omnia prompte accescunt: contra euenit ijs quæ igni admouentur.

Admouentur. Nam & protinus statim, & temporis progressu postea semper dulciora euadunt. Quod si multo etiam tempore durauerint, & ipsa nihilo minus quam cetera amarescunt, uidenturque id sibi quodammodo secundum naturalem consentaneum esse rationem. Nam si omphax acida est, una uero dulcis, ac fructibus omnibus maturatio a solari prouenit calore: planum est imperfectius & frigidius esse, quod acidum, perfectius uero & calidius, quod dulce fuerit. Cum ergo uinum perfrictione rursus acescat, manifestum est, in eum illud humorem conuerti, ex quo prouenerat. Diuersis tamen hæcenus uiribus omphacis succus acerbior; constant, quod aceto accedat ex putrido calore acrimonia quædam: Proinde Aristoteles recte dixit acetum proprio quidem uini calore esse frigidum, adscitio calidum. At omphacis succus calorem [adscitio] non habet, ac proinde neque acrimoniam. Accedit uero & in substantiæ tenacitate diuersitas. Siquidem omphacis succo acetum tenuius est: cui rei & sensus adstrictio: Excellit enim quæ ab aceto infligitur frigiditas, eam quæ ab omphacis succo, uehementia, & mistione: imbecillior enim est quæ ob omphacem sit refrigeratio: cum etiam aliena in se caliditatis ne minimum quidem contineat. At quæ ab aceto proficitur, tanto est ualidior, quanto & tenuior: inest uero illi & acrimonia quædam exalfaciens: quæ tamen satis non sit ad superandam ab aciditate prouenientem frigiditatem: uerum quæ transitus modo celeritatem promoueat. Nam quanto calidum frigidum facilius penetrat, tanto acris succus aprior est, qui sensibilium corporum meatus transeat, quam acidus: Itaque ille uelut præcedens uiam sternit: hic uero haud longe insequitur: quo tempore sensus percipitur mistus, & qui ægre exponi queat, ut pore qui nec plane frigidum esse acetum denunciet; quippe cum in eo ignea quædam percipiatur acrimonia: nec plane calidum: nam perpetuo, quæ ex præcedente sit acrimonia, calfactionem frigus ab insequente aciditate occupans obscurat, protinusque extinguit: quo fit ut maior multo ex frigore percipiatur sensus, quam ex calore. Porro si plurimo melli aceti paulum admisceas, statim & calorem & frigus manifeste percipies. Nam si paulum mellis aceto permisceas, magis frigidum quod fuerit mistum, quam calidum uidebitur. Sin multo melli paulillum misceas aceti, plus calfacere quam refrigerare conspicietur: & si pari mole utraque miscueris, acetum tamen etiam uiribus superare comperies. Quod si, ut est dictum, plus sit multo mellis quam aceti, æqualia rursus frigus ac calorem in ea mistura conspicias. Multis enim numeris acetum plus ab ijs, quæ moderate sunt calida, ad frigiditatem recessit, quam mel ad caliditatem. Proinde & supra demonstrauimus fieri non posse, ut uehemens coeat cum dulcedine caliditas: uerumque illud uerbum pulchre dictum est: Vera inter se se omnia consentanea esse, ac conuenire. Etenim ad hypochondria ardentia præstantior est succus omphacis quam ipsum acetum, quod nec uiolentam, ac ferientem habeat frigiditatem, nec eam inordinatam admistam caliditati. Debent enim quæ laborant, sine uolentia mitigari, ut est dictum, nec foris ullam adsciscere mordacem aut caliditatem, aut acrimoniam. Atque hæc quidem iam curandi attingunt methodum, quæ multis in locis huic tractationi communis est. Quare ijs denuo relictis ad propositum reuertamur. Itaque omphacis succus non acidus modo est, sed & acerbis. Nam, ut supra propositum est, omnes prope arborum fructus ortus sui principio, testimonio etiam Theophrasti, gustantibus acerbis sunt: dein ubi humorem impleant, accedit quidæ aciditas, decessit uero acerbitas: haud ita & quod accedit, & quod amittitur, par est in fructibus omnibus, neque si speciem, neque si genus respicias. Etenim inter omphacas aliæ plus acerbioris, aliæ aciditatis obrinent: sunt & quæ pari portione ambas fortiter sint: omnes tamen ad refrigerandos ardores non ab re conueniunt, quippe cum non solum quod acidum est frigidum sit, sed & quod acerbum, uelut & ante a nobis dictum est. Recedit sane & hic rursus oratio ad curandi methodum: quare & rursus ad propositum illam reuocemus. Porro propositum, ut reor, ab initio in hoc libro fuerat de saporibus oibus disserere: ac nunc quidæ fere de omnibus uerba fecimus: interim tamen orationis affinitate & alia attingere coacti. Nec enim de acerbis modo, & austero, & acido iam diximus, sed & per sæpe de dulci, & amaro, & acris, reliqua tamen, quo tota oratio perfecta euadat, adijcienda etiam sunt: atque in adstringentibus haud ita multum etiam reliquum est, quod non ex iam dictis clarum euadat.

*Vnde arbitrati sint quidam a calore acidum prouenire saporem. Nempe ex eo quod uina nequaquam fortia, uere est acetoque misentur.*

Cap. 13.

At in acidis deesse fortissimè etiamnum uideatur, quod eximios quosdam medicos fessellit. Nam eo quod uina ualida uere atque æstate alterentur atque acescant, hyeme uero suas seruent qualitates, hinc adeo quibusdam a calore aciditatem nasci uisum est. Quorum auget opinioem & quod uehementius motum est uinum, & quod longius in nauigijs aduectum. Talia enim omnia cum infirma fuerint, celerissime acescunt. Quinetiam quidam qui de re rustica scripsere, dosia in ædibus ad Aquilonem expositis desodienda censent: tanquam frigus scilicet qualitatem eorum seruet, mutet autem caliditas. Sane uerum & id sæpe numero ipsa experientia comprobatum constat. Acescunt enim uina quædam prompte, ubi in meridianis & soli expositis locis reposita fuerint. Videorque dictorum hinc iam ortus solutionem. Etenim quod non omnia caliditate acescant, sed quæ initio tantum frigidiora sunt, nec id uerum alicui accidat, id nobis ad ueritatem uiam inueniet.



*Qua de causa ab externo colore unum natura frigidum infirmumque corrumpatur. Quia scilicet res quolibet in propria natura proprio seruat calore, corrumpitur uero ab extrinseca immoderatione atque extinguitur.*

Cap. 14.

**Q**uippe causam sermo ferutabitur, propter quam unum natura frigidum atque inualidum ab extrinseco arguatur calore. Quoniam per uerbum, arguatur, iam dictum omnes prius dictae ambiguitates dissoluantur. Per simile enim quid uinis accidit, quae natura frigidiora aquosiora que sunt, quales flammis exiguis & imbecillis: quippe sic ad solem feruidum exponas, aut prorsus oblectu rari, aut denique etiam extingui conspicies. Sic quoque si ardentem lucernam aut iuxta flammam uehementer magnamque deponas, aut ad solem feruidum exponas, marcescere utique ac dissipari protinus uidebis. quinetiam si ualidum uentum facias infirmam paruaque flammam, citius eam extinxeris, quam inaueris. Natura enim infirma ualidum neque motum, neque calorem sustinet, uerum ab ijs dissipatur potius quam augetur & crescit. Quoniam ex industria multis in locis uina & commouent & transportant, sicut sane & in solem efferunt, atque exalfaciunt, ut etiam quaedam in nauia fiant, summi contrahentia qualitate. Apud nos sane in Asia in tecta aediū astate omne prope in lagenas transfusum imponunt, postea in edita cubicula, sub quibus inferne multa flamma luceat, transportant. In summa autem ad meridiem solemque cellas obuertunt, in quibus & citius ea marurescunt, & potui idonea euadant. Nam quod multo tempore alijs, hoc ijs quae sic exalfacita sunt, breuissimo aduenit. Porro nihil mirum est, citi de colendis agris memoria prodiderunt, ob eam quatin de sua regione habebant experientiam, audacius atque inconsiderantius de uinis omnibus definiuisse. At Theophrastus atque Aristoteles experientiam etiam ulteriorem nacti, & in perscrutandis naturae rationibus exercitiores, ac diligentius omnia distinguentes, cum multa huiusmodi, tum uero de uino nos docuerunt, quod simile illis atque corporibus nostris accidat. An non enim & ipsa quoque prout aut robusta sunt, aut infirma, ab iisdem tum iuari, tum laedi conspiciunt? Etenim ut exercitia ualida, & sol, calida atque robusta corpora etiam ualidiora efficiunt: prosterunt autem & digerunt refrigerantque quae non sunt eiusmodi. Sic uina natura calida motus uelut uentilans, sol exalfaciens, flammaque iuxta ardentem, celerius concoquunt. Quae uero frigidiora sunt & dilutiora, eorum argunt omnia id genus imbecillitate, celeriusque perire cogunt, quae alioqui post passura essent: quippe cum ita comparatum sit, ut res quaelibet in propria seruetur natura calore proprio, corrumpatur autem ab immoderatione extrinseca, nempe caloris alieni aut frigoris abundantia. Atque quod ab utroque efficitur, unum est, non tamen unus generationis modus: quare non aequo ab idiotis omnibus facili cognitu est haec corruptionis ratio. Etenim ubi quid rerum calidiorum a frigore denotatum est, ne uulgo quidem ignotum est. At ubi a circumstante foris calore ualidiora digestum ac dissipatum est, eos sane qui circa naturam exercitati non sunt, latet, ignorantem caliditatem medio crem omnibus esse uilem, immoderatam uero non minus frigiditate noxiam.

*Quod in saporibus aciditas prouenit calore ipsos quidem incipiente concoque non autem perfectam mutationem atque alterationem afferre potente.*

Cap. 15.

**C**eterum in genere hoc nosse pulchrum est, quod aciditas in saporibus nasci potissimum uidetur, eadem a calido quidem mutatur, ut tamen non superet: id quod ex acidis rusticis uel maxime conijcias. Nam hi haudquaquam, ubi nulla prorsum facta in uentre est ciborum alteratio, prouenire solent: quemadmodum nec ubi optime concocti, sed tantum ubi semicocti, ut ita dixerim, fuerint. Voco autem semicoctos, qui a uentriculi calore alterationem perpeffi, non etiam perfecte ab eo superati fuerint. Sic lac, pituitae succus, & quaeunque eius sunt generis, tempore aetiuo citius aciescunt quam hyeme, postulantque aedes frigiditas, ut in ijs reposita plusculo tempore perdurent. Ex quibus omnibus patet, quod a calore mutante quidem, non tamen prorsum uincente aciditatis generetur qualitas: atque ob id plerisque inest fructibus priusquam maturuerint: idque etiam ijs, quae ab initio de saporibus acidis diximus, consentaneum uidetur. Etenim si simile quid illis intuent, quod Borealibus constitutionibus accidit, ut tenuis scilicet essentia sint, simulque frigidi: nasci eos haud sine calore satis constat, sicut nec illum ipsum aerem. Proinde quoque quae summe nos refrigerant ac interimunt, ueluti cicuta, papaueris succus, hyoscyanus, mandragora, minime omnium acida sunt: quippe licet frigidi sint saporibus acidis, omnes, haud tamen eosque refrigerant, ut interficiant: non enim subtilis forent essentia, si extreme essent frigidi. Itaque non modo iam quod frigidus sit sapor acidus, sed & quatenus, iam apparuit. Exploranda porro eius natura est in oxylapatho & oxalide, quae etiam oxyda nuncupant: est autem haec holus syluestre: in istis enim maxime mihi sincerus est uisus ac simplex, nullius particeps acerbis, ut solent arborum fructus: perspicuo enim hi cum acerbitate quadam admixtam habent aciditatem, sicut cum acrimonia acetum. Itaque quod proprie in saporibus appellatur acidum, a sola lingua percipi potest, sicut & acre. Ceterum quod utriusque commune est, nempe mordacitas, etiam a tactu sentitur: utraq; uero lingua agnoscere nata est. Nam quae communia sunt, sicut & reliqua corpora sensilia, quae uero propria, tantum gustus organum percipit. Idque mihi uidetur illi eximium ac peculiare esse iuxta totarum substantiarum cum proprietatem, tum, ut ita dicam, alienitatem. Dicitur autem demonstratumque saepenumero est, nec scilicet alias quoque repetam, quid sit secundum totas substantias agere, aut pati: immo uero & haecenus eius nunc meminero, quod in rem praesentem satis sit, hinc sumpto initio. Ex quatuor ele-

**A**mentis, particulatim corporibus omnibus constant generationes impares mixtura, ac diuersae. Siquidem quaedam ignis quam aliorum elementorum in se plus continent, quaedam aquae: sicut alia, si forte ita tulli, terrae, non nulla aeris. Ex eiusmodi itaque imparitate proprietates corporum particularium sunt perfectae: ex elementis quidem, plantarum: ex his autem, animalium, sicut in libris de Elementis demostratum est. Porro transeunt quaedam quidem protinus in sese mutuo, non nulla uero mediatis alijs: uelut terra in triticum, hordeum, & alia id generis: rursum horum unumquodque in carnem humanam: cum tamen ipsa terra cauo ut fiat, sit impossibile, eam uidelicet, quae in medio est, mutationem transiitudo. Attamen eorum quae in sese mutuo transeunt, quaedam promptam celeremque, quaedam diurnam, alterationem obtinent: quae similitudinibus propinqua sunt, celerem: quae uero remotiora, tardiora. Oportebat itaque, meo quidem iudicio, in nasci animantibus organum, quod naturae similitudines ac dissimilitudines discernendi potestate polleteret: quod agnosceret rerum naturas, familiaria quidem eligeret, aliena uero refugeret. Eiusmodi ergo lingua est, quae exuberanti sensu non calida modo, frigidaque humida, atque sicca, sed etiam quae familiaria, quaeque non familiaria sunt agnoscit: In hac enim dicitur taxat particulam complures inferuntur nerui: cum alia omnes aut unius tantum, aut duorum sint participes, nec ita magnum tamen. Porro cum quaedam naturae nostrae magis sint familiaria, quaedam minus: hinc partim in hac temperamenti conuersione, partim in illa, necessario plures gustus qualitates extiterunt. Ceterum omnium, quae nutriunt, commune dulce est. Nam quicquid nutrit, aut plus, aut minus est dulce. His uero quae non nutriunt, commune est id quod per negationem dulcis aut primum nem sic dicitur: uelut non dulces, & in dulce. Particulares autem differentiae complures merito euaserunt: quia id quod cuiusque rerum familiare est, unum est: nempe quia & natura eius familiaris una: aliena uero plura, partim plus, partim minus a substantia eius dissidentia. Quae itaque summe acida sunt, acerbam, aut amarum, aut simpliciter aliam quamuis qualiteram praeter dulcem sortita sunt, ea omnia nutrire neque ac, sicut quae solum dulcia sunt, omnia nutriunt: inter ea autem quae mixta sunt, quaeque dulcia simul & acerbata sunt, & crassiora sunt essentia, & temperaturae frigidae: uelut paulo ante ostendimus. Quotquot uero acida simul ac dulcia, tenuiora quidem sunt, quam acerbata: sed & ipsa tamen refrigerant. Quia uero, amara quidem calida sunt, sed acris his etiam calidiora. Nutriunt ergo haec omnia, si tantam habeant dulcedinem. Ceterum per se dictorum nullum, ut nutriat, satis est. Porro duplici ratione mixta esse assolent, nempe ut dissimilata sint, & diuersas habeant qualitates in diuersis partibus: aut simplicia & similia, sed quae in mutua eorum quae multum dissident, alteratione consistant: neque enim mel exemplo sit amarum, sed aut multa coctione aut ueculitate amaritudinem induit: nec id tamen illi nisi pedetentim accidit: neque quotquot ex fructibus dulces [ex amaris] euadunt: sicut quidem cucumeres & melopepoues, & ipsi repente semelque ab initio qualitatem abijciunt. Nam ijs omnibus quae a natura mutantur, sensim sunt mutationes: potissimum ubi in multum dissidentes, aut plane contrarias qualitates alteratio transitusque perficitur. Sicut ergo quod est summe dulce, aptum esui est: quod uero solum ac sincere amarum, esum ineptum: sic quae in medio sunt eorum nutriunt quidem etiam, uerum minus quam dulce. Eadem ratio est in alijs qualitatibus: Nam nutrire praeter dulcem nullae omnino possunt. Ac elementa multo sane etiam minus nutriunt, nullamque gustus qualitate offeunt: prouide & terra, & aqua. (sunt enim ambo gustui insipida,) minime nutrire idonea sunt, sicut nec aer, nec ignis. Itaque pro horum interim admixtione, dulcium saepe qualitas exoluitur, aquea fere essentia in similia (etymologia Graeci uocant) fructibus superante: (nam triticum, hordeum, fabae, cicer, & quae eius sunt generis, cum propter humiditatem principio qualitarum prope experta sint, temporis successu maturata ac siccata dulciora euadunt.) terrestri uero & sicca in paleis, feno, gramine, & arundinibus siccis & lignis: quorum tamen quaedam priusquam aruerint, dulcia nobis sunt, nutrimentumque inter diu corpori exhibent, uelut palmae cerebrum, (sic enim nominant summam eius particulam,) & gramen, & molles maluarum radices, maxime quae in Aegypto proueniunt: ad haec plerumque arborum germina. Siquidem quod nutrit, a similitudine, quae illi est ad id, quod nutritur, dulce apparet: dissimilitudine uero non dulce. Porro multae cum sint dissimilitudines, multas proinde necesse est qualitates esse non dulces, quas uerbis quidem efferris est impossibile: attamen memoriam earum mouere suggerereque quodammodo licet, cum omnes homines certissime norint alium fieri in lingua sensum, atque affectum ab acerbis, alium ab acidis, & alium a salis, aliumque ab amaris.

*Qua de causa quae igni admoventur, alia suscipiunt, alia insuscipiunt. Et quae de causa edulia quaedam cum per sese edi non possint suauitatem, tamen ijs praebent, quae per ipsa preparantur.*

Cap. 16.

**I**taque quemadmodum edulia, quae uero nutriendorum naturae simillima sunt, ea & dulcedinem summam pra se ferunt, nec ullam preparationem postulant, sic quae temperatam natura sunt remotiorem, alia condimentis, alia coctione, alia utroque indigent. Nec uero mirum est, cum condimentorum nullum edendo sit, ad suauitatem tamen ijs conferre, quae per ipsa preparantur: quippe cum fieri possit, ut immoderatis duobus coeuntibus, id quod ex ambobus mixtum sit, commoderatum euadat, ac proinde quoque dulce appareat: cum immoderata minime sint talia: postea uero quam & per elizationem & per affationem, & omnino per calidum quiddam preparatio fit ciborum, nihil etiam absurdum est aut ambiguum quae prius non erant iuuant, tunc fieri suauissima. Apparet, calidi naturae, quibus admo-

ra fuerit, ea celeriter alterare, atque in aliam speciem mutare. Quocirca nec id quoque dubium est quaedam esse suaviora, quaedam vero instauriora effici igni applicata: tum quaedam tempore immixta, quaedam plurimum coqui debere. Etenim quae nutriendorum corporum temperaturis simillima sunt, ea uel citra coctionem aut preparationem iam dulcia apparent. Quae uero dissimilia sunt, omnia insuauia sunt antequam praeparentur. Porro quae nimis quam calida sunt, frigido corrigi debent: quae uero multum frigida, calidiorum mistura ciborum, & igni: ad eundem modum humiditate, quae terrea sunt & sicca: siccitate, quae plus quam conueniat aquea sunt & humida. Siccitates ergo, humidiorum admixtio: humiditates uero, siccorum mistura ignisque emendant, maximam tamen dei dietae fidem affert, quae in ore fit mutatio. Nam qui plurimum sustinuerit ieiunium, ijs salina salsa redditur: qui uero plurimum, non salsa modo, sed & amara. Sic etiam corpus uniuersum, biliosum habitum contrahit, ac si perinde ut lingua sensu polleteret, salsetinem quoque quae in ipso est, atque amaritudinem per facile, reor, perciperet, ad haec etiam ipsam dulcedinem quae naturali inest sanguini. At nunc ubi uale quopiam aut rupto, aut aperto affatim calidus sanguis in linguam effunditur, dulcissimus apparet: utique si secundum naturam, ut dictum est, habuerit. Nam morbidus, amarus aut salus est, aliam uero eius generis qualitatem praefert. At qui in toto est corpore, nos fugit, non aliter quam aut bilis, aut pituita. Quamquam & bilis quidem flaua uel minima quopiam parte linguam contingens, perpetuo amara appareat: atra uero acida. Porro ubi pituita linguam attingit, partim quidem dulcis, partim acida, partim salsa saepe est manifesto uisa, cum & ipsa in toto animali incognita sit.

*Qua de causa mel a caliditate ualidiorum amaritudinem contrahat, lac uero frequenter etiam dulcius efficitur, cum tamen utraque gustui sint dulcia. An quia mel cum summe sit dulce, nec quicquam addi possit ad dulcedinem, in consequentem sequitur qualitate: lac uero minus dulce cum sit, quod reliquum est a calore accipiat. Ca. 17.*

**N**ihil mirum igitur neque cur rerum omnium dulcissimum mel succum generet amarissimum, neque cur id maxime atare florentibus, & calidis natura, & febrentibus accidat. Nam ut foris, cum plurimum igni admoventur, amarum efficitur: ad eundem modum & in animantium corporibus, ubi siccum ualidumque natum calorem fuerit, biliosum succum procreat. At in temperaturis frigidioribus, siue propter aetatem, siue propter naturam corporis, siue etiam ob morbum facile in bonum & moderatum sanguinem conuertitur: quippe cum neque nimium, in ijs corporibus aut exalciat, aut alteretur, uerum ei quod modice coctum fuerit, simile quiddam perpetiatur, plane illis adsimilatur, prorsumque feruat dulcedinem. Et quid obsecro miri, si a ualentiore animantis calore, aut longiore coctione ueterem mel dulcedinem exuat, cum etiam citra haec per suum ipsius calorem spatio temporis amarum euadat? Nam in mutationis duntaxat celeritate, haudquaquam quod aliam perpetiatur passionem ab alia causa, differre consiluit: quippe & passio est eadem, & causa quae mutat. Passio quidem amaritudo: causa uero caliditas immodica. Porro immodicum, quod ad alterationem ducit, duplex est: aut enim in admoti consistit robore, aut in temporis diuturnitate: alterum ex nobis & igni, alterum ex se ipso mel accipit. Et merito sane tempore maiore id fit ex ipso: siquidem quod mutat, imbecillius est. Ergo quod a minore causa longiori fit tempore, quid mirum est a maiore in breviori perfici? Ceterum lac etsi gustu sit dulce, tamen ex se nunquam amarum efficitur. Vincitur enim in eo a frigore magis caliditas, quam ipsa uincat: proinde etiam repositum acescit. Ex tribus enim substantiis qualitate dissidentibus (uelut supra quoque dictum est) constat. Prima quidem crassa, ex qua caseus conficitur: altera pinguis, ex qua butyrum: & tertia aquea, quod serum nuncupamus. Verum ex hisce pinguis quidem uel maxime temperata est: crassa uero paulum ab ea declinat: at excrementum illud serosum, & frigidum & humidum est. Quare lac uniuersum a modice caliditatis corpore longo intervallo relinquitur: quapropter ex se acescit potius quam amarescit. Ac si gustari possit, ubi in uentre & per uenas concoctum est, lac accipit. Et cum admodum ingens in animante calor extiterit, tantam acquirat lac dulcedinem, quantum mel perdidit. Rectaque id ratione euenit: etenim quod summe dulce est, ac proinde etiam nihil apponi ad eius dulcedinem possit, id ut in consequentem uergetur qualitatem necesse est. At cui quid deest, id per concoctionem acquirit. Proinde sane lac ubi cruditatem in uentre perpetitur, duplicem suscipit alterationem. In frigiditate namque uentre acescit: in calidiorum nidorosum amarumque efficitur. Non tamen mel coquendo unquam aciditatem admittit: quippe cum calidius sit, quam ut ubi non superetur acescat. Itaque utraque linguam mordicat, tum quod acidum est, tum quod amarum, non tamen id tanquam proprium linguae sensus possidet. Quippe si in aliam quamuis carne cute spoliata ipsa inieceris, & illam sane etiam mordebit. Ex quo constat, mordacitatem a tactu proprie, non a gustu sentiri. Quin & quae acria appellantur, uelut pyrethrum, allium, capsa, non linguam modo mordicant, sed & omnem reliquam nostram carnem: communis quoque est mordicatio tribus istis substantiis: acido, amaro, acri: Verum acido quidem, ut frigidum simul & subtile (nam & id saepe monstratum est): amaro uero & acri, ut calidus.

*Quod saporis acres omnium sunt calidissimi.*

Cap. 18.

**Q**uod itaque sapor amarus calidus sit: modo ostendimus. At de acri uocato, principio ne demonstratione quidem est opus: praenit enim sensus euidentia, rationis fidem: quare nec quicquam de ipso ad dubitauit: immo & Plato de eo tanquam omnium calidissimo pronunciat, ut Aristoteles quoque,

**A** quoque, & Theophrastus. Atque adeo nec ueterum, nec recentiorum medicorum quisquam est qui sensus sentiat, quippe cum exalciatio esset essentiae eius sic ratione. Itaque si uel ex plebe quempiam roges, quid uocet edulium acre, dixerit sanes, puros, quod fortiter dum gustatur exalciat, uelut piper, pyrethrum, nasturtium: allium, capsa, & id genus omnia, uideturque id adeo saporum genus, cum appellatione careret propria, communi per excellentiam usum. Nam cum & sapor amarus, & sapor acidus, ambo etiam acres sint, in quocumque tamen corpore uehementem comperimus acrimoniam: tamen neque amarum sit, neque acidum, acre appellare consueuimus: quamquam multa in specie sint corpora eiusmodi, alia enim eduli possunt, alia eduli sunt inepta. Ea igitur quae idonea sunt eduli, dulcem quantam vimur, multis uero ut condimentis tantum: at ut cibo, ipsorum omnino nullo, idque ob uirium uehementiam. Porro eorum, quae non eduntur, alia mortifera sunt, alia simpliciter medicamenta: omnia saltem cuti nostra imposta uetus celeriter molinatur. Quin & horum quoque nonnulla qualitatem quandam amarum praefert, quemadmodum esculentorum quaedam dulcem, non tamen uocantur amara, quandoquidem haec in eis leuis est & infirma, ualida uero uis acrimoniae. Sunt & quae ne gustare quidem audcas, cuiusmodi est uel thapsia, uel cantharides, uel aliquid aliud eorum quae erosione aut putrefactione interimunt. Sed & horum gustum esse acrem ex iis conicere licet, quae in toto agunt corpore. Multa uero etiam ipso statim odore aliena sunt, planeque pugnantiam cum homine indicant, uelut & haec ipsa quae nunc dicta sunt, & cicuta, papaueris, mandragora, & hyoscyami succus. Quin & nuper quoque herbam quandam conspeximus, quam Centurio quidam ex barbarica circa Aegyptum regione comportauerat, odore adeo graui, adeoque inanoeno, ut ne gustare quidem auderem, sed letalem esse conicerem: utebatur autem ad urgentes articulorum dolores: atque ipsis etiam laborantibus refrigerandi pollicere facultate est uisa. Est autem colore subflauo, odore tam graui, quam cicuta: nisi quod leuem quandam instar aromatum odoris adferat gratiam. Nomen herbae ex qua succus hic exprimitur, Lycopersum esse dicebat. Verum de facultatibus deleteris rursus tractabitur. Scire autem oportet acres sapores omnes, (nam de istis agebatur) summe esse calidos, ac deinceps post illos esse amaros, deinde uero dulces. Cum uero in omnibus ampla sit latitudo, is qui magis aut acris, aut amarus, aut dulcis est, magis quoque est calidus: qui uero minus, tantum amittit caloris, quantum abest ab exacta gustus qualitate. Terminus autem seu finis saporis amari est abstergere: acris uero urere: at dulcis nutrire: ubi uidelicet in sua quisque natura absolutus fuerit, hoc est, ubi quoad fieri possit, minime alienis permixti sunt qualitatibus: uelut amarus prorsum quidem est calidus: uerum qui modo admodum ex dulci mutatione natus est, & minus amarus est, & minus calidus. At qui iam diu mutatus est, summe amarus est, & proxime ad acrem pertingit, ut non abstergat solum, sed etiam exedat & mordicat: uelut aristocholia quidem, iris, & panax, id modo possunt, nempe ulcera abstergere, atque expurgare. At uitis agrestis, quae Graece staphis agria dicitur, nihil ab istis amaritudine uincitur, nisi uel ipsa quoque uiuacat: est enim iam etiam acris, idque ualde: tum multum quoque calida, ut non sordem uicibus auferat modo, sed & ipsam quoque carnem colliquare possit. Porro quod in ulceribus nati sunt praestare amari saporis, id ipsum in corpus allumpti efficere ualent: abstergunt enim, expurgantque, & quae in uenis est, crassitiam incidunt: quamobrem menses mouent, educendoque ex pectore pulmoneque puri auxiliantur. Et in summa, siue crassa in eis pituita, siue pus, siue aliud quippiam continetur eiusmodi, expurgant: eaque ratione & comitiali morbo competunt, quicunque certe naturam non habent deleteriam ac uenensolam: illi enim toto genere praeter naturam sunt. Sed & iis qui sanguinem spuunt, non xii sunt: quippe cum isti adstringentia & uiscosa, non incidentia diuidentiaque expolcant. Atque haec quidem iam quadaatenus curandi attingunt methodum.

*Qua differant amarus acrisque sapor. Quod, si amarus praeter quam quod calidus sit, etiam est siccus: ac acris, uicque qui non exactus est, uicem quandam humiditatis obtinet. Cap. 19.*

**P**ostea uero quam de saporibus amaris definiuimus, diximusque, quod incidendi uim habeat & extenuandi, tum abstergendi, ac nimirum et calfaciendi, haec tamen, ut non uerant: rursus ad acres orationem uertamus. Ac primu exacte ipsos calidos dicimus, deinde exedentes, urentes, crustam molientes, ac denique et colliquantes, eosque uel cuti impositos esse huiusmodi. Sin in uero in corpus sumantur, siquidem tota substantia animanti cuius summe aduersentur, putrefacientes, eiusque generis animantium deleterios: Sin caloris duatataxat immoderationes si crasse sint essentiae terreaeque interiora exulcerandi polere facultate: sin tenuis, urinam mouendi, sudoresque sciendi uim habeat: in summa autem, incidendi, & digerendi per halitum. Ex quo genere quidam tum expulsiuibus ex thorace, tum mentium moribus auxiliantur. Ceterum quando sit, quo modo, & qua methodo utendum, non est praesentis tractationis exponere, de omnibus huiusmodi in curandi methodo differretur. Quare de acrim saporum natura plura scribere super se debeo, si fuerit distinctio adicere exactiores, quibus ab amaris differunt. Nec, si sola caliditate uehementi ab illis diuersi esse consueuerunt, sed quod amari omnes non modo calidam habeant facultatem, sed & siccam, cineri, (uri eos quis optime comparat) adsimiles. Acres autem, quicunque uicque amari non sunt, multa interim humiditatem admixtam habent, proindeque corporum eiusmodi non pauca a nobis esuriantur. Porro quod non calidus modo, sed & siccus est omnis sapor amarus, in primis nos maximeque discreta docet experientia, de qua saepenumero uerba supra fecimus: Ijs uero qui praeter

A. l. 2. f. 1. 4. b. 442.

A. l. 2. f. 1. 4. b. c. 3. p. 1. 4. b.











noeantur siccatia. Vniuersa siquidem hac humorem superfluum euacuant, sed sua ac peculiari quod- que ratione. Frigida quidem duobus modis, nempe repellentia, simulq; cum calore multam educen- tia humiditatem, sicut Aristoteles docuit. Quae uero exalfaciunt, dum contentum in calefactibus cor- poribus humorem in uapores dissolunt. Quae autem desiccant, uelut quae uocantur diaphoretica, hoc est per halitum digerentia, & ipsa duplici ratione, aut humores ebiberia cum poris quibusdam in- sunt, aut totam alterantia partem. Verum quando tempestiuus cuiusq; sit usus, non est praesentis nego- cij desinere, sed ad emendandam methodum. Quae uero a frigore pariter & siccitate induruerit, ea ex- calfacere pariter & madefacere expedit, non sicut pus mouentia calore & humiditate, secundum natu- ram atemperatis, sed tanto esse medicamen expedit calidius, quanto exsuperauit frigiditas: tantoq; hu- midius, quanto & uicis siccitas. In quibus mensuram sine ad curandi ritum methodum pertinet. Suf- ficiat autem hic medicamentorum speciei formulam quandam exponere, idq; pauculis exemplis. Igi- tur oleum & aqua calida humectant simul & exalfaciunt. Quod si ambo in unum misceantur, multo magis tum exalfaciet, tum humectabit quod ex ipsis erit mistum, sicut aquae potabilis balnea cum oleo copioso exhibita. Idem efficit eduliorum qualitas, si similiter habeat. Itaq; ingentis fatnis, quam Galenus nominant, illiusmodi sunt remedia. Est enim ea affectio frigiditas iuncta siccitati, & sanatio e- ius per contraria perficitur. Veruntamen cataplasma quod ex farina triticea conficitur, in temperatis F naturis pus mouens, nec quicquam naturalis partium humiditatis aufert, quod quidem relatu sit di- gnum, multoq; magis nec apponit: sicut nec calorem intendere potest, nec hebetare: sed tantum in substantia ipsa augere. Ceterum non idem est, qualitatem intendere, & augere substantiam. Sed haec paulo post accuratius ostendam. At tamen id genus medicamenta humida calidaq; dicimus, no cen ca- lidiora humidioraq; quam nostra sit substantia, sed cen similem habentia nobis temperiem, quae calida & humida est iuxta ueterum sermonem, uelut in libris de Temperamentis ostendimus. Nec tamen sic aquam humidam aut Galbanum calidum dicimus: sed illam tanquam quae carnis nostrae riget, hoc tan- quam quod calfaciat. Na tamen aqua calida euacuare partes, quae per humorum influxum contumue- runt ualeat: similes tamen saltem omnino humectat, sicut in primo libro a me monstratum est.

De medicamentis pus mouentibus.

Cap. 6.

**M**edicamenta itaq; quae pus mouent: eo quod perinde ut aqua calida exalfaciant, superfluum in spatijs uacuis contentum humorem per halitum digerunt: sicut in libello de inaequali inter- perie monstrauimus. Ipsi tamen similibus corporibus secundum naturam affectus, humiditatis ni- hil neq; adiciunt, neq; adimunt, quod quidem manifestum sit, & sentiri queat. Quippe cum tempera- turam possideant similem, earum substantiam ueris potius quam alterare possunt. Nam in suppuratio- nibus humiditas quidem alteratur, itemq; si qua sit caro confusa: cetera uero quae secundum naturam habent, substantiam suam seruant. Etenim cum tres in animalium corpore sicut alterationes. Vna plane secundum naturam est, cum uidelicet in uentre cibus coquitur, aut in uisceribus & uasis qui inibi ge- neratur succus, unde rursum pars unaquaq; nutritur. Altera contra plane praeter naturam, nempe in putrescentibus omnibus: atq; haec quodammodo inuicem sibi contrariae sunt. Tertia ex utraq; mista & media est, partim prima quidquam obtinens ac naturalis, partim huius contrariae quae est praeter natu- ram. Siquidem alterationi secundum naturam duo haec insunt, ut & ex familiari animatus materia fiat alteratio, & ab ingento calore plane superetur. Ei uero quae praeter naturam est, & ab aliena caliditate mutatio prouenit, & ad nihil utile: At media earum, quae scilicet suppurationes comitatur, ab ingento quidem sit calore, sed non plane uicente: neq; enim ex materia peragitur quae profusum benigna sit, neq; tamen ex omnino aliena. Itaq; quemadmodum naturales alterationes, quae ab innato proue- niunt calore, a simili extrinsecus iuuantur, pari modo & quae in mouendo pure conspiciuntur. Nam quid aequae concoctioni uentris conferre nouimus, atq; corpus humanum illum contingens? Proinde quida pueros noctu admonentes per quietem, longe euidentissimum adiuuentum sentiant. Conferit liqui- dem amplius, magisq; multo familiaris est eo calore qui a fomentis paratur. Eiusdem gratia utilitatis H quidam paruos catellos per quietem uentri imponunt, copiam coquentis cibos caliditatis adaugetes, non qualitatem. Tale esse debet quod ad mouendum pus adhibebitur medicamentum, qualis est in naturis temperatis calor natiuus. At si iusto calidior natura fuerit, in eo corpore, quod pus mouebit me- dicamen, calidius sit oportet: tanto nimirum temperato calidius, quanto & natura eius temperata in caliditate exuperat. Itaq; clarum iam illud est ex curandi methodo, cuiusq; singulatum hominis suam ac proprium esse puris mouendi medicamentum. Nec minus illud constat, quod saepe numero iam de- monstratum horum comprobatur testimonio, omnes medicamentorum facultates ut ad optime tem- peratum hominem explorandas. Siquidem nulla consilium ars possit, nisi prius uelut regula ac scopo generi materia, in qua uersatur consilium, ad illum iam particularia omnia dirigatur. Rursum ergo pro- posito tanquam scopo quodam in hoc sermone, optime temperato homine, eius respectu aliud esse di- cimus medicamentum pus mouens, quam quod indurata emollit: esseq; eorum temperaturas, quas si- perius esse posuimus. Eius quidem quod natura in mouendo pure auxilio est commoderatam & simi- lem ei corpori cui adpouetur: ac proinde quod natura nostra humida sit & calida, humida calidaq; me- dicamenta eiusmodi frequenter appellari: Eius uero quod indurata emollit, temperata natura multo calidioraq; non tamen iam ualde calidam,

De

A

De ortu scirrhii.

Cap. 7.

**O**ritur autem induratum affectio ex fluxione viscosa & crassa, paruis particulae poris siue me- mbris impaeta. Digesta uero per halitum quae in ea parte est tenui humiditate, ac deinde quod reliquum est refrigerato ac uelut congelato, uocata sequitur scirrhosis: ac proinde frigidum pathos alium, & per calfacientia curari. Porro quoniam cum frigiditate humiditas redundat superflua, ideo- co etiam compositam eius esse medelam, ob refrigerationem scilicet exalfacientia poscente affectu, ob alienam uero & superuacaneam humiditatem, emendantia. Unde fit ut eorum quae scirrhii in more indurata sunt, nullum curari ualeat, neq; a ualde exiccantibus, neq; a fortiter exalfacientibus, ne uel ab ijs quae utraq; haec praestare possunt. Nam quae ualde exalfaciunt, haerens ac contentum in particu- la humidum uolenter digerentia atq; elicentia, reliquum omne desiccant, & incurabile constituunt: quae uero fortiter desiccant, etiam si non exalfaciant, tamen ipsa non per medium, euacuando scilicet quod subtile est, sed ex professo, ac ex natura sua ad summam duritiem infixam particulae fluxione adi- gunt. Sola igitur ea quae calfaciunt, sed non admodum, unaq; exiccant non magnopere, eiusmodi sana- re affectum possunt: uocanturq; ea medicamenta graece *uapourina* (latine emollientia nomino) eodem tem- pore utrunq; agentia, nempe quod congelatum est fluidum, & sensim per halitum digerentia.

B

Emollientia medicamenta in hoc a pus mouentibus differunt, quod emollientia calidiora sunt, & mo- derate desiccant existentem in partibus humiditatem: pus autem mouentia corporibus quidem nostris similem calorem obtinent, sed tamen existentem in his humiditatem seruant.

Cap. 8.

**Q**uapropter calida sunt id genus medicamenta, nec admodum sicca, atq; a pus mouentibus co- distidentia, quod calidiora sint, & sicciora. Illa enim cognatam ac simillimam corporibus no- stris caliditatem possident: emollientia uero licet ualidiora habeant, non tantam tamen ut at- tractionis uolentia reliquum desiccant. Praeterea ea quae pus mouent, humorem qui praesertim in parti- bus induratis, seruant: emollientia uero paulum quiddam eius absumunt. Proinde quauis innumera sint calfacientia simul atq; exiccantia medicamenta, sola tamen ea quae convenientem ac symmetrum calo- rem possident, unaq; illi respondentem sortita sunt siccitatem, mollire quae scirrhii insit indurata sunt pos- sunt, quale est bdellium, styrax, galbanum, thymiana, ammoniacum, medulla tum ceruina, tum utuli- na, adeps caprina, & taurina, & quae eius sunt generis. Nam nunc consilium non est omnem expro- mere materiam, sed solum de id genus facultatibus omnibus generalem constituere doctrinam. Prae- stat namq; in genere de pus mouentibus atq; emollientibus cognoscere, quod illa aequalem accendunt calorem ei, qui est in homine secundum naturam: quae uero emolliunt, multo maiorem. Quocirca illa quidem quantitate potius quam qualitate caloris agere sunt nata: at quae indurata emolliunt, qualitate potius. Itaq; si in parte quae suppuratione indiget, assidue impositas seruare manus, aut aliam quamuis partem possibile foret, celerrime sic suppuratio procederet. Pari quoq; modo si medicamentum homi- nis temperaturae sit quam simillimum, ocyllone concoquet quod in pus uerti debet, ut est non nauqua caro, nimirum ubi confusa fuerit, interdum uero humor qui phlegmonem produxit.

Quod pus mouentia etiam emollientia esse conueniat.

Cap. 9.

**Q**uoniam quod emollientum esse debet eius generis medicamentum, ut exacte suppurationem sit, & ipsum liquidum mihi apparere uideatur. Nam si substantiam innati caloris augere, non in- tendere qualitatem ipsam conueniat, poros corporis obstructos esse necessarium est, quo uideli- cet halituosos transpiratus includant. Siquidem ea cataplasmata quae aut detergentia, aut ualidius exalfacientia, halitus distillari permittunt, exiccant quidem, sed pus non mouent. Talis est hordea- cea, cicerum, spongium, fabaceaeq; farina, amplius etiam arina, eruina, panici, lupinorum, milij, om- niumque adeo exiccantium: quippe cum tan per ea quae detergent, etiam si non admodum exalfaci- ant, sed quia obstructione liberant, referantq; meatus, una quoq; calor particulae euolet, ut naturalis H haudquaquam seruetur commoderatio. tum ab admodum exalfacientibus huius etiam non parum uacuetur, & qui reliquus est incalecat: ex quo fit ut natui caloris substantia diminuat, sed qualitas intendatur. quorum neutrum fieri expedit: uerum halituosum & calidum spiritum contineri quam- plurimum, & ad uentem caliditate symmetrum: quippe cum hic in pueris copiosissimus, omnes adio- nes naturales adaugeat. Sed sunt quos id fugit, & cum hoc quod ignorent, Hippocratem insuper ac- culari non uerentur, quod dixerit Cretenna plurimum habere caloris innati. Sed nos dicta eius haud perperam capere oportet, ac cognoscere innatum dixisse calorem, quem in quoq; animantium & natuum spiritum nominamus, de quo & Aristoteles scripta reliquit. Verum nihil prohibet, sanguineam substan- tiam simulq; acream una cu spiritum calidam inuadire innatum. Ac Stoici quidem hunc ipsum spiritum animae esse substantiam autumant. Nos tunc de animae substantia non admodum pronuntiare quip- piam audeamus, & ad praesens superuacaneum arbitramur. Quamquam nos iam ante spiritum innatum, etiam si non sit animae essentia, saltem partem eius esse instrumentum in commentarijs de Hippocratis Pla- tonisq; placitis demonstrauimus: & certe dicimus eum spiritum in omnibus animantis contineri parti- bus, sed non undiquaq; esse sui similem, ueluti nec sanguinem, esse necessarium. Tunc in spatijs manibus no- parum eius esse substantiam, immo potius uelut materiam quandam, & uelut etiam mutatio- nem exposcentem ad innati spiritus qualitatibus suis, absoluti generationem, nihil se nec tamen in eam

QUINTA CLASSIS

E

Al. f. 1. r. 2. c. 1. p. 147. b. c.

\*Vetus in- pres legi- ignis.

\*Al calor.

\*Al. seminat.



etiam admodum ad naturalia opera conducentem. Porro autem unum ex naturalibus operibus est, ea quae in pos sit conuertio. Nam & illic quaedam perficitur coctio. Cuius autem quidquam coquere conueniens est, quam plurimum, meo iudicio, spiritum seruari intus oportet. At qui digeritur tum ab euaporantibus ac detergentibus, qualis est hordeacea fabaceaeque farina: tum a resiccantibus, qualis est panici, lupinorum, nilij tum ab excofacientibus, qualis est fenigræci, quin multo etiam magis ab ijs quae simul & excofacere & resiccare possunt, puta lolio, etuo, eicere, ochris. Igitur omnium ad puris generationem aptissimum est ijs utriusque quae perfunduntur, aqua temperata, aut cui additum oleum est, quod hydrelæum Graeci uocant: Ex ijs uero quae irrigantur, oleum temperatum: At ex ijs quae ex hydrelæo illinuntur, farina triticea, & panis ipse. Sed is modice coctus sit oportet: Nam qui plurimum coctus est, quodammodo siccior est, aptusque phlegmonis quae aegrius concoctionem admittunt: qui uero minus, ijs quae admodum calidae sunt, atque, ut sic dixerim, feruent, congruit. Tum cui plus additum olei fuerit, pertinacius coctioni aduersantibus conuenit. Cui minus, feruentibus magis cõperit. Et sane quod ex pane conficitur cataplasma, difficulter coctioni cedentibus phlegmonis idoneum est, siquidem panis sal, tum fermentum admissum est. Quod uero ex triticea farina præparatum est, calidioribus utriusque est. Et ipsius etiam triticeae farinae quae pura est, tum panis quoque qui purus est, puri mouendo cõpetentior est, nimirum cum furfur minus sit calidum, & magis deficcet. Fatina autem pura, quaeque aere est nata, humida est & calida: qualia certe ad pus producendum conferre ostendimus. Itaque medicamenta quae phlegmone tentatis imponuntur, si calida sint & humida, ad pus mouendum conducunt, uti adeps suillus, & utulinus. Nam tauri & caprae aciores esse ostendimus: quamobrem phlegmonis tum frigidioribus, tum durioribus magis congruit. At suillus & utulinus, ijs quae proprie phlegmonae appellantur, familiarissimus est. Est & adeps gallinaceorum familiarissimus, magisque etiam anseru, quodammodo tamen ad digerendum potentior: est enim substantia sua tenuior, sicut & bubulus & caprarum crassior, & terrenus magis. Quin & agrestium animalium omnium acrior est adeps simulque siccior multo quam domesticorum, maximeque pardalis & leonis. Quare horum nullus omnino puri mouendo idoneus est, sed, ut dixi, suillus & utulinus. Porro pus mouent & pix, & resina, nempe oleo quopiam aut rosaceo subacta. Sed & hic ad feruentes phlegmonas ex rosaceo eas liquare oportet: ad frigidiore uero excofacientium quopiam, puta cicino, raphanino, ueteri, & scyonio. Quod si quando sola utrisque cera, alijs ad manum nullis, ad pus mouendum, & ipsam in excofacientium quopiam dissoluere oportebit: quippe cum ipsa per se minus sit calida quam ut pus mouere possit. Siquidem illi mendi certe uim obtinet. Solis itaque feruentibus phlegmonis apta est, ex calidorum oleorum quopiam liquata. Verum quemadmodum hæc symmetria ac mediocritate inferior est, ut ad medias temperie phlegmonas, hominumque & partium naturas, sic paulum quiddam excedunt resina & pix. Quapropter hæc omnia simul mista moderate pus mouent. Sed hæc iam ad tractatum de medicamentorum compositione attinet: quæ ut aliquatenus attingeremus, speculationis ipsius nos sequela adigit. Rursum ergo ad propositum reuertor. Est autem propositum definire, quæ sit in genere pus mouentium natura. Dictum uero est, quod modice humectantem & excofacientem esse eam oportet: quod alijs uerbis est, ut neque excofaciat, neque inferior sit temperatura corporis ipsam immutantem, sed quoad fieri possit simillima. Ceterum quod medicamentum puri mouendo idoneum tale sit facultate: & actu, siue energia fiat eiusmodi, dum corpori nostro admodum est, sapen numero iam ante dictum est: sed nunc nihilo scilicet id repetimus, quando qui dem utrobique eius meminisse oportet. Atque eiusmodi est pus mouentium medicamentum temperies. Porro corporis ipsius constitutio emplastica est: qua maxime pollent quæ lenta & uiscosa sunt, uelut adeps porcini, butyrum, ihus, & quod ex farina triticea conficitur cataplasma: quippe quæ moderate tum calida, tum humida, tum lentaque sunt, ac proinde puri mouendo idonea. Chondrus tamen farina triticea siccior est, quamquam nihilo minus lentus sit, nisi forte etiam amplius, unde sit ut in medijs temperatura phlegmonis puri mouendo inerior, in humidioribus etiam triticea farina præstantior sit. Verum & hæc iam præsentis commentationis limites excedunt. Itaque de nouo ad medicamenta duritates emollientia reuertor, hæc tamen & hic curandi methodum attingens, quantum dicendorum claritati conducatur. Scirrhum uocant tumorem præter naturam, doloris uacuum, sed durum. Sunt autem inter eos quidam, qui ubi plurimum inereuerint, simulatque indurati fuerint, non modo dolore carent, uerum etiam sensum exiguum, aut etiam nullum habent reliquum: porro nascuntur ex humore crasso & frigido, quales sunt in animalium corporibus duntaxat duo, bilis uidelicet atra, & superexiccata pituita. Proinde tumores scirrhosi omnino aut pituitosæ sunt substantiæ, aut atrabiliaris, aut ex utraque misti. Sed de agnitione eorum non est nunc tempus differere, uerum de medicamentis emollientibus illud ut nunc dicam opportunum est, nempe quod proprie uocantur emollientia, quæ medentur scirrhosis tumoribus ex pituita resiccata crassaque prognatis. Conseruentur autem ij potissimum in musculorum capiti bus, & qui ex eis procedunt tendonibus consistere. At quæ ab atrabilario sicco indurantur, cancerosa sunt omnia, & ab emollientibus medicinis asperantur. Sed his quo pacto prospicere oporteat, in Commentarijs methodi curandi docebimus. Quæ uero a lento crassoque humore congelato indurata sunt, calida possunt siccaque medicamenta, sed non tamè quæ ualida sunt actiuolera: sed sufficit interim ut secundi aut tertij sint ordinis excofacientium, primi exiccantium. Porro cum non exigua sit in corporibus sic induratis maioris minorisque latitudo, necesse est utiq; est & medicamentorum illis medentium

In graeco di. habetur: cum foris rari. i. dicitur: tibus & u. antiquitate.

Al. uer. du. 1. post ea. & ita etiam uer. uis tralatio. & Q. 14. collect. 32.

Alias, uer. bus. Et apud Orbi. collect. 37.

At tum non parum esse lassitudinem. Siquidem adeps caprinus, & gallinarius, quæ sic indurata fuere iuuant. Verum illi quidem imbecilliores sunt, & moderatas duritates emolliunt. Valentior gallinarius galorumque adipe asserinus est, caprarum uero hircinus, ualidior quoque & taurinus, sed minus tamen quam hircinus. Quin etiam medulla ceruina modice emollit, & cum ea uitulina: quippe cum id genus omnia medicamenta calida sint, & medioeriter sicca, multoque magis excofacere quam exiccare nata. Unde siquis forte ea quandoque calida dicat & humida, non repugnandum: nam paulum absunt ab ijs quæ neque humectant neque desiccant. Eodem ex genere sunt, quamquam ualidiora, armo uacuum thymiana, & styrax, & galbanum, & bdellium scythicum: sed ad emolliendum præstantiora ex ijs sunt quæ recentia sunt. Siquidem lauererata ualidius quam oportet desiccant, id ipsum utruent in medulla & adipe, quippe quæ de ipsa uetustate seipis, tum aciora, tum siciora euadunt. Quin & oleum quoque scyoniun ex hoc est genere, nec in postenus id quod inueteratum est, & ea quæ præparantur, ut sulinum. Sed de compositis hic dicere statutum non est. Porro radix altheæ, & cucumeris agrestis, nonnullaque alia plantae partim in oleo, partim in aqua decoctæ emollientium medicamentorum facultatem induunt, sicut malua agrestis folia tam cruda, tum cocta. Atque hoc simplex medicamentum est, sicut potius adeps uetustatem passus: sed solis nihil oportet adijcere, sicut nec alijs quæ emolliunt ualde in. B. del. cat. sal. Porro quaecumque alia emollire possunt, seu simplicia seu composita sunt medicamenta, (alibi enim ea recensimus) calida sunt ex secundo & interdum ex tertio ordine, leuiter uero sicca. Sed & his sane illinendi uis (emplastica uocant) inlit necesse est, non aliter quam ijs, quæ pus mouent. Sed quanto maiore euacuandi facultate pollere debent, tanto utique minus etiam meatus illitui obtulerit. Quod medicamenta indurata humido frigidoque sint temperamento. Cap. 10.

Sane emollientium facultas medicamentorum abunde iam exposita est, proinde deinceps de induratis uerba faciam. Frigida itaque hæc sunt oportet & humida, uelut semperniui, portulaca, psyllium, leuca palustris, solanum: aut hoc quidem certe non est temperamento humido, sed mediam absolute humectantis & exiccantis, ex pugnantibus facultatibus compositum, exiccante uidelicet & humectante: nimirum cum & duplicem in se habeat substantiam, terrenam & aqueam. Sed iam non est mihi consilium ad particularem materiam sermonem deducere, uerum generales duntaxat breuiter facultates definire. Sane liquidum simul & refrigeret & deficcet, & ipsum profecto omnino indurabit: sed non est ex ijs, quæ proprie indurant. Siquidem congelatione potius quam euacuatione durum efficiunt corpus, prout supra posuimus. At siquid sit quod proinde quia naturam humorem non retinet, induratum est, id sicum potius quam durum appellabimus: constatque eius sanatio rigatione & humectatio Cne, non emolliatione: sicut certe & tenio curatur laxatione, & laxatio tenione.

De tendentibus laxantibusque medicamentis.

Cap. 11.

Sed hæc ut se habeant liquido conspiciuntur, cum in cute, quemadmodum & ab Hippocrate dictum est, cutis dura mollificatio, tenia laxationum etiam frequenter in articulis. Igitur laxatio prouenit humectatis immodice quæ circa eos sunt ligamentis pariter & tendonibus: tenio uero non etiam simpliciter, sed aut plusculum exiccatis, aut refrigeratis, aut phlegmone affectis, aut scirrho. Atque ita qui dem in articulis. In cute uero non tantum ita, sed musculis quoque qui ei subiecti sunt, quoquo modo in tumorem sublati. Nam & præ carnis saepe copia quibusdam tenditur. Quod uero & in phlegmonis id ipsum illi accidat, supra positum est. Quamobrem non simpliciter una est species laxantium remedium, utpote cum alia humectando, alia castificando, alia uero emolliendo, quædam euacuando, nonnulla tumores præter naturam purgando, alia etiam per conuagationem horum quampiam agentia, laxare assolent, at Thesalus, feruque sequaces eius uniuersi, sicut in alijs multis, ita & in his appellationibus simul cum rebus contundunt, quicquid obuium est, citra ullam examinationem confectibentes. Quam obrem ubi quæ in manibus sunt absoluerimus, necesse nobis forsitan fuerit aliquando in eos styli conuertere in præsentiam: autem quod dicta continuo sequitur, persequamur, rursum sumpto principio ab ijs medicamentis quæ uocantur emplastica, quia saepe iam ante & de ijs diximus. Breuiter ergo simplicium medicamentum est, quod tenaciter corporis poris siue meatibus illitum inhaeret. Porro abunde dictum est nobis de pororum, quos nos statumus, natura in libris de Temperamentis. Demonstratum autem est & in libro huius precedente, inordacitate uacare omnino debere medicamentum emplasticum: nam siqua illi inuit mordacitas, hæret in poris non poterit, sed omnino facile excernetur, aut partium aliquam liquando, aut certe humorem aliquem ex alto attrahendo. Sed & illud satis constat, terrenæ consistentiæ & uiscosam esse oportere emplasticum.

Quod poros purgantia medicamentis unguodq; calidum sit, & tenui partium amara omnia & uisosa sint. Cap. 12.

Sed de istis supra abunde dictum est. Quod uero illi contrarium est, dicitur quæ poros repurgans, & sanaretu liberans, sicut & ipsam emplasticum non modo emplasticum dicitur, sed & euacuantiu, quæ diæa inartens. Fuent autem id licet effectu contrarium, ita & corporis natura, neque uiscosum, neque mordacitatis expert, sed nitrosum & subtile. Nam in ratione maioris ac minoris inter se differunt, substantiæ genere minime diuersa, tum emplastica ab ijs quæ eandem nutriunt, tum poros repurgantia ab extergentibus. Nam quæ in superficie sordem auferunt, siue in cute, siue in ulceribus ea extergentia siue rhyptica nominantur. Quæ uero poros etiam expurgant, ea subtiliorum his partium sunt & emplasticis contraria: prout pororum eplastica & eccathartica, qua si expu-

QUINTA CLASSIS.

E 2 ginta

Interpres forte legit uadai sicut cum tamen omnes graeci codic. quos uiderim habeant uadai sicut. i. deprehendo, ut ipse sibi uertit uel delitudo ut antiquus.

Al. graeci codic. & ueris ualatio habet, aut.





cunque inhaerit parti, spiritus riu infixum exeruat. Verum hoc quidem escharoticum est, perinde ut caustica caeterum de quibus nunc agitur, crustam non faciunt, & uocantur septica, hoc est putrefacientia, haud quidem appellatione propria, (nam quae uere sunt septica, humectant simul & calcificant,) ueruntamen symptomatis similitudo, ut sic appellemus, efficit: utpote cum ab utrisque nullo doloris sensu fiat corruptio. Multis enim modis corrumpi quid potest. Si quidem quae nimio plus refrigerata sunt, aut exalfecta, tum exiccata, aut humectata, ea omnia corrumpuntur: ceterum non quicquid corrumpitur, *πυρροειδης*, hoc est putrefcere dicimus, sed quibus id cum foetore accidit. Sed de nominibus non admodum esse sollicitum oportet: uerum nouisse expedit ea medicamina, quae sepra & seprica nuncupantur, ut sunt autipigmentum, (*σπερματι* Graeci uocant,) sandaraca, chryso colla, dryopteris, ptyocampe, acorinum, omnia tum eliquare, tum colliquare, ac porissimum carnem tenellam, idque absque dolore. Sed sunt inter ea quaedam quae proprie uocant cathartica, hoc est detractoria, eis que utuntur ad inducendam ulceribus excrecentibus cicatricem. Sunt tamen & ipsa eiusdem genere facultatis, seprices. I. uerum tantulo imbecillioris, quod extimam modo superficiem, quam contigerint, detrahant, non tamen in altum subire ualeant, uelut aliae petraebos: quanquam nec talia ipsius re uera facultatis cicatricem inducentis, quam uocant *επιουλοειδης*, sunt. Si quidem quae huius sunt facultatis, non detrahere, neque liquare carnem sunt nata, uerum indurare & desiccare, cuiusmodi sunt alumen, galla omphacitis uocata, res combustum, praesertim lotum: nam quod lotum est, quiddam obtinet catharticum, uelut & aeris squama: quod autem lotum est, omnium medicaminum cicatricem inducentium longe praestantissimum est: quippe quod probe cicatricem inducit, modice adstringat oportet, atque desiccet. Quapropter spiritus aegyptiaci fructus, & mali granati putamina sicca, & eius generis uniuersa cicatrici inducendae sunt medicamina.

*Quod cicatricem inducentia medicamenta adstrictoria esse & desiccatoria conueniat: quae uero ulcerum caua implent, medullariter exasperant, & morsu uariantia.*

Cap. 16.

Ceterum confusa est apud plerisque medicorum non solum appellatio, uerum etiam omnium id genus medicaminum facultas cognita. Si quidem quae carnem detrahere ac colliquare sunt nata, ea non nunquam nominant epulotica, hoc est cicatricem inducentia, scilicet quod horum saepe usu ulcera ad cicatricem perueniant: sed id neque primario, neque peculiari ipsorum facultate, neque in omni usu sequitur. Si quidem ad exactum pulueris leuorem redacta id genus medicamenta per specillam cupidam carnem leuiter contingentia ad cicatricem ulcera perducunt. At si paulo largius utant, mordicant colliquantque carnem, & ulcus canum efficiunt, contra quam in his quae re uera sunt epulotica. Si quidem nisi laeas magnam eorum quantitatem imponas, nihil proficies. Id enim est in plantis ulceribus ad cicatricem ducendis consilium, ut caro alteretur, fiatque curis: id quod perficitur per ea, quae illam corrahent, constringent, consipiant, densant, praeter ea siccare, & calli instar indurare ualeant: quippe cum cutis uelut in callum durata caro sit. Quae igitur medicamenta sic agere possunt, primario proprieque dicitur epulotica, siue ad cicatricem perducant: cetera uero, nepe cathartica, hoc est detractoria, secundario, & per accidens, sicut & ea quae absque adstrictione desiccandi nim habent mordacitatis expertem. Nam & haec quoque ex accidente cicatricem inducunt, cuiusmodi utique medicamentum est myrrha, & lithargyrus, & combusta ostrum & diphryges: quando quidem & ipsa saepe numero cicatricem inducunt sicca illa. Ceterum scire oportet, ubi tum in his libris, tum alijs omnibus hanc uocem, saepe numero, adijcio, id me uelle significare, quod aliquando promissa frustrantur, propterea quod nec primario, nec sua facultate efficiant. Porro epulotica medicamenta ulcus omne plantam claudere cicatrice ualent: sicut medio crure citraque molium abstergentia cauitates implere. Ceterum de hoc genus medicamentorum facultate fusius dicitur in commentarijs de ratione curandi, cum quo multus locus magna est iunctus libri asinitas, cui et ab initio praefatus sum. Proinde suspensio de illis sermone, ad alterum genus facultatum, nempe attrahentium & repercussentium, siue repellentium, transeundum censeo.

*Quod attrahentium essentia & calida, siue & tenuium partium: repercussentium uero & frigida, & crassarum.*

Cap. 17.

Igitur attrahentes sunt, quae ex alto uehementius extrahunt: repercussentes uero, quae in altum occurrentes tibi uocis repellunt. At essentia illis quidem calida est, & tenuium partium: his uero frigida, & crassarum. Attrahit enim perpetuo calidum, repellit uero frigidum: uerum quod cum caliditate coniunctum habet partium tenuitatem, trahit uehementius: quod uero cum frigiditate partium crassitudinem, uelut adstringens, id molestius propellit. Itaque ex actionis uehementia nomen utriusque impositum est. Atque adstringentium quidem nota est essentia: attrahentium autem alia sponte nata est, alia uero ex putrefactione accente generationem sortita. Sponte nata, ut dictamni essentia, & propoleos, & thapsia, & sagapeni, & succorum cyrenaei & medici, & si qua his similis extiterit. Ex putrefactione, qualis est fermenti, & pisoni, quod uocant. Quod si simis quoque ex putrefactione generatio constat, utique omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed non parua illis inest diuersitas. Nam columbinus admodum attrahit: ex quoque autem utrinque ab hoc recesserunt, ad calidius quidem anserinus, ad frigidius uero gallicus: hoc etiam magis uincuntur humanus & suillus. At canum sterces simile est medicamentis extergentibus, maxime si uescantur ossibus. Crocodilorum autem terrestrium sterces magis etiam id perficit atque absoluit. Sed & aliud est attrahentium genus medicamentorum, quod qualitatis fami-

H

A. ibi. E.

E. A. l. r. r. c. 4. p. 17. f.

A familiaritate attrahit: id quod aliud est, nihil quam totius essentiae similitudine, ceu quae nutriuntur, familiaria nutrimenta attrahunt, talium medicamentorum sunt purgantia omnia, & non nulla alexiteriorum siue amuletorum. Ceterum calida ut sint id genus omnia necesse est. Nam inter ea, quae essentiae similia sunt, quod calidius est, id potentius attrahit, utpote quod similitudini auxiliarium adiunxit calorem. Si quidem cum ipsum duabus causis attrahat, superabit id quod una duntaxat trahit. Porro nihil refert *επιουλοειδης*, aut *επιουλοειδης*, aut *επιουλοειδης* dicas, [latine attrahentem siue attractoriam] facultatem.

*Alexiteriarum & alexipharmacarum facultatum, quaedam alterando quod mortiferum est, iuuant, quaedam uero euacuando. Et earum quae alterant, aliae una aut duabus qualitatibus agunt, aliae tota essentia. Similiter quoque euacuanti, quaedam substantiae similitudine euacuanti, quaedam caliditate subtili ac tenui.*

Cap. 18.

Verum quandoquidem de istis abunde dictum est, transeamus ad facultates quas uocant alexiterias, & alexipharmacas. Est autem harum natura duplex. Si quidem quaedam alterant: quaedam uero euacuunt ex corpore patiente seu uenenum corrumpens, seu deleterium medicamen. Alterant igitur aut una qualitate, aut duarum coniugatione, aut denique tota substantia. Euacuunt totius substantiae similitudine, & caliditate subtilium partium. Quatuor itaque sunt uniuersae differentiae proficiscentis ab illis utilitatis, duae alterantes, & duae uacuantes. Atque ea sane quae qualitatis contrarietate auxilio est, manifesta est. Nam si frigidum sit medicamen deleterium, aut uenenum animantis, ab exalfectibus petendum remedium: in calidum, a refrigerantibus. Si uero humidum, ab exiccantibus: in siccu, ab humectantibus. Sic etiam si humidum sit & frigidum, ab exiccantibus & exalfectantibus: in calidum & siccu, ab humectantibus & refrigerantibus, & in reliquis duabus coniugationibus ex proportionem: Sed nec obscura est alteratio quae fit per totius substantiae facultatem, utique, ijs qui memoria tenent quae demonstrata sunt in Commentarijs de naturalibus facultatibus, & in illis quae inscribunt de Temperamentis. Si quidem facultates quae deleteria medicamina alterant, naturam habent media inter corpora perpetientia, & medicamenta ipsa laedentia: ut uidelicet eadem sit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quae illius ad deleteriam: & rursus deleterij ad alexiterium, quae alexiterij ad corpus. Ea propter propemodum omnia quae deleterij adueniantur, si largius sumpta fuerint, grauer animantis corpus oblaedunt. Quamobrem ea moderatione quantiratis omnes id genus facultates exhibere oportet, ut neque copia nimia corpus offendant, neque exiguitate sua a deleterijs uincantur. Sed hoc iustitiae nec ad curandi methodum. Nunc autem quae reliqua sunt persequamur. Omne deleterium uenenum a foris impositis medicamentis euacuatur, nempe aut caliditate attractionem molientibus, aut totius substantiae similitudine. Sed & hic quoad fieri poterit maxime medium natura alexiterium sit oportet, corporis uidelicet quod curatur, & ueneni laedentis. Nam si aduersissimum foret corpori, in ipsum ageret potius, ceu deleterium, haud euacuaret uenenum. Etenim, ut claritatis gratia summam reperamus, scire oportet deleterias facultates uniuersas temperata esse aduersissimas corporibus, quae ab ipsis laeduntur. Itaque si a similibus tepere medicamentis euacuentur, erunt & haec corporum naturis contraria. Sane & sunt quadantenus contraria, non tamen adeo ut interimant, sed ambigant potius, in medio sita eorum quae ex professo corpus animantis laedunt, & quae iuuant. Porro nihil intererit deleterias facultates, an phthoricas, an phthoropoeas, an alio quouis modo appellare uoles: similiter nec an alexiterias, an alexipharmacas. Attrahentem si qui ea, quae uenenatarum bestiarum ictus aut uenena sanant, alexiteria nominare uelint, quae uero medentur deleterijs, alexipharmaca, ceu quidam censere, disceptandum cum illis ac pugnandum de nominibus non est. Nec enim ex istis comparatur curandi morbos peritia, sed ex rerum ipsarum cognitione.

*Quod anodynorum, hoc est dolorem sedantium, & paregoricorum, hoc est lenientium aut mitigantium uocatorum medicamentorum, quaedam re uera sunt eiusmodi, uelut calida conuulsa habentia partium tenuitatem: alia uero nomine duntaxat, uelut narcotica, hoc est suspensiu-*

Cap. 19.

Porro quandoquidem & de his, quod ad praesens conueniat, satis iam expositum est, transeundum deinceps est ad sermone de facultatibus anodynis, hoc est dolorem sedantibus, & paregoricis aut pryncicis, id est lenientibus aut mitigantibus, aut utriusque nuncupare libebit. Facultas igitur anodyna, alia re uera est, alia tantum dicitur, tanquam si quisquam hominem mortuum dicat anodynon, quia dolore uacat. Ceterum facultas re uera anodyna est eorum quae primo ordine exalfectant, si uique in essentia tenui contineatur. At facultas eorum, quae dicuntur, frigidior est, quae absoluto urentia frigore partem obstupesciunt. Est aut stupor paulo minus quam insensibilitas, sensus uero priuatio. Porro quae affectum sanando, dolorem sedant, nec ea merito anodyna dici possunt. Nam id commune est omnium quae curant. Itaque quae re uera sunt anodyna, partium sunt tenuium, & calidiora quam quae symmetra sunt, necesse est: ut scilicet euacuent, ac digerant, tum rarefaciant, extenuent, concoquant, & aequabile reddant quicquid in partibus dolore uexatis aut humorum acrum, aut lentorum, aut crassarum, aut multorum tenuibus spiramentis infarctorum, aut etiam uaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum commodum non inueniunt inhaerit, atque inclusum est. Itaque nihil profum adstrictiois habeant oportet.

QUINTA CLASSIS.

E 4 ue



ne si pars quidem aut etiam affectus exposcant. Ex quibus liquet, quod interdum affectione non iuuat, sed dolorem tantummodo mitigabit, quando videlicet reuera dicuntur anodyna. Interdum uero etiam affectum ipsum adiuuabunt, & facultatem habebunt duplicem, nempe anodynam, & sinartem. Sed de talibus copiosius agetur in curandi uoluntatibus. At in presenti hoc dixisse sufficiat, nempe quod horum anodynorum proprie nuncupatorum medicamentorum quaedam, ut est ante dictum, primi sunt ordinis excalfacientium, quae sane proprie sunt anodyna, seu oleum anethinum, quaedam uero similiter ut corpus nostrum, uelut eius mouentia nuncupata, de quorum materia supra disertum est. Sed de ipsorum usu in libris de curandi ratione definitur. At ea quae *anodyna*, id est soporem epota molliunt, ac proinde anodyna & *anodyna*, hoc est somnum conciliantia a pleisque appellantur, temperiem fortuntur uel summe aduersam ijs quae reuera sunt anodyna. Refrigerant siquidem omnia corpus, & sensum eorum obstupesciunt, ut si paulo liberalius ebibantur, mortem afferant. Ceterum ad usum propositum optima sunt quae desiccant. Nam quae frigida cum sint, humiditatis item copiam obtinent, seu cicuta, ea potui non sunt utilia: talis est mandragora, excepto cortice eius sicco, & altercum, praeter semen. Sed tamen & in his candidum semen atro praestat. At sunt quae tota essentia nobis contraria sunt: proinde si uel minimum eorum assumptum fuerit, omnino laedat necesse est, seu dryopteris, & pityocampe, & thapsia, & solanum maicum, & hydrargyros, & fungorum nonnulli, praeterea salina & fel uenarum animalium. Nam talia omnia genere sunt deleteria, non quantitate, ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, uelut papaueris succus, & myrrha, & styrax, & crocus. Siquidem haec si largus bibantur, quaedam demerant, quaedam mortem inferunt: uerum conuenienti quadam mensura alijs admixta adiuuant. Porro quaecumque inter ea mentem laedunt, continuo etiam pleraque caput grauante, uaporum pranorum congerie ipsum implentia. Sed & quaedam os uentriculi tentant atque attingunt, ut & inde caput per consensum laedatur. Communiter uero uniuersa duobus modis cerebrum affligunt laeduntque, aut cum tota substantia sunt contraria, aut cum una duabus ue qualitatibus temperaturam immutant.

*Duobus modis attingunt cathartica, hoc est purgans, facultas: aut enim quocumque modo expurgans corporis recrementa, aut quia uim attractoriam familiarium succorum obtinet.* Cap. 20.

Ceterum quoniam de his sufficienter dictum iam est, quod quidem ad praesentia faciat, tempus tunc est, resumptis dictorum capitibus, ea adicere quae sermone reliqua esse uideantur. Nam ueritate quidem nihil est reliquum, nimirum cum secundae iam facultates omnes sint expositae, quales sunt genere scilicet nec paucae speciatim superius explanatae, seu exempla, unde quis orfus, quorumque auxilio reliquas ipse queas assequi. Verum nihilo sese res deterius habebit, si claritatis gratia breuibus iterum capitibus ea fieri complexus. Primum enim facultatem omnes purgatoriam in ore habent: Non tamen omnes perinde intelligunt: quod uocabulum duo significat, alterum commune omnium quae quouis modo animalis excrementa expurgant: alterum uero quod per excellentiam de ijs tantummodo dicitur, quae aut per uomitum, aut per uentris deiectionem purgant: neque quod eiusdem est generis tum ea quae fit per nares, tum ea quae per os fit purgatio. Vocant autem ea medicamenta, quae naribus, quas Graeci *rhina* nominant) capitis purgandi gratia infunduntur, *rhina*. At quae in ore colluuntur, aut denibus manduntur, omnia una nomenclatura comprehendentes apophlegmatizantia nuncupant, ac eorum facultates, apophlegmaticas appellant. Eiusdem cum istis sunt generis, quae uuluae admodum expurgant. Quaecumque siquidem purgare memorauimus, ea trahendi uim possident, alia unum quempiam succum, alia duos, aut etiam plures: & id illis inter sese commune est. Nam quae crassis lentisque humoribus extenuandis aut urinam cedere possunt, aut ex pectore pulmoneque euacuationibus auxiliari, purgant sane & ea quidem quodammodo, uerum antedictis non similiter nuncupantur, sed alia uocantur uretica, alia bechica, alia menses mouentia, haec re a superioribus diuersa, quod non habeat uim familiarium succorum attractricem, ut illa. Quamobrem & in hisce sermo aliam distinctionem postulat, nempe huiusmodi. Quae in pessis, aut fomentis, aut quouis modo simili, uuluae admoventur, ea diu-phi ratione agere consueuerunt. Nam alia calfaciendo duntaxat prouocant, alia facultatibus attractorijis & purgatorijis, quas uocant, quas demonstrauimus trahendorum familiaritate uacuationes peragere. At quae hoc non nunc bibuntur, ut sanguinem extenuent, & meatus obstructione liberet aperiantque, ea trahendi facultate uacuationem non perficiunt. Atque priora quidem cum purgationibus eiusdem sunt generis, secunda uero cum ijs quae lac & sanguinem generant: de quibus paulo infra uerba faciemus, ubi prius de bechicis disertum a nobis fuerit: quando quidem & haec bifariam nominata sunt, partim quia tussim prouocent, partim quia laedant. Atque contraria horum facultates sunt. Alia enim extenuandi naturam habent, alia incrassandi. Atque extenuandi quidem facultas in calidis & tenuium partium substantijs sita est, incrassandi uero in frigidis & crassarum partium essentiis inest. Atque hic sermo hoc in loco finem habeat. Conuenit autem transire ad id quod paulo ante distulimus. Est enim societas & similitudo quaedam cum operum tum facultatum in ijs quae prouocant sedantque menses, lac, & semen. Sed & affima illis quodammodo uicinaque sunt, quae urinas mouent, & bechica. Proinde de quolibet seorsum differendum est.

A. l. r. f. 4. l. 30. p. 150. f.

A. l. r. f. 4. l. 30. p. 150. f.

A. l. r. f. 4. l. 30. p. 150. f.

\* Al. semen. & ita est apud Orib. l. 4. col. lect. 43.

Quod

**A** Quod lac generantium, aut semen prouocantium facultas moderata sit calida & humida, alimentorum uero in totum essentia consistat similitudine. Cap. 21.

**L**actis & seminis effectrices facultates sunt partim in medicamentis tantum, partim in alimentis. In medicamentis, cum succos pituitosos excalfacientes in sanguinem uertimus. In alimentis autem secundum substantiae totius similitudinem: ubi uidelicet boni sunt succi, & moderate humida, ac tepide calida, seu ipsum lac. Siquidem sanguis caloris est particeps animalis mediocri: plus quam utero mediocri, flaua bilis: sicut pituita, frigiditatis. In medio autem pituita & sanguinis est lac, utique quod ad calorem attinet: Non tamen aequo ab utroque abest, sed longius abest a pituita, propius accedit ad sanguinem. Cum ergo minus quam expediat ad uera lac uenit, uelis autem copiose prouenire, ipsum contemplato sanguinem. Aut enim paucior est quam conueniat, aut deterior. Itaque qui paucior est, uniuersam uictus rationem exposcit humectantem & excalfacientem: qui autem deterior est, siquidem biliosus fuerit, primum purgationem desiderat, mox uictum quem modo dicebamus: si pituitosus, medicamenta requirit excalfacientia aut primo aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Verum inter ea potiora sunt, quae non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, uelut eruca, foeniculum, anethum. Dico autem ipsas herbas etiam uirescentes & humidas. Nam sicca, plus quam oportet & excalfacient & desiccant. Huius generis est & smyrnum, apium, sion, posium, eaque uirentia prius quam siccantur: quippe cum ea quae desiccant, humorem sanguinis depascunt, ipsum crassius simul pauciorumque efficiunt: tum si natura quoque sint calida, iusto etiam calidiores, si frigida, frigidiores. Debet enim esse modice calidus, ac nequaquam crassus, ut lac generet. Quocirca quae sunt illiusmodi, extinguunt magis lac, quam procreant. At quae sic ut dictum est calfaciunt, nullamque insignem adiutam habent siccitatem, lactis procreatricem habere facultatem merito dicta sunt. Verum eo numero sunt perquam exigua. Nec enim profecto facile inuentu sunt, quod propositum in temperie fortitum sit mediocritatem: ceterum infinita sunt ut ita quispiam dicat, & multitudine incomprehensa quae lac laedant. Etenim quaecumque plus quam expediat calfaciunt, quaeque desiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipsius sanguinis uiciant, partim ipsum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.

*Quod menses mouentium medicamentorum facultas calidior est, & modice desiccans alimentorum uero est secundum totius substantiae similitudinem.* Cap. 22.

**P**orro dietis adsimilem uim obtinent, quaecumque prouocare aut sedare menses possunt. Vtrorumque enim communis materia est, nempe sanguis in uenis contentus. Itaque ubi hic fluxilis fuerit, & quantitate temperatus, utique abundantem suppeditat copiam. Communes quineriam uberibus uteroque uenae sunt non exiles. At quae nam ea sint, alibi dictum est. Itaque ubi ad alterutram partium sanguis defertur, altera siccescit. † [proinde quibus menses mediocriter feruntur, ijs lac in mammillis] non [colligitur]: quibus uero hoc large suppetit, ijs plane menses supprimuntur. Itaque mirandum non est, si tum uictus, tum medicamenta similia sunt, nempe & ea quae generant, sedantque in menses singulos ex utero purgationem, & ea quae lactis in uberibus generatione procurant ac supprimunt. Quamquam haecenus differant, quod & calidioribus & magis incidentibus purgatio mensura non nunquam indigeat: quippe cum ea in parte sita uenae magis aperti debeant, quam quae tendunt in mammillas, & sanguinem fluxilem magis requirant, nuncupant enim uteris ad delationem eius nihil conferat. Mittuntur enim in uenas quae illi committuntur, haud attrahuntur menses. At sanguis in ubera non tantum mittitur, sed & trahitur: ac proinde leuiore subsidio medicamentum opus habet, cum non abunde in mammillas consistit. Et medicinae quae uiuant ut sanguis in mammillas eat, deficientes atque imperfectas purgationes etiam adiuuant. Sin autem multum oblatum sint, aut plane retentae, nulla ex eiusmodi eas sanare potest: uerum Sabina, & Mium, & Ins, & Calamintia, & Pulegium, cum Dictamnium, Afaron, Costus, Cassia, Cinnamomum, Amomum, Aristolochia, Buniu, & eius generis reliqua absolutas inter purgationum retentiones sanant: nam talia quoque urinam prouocant. Sed ab ipsis ureticis uocatis medicamentis hoc solo differunt, quod non uehementer desiccant. Siquidem excalfactio tribus generibus medicamentum commune est, puta quae lacti procreando succurrunt, quaeque mensibus euacuationibus conueniunt. Differunt tamen caloris mensura, tum etiam quod quaedam desiccant quaedam non. Siquidem quae non detecant, & modice excalfaciant, lacti generando utilia sunt. Quae uero plus excalfaciant, non tamen ualenter desiccant, mensibus euacuationibus congrua. Verum & utraque haec urinas prouocant: & ad haec cum primis ea, quae calfaciunt & desiccant. Et propter hoc ea peculiariter dicuntur uretica, siue urinam mouentia, non quia sola moueant urinas, sed quia solas, & non etiam menses aut lac. Nam praeter alia & reddendis ex pectore pulmoneque excreationibus incommoda sunt de siccantia. Postcume enim & ipsa meida quidem, at non licet, seu & renium uelut calculi. Verum de talibus medicamentis supra distulimus.

*Quod quae semen prouocant, quorundam ut medicamentorum quidem facultas est flatulosa & calida, aliorum uero ut ciborum flatulosa quidem etiam, sed tota substantia familiaris.* Cap. 23.

**V**t lac, ita & semen quaedam generare dicuntur, & quae his sunt contraria, extinguere: tum quaedam prouocare, & ipsi contraria supprimere: ac generare quidem, quae procreant quod antea non erat, extinguere uero quae conuolunt: prouocare autem, quae quod in alto delitescit, in apertum proferunt, & his contraria, quae supprimunt. Igitur semen generant tibi quidem qui bene nutriunt, &

& flauosi sunt, totisq; substantijs familiares: medicamenta uero flauosa & calida. Extinguunt autem E deficcantia & refrigerantia omnia, & quæ totis substantijs sunt contraria. Porro prouocant quacunque calida sunt & flauosa absq; deficcatione, supprimunt uero contraria. Etenim cum seminis substantia ex bona superfluitate generationem sortiatur, sitq; etiam effluuosa: bene nutriant & flau, oia sint necesse est quacunque, semen aut procreare, aut prouocare possunt. Itaque bulbi, cicer, fabæ, polypodes, conus, edulia dicuntur multi seminis, & sunt. At scincus & satyrion medicamenta sunt. Porro simul cibi ac medicamina multi seminis sunt lini semen & eruca. Ceterum quæ refrigerare sunt natura edulia, tum medicamina fetæni cogentia, incrassantia, & stabile reddentia, tum habent ipsam supprimentem, non autem corruptentem; nempe lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, melopepones, cucumeres seu pepones, seu non pepones, hoc est maturi, seu non. Porro quæ resiccant, prorsum ne esse quidem semen permittunt, etiam si calida sint natura, uelut ruta. Si autem non calfaciunt, multo minus, ut nymphæa. Atque hæc sane rationabile est substantiæ proprietate contrarie affecta esse semini. Eandem proportionem cum esculentorum, tum medicamentorum est inuenire in lacte & mensibus. Porro alio modo sub idem genus cadunt, quæ respirantium instrumentorum rejiciendis excretionibus auxiliantur, quæq; urinam eieci possunt. Hæc enim omnia extenuandi facultatem obtinent, uti contraria incrassandi. Sed de uictu extenuante priuatim conscriptum est, nihil secius in eodem uolumine indicatis quæ incrassant. Verum extenuantia & incrassantia medicamenta ex libris, qui deinceps sequuntur, seligito: in extenuantibus quidem scopum habens caliditatem iunctam partium tenuitati, in incrassantibus uero contraria. Ostensum enim est in superioribus libris, quod propria quædam sit medicamentorum essentia tenuis natura, non solis exalfaciens coniuncta. Eadem ratione & incrassantium natura non solis inest refrigerantibus. Ceterum ut in talibus facultatibus proportio quædam inest, eandem in uodum querendum est in omnibus, etiam si nomen non sit impostum. Vocantur enim quædam oxydericæ facultates, quæ oculos, ubi nullum illis inest sensibile pathema, male tamen mouere suo fungentes corrigunt, & in integrum restituant. Ac nimirum & in auribus, & in naribus, & per que inq; aliorum sensuum singularim proportione talis quædam sit facultas, necesse est: nec tamen facultas nominata est ab acumine auditus oxycoos, sicut nec in olfactu, nec in gustu, nec in tactu, cum tamen in rebus ipsis sensibus ex proportione inest. Porro si quis similitudinē plus etiam extendat, per quamq; nostri partem, talem existerē medicamentorum facultatem necesse est, a qua uidelicet melior reddatur pars ipsius actio, ut uerbi causa, uentris actio. Siquidē talem eius imbecillitatem inuenire est sæpenumero, qualis est in oculis atroblyopia, hoc est hebetudo uisus, cum ij nec phlegmone teneantur, nec influxu torqueantur, nec ulcerati sint, nec aliud quiduis mali perpessif. Et sane in medicamentis, quæ affectum uentris eiusmodi emendant; peprica siue concoquentia nuncupantur, appellationis quidem figura nihil proportionale habentia oxydericis, ceterum opere ipso & facultate similia.

De facultatibus a partibus corporis cognominatis.

Cap. 24.

Porro quoniam & quædam appellatas a corporis partibus facultates esse diximus, nihil fuerit de prius & de his differere. Nec enim, (quod quispiam forsitan existimet) omnibus partis affectibus congruunt, nec ita uni, ut alij nihil profint, sed quoniam frequentissime aut maxime agant ea in parte a qua nomen sunt mutuate. Ophthalmicæ quidem, quando quidem maxime ac plurimum ad oculos ipsas usurpamus, ne lit collyrium *ἰατρικὸν* & aliud *ἰατρικὸν*, & cygnum appellatum, & elybianum, & alia omnia: quibus uti quidem liceat & ad aures affectas, aut os, aut nares, præterea pudendum, & anum: uerum non ita frequenter, nec tanto cum fructu. Rursum autem alias nuncupamus hepaticas, alias splenicæ, pleuriticæq; & stomachicæ: nimirum cum & ipsas ea in parte quæ nomine designant, sæpissime simul ac potissime professe conspicimus. Porro quæ sit profectus & adiumenti causa, in opere de curandi ratione explicabimus, in quo cetera quoque omnia de medicamentorum usu exponentur. Itaque uisul etiam hic hærendum atque immorandum est, nisi quod uocabulorum non nihil declarandus est usus: quem cum alij non nulli recentiorum medicorum, tum præsertim qui uocantur Metho dicit, inaniter inuoluerunt atque induxerunt.

De uariis nominum usurpatione, quam medici recentiores & inter eos maxime

Methodici induxerunt.

Cap. 25.

Nam quod stalticæ quædam facultates, hoc est sistentes seu supprimentes, & constringentes, & contrahentes, & repellentes, aut alias id genus proferant, id nequaquam absurdum est, nec obsecrum. At cum metasyncriticæ tum materias, tum facultates nominant, nec apertum est quod dicunt, nec uerum, nec etiam scitæ congruens eorum, qui se fugitare profitentur, quæ a dogmaticis opinionibus (hypolepsis uocant) proficiscitur, indicationem. Sufficere namq; aiunt sibi apparentes communitates. At qui excedentibus corporis meatibus ex statu naturali in statum præter naturam, in proprietate excedendi existere quædam pathæ, ea dogmatica hypolepsis est. Sequitur uero ad hanc quædam esse facultates, eiusmodi *παθῶν* metasyncriticæ, uidelicet [ quæ commutent meatuum alienam a natura confusione: ] nam sic usurpant nomina Thessali sequaces: atque ad ea quæ diutina fluxione uexantur, facultates eiusmodi adhibent, cum nec monstrant meatuum alterationes in talibus prouenire affectibus, neq; quod hæc medicamenta transmutare (nam ita uerbo *ἡ μεταστροφὴ*) uariatium meatuum

† ἀποσπαστικὴ  
διπλοσπαστικὴ  
μετασπαστικὴ  
ἡ μεταστροφὴ  
ὡς ἀποσπαστικὴ  
ἡ μεταστροφὴ

A meatuum statum possunt, demonstrare, ualeant. Nam, per Deos immortales, cur obsecro napy, thapsia, pyrethrum, capparis radix, & absolute quæcunque urere possunt, si diutius corpori in hæreat, meatuum statum commutant? Nam quod partes quæ tentantur aliud fluxione, ab hoc genus medicamentis inuenitur, perspicuo uidetur: at quamobrem inuenitur, naturalis speculationis problema est. Ac nos quidem dicimus earum frigidam simul atque humidam esse temperiem, ac proinde poscere medicamenta, quæ simul & exalfaciant & deficcant. Atque alij aliam causam proferent, pro opinione nimirum, quam conceperunt de corporis elementis. Nec tamen usurpanti conuenit metasyncriticos uocabulum a quoquam alterius sectæ, præterquam eorum qui animantium corpora & existimant & appellantur syn crinata, seu confusions ex corpusculis insecabilibus, minimisque, & partitionis expertibus, ac similibus: quanquã nec istis omnibus, sed sjs duntaxat, qui, uti Thessalus in Cranone, meatuum alterationi id genus morbos a scribunt. Non enim qua methodicus est Thessalus id dicit. (siquidem ubi tanquam methodicus differit, illic ab obscurorum recedit indicatione,) sed qua dogmaticus, scilicet ab iisdem quæ Asclepiades ponit elementis exortus, ceterum haud ubique sequens. Sed nunc tempus non est super talibus prolixius differere. Nam quædam curandi methodo magis sunt propria, quædam uero in opere de Thessalonis & Thessali secta exactius exprimentur. Tempus itaque nunc est, [ contra-] B tis huius libri uelis ] quiescere, si modo duo illi præterea capita adiecero: alterum superius dilatum, nempe de facultatibus contrariis: alterum ad insequentem sermonem necessarium, definiturus scilicet cuiusque tum exalfacientium, tum refrigerantium, tum exiccantium, atque humectantium medicamentorum ordinem.

Quo pacto contrarias iudicare facultates oportet.

Cap. 26.

Igitur contrarias iudicare facultates ex operibus oportet, sicut toto hoc libro sæpenumero ostendimus, dicentes quasdam facultates emplasticas, & his contrarias extergentes, tum sarctæ liberantes & infarcientes, præterea emollientes & indurantes, ac laxantes & contendentes: nam adstringentes, aut acres, aut amaras, aut acidas, aut dulces, non facultates medicamentorum, sed gustus esse qualitates monstrauimus. Itaque in his aut prorsum querenda non est contrarietas, aut non ut in facultatibus querenda. [Quantum] & in istis duplex est scopus, nempe eorum actiones, & temperatura. Actiones quidem, in densando & rarefaciendo, aut quippiam ex alto extrahendo, aut repellendo, incrassando materias, aut extenuando, aut infarcendo meatus, aut sarctæ liberando. Temperatura uero in calido, frigido, humido, & iocco: de quibus omnibus abunde in quarto libro determinatum est, monstrantibus nobis, quod adstringens terrestre sit & frigidum, acidum uero subtile frigidum, amarum autem terrestre subtile, quod uero est absque ulla insigni qualitate, frigidum aqueum. Sic acre igneum ostendimus, salsum uero terrestre calidum, nondum tamen igneum: similiter dulce calidum, sed nondum urès: quæ uero oleosa sunt, omnia aquæ sunt & æria. Secuta sane sunt temperaturas eorum & opera. Nam adstringens contrahere, constringere, densare, repellere, & incrassare, & ante hæc omnia refrigerare, exiccareque natum est: Acidum uero incidere, extenuare, diuidere, sarctæque liberare, perurgare, (*ἰσχυρὰ* *ἰσχυρὰ* Græci uocant.) citra exalfacientem. Acre uero similiter ut acidum agere quod ad extenuationem perurgationemque attinet: ceterum hoc differt, quod acidum refrigeret, acre uero exalfaciat: ad hæc quod illud repercutiat, hoc attrahat & digerat. Sic amarum quoque meatus perurgat, abstergit, extenuat, incidit humorum crassitiam absque manifesta exalfacientem: Frigidum uero aqueum incrassat, cogit, contrahit, constringit, obstupescit, atque extinguit. Porro acre extenuat, perurgat, digerit, perumpit, attrahit, & escharam sine crustam efficit. At salsum contrahit, constringit, condiendo seruat, deficcit citra apertam aut caliditatem aut frigiditatem. Dulce uero concoquit, laxat, rarefacit. Oleosum denique humectat, emollit, laxat. Facilius itaque iam erit ex modo dictis ponderantem sapores, inuenire qui temperamento, quique operibus sint contrarij.

De limitatione ac limitatione ordinis cuiusque exalfacientium, frigefacientium,

humectantium, & deficcantium.

Cap. 27.

Porro congruus iam tempus est, definitis temperamentorum & facultatum, quæ in medicamentis sunt, ordinibus hunc librum absoluerē. Igitur symmetrum medicamentum, & quod sit similis temperamenti cum eo cui adiuuetur, cum neque calefaciat, neque frige faciat, neque deficcet, neque humectet: nec calidum, nec frigidum, nec siccum, nec humidum appellare conuenit. Quod uero aut calidius, aut humidius, aut frigidius, aut siccius est, a uicinate seu excedente cognominatur facultate. Porro per unumquemque excessum quatuor posuisse ordines, quod ad usum spectat, sufficit: calidum quidem nominantes primi ordinis, quod nos exalfacit, non tamen euidenter, uerum ut opus sit in super aliqua demonstratione rationali: sic frigidum, humidum, & sic cum, quod demonstrationem requirit etiam, nondum actionem euidentem adeptum. Quæ uero manifeste aut calefacere, aut frige facere, aut humectare, aut deficcare possunt, ea secundi esse ordinis dicuntur. At quæ iam uehementer quidem, non tamen summe, tertij. Quæ autem adeo exalfacere possunt, ut escharam moliantur & urant, quartæ. Sic quoq; quæ uehementius refrigerant, adeo ut extinguant, & ipsa quartæ sunt ordinis. Ceterum nullum in uenire est quod quarto ordine deficcet, quod non etiã urat: nã quod suauiter deficcet, omnino id etiam derit. Attamen tertij ordinis exiccantem esse quippiã queat, quod nõ urat, eum omnia quæ uehementer adstringunt, ex quibus est, omphacion, rhus, alouen, balauitium, galla omphacis, in his aut ipsi quædam

Al. a. l. r. l. 7. c. 7. p. 169. D.

Al. a. l. r. l. 1. c. 13. p. 69. A.







Anchuse.

[Anchuse quadruplex species est. Quam onoclea quidem radicem habet admodum refrigerantem & desiccantem, tum adstringentem & subamaram, tum que succiat extenuandis & extergendis humoribus biliosis, corporibusq; condensandis, ceterum folia habet imbecilliora quidem radice, adstringunt tamen & ipsa, & desiccant. Porro lycoplos cognominata refrigerat & desiccant, magisq; eius radix, quam onoclea adstringit. At onochilos calidior est, & magis medicata. nam plusculum habet & gustu ipso protinus acrimonia. Hac uero etiam calidior est reliqua & parua, que & amarior, & magis etiam medicata est.] Anchuse non omnes calidem uires obtinent. Nam onoclea quam uocant, radicem habet simul adstringentem & subamaram, corporibus condensandis & modice extenuandis idoneam, tum abstergendis quoq; & abluendis biliosis salis succis. Dictam enim supra est, quod qualitas acerba uisita amaritudini ea praestare queat. Sic sane aurigini & lienosis & renum affectibus est utilis. Sed & refrigerare idonea est. Et sane cum polenta illita iuuat erysipelata: & abstergit non modo epota, sed & foris imposita. Proinde uirilignes & septas sanat cum aceto. At radiceis quidem hac opera sunt, & operum facultates quas diximus. At folia ipsius herbae radice quidem sunt imbecilliora, non tamen aliena sunt a ressecatione, & adstrictione. Itaq; etiam profluuium sanant pota cum uino. Et que lycoplos nominatur, eodem modo erysipelatis congruit, & radicem habet quam onoclea magis adstringentem. At onochili & alcibiadiæ cognominata uis magis est medicata. Nam & gustu protinus maiorem habet acrimoniam, & eos, qui a uiperis morsu sunt, admodum iuuat tum illita, tum suspensa, tum esca. Reliqua uero, nempe quarta, que parua est, & fere nomine caret ex illis sola, alcibiadio quidem persimilis est uerum & amarior, & magis medicaminosa, ac proinde ad laros lumbricos idonea, oxybaphi mensura cum hyssopo & nasturtio epota.

Agarici radix.

† Agarici radix, hoc est que truncu inuascitur, primo quidem gustu dulcis quodam modo, sed paulo post subamara apparet, & acrimoniae quandam speciem temporis spatio inducit, leuiculazq; adstrictionis. Est & consistentia laxa. Ex quibus omnibus manifestum est, siquidem que superius dicta sunt meminerimus, quod medicamentum hoc compositum est ex substantia aerea & terrea a caliditate extenuata. Porro minimum habet essentia aquea. Hac ratione & digerendi uim habet, & crassitudinem incidendi, tum in fæctus uiscerum expurgandi: proinde regio morbo laborantes sanat, eos utiq; qui sic ab infarctu iecoris laborant. Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadem facultate: tum rigores per circuitum recurrentes ex crassis aut uiscosis humoribus naos sanat. Iuuat & morsus a bestijs frigore lædentibus, aut compunctos, tum foris in affecta parte impositum, tum intro in corpus sumptum ponere drachmae unius cum uino diluto. Est & purgatorium.

Ageratum.

Ageratum facultatem digerendi habet, & leuiter quadantenus phlegmone liberandi.

Adiantum.

Adiantum in caliditate quidem & frigiditate symmetrum est, uerum desiccant, & extenuat, & digerit. Tenent caput ex alopecia glabrum capillis conuestit, & strumas & abscessus digerit, lapidesq; frangit epotum, & uiscosorum crassorumq; e pectore pulmoneq; excretionibus non mediocriter confert, & uentris profluuium sistit: non tamen ullam manifestam caliditatem affert, sicut nec frigiditatem. Verum posuerit ipsum quispian secundum hanc oppositionem & temperiem in ordine medio.

Aizoon. Semperuuium.

Aizoon utrunq; tum maius, tum minus desiccant quidem leniter, quando quidem & mediocriter adstringit omnis alterius uehementis qualitatis expers: quare in eo plus ceteris abundat essentia aquea. Ceterum non mediocriter refrigerat. Est enim ex tertio ordine, & recessu refrigerantium. Hinc etiam ad erysipelata, & herpes, & phlegmonas a fluxione natas accommodatur.

Argilops. Auena.

Argilops digerendi uim possidet, id quod ex gustu patet: leuiter enim est acris. Verum & ex eo liquet, quod phlegmonas induratas & argilops sanat.

Aera. Lolium.

Lolium desiccant & calfacit efficaciter, ut propinqua sit acris, magis quam iris: sed non est perinde ut illa subtilis essentia, uerum multum in hoc deficit. Secundum hoc ponat ipsam quispian in principio tertij ordinis exalfacientium, extremo uero secundi exiccantium.

Aegyris. Populus nigra.

Aegyris flores calidi quidem sunt in primo recessu a temperatis: at in differentia, que habetur in siccando & humectando, paulum quiddam ad siccius deflexerunt: sed & subtiliorum potius quam crassorum sunt partium. Et folia quoq; ipsius quodammodo floribus similia sunt, nisi quod ad omnia imbecilliora, minusque efficaciam. Sed & resina eius, floribus similem facultatem obtinet, atque etiam calidiorum. Porro semen tum resina, tum floribus & subtiliorum est partium, & exiccantius, non tamen admodum calidius.

Acacia.

Acacia & planta ipsa acerba est, & fructus, & succus, qui lotus quidem et imbecillior, et minus mordax

E

A. l. 2. f. 2. c. 7. Non est magis quibusdam di. græco in tralatione ueteri.

A. l. 2. t. 1. c. 80.

Et hoc in loco in Aldino cod. græco habetur hæc uerba. Agaricum compositum est ex substantia aerea, & terrea, a caliditate tenuitate, dulcitate & abstergendis, & digerendis, & facienda, & frigiditate incidendi, & frigiditate uiscerum liberandi. Quamquam nec in cod. antiquis nec in tralatione ueteris legitur. A. l. 2. t. 1. c. 80. p. 329.

A. l. 2. t. 2. c. 103.

H

Al. folia ipsa acerba sunt.

**A** mordax redditur, utpote acrimoniam quãdam in lauatione deponens. Porro si parti alicui sanæ illinatur, protinus eam & sicciorem & contractam efficiet, nullum quidem caloris sensum inuehens, sed nec frigoris admodum ualentem. Unde constat medicamen id esse frigidum & terrosolum, immixta quadam etiam essentia aquea. Et sane coniectura est non esse similem, uerum quãdam in sese disperis habere partes tenues & calidas, quæ in ipsa abluitione segregentur. Estoq; & hoc tertij ordinis exiccantium, & secundi refrigerantium, ubi quidem eorum fuerit, illorum uero primi.

Acatephe. Vrtica.

Vrtica, & huius herbe tum fructus, tum folia (nam hæc potissimum sunt usui) admodum digerentis sunt facultatis, adeo ut & phymata & parotidas sanent. Sed & quãdam flatuosum obtinent, quo & uehementer excitant, & maxime ubi eum misto semen bibitur. Porro quod non uehementer calfaciat, sed multum tenuium sit partium, testimonio est crassorum uiscosorumq; humorum ex pectore pulmoneq; educito, tum quod partes quas contingit puriant. Porro flatuosum eius, cuius esse particeps dicta est, dum coquitur, uascitur: non enim actum flatuosa est, sed facultate. Ventrem autem modice subducit ipsa durat absterione, ac ueluti tralatione, non purgatione. Et gangranosa, & canerosa, & in totis que excicari citra mordicationem postulant, ea conuenienter sanat, nimirum cum subtilium partium sit, & temperata.

Acanthos. Spina vulgaris.

Acanthos, alij quidem Melampyllum nominant, alij uero Paderota. Folia quidem mediocriter digerentem facultatem obtinent, ac radix exiccatoria est, & leuiter incisoria, & tenuium partium.

Acanthion.

Acanthion, radix huius & folia facultatis sunt tenuium partium, & exalfacientia, ut & ijs qui contumeliantur auxiliantur.

Acantho leuce. Spina alba.

Monachicos A. l. 2. t. 2. c. 82

Acãtha leuce. Hanc quidam Leucacanthion nominant: radix eius desiccatoria est, & modice adstringens. Quamobrem & callicos & dysentericos iuuat, & sanguinis reiectiones cohibet, oedemataq; illi tum contrahit, ac dentes dolentes iuuat, si decocto eius colluantur: semen tenuis essentia & calida facultatis est. Itaq; potui dari ijs, qui conuelluntur conuenit.

Acantha ægyptia.

A. l. 2. t. 2. c. 174.

Spina ægyptia, quidam Arabicam uocant: similis autem est spinæ albæ nostratæ, uerum facultate ualidius adstringente, pariter & desiccante. Itaque profluuium muliebrem radice eius iuuat, & alia, quibus auxilio est, que apud nos nascitur spina: sed efficacius tamen omnia adiuuat tum radice, tum fructus. Hic uero & columella prodest, & ijs que in sede inflata sunt: tum ulcera ad cicatricem ducit, modicere habens & non molestam adstrictionem.

Acorum.

A. l. 2. t. 2. c. 46.

Acorum. Huius utimur radice, que gustu acris est, & modice amara, odoreq; non inuacundo. Itaq; eo stat facultatis calida esse, & consistentia tenuis. Huic consentaneum est, ut urinam moueat, & lienes in duratos iuuet, tum ceratoidis crassitiam detergeat (simul) atq; extenuet: sed ad hoc melior est ipsius succus. Omnino uero siccificum esse clarum est. Et sane ordinis esto tertij in utroque, in calfaciendo scilicet & desiccando.

Aconitum, siue Pardalianches.

Aconitum, siue Pardalianches. Hoc septicæ & deleteriæ facultatis est. Itaque in cibo potuq; fugiendum: attamen ad putrefaciendum quãdam extra os & sedem aptum est: herbae autem radix ad hæc est utilis.

Aconitum, seu Lycostonum.

Dillud pardos.

Aconitum, seu Lycostonum: est & hoc similis alteri facultatis, sed peculiariter lupos interficit, sicut dillud pardos.

Acte, Sambucus, & Ebulus.

Acte, tum magna illa & arborea, tum herbacea, quæ & Camæacten Græci uocant (Latini hanc Ebulum, illam Sambucum) utraq; potentiam habet tum desiccandi, tum conglutinandi, modiceq; digerendi.

Alinum.

Alinum, hæc planta frutex est, plurimo in Cilicia præcipue procreta, ubi & germina eius recentia esstant, & reponunt quoque in postera futura usui. Semen pariter & lac planta ipsa generat, estq; gustus salis, & lubadstringentis. Ex quibus omnibus palam est ipsam esse dissimilarem. Maior autem pars eius calida est temperate, cum humiditate in confecta, & leuiter flatuosa.

Aloe.

Aloe. Hæc herba non admodum apud nos prouenit: & que nascitur in magna Syria, aquosior est, & facultatis imbecillioris: attamen usque adeo desiccare potest, ut uulnera glutinet. At in regionibus calidioribus, qualis est Cælosyria, & Arabia, multo est melior. Optima autem Indica cuius liquor est id quod ad nos importatur cognominatum Aloe, medicamentum ad plurimas res propter exiccationem mordicationis expertem utile. Est autem non simplicis naturæ, sed, ut est iudicio gustus, adstringit simul & amara est: adstringit quidem modice, sed fortiter amara est. Subducit & uentrem, utputa ex numero medicamentorum, que Græci ab excicando stercore uocant.

QUINTA CLASSIS.

Itaque

Itaque ex dictis patet, (siquidem memoria tenemus quæ in quarto libro sunt demonstrata,) quod tertij est ordinis exiccantium, calfacientium autem aut primi intensi, aut secundi remissi. Sed & ipsius facultatis misteriam attestantur particularia eius opera. Nam & gratum stomacho medicamentum est, ut si quid aliud: & sinus glutinat. Sanat & ulcera quæ ægre ad cicatricem duci possunt, & maxime quæ in ano sunt & pudendo. Lutat & eorum phlegmonas aqua subacta, & uulnera eundem admodum glutinat. Congruit similiter urenti & ad phlegmonas in ore, ac naribus & oculis. In summa, repellere & digerere simul, potest cum hoc ut paulum extergeat, quantum uidelicet ulceribus puris non sit molestum.

*Alysson.*

Alysson, Nuncupata est hæc herba alysson, quod mirifice inueteratos a cane rabido. Sed & rabij tunc quoque data sola sæpe in totum sanant; atque hoc ex totius substantiæ similitudine efficit. Dictumque prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & plane nulla constare methodo. Quod si quis ad multa experiat, cognoscat facultatem habere mediocriter siccificam, & digerentem, cum hoc ut absterforium non nihil etiam obtineat. Hac ratione & uiriliginem & ephelin expurgat.

*Alfina. Auricula muris.*

Alfina, aut Myosota. Similem hæc facultatem Helixine obtinet; nempe refrigerantem & humectantem: est enim essentia aquea, frigida; quare & circa adstrictionem refrigerat. Quocirca ad feruētes phlegmonas & mediocria erysipelata competit.

*Amaraco. Maiorana.*

Amaraco exalfacit non infrenue, non ualde autem desiccatur, sed in caliditate quidem tertij est ordinis in siccitate uero secundi.

*Ambrosia.*

Ambrosia illita uim habet adstringentem, ac repellentem.

*Ami.*

Ami. Herbae quam uocant Ami, semen maxime est utile: facultatis est exalfactoria: & desiccatorig tenuiumque partium. Sed & gustu subamarum est, & acre: & clarum est, quod & digeratur, & urinam moueat. Fuit ita in calfaciendo resiccandoque ex ordine tertio intenso.

*Amarantum.*

Amarantum facultatis est incidentis & extenuantis: coma igitur eius mensis cum uino pota educit. Sed & grumos sanguinis liquare creditur, non solum in uentre, sed & in uesica: Sed tunc potius cum melle bibenda. Et omnes simpliciter fluxiones pota desiccatur, stomacho infesta.

*Amorce. Amara.*

Amorce terrestris est substantia, calida, non tamen tantum possidet caliditatis ut palam mordicat. Quod si coquatur quoque, multo etiam magis terrosa redditur: & fuerit sane ex secundo ordine exalfacientium, & siccantium intenso quodammodo magis. Sic & ulcera corporum temperatura siccorum curat: quæ uero in alijs omnibus sunt, exasperat. Si quidem contendit perinde ut resina, & pix sicca, & bitumen. Quæ & ipsa in corporibus admodum duris, quæ uulnus habent aut sinum, glutinatoria sunt: alia uero omnia contendunt atque irritant.

*Ampeloprasum.*

Ampeloprasum. Si inter allium & prason, hoc est porrum, medium quiddam concipias, facultatem ampeloprasum inuenies. Est enim agreste, ut sic dicam, porrum: quamobrem & acius eo & siccus est, sicut agrestia omnia reliqua hortensibus, ac proinde stomacho quam illud nocentius: sed & crassos & lētos humores potentius incidit, ualentiusque infarcta organa, obstructione liberat. Hac quoque ratione urinas & menstrua sæpe prouocauit, ubi a crassis & lenis retinebantur humoribus. Adeo uero est calidum ut illi tum cataplasmatibus modo exulceret. Dictum est autem retro, quod quæ eum in modum sunt calida, extremi sint ordinis.

*Ampelos agria. Vitis agrestis.*

Vitis agrestis racemi extergendi uim habent, ut ephelis, & neuos, & id genus omnia in extrema cute existentia curare possint. Sed & adstrictionem quandam extrema germina (diphysos Græci uocant) obtinent, quæ & sale conditi affolent.

*Ampelos hemeros. Vitis satina & culta.*

Vitis cultæ ad similes facultas est agrestis, sed ad omnia imbecillior.

*Ampelos leuce. Vitis alba.*

Ampell leuces, quam & bryoniam & psilothrum uocant, prima quidem germina ab omnibus pro more edidit solent, utpote edulium stomacho propter adstrictionem acceptum, sed & subamaram & modice acrem adstrictionem possident: quare & urinam modice cient: At radix & abstergentem, & desiccantem & rennium partium uim habet, & moderate calidam: quæ obrem & lienes induratos liquat tum epota, tum foris cum sicibus imposita: & psoram & lepram sanat. Porro fructus eius, racemi speciem præferens, ijs qui coria deplacent, est utilis.

*Ampelos melena. Vitis nigra.*

Vitis nigra uocatur autem hæc proprie bryonia, supra dicta tamē ad omnia similis, nisi quæ imbecillior.

*Amygdala**Amygdala.*

Amygdala, quæ quidem palam amara sunt, omnino extenuandi uim possident, quod & qualitas ipsa indicat, & experientia comprobatur. Ac de amara quidem qualitate in quarto horum commentationum proditum est. Ceterum duo experientia exempla proponi satis est, unde uim eorum possis discere. Si quidem ephelin expurgant, & excretionibus ex pectore pulmonesque crassorum lentorumque humorum impendio conferunt. Porro ita ostensa sunt genere quidem attenuantis, specie uero extergentis esse facultatis. Quin & quod per accidens facultatem item habeant ab obstructione liberandi, & ipsum supra demonstratum est. Sed & experientia monstrat. Nam in iecore crassorum uiscosorumque humorum in extremis uasis impactorum obstructiones, abunde expurgant expeditaque. Quin & laterum dolores ab huiusmodi causa natos, & lienis, & coli, & renum sanant. Porro & ipsa arbor similem fortia uim est. Nam huius radices coctæ atque illitæ ephelis purgant. Quorquor uero sunt amygdala dulcia, & ipsa lenicillam amaritudinem possident, quæ tamen dulcedine superante occultatur: ceterum id temporis spatium clarum fit. Demonstratum autem retro est facultatem dulcē moderate esse calidam.

*Ammoniacum.*

Ammoniacum, opus sive liquor est ferulæ cuiusdam: hoc habet emolliendi facultatem intensam, adeo ut & articularum topbos dissoluat, & lienes induratos sanat, & chceradas per halitum digerat.

*Amomum.*

Amomum acoro similem facultatem obtinet, nisi quod acorum siccus sit, maiore autem quadantenus concoquendi facultate amomum.

*Anagallis.*

Anagallis utraque, tum ea quæ coeruleum habet florē, tum ea quæ purpureum, admodum extergentis sunt facultatis. Habent uero non nihil etiam caloris, & quandam trahendi facultatem, adeo ut & infixa corpori extirpant. Succus earum ex naribus purgat eadem de causa. In summa autem desiccandi uim habent circa mordicationem: quam obrem & uulnera glutinant, & putrida adiuuant.

*Anagyris.*

Anagyris frutex est grauiter oleus, acris, & digerentis, exalfacientisque facultatis. Sed folia etiam nunquam uidentur, cum propter humiditatis admisionem minus sint acris, idcirco tumētia reprimunt: at resiccata incidentis sunt exiccantisque ualenter facultatis. Similem fere facultatem habet radice eius cortex. Semen autem magis subtilium est partium. Sed & uomitum prouocat.

*Androsamum.*

Androsamum planta fruticosa, natura duplex: unum enim ascyron, & ascyroides nuncupatum est, species hyperici. Alterum uero a quibusdam dionysias appellatur. Est autem fructus eorum purgatorius. Foliorum uero facultas modice extergens & desiccans, ut & ambusta curare credantur. Ceterum in uino austero decocta uinum ipsum uulnerum grandium glutinatorium efficiunt.

*Androsaces.*

Androsaces, amara & acris herba. Potest autem resiccata ebibataque tum ipsa, tum fructus eius magno opere urinam prouocare, & nimirum etiam digerere, & desiccare.

*Andrachne. Portulaca.*

Andrachne frigida & aqua temperie est, pauca particeps austeritatis, proinde fluxiones repellit, & maxime biliosas & calidas: cum eo quod eas muret, & in qualitate alteret, magno opere refrigerat. Et fuerit sane in refrigerandi quidē facultate tertij excessus a temperatis ac medijs, in humectandi uero secundi. Hac ratione & astuantes, ut si quid aliud, adiuuat tum uentris osculo imposita, tum totis hypochondrijs, maxime in febribus hecticis. Præterea dentium stuporem sanat, nempe quæ ab acidorum contractu asperè exiccata fuerant leniens, atque replens, utpote cum uiscosam habeat humiditatem: Similiter uero & succus eius. Itaque non foris modo impositus, sed eporus quoque refrigerat. Hoc sane & tota herba comesta accidit. Quoniam autem subadstringit, utiliter dyntericis edidit, & muliebri profluio, & sanguinis recedentibus. Sed ad hæc quidem multo est, quam herba, succus ipsius efficacior.

*Anemone.*

Anemone omnes acres & extrahendi, & attrahendi, & ora uasorum referandi facultatem obtinent. Itaque radix commanisa priuam euocat, & succus ex naribus purgat, & oculos cicatrices exrenuat. Insuper sordida ulcera ancimonæ expurgant, & lepras detrahunt, mentesque apposite eliciunt, & lac trahunt.

*Anethum.*

Anethum adeo exalfacit, ut habendum sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exiccantium uero ordinis est secundi incipientis, aut priui finientis. Itaque merito in oleo decoctum digerit, dolorem sedat, somnum conciliat, & crudos & incoctos tumores concoquit. Est enim ex eo oleum, cuius propinqua sit temperies pus mouentibus, & concoquentibus uocatis medicamentis, nisi quatenus paulo illis tum calidius, tum subtilius est, ac proinde digerens. Vltimum autem tertij ordinis tum exalfacientium, tum desiccantium sit, & proinde uiscibus nimis humidis mollioribusque inspersum prouocet, potissimum ijs quæ in pudendis consistunt: at quæ in præputio sunt inueterata, ea probe cicatrice includit. Ceterum uiride adhuc & succulentum humidius est scilicet, & minus calidum: itaque magis





*Anaphaxys. Atriplex.*

Atriplex humida & frigida temperie est, humida quidem secundum ordinem a medijs, frigida uero primis, quam utiq; tepidam esse caliditate posuimus, cuiusmodi rosas inest non tamen adstrictionis est participans, sed aqua est, & minimum terrena, quemadmodum malua. Quin & uentrem celeriter permeat, ut illa, ob lubricitatem. Porro paululum omnino eius est, quod digerendi obtineri potentiam. Hortenses autem atriplex & malua, quam agrestes tum humidiores sunt, tum frigidiores. Proinde phlegmonis & phygethils incipientibus, glistentibusq; & emollibus etiamnum, ac uelut feruentibus horrentes, nigētibus autem, & declinantibus, ac indurtescentibus commodiores sunt agrestes. Semen eius abstergendi uim habet, itaque ad auriginem ex\* piteat infarctum prognatam utilis est.

*Aphace.*

Aphace uim habet adstringendi, sicut & ipsa lenticula ( *oδύνη* Græci uocant. ) Sed & similiter ut lenticula eduli solet, ceterum aequus quam illa cōcoquitur, ualentius autem desiccatur, & moderati caloris est.

*Abfynthium.*

Abfynthium adstrictorium, & amarum, & acrem simul qualitates possidet, excafaciens pariter & extergens, & roborans & desiccans: proinde biliosos uentris humores per egestionem inferna propellit, ac per urinas euacuat. Magis autem quod in uenis est biliosum, per urinas expurgat. Ob hæc contenta in uentre pituitam nihil adiuuat sumptum: sic sane si in thorace aut pulmone contineatur. Nam adstringens in eo facultas, quam amara, ualentior est. Porro quod in sit quoque acrimonia, idcirco maiori portione calidum est quam frigidum. At si opus est generatim comprehensam eius temperiem secundum primas circumscribere facultates, (et si anomæ omnes & dissimilare sit, ) calidum ipsum dixerim primis excessus, siccum tertij. Succus autem eius longe quam herba ipsa calidior est.

BALANOS MYREPSICA. GLANS VNGUENTARIA.

**B**alanus myrepica, hoc est glans unguentaria, adfertur ex barbarica regione. Utuntur unguentarij carnis eius succo, qui facultate calidus est. Reliquæ autem, unde expressus est succus, terrestres scilicet & duræ, uicentem habent qualitatem amaram. Sed & admixta est quedam adstrictio. Proinde extergentem simul & incidentem, contrahentemque, & stipantem effectum possident. Itaq; ad iorthos, lentes, ephelin, & pruritam, deinde & ad psoram, & lepram conueniunt. Verum enim uero & lienes liquant securque indurtescentia. Quod si quis carnem eius drachmæ pondere cum melicrato bibat, medici camen experientur vomitorium. Saepè etiam per infernam aluum largiter subducit. Itaque cum hoc medicamento utuntur ad ulcerum expurgationem, & maxime iocinoris lienisque, ex oxycrato ipsum exhibere consueuimus. Gaudet uero uel maxime alioqui aceto ad actiones extrinsecas. Adeo enim efficacis efficitur, ut & psoras, & lepras extergeat, & multo etiam magis quæ his sunt inuiciora, lentes, uilitigiam, ionthos, ephelin exanthemata, achoras, tum ulcerosa, & quæ crassi sunt succi omnia. Sed & cicatricibus decoquem affert. Porro quod cum illinenda est leni, præter admixtam esse farinam quamplurimam exiccantium, cuiusmodi est erui ac lolij farina, id iam potius ad componendorum medicaminum tractationem, haudquaquam ad præsens institutum pertinet, sed & in paratu facilibus ipsum dicitur. Verum in præsens sufficit abstergentem & incidentem cum adstrictione quamplurimam propositi medicaminis dixerim facultatem, ac sic ad aliud transgredi, cortex tamen eius admodum adstringit. Itaq; & hunc quoq; possis tibi ualidè usus est adstrictionis, ac commodare.

*Balsamum.*

Balsamum desiccatur & excafacit secundo excessu: est autem & tenuium partium, adeo ut odoratum sit. Sed liquor eius subtiliorum etiam partium est quam ipsa planta, non tamen adeo calidus, ut quidam existimant tenuitate partium falsi. Porro fructus eius per similes genere facultatis est, ceterum longe in subtilitate partium inferior.

*Balaustium.*

**B**alaustium flos est agrestis punice, sicut domesticarum cytinus. Valenter gustum adstringit: & sane desiccantis & refrigerantis facultatis est, & nimirum etiam crassæ essentia, si quidem memores sumus eorum que in quarto horum commentariorum sunt prodita, ubi ostendimus omne adstringens terrestre esse frigidum. Aliarum autem qualitarum nullius præ se fert indicium. Proinde ipsum quis censet sit uere & exicare & refrigerare. Siquidem non perperam in quarto horum uoluminum terreis frigidis corporibus adstringentem inesse qualitatem demonstratum est. Sane uero & euentus ipse comprobatur. Nam si intertriginibus & alijs ulceribus ipsum illinas, celerissime illa uidebitur cicatricem contrahere. Hoc sane non uidebitur & ad sanguinem reijcetes, & ad dysenteriam, tum ad uentris ueriq; profusa uia non est quispiam medicorum, qui curandi tractatus conscribere, qui hoc non utatur medicamento.

*Batus. Rubus.*

**R**ubi folia, germina, flos, fructus, & radix qualitate adstringente participant, eaq; non obscura, sed hoc inter se differunt, quod folia ac præcipue mollia & recens nata plurimum in se habeant substantia aquæ, paucum uero adstrictionis: eadem ratione & germina. Itaque si mandantur, aphthas & alia oris ulcera sanant. Quin & alia uulnera glutinare ualent. Est enim eorum temperies & ex terrea frigida essentia, & aqua tepida. At fructus, si quidem maturus fuerit, non parum habet succi calidi temperati

**A**perari, qui dulcis est, uti monstrauimus. Itaque ob hoc & ob modicam adstrictionem esui non insuauis est. At immaturus a frigida substantia terrea uincitur, ac proinde acerbus est & ualde exiccatorius. Et sane uterque scatus reconditur ualidius quam recens desiccans. Sed & flos eandem uim fructui immaturo possidet: utraque ad dysenterias, & uentris profuuium, & atonias. i. imbecillitates, & sanguinis expuitionem idonea remedia. Porro radix præter adstrictionem non paucam habet substantiam in se reuicem, per quam & lapides renum comminuit.

*Batrachium.*

**B**atrachium quatuor habet speciatim differentias. Omnia uero uehementer acrem qualitatem possident, adeo ut cum dolore exulcerent: hæc ratione si moderate ac conuenienter utare, psoras & lepras excoriant, & unguis diuelliunt, tum leprosis stigmata digerunt, & acrochordonas & myrmecias detrahunt. Quin & alopecias iuuant paucis tempore admota. Nam si diutius inhæreant, non excoriantur solum ipsa cutis, sed & in crustam uritur. Atque hæc omnia caulis & foliorum sunt opera, si imponas uretia. Porro radix aefacta sternutationem prouocat, similiter alijs omnibus quæ ualenter desiccant. Sed & dentes dolentes iuuat, ut & frangat eos, ualenti scilicet exiccatione: & ut semel dicam, calida & sicca ualde est tum radix, tum uniuersa adeo herba.

*Bdellium.*

**B**dellium, quod scythicum nominant, quod sane & atrius est, & resinofum magis, emollientis admotum & efficacis uirtutis est. At alterum, nempe arabicum, quod dilucidius est, magis desiccatur quam emollientia. Igitur recens & humidum est, & confusum facile mollescit, ad omnia ad quæ scythicum, idoneum. At quod antiquius est, & admodum gustu amarum, & acre, & siccum, ab eorum, quæ indurata molliunt, mediocritate excidit. Utuntur autem quidam illis, & potissimum arabico, & ad bronchoecias, & hydrocelas, salua maturina ieiunaque subigentes, ut emplastri consistentiam accipiant. Porro arabicum & calculos renum in potu sumptum fragere apparet, cum urinas ciere, & crudorum statuum discursus, præterea laterum dolores & rupturas persumare.

*Bechium. Tussilago.*

**B**echium inde adeo nuncupatum est, quod bechas, hoc est tusses & orthopnoeas iuuare sit creditum, si quis folia arida aut radicem in prunis urens ascendentem inde fuliginem inspiratu attrahat. Est autem modice acris, ut sine molestia noxam omnes thoracis abscessus credita sit rumpere. Sane folia uictricia partes cruda phlegmone obsessas illitu extrinsecus adiuuant, nempe ob aquæ humiditatis admisionem, qua omnia uiridia teneraq; participant, alia plus, alia minus. Nam sicca bechij folia acriora sunt, quam ut phlegmonis conueniant.

*Blitum.*

A. l. 1. c. 1. c.

**B**litum holus est esculentum, humidæ frigidaque temperaturæ, in secundo maxime excessu a temperatis.

*Bulbus fatuus.*

**B**ulbus esculentus quidem frigidior & crassior lentumque succum procreat. Nam & cocti difficilis est, & stauosus, & uenerem prouocans. Attamen illitus ob amaritatem simul & adstrictionem abstergit simul & glutinat, & nimirum etiam exicat. Est enim ostensum amaritudinem in extergentibus esse substantijs, adstrictionem uero in glutinantibus. At siccitas utranque consequitur.

*Bulbus uomitorius.*

**B**ulbus uomitorius multo est calidioris temperaturæ, quam superior.

*Bubonium.*

A. l. 1. c. 1. c. 436.

**B**ubonium, aut Aster articus, nuncupatum est ita, quia creditum est bubonas sanare tum illitum, tum inguini adalligatum. Est autem mediocriter digerentis facultatis, quia uidelicet & modice calidum est nec uehementer, nec ita desiccatur, ut contendant, maxime cum etiamnum molle ac recens fuerit.

*Buglossum.*

**B**uglossum humidæ calidaque temperiei est. Itaque nimis iniectum letitia ac hilaritatis causa esse creditum est. Sed & ijs qui ob supremi gutturis, (pharynga Græci uocant) asperitatem tussiant, coctum in melicrato conuenit.

*Bunium.*

\*Al. Arcticon.

**B**unium, alij\* Arcticon, adeo excafacit, ut & urinam moueat, & menses prouocet: sed & pseudobunium ad similes illi caliditatis est.

*Bupthalmum.*

**B**upthalmum sic appellatum est a floribus, qui figura quidem bouum oculis uideantur ad similes, colore autem anthemidis floribus simillimi sunt, sed multo tum maiores, tum acriores: proinde & uehementius digerunt adeo ut & duritias sanent cerato misti.

*Brathy. Sabina.*

A. l. 1. c. 1. c. 5

**S**abina ex numero est fortiter exiccantium, idque secundum tres qualitates, quas in gustu præ se fert, similiter ut cupressus, nisi quod ea & acrior est, & ut sic dixerim, magis aromatica, seu odorator. Igitur huius quam modo dixi qualitatis est participans, nempe acrimonia consistentis in temperamento calido, præterea amaritudinis, & adstrictionis obscurioris quam in cupresso. Quam n. p. cupressum su-

perat in acrimonia, tantum ab ipso superatur in adstrictione. Quo manifestum est quod omnino calidior est cupressus, & ob id etiam potentius digerit. Itaque glutinare nequit vulnera ob siccitatis & caliditatis robur. Nam illi tantum utriusque inest, ut etiam contendant, & inflammationem afferat. At putredinibus similiter ut cupressus accommodari potest, maxime ubi rebelliores fuerint & diuturniores. Nam hæc circa noxam uim medicamenti perferunt. Quin & quæ atra sunt reddita, & admodum sordida ea cum melle expurgat. Carbunculos item soluit. Porro essentia tenuitate menses quoque protocat, ut siquid aliud: & sanguinem per urinas mouet. Foetum etiam uenerem interficit, & mortuum educit. Eilo autem hoc medicamen tertij ordinis tum excofacientium, tum desiccantium, ex numero eorum quæ uel maxime tenuium sunt partium. Et hoc utique nomine unguentis inditur, & maxime glucino, & in multas antidotos iniicitur. Quidam uero etiam cinnamomi uisce duplum eius subiiciunt. Est enim extenuandi & digerendi facultatis, si epotum fuerit.

*Bretanica.*

Bretanica herba folia adstringentia sunt, & uulnerum glutinatoria, similia agrestium lapathorum folijs, nisi quatenus aciora sunt, magisque hirta. Sed & expressus ex illis succus perinde natus est adstringentiaque coctum quidam reponunt tanquam inter stomatica medicamenta efficacissimum. Videtur enim sanare iam etiam putrescentia.

*Bromus.*

Bromus unum est ex leguminibus, uerum ut medicamentum similem hordeo uim obtinet. Nam illud desiccatur & digerit mediocriter, & sine morfu. Temperiem autem habet paulo frigidior. Non nihil etiam adstrictionis obtinet, ut uentris profluuium iuuat.

*Bryon thalation. Alga.*

Bryon thalation compositum est ex terrena & aquea essentia, utraque frigida. Siquidem & gustum adstringit, & calidis quibuslibet illitum, ea euidenter refrigerat & adiuuat.

*Bryon aut Splanchnon. Muscus.*

Bryon, quidam uero Splanchnon. Inuenitur autem in quercubus, & piceis, & populis albis, uim habet adstringentem inualidam. Nec enim multum est frigidum, sed proxime ferme medijs, quia uidelicet & digerendi & molliendi facultatis est particeps, maxime quod in cedrinis lignis reperitur.

## GALIEYUM.

**G**Allium inde adeo nomen sortitum est suum, quod lac coagulet. Ad simile autem est aparinx, facultatem obtinens excofacientiam & subacrem: flos eius sanguinis profluuijs competere uidetur, & combustis mederi. Est autem boni odoris, & coloris lutei.

*Gentiana.*

Gentiana. Huius herbae radix multum est efficax, cum opus est extenuatione, purgatione, absterfione obstructionis liberatione: nec mirum si hæc possit, cum impense sit amara.

*Gigarta, siue acinorum uuae nuclei.*

Acinorum uuae nuclei ex secundo ordine sunt excofacientium, refrigerantium uero primo. Substantia eorum crassa est & terrena: cui gustus indicio est, nimirum cum acerbi appareant. Quin & experientia comprobatur. Nam omnibus uentris cum profluuiio iunctis affectibus impendio conterunt.

*Gingidium.*

Gingidium, sicut gustu amaritatem & adstrictionem præfert, sic temperie quoque ipsa caliditatem & frigiditatem. Secundum utranque uero qualitatem desiccatorium est. Sed enim stomacho amicum est, utpote non paruam obtinens adstrictionem. Quamobrem non admodum conspicuam caliditatem possidet: duobus autem numeris desiccatur.

*Glancium.*

Glancium adstringit cum quodam saludio. Tum adeo manifeste refrigerat, ut solum sæpe erysipela, utriusque si ualentia non fuerint, curare possit. Mistura eius composita est ex aquea terreaque substantia: Hæc utraque sane frigida, uerum non summe, sed ceu aqua fontana.

*Glaux.*

Glaux herba. & ipsa lactis generandi uim obtinere uidetur. Quod si sit, calida quodammodo humidatque fuerit.

*Güchon, Pulegium.*

Pulegium. Et hæc herba, quandoquidem acris & subamara est, ualde tum excofacit, tum extenuat. Porro quod excofaciat, abunde magnum est testimonium, quod illita rubrificat: & si quis diutius tulerit, exulcerat quoque. Quod uero extenuet, satis indicat, cum humida, crassa & lenta ex thorace & pulmone excreta facilia faciat, mensesque moueat.

*Glaeos, Strigmenta balnearum.*

Glaeos modice emolliendi uim obtinet.

*Glycyrrhiza, Dulcis radix.*

Glycyrrhiza. Huius fructus radicem succus in primis utilis est, similiter ut eius radices, dulcis simulque leuiter adstringens. Proinde asperitates lenire potest, nec modo in arteria, uerum etiam uesica scabra, idque temperaturæ mediocritate. Quocirca fuerit sane natura eius familiaris nostræ temperaturæ: nam tale monstratum est esse dulce: sed cum adstrictio quedam adiuncta sit, uniuersum eius temperamentum quantum

**A** quantum ex caliditate & adstrictione est, tepida potissimum caliditatis fuerit, quam proxime accedens ad symmetricum siue temperatum. Porro quoniam temperie quoque est humidum id quod modice est dulce, iure sane etiam in congruens medicamentum est, nimirum modice humidum, simul & humana natura frigidius. Refert Dioscorides radicem siccam ad leuorem redactam, pterygiorum seu unguium oculorum idoneum esse illius remedium.

*Glycyfida. Pæonia.*

A. l. 2. c. 2. c. 367.

Glycyfida, quam pectorobon & pæoniam nuncupant, radicem habet leuiter adstringentem cum quadam dulcedine: ac si plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamaram sabsesse percipies. Proinde menses ciet ex meliorato amygdali pota quantitate. Sane tundere eam necesse est: ac ita cribratam inspergere. Expurgat porro etiam icterum obstructum, & renes: sed hæc efficere natura est, qua acris & subamara est: qua uero quiddam etiam adstrictorium obtinet, in uentre proueniens fluxiones sistere potest. Ceterum eam tunc in austerorum uinorum quopiam decoctam potare conuenit. Est porro omnino & resiccatoria. Eapropter haud desperauerim eam ex collo pueris suspensam merito comitalem morbum sanare. Equidem uidi puellum quandoque octo totis mensibus morbo comitiali liberum, ex quo hanc radicem gestauit, ac postea forte fortuna cum, quod a collo suspensum erat, decidisset, protinus de uo conuulsione correptum, rursusque suspensum in locum illius alto inculpate postea egisse. Porro uisum est mihi fatius esse rursus id collo detrahere, certioris experientia gratia: id cum fecissem, ac puer iterum esset conuulsus, magnam recentis radicis partem ex collo eius suspendimus, ac deinceps prorsum sanus effectus est puer, nec postea conuulsus est. Rationabile itaque erat aut partes quaspiam a radice defluentes, ac deinde per inspirationem attractas, affectos ita locos curare: aut aerem a radice assidue mutari & alterari. Nam hoc pacto succus cyrenæicus columellam phlegmone affectam iuuat, & melanthium frictum palam catarithos & coryzas desiccatur, si quis id in calidum linteam rarum liget, assidueque calorem ex eo per inspirationem in nares attrahat. Quin etiam si compluribus linis, & maxime marinæ purpuræ, collo uiperæ iniectis, illis uiperam præfoces: eaque postea cuiuspiam collo obuincias, rursusque protulerit tum paristhmij, tum omnibus ijs quæ in collo expululant. Sane de talibus priuatim aliquando forte conscribam. Ac nunc pæoniæ cognoscendum temperamentum est tum excofacientium, tum subtilium esse partium, haud tamen insigniter calidum, sed aut symmetricum, aut pauxillo calidius.

A. l. 3. f. 1. c. 5. c. 1. p. 389. A

*Gnaphalium.*

**G**naphalium inde adeo nominatum est, quod folijs eius mollibus pro tomento utantur. Sunt autem candida, & modice adstringunt, ac proinde quidam id exhibent ex austerorum uinorum quopiam dysentericis.

*Gongilis. Rapum.*

Gongilidis semen uenerem excitat, utpote spiritum flatuosum procreans. Sic & radix coctu difficilis est, inflatque, & semen generat.

## DAMASONIUM. ALISMA.

A. l. 2. c. 2. c. 345.

**D**amasonium, aut Alisma. De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides, quod radix eius epota dysenterias sanat, & aluum listat, atque oedemata mitiget. Sed nos ea quidem experti non sumus: quod autem constitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit, pota comminuat, id certe experti sumus. Ex quo liquet quod absterforiam quandam facultatem obtinet.

*Daucus. Staphylinus.*

Hæc habet &amp; Orb. 15. col. 167.

[Daucus, quem quidam etiam staphylinum nuncupant, agrestis quidem domesticus minus est esui idoneus, ceterum in omnibus uehementior: ac domesticus esui aptior, sed imbecillior: acrem, & calefaciendi facultatem obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Certe radix præter iam comprehensa flatuosum quiddam obinet ac uenerem. Semen autem domestici quidem & ipsum quandam ad uenerem faciendi potentiam possidet, agrestis uero planæ flatu caret, quod *ἄπυρον* uocant: ac proinde urinam mensesque ciet.]

*Dauci semen.*

Dauci herbae semen excofaciendi uehementer facultatem habet, adeo ut inter prima efficax sit tum urinæ mouenda medicamen, tum mensibus prouocandis. Multum etiam digerere per halitum foris impositum ualet. Ipsa uero herba similem quidem uim obtinet, tamē semine infirmiore, nimirum ob aqueæ humiditatis misturam, quamquam utique & ipsa calida sit temperie.

*Daphne arbor. Laurus.*

Lauri arboris & folia & fructus desiccant & calefaciunt uehementer, plusque etiam fructus quam folia. At radicis cortex minus quidem acris est & calidus, plus tamen amarus, habetque etiam adstrictionem non nihil. Quamobrem & calculos confringit, & lecori prodest: bibitur ex uino fragrante trium obolorum pondere.

*Daphne herba. Chamædaphne.*

Daphnes herba, quam & daphnen Alexandrinam appellant, temperatura euidenter est calida, & gustantibus acris simul est & subamara, potaque tum urinas, tum menses prolicit. Porro chamædaphnes germina



germina tenera edi quoque assolent. Est autem perumilis uiribus daphnae Alexandrinae, sicut sane & E quod daphnoides nuncupant.

*Dictamnun.*

Dictamnun tenuiore essentia constat quam pulegium, cetera illi simile. At quod uocant pseudodi ctamnun, ad omnia imbecillius dictamno est.

*Dipsacos.*

Dipsaci spinæ radix ex secundo ordine exiccatoria est, habetq; non nihil & absterforium.

*Doryenium.*

Doryenium temperamento papaueri simile est, & mandragoræ, ac ceteris, quæ parem habent resfri gerendi potentiam: excellit & frigiditate aquea: quamobrem patulculum quidem, soporem cõciliat, plulculum uero sumptum interimit.

*Dracontium. Dracunculus.*

Dracontium quiddam Aro persimile obtinet tum folijs, tum radice, ceterum illo tum acrius est, tum amari: ac proinde callfactorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiam leuculam quandam adstrictionem, quæ quandoquidem cum comprehensis duabus qualitatibus, acris scilicet & amara con iuncta est, medicamentum factum est, ut quæ maxime, efficax. Nam radix uiscera omnia expurgat, crassos potissimum & lentos succos extenuans: optimumq; remedium est cõrunacium ulcerum, quæ nuncupant. Expurgat quoque extergere profecto strenue tum alia, quæ extensionem deside rant, tum uiriliginem cum aceto. Tum folia item, utpote similem facultatem habentia, ulcibus uul neribusq; recens insidit accõmoda sunt, & quanto minus fuerint sicca, tanto magis conglutinant. Nam quæ succiora sunt, uiribus sunt acrioribus, quam ut uulneribus conueniant. Creditum quoq; est caleum humidum, si illis foris reclus reponatur, ob temperaturæ illorum siccitatem a putredine con seruari. Fructus ualentior est non folijs tantum, sed & radice: itaque & caneros & polypodas eliqua re aeditus est. Succus quoque eius uitia oculorum expurgat.

*Dryopteris. Filicula.*

Dryopteris gustu mistam qualitatem præfert, dulcem, acrem, subamarâ: in radice uerò item acer bam. Facultatem habet septicam: proinde etiam pilis glabram cutem efficit.

*Drys. Quercus, siue Robur.*

Quercus partes omnes adstringentis qualitates participes sunt. Sed plas tamen habet quæ in rum ci cortice membrana subest, tum quæ sub glâdis ipsius cauliculo, ea uidelicet quæ fructus carnem con uertit. Quamobrem ad profluuium muliebre, & sanguinis expuitiones tum dysenterias & diuturnos G uentris fluxus commoda esse credunt. Maxime uero ea utuntur decocta. Valentius tamen alttingit fagus & ilex, seu quis eas species esse Roboris uelit, seu toto genere diuersas. Quin & folia harum plâ tatium tenella illita non indigne desiccare ualent, minus autem quæ sunt alterius Roboris, nimirum quanto minus sortita sunt adstrictionis. Siquidem ego quandoq; glutinasse me uulnus memini securi insiditum, cum nullum adesset admanum medicamen præter ipsius quercus folia: terebam ea in læui petra, & uulnus omninoq; uicinum locum contexi. Eandem folijs uim habet & fructus Roboris, eõq; medici non nulli ad incipientes & crescentes utuntur phlegmonas. Nam quæ iam uehementes sunt, adstringentia respiciunt. Sed talia ad curandi potius rationem quam presentem tractatum atinent. Ce terum in præsentia nouisse, quod eatenus adstringentem, quatenus dicti est, facultatem quercus obri neat, sufficit: ac proinde desiccandi, atq; adstringendi: excaffaciendi autem paulo infra media, in ge nere scilicet eorum quæ, (ut sic dicam) tepida sunt.

*EBIYCVS. ALTHEA.*

**E**biscus, siue althea: est autem malua agrestis facultate digerendi, laxandi, & præparandi, hoc est phleg monæ leuandi, mitigandi, concoquendi difficiles cocti phlegmonas. Radix porro eius & semen cetera quidem pari folijs uiridibus modo agunt, uerum tenuiorum partium, magisq; exiccatoriam, ad hæc magis extersoriam facultatem ostendunt, ut & uirilignes detergant, & semen renum calculos cõ fringat. At radice decoctum ad dysenteriam, diarrhoeam, hoc est profluuium, & sanguinis reiectionem aptum est, nempe cum adstringentem quandam facultatem possideat.

*Ebenus.*

Ebenus ex ijs lignis est, quæ trita cum aqua in succum soluuntur, sicuti nonnulli lapides. Vis ei in est excaffaciendi, extergendi, & tenuium partium. Quamobrem quæ pupillas offuscant, extergere creditur: misceatur alijs remedijs ocularibus, quæ ad ulcera antiqua, fluxiones, & bullas siue pustulas accommodata sunt.

*Elga. Olea.*

Oliuæ rami quantum habent adstrictionis, tantæ & frigiditatis participes sunt. Fructus nero, si quidem ad unguem maturuit, moderare calidus est: si immaturus est, magis tum adstringit, tum re frigerat.

*Elæon. Oleum.*

Oleum quod ex oliuis conficitur, quod sane propriissimo nomine oleum appellamus, cuiusmodi sit temperatura, superioribus libris definitum est. Quippe humedtarioris esse & moderare calidum osten dimus.

A. l. 3. f. 5. 1. c. 12. b.

A. l. 2. c. 2. c. 286.

A. l. 2. c. 2. c. 37

A. l. 2. c. 2. c. 239.

A. l. 2. c. 2. c. 530.

**A**dimus. Eiusmodi est, quod est dulcissimum: sitque potissimum ex oliuis quas Græci *δρυμας* uocant nos druppas. Ceterum quod omotribes & omphacinum nuncupant, id quantum in se habet adstrictio nis, tantum etiam illi inest frigiditatis. Porro oleum uetus quod quidem ex dulci inueterato efficitur, & calidius est, & potentioribus ad euaporandum uiribus. Quod uero ex crudo, id dum reliquum quip piam serauerit adstrictionis, mista permanet facultatis: ubi uero illam prorsum abiecerit, reliquo sit simile. Quin etiam quicumque in preparando ramos iniiciunt, ij & ipsi omphacino simile oleum effi ciunt. Ceterum rogandum non est, quò pacto sit preparatum, sed gustandum est potius: ac si præferat adstrictionis quippiam, eatenus etiam frigidum esse existimandum, ceu illud quod ab Iberia portatur, quod Spanum, id est Hispanicum nominant. Quod si nequaquam gustantibus adstringere appareat, sed ad amissum uideatur dulce, id modice esse calidum putandum. Porro si tenue quoque cernatur, (ta le est quod purum est, quodque intuenti translucidum uidetur) ac modicum eius lacissime per cutē ex tensum sibi maneat continuam, ceterisq; a cute combibatur, id utique pro optimo ducendum, ac olei uirtute quam maxime pollere, quale est sabinum. Porro quod oleum totum minime omnium mor dacitatem continet, supra positum est. Ceterum quo potissimum modo id probissime laues, in sequen ti tradam opere, quod inscriberur de medicamentum compositione: ubi & de sicyonjo, & si quod eius

**B** generis præterea oleum est, ageatur: nunc sermo mihi est de simplicibus, adijciamque & de alijs olei spe ciebus. Vocatur enim quoddam cicinum oleum, in Aegypto maxime proueniens ex succu ricini. Tum raphaninum, sesaminum, amygdalinum, caryinum: ad hæc siuapinum, lentiscinum, laurinum, melanthi num, terebinthinum, mastichinum, myrrinum, balsamum, hyoscyaminum: nec pauca præter hæc ex fru ctibus expressa omnia, ceterum tantum inter sese discrepantia, quantum & fructus ipsi a se inuicem dis sident. Est enim cicinum tum tenuius, tum ad discutendum potentius, quam simillimum oleo ex oliua uicento. Quamobrem si quando in medicamenti compositione cicinum oleum adscriptum fuerit, si ip sum non adit, communi utendum oleo, maxime si fuerit sabinum. Raphaninum autem cetera huic si mile est, sed calidius tamē, at hoc etiam calidius sinapinum. Huic simile est quod ex melanthio, hoc est gith, conficitur. Pugnans cum istis myrrinum & sesaminum, tum quod adstringant, tum quod crassa rum sint partium. Mistæ facultatis est lentiscinum, & terebinthinum, & mastichinum: non enim tantum emolliunt, sed & adstringunt. Amygdalinum porro amaritatem exuperantem possidet, ceterum cuiusdam etiam adstrictionis est particeps: non tamen caryinum, sed id uel maxime simplicis est digeren di facultatis. Calidius eo est ac magis digerens laurinum, & hoc etiam magis cedrinum: proximam q̄ est, quod ex nigra pice conficitur. Dadinum minus quidem laurino calidum, uerum ualentius desiccans. Hyoscyaminum uero mistæ facultatis est, emolliendi uidelicet, & refrigerandi. Oleum porro cicinum uentrem subducit. Hoc uero magis, quod sit ex gnidlo grano, tanto uim, quanto granum potentiore purgandi uim obtinet, quam \*cicis, id est ricinis, iam quod ex agrestis oliua oleum expri mitur, non simplicem temperaturam obtinet, sed extergit, simulque astringit. Squallidissimum id est ex omni olei genere, & post istricum quoque: deinceps post illa est hispanum. Pinguissimum est lybicum, & cilicium: simul autem pingue & tenue sabinum. In medio comprehensorum omnium sunt tum id quod per Cyclades insulas nascitur: tum quod per Græciam, Asiamque. Porro oleum pingue altima tur iudicaturque uiscositate: tenue uero, si perlucet, si purum sit, si pluriimum minima eius portione in ungatur, si facile a cute cõbibatur. Ex dictis cognoscere iam liceat & de alijs olei generibus, quæ æqui uoce ipsis dicuntur unguentis, puta rosaceo, melino, liliceo, & quæcunque id genus floribus, fructi bus, germinibus, folijs in oleo maceratis conficiuntur. Horum quodque ubi unã cum aromatibus præ parantur, unguentum efficitur. De his copiosius dicetur in opere de componendis medicamentis. Por ro ubi quod in presentiarum utile est exposuero, definiam. Pro cuiusque iniectionum natura oleum uariari contingit. Ex ijs ergo, quæ in toto hoc opere de quoque iniiciendorum generatim disces, singilla tim quoque confectum ex iisdem oleum cognoscere dabatur.

\* Forte loco amygdalino olei caryinum, tursusq; pro caryino amygdalinum lege dum est. Nul li enim adstric tione amygdalis attribuit Gal. cap. de amygdalis. Nu cibus aut quã dam inesse ait adstrictionem cap. de caryis seu nucibus. Liquidæ ha bent græci libri: & Orb. 15. collect. \* Al. Cicinum. \* Al. Cicinus. sic apud Orb. 15. collect.

**D** Elatine modice tum refrigerat, tum adstringit.

*Elatine.*

Elaphoboleus facultatis est excaffactoriæ, & tenuium partium, ac proinde exiccatoriæ secundo ma xime excessuum ordine.

*Elenium. Enula campana.*

Elenij herbae radix maxime est urilis, nõ primo statim oçcurfu excaffaciens, ac proinde dicenda est nõn calida & sicca exacte ceu piper tum atrum, tum candidum, sed cum recrementatio humore. Qua propter eligimatis, quæ faciunt ad educendos ex pectore pulmoneque crassos lentosque humores, ido nec commiscetur. Rubrificant illa quoque partes frigidis ac diuturnis uexatas affectibus, cuiusmodi sunt non nullæ coxarum passiones, ischiadas uocant, & exiguæ assiduæque articularum quorundam præ humiditate proidentia ac luxationes.

*Elisiphacos. salua.*

Elisiphacos euidenter excaffacit, ac leuiter subadstringit,

*Elleborus. Veratrum.*

Elleborus uterque tum albus, tum niger extergentis est & excaffaciens facultatis. Quamobrem ad

\* Al. hemicta nix.

A. l. 2. c. 2. c. 142.

ad alphas, lichenas, psoras leprasque, accomodi sunt. Quin etiam niger si in fistulam callo induratum E immittis tunc duobus tribusve diebus, callum detrahit. Dentibus prodest cum aceto colludentibus. Suntu autem in terio ovidine excalfaciendum & desiccantium. Porro niger gustu calidior est, candidus subamatus.

*Elmo.*

Elsine. Alij perdicium nominant, alij parthenium, alij sidericin, sunt qui heracleam appellunt: ceterum nis ei incit abstergerendi & leuiter constringendi cum humiditate subfrigida. Quamobrem, phlegmonas omnes in initio & augmento sanat usque ad statum, (ad quos Greci uocant,) & maxime si calida fuerint. Quin etiam incipientibus phlygerhls cataplasmaris ritu illinitur. Tum etiam ad aurium dolores phlegmonosos succus eius cum rosaceo mediocriter profuerit. Gargarizandum item non nulli exhibent ad paristhuria. Sunt uero etiam ex medicis quidam, qui ijs qui diutina tussi uexantur, illam exhibuerint. Certe euidentis extergendi experimentum preber & in uasis uitreis.

*Elxne.*

Elsine, quae & cissampelos nuncupatur, digerendi facultatem obtinet.

*Elymus. Meline. Panicum.*

Elymus: uocatur autem & Meline. Panicum ex leguminum genere est, milio specie simile, facultate certe pauci nutrimenti, & exicatoria. Sillit quoque non nihil uentris fluxus, ceu ipsum etiam milium. Si uero foris illinatur, exiccat atque refrigerat.

*Empetron.*

Empetron ad solas purgationes esse uidetur commodum, bilem ac pituitam educens. Gustu saluum est: proinde ad alia quoque utaris licet, ad quae pollere ostendimus substantia lassam. Nominatur item praefidis.

*Epirhymum.*

Epirhymum thymi facultatem habet, ad omnia efficacius: exiccat & excalfacit in tertio gradu.

*Epmidium.*

Epmidij uis est moderate refrigeratoria cum aquea humiditate: quare nullam habet insignem qualitatem: uberibus illitum ea recta seruare potest. Auium uero si potu hauriatur, sterilitatem parere.

*Epmelis.*

Epmelis. acerbam hanc planta est, utque dixerit quispiam, pomus syluestris. Vocatur autem ab Italicae rusticis Vnedon. Ingens eius in Calabria prouentis. Fructus eius acerbus quidem est, nihilominus tamen stomacho ingratus, & capitis mouens dolores. Admissa siquidem ei est aliena quapiam qualitas.

*Erebintus. Cicer.*

Cicer legumen est flatuosum, copiosi nutrimenti, aluo mouendae habile, cienda urinae idoneum, laeum & femini generando aptum: proicit uero & menses. Porro quod uocatur crium, hoc est arietinum, ceteris efficacius urinam prouocat. Decoctum eius calculos renum constringit. Reliquum autem ciccerum genus (uocatur autem orobigum,) eadem vi pollet, pura attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Sunt enim calidi, & modice sicci: participes item sunt amaritatis: cuius vi lienem, & lecur, & renes expurgant, psorasque, [ & lepras, ] & lichenas extergunt, cum abscessus post aures prouenientes, (καρπιδας) Graeci uocant) & testes induratos discutiunt. Tum etiam ulcera, quae cacoethe uocant, cum melle sanant.

*Erebintus agrestis.*

Erebintus agrestis ad omnia efficacior domestico est, hoc est tum calidior, tum sicciior, quanto & acrior, & amarior.

*Erice.*

Erice digerendi per halitum facultatem obtinet. Flore eius potissimum ac folijs utendum.

*Erpyllus. Serpyllum.*

Serpyllum usque adeo excalfacit, ut & menses, & urinas moueat: gustu multum est acre.

*Erysimum.*

Erysimi semen sicut gustu nasturtio apparet simile, ira facultate igneum est, & excalfactorium. Porro ubi in eligmate uti ex usu est, praestat aqua maceratum refrigerare, aut linteolo inuolutum & crusta pistoria cum uulturno torere. Utile est cum eligmate ad promouendas crassorum lentorumque, pectoris pulmonisque humorum expuitiones: Quin & parotides induratas & duritias antiquas uerberum & testiculorum uiuat. Refert Dioscorides, quod cum aqua & melle cataplasti in morem illitum oculis proficit cancris.

*Erythrodanum. Rubia passiva.*

Erythrodanum. Est autem tinctorum rubia radix acerbam gustu, & amara. Itaque quaecumque agere dicta sunt superiore libro, ubi eiusmodi conuerint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conspicias: quippe cum & lienem & icterum expurget, & minas crassas multasque, ac nonnunquam etiam sanguinolentas moueat. Quin & menses ciet, & mediocriter quae excrionem postulant extergit: proinde uulnigines albas cum ageto illita uiuat. Sunt qui eam ischiadicis, hoc est coxendicium doloribus afflictijs, & resolutis, in potu cum melicrato exhibeant.

*Eupatorium.*

Eupatorium herba ipsa tenuium partium, incidendi extergendique facultatem citra manifestam caliditatem obtinet: quocirca obstructiones iecoris expurgat. Inest iridem ei & adstrictio quaedam, per quam robur misceri addit.

*Euphorbium*

A

*Euphorbium.*

Euphorbium causticæ siue uentris facultatis est, & tenuium partium alijs succis similiter.

*Ephemerum.*

Ephemerum, non illud letale ac deleterium, quod & colchicum nominant, sed alterum, quod & irinagrestem cognominant, folia & caulem lilio similem obrinet, radicem oblongam, non rotundam ceu colchicum, digiti potissimum crassitudine, adstringentem, & boni suauisq; odoris. Ex quibus palam fit facultatis temperaturæque esse mixtæ, nempe repellentis, & halitu euaporantis. Testificatur opera, quæ particulatum e dir. Siquidem non inefficaciter radix eius in dentium doloribus colluitur. Tunc phymatum augmento & statui folia congruunt. Oportet autem ea in uino decocta prius, quam pus moueas, illinere.

*Echini herba.*

Echini herbae fructus acerbus est, ac proinde repellentis & exicatoria facultatis. Utuntur eo ad oculorum fluxiones & aurium.

*Z E I A.*

M. l. t. c.

111

M. l. t. c.

116

**Z**Eia uniuersa sua facultate quodammodo in medio est tritici & hordei. Itaque ex illis cognoscatur.

*Zingiber.*

Zingiberis radix utilis est, utique quam ex Barbaria ad nos conuehunt. Excalfacit ualenter, sed non primo statim occurru uelut piper; unde sane & minus esse subtilium partium quam piper existimandū, siquidem in tenues solueretur partes, & celerrime actu ut illud fieret calidum. Apparet enim illaborata & crassior adhuc quaedam ei inesse substantia, nec ea sicca & terrestris, sed humida potius atque aquea. Quo fit ut facile perforetur, cum scilicet recrementitia insit humiditas. Neque enim quicquam eorum, quæ aut plane sicca sunt, aut humida, sed elaboratam & familiarem continent humiditatem, tale aliquid patitur. Idem usuuenit piperi longo. Atque hinc est quod diutius perseverat quæ proficiscitur a zingibere aut pipere longo caliditas, quam quæ ab albo aut nigro. Nam sicut ab aridis calanis flamma simul celerrime accenditur, & undequaque dispergitur: etidem in modum quæ a siccis potestate medicamentis editur caliditas. At quæ prodit ab humidioribus, ceu ligna sunt uiridia, & tardius accenditur, & durat diutius. Ex quo fit ut utriusque medicamenti diuersus sit usus. Siquidem ubi totum corpus celerrime excalfacere consilium est, ea tunc exhibenda sunt, quæ & celerrime a caloris nostri contactu incallescant, & promptissime undequaque ferantur. Verum ubi partem quamuis refrigeratam recalfacere studemus, contra agendum, nimirum, quæ tarde calefcentia plurimo tempore perdurent, ea præbendo.

Ceterum licet zingiber & piper longum hac ratione a nigro pipere differant, non magna tamen est differentia: at nasturtium, napy, thapsia, & agrestium columbarum sterus maiori tempore perfecte accenduntur, & plurimo tempore perdurant.

*Zythus.*

Zythus acrior est non paulo hordeo, & succi prauis, utpote qui ex putredine proueniat: est & flatuosus: tum partim acris est & calidus: partim uero plurimum frigidus, aqueus, acidus.

*Zyme. Fermentum.*

Fermentum tenuium est partium, & mediocriter calidum. Proinde sane sine molestia ac mordacitate quæ in profundo sunt tum extrahit, tum digerit. Ceterum ex contrarijs & ipsum facultatibus temperatum est, sicut alia multa. Particeps namque est aciditatis cuiusdam frigida, & caliditatis ex putredine nata, cui accedit & ea, quæ ex salis est & farinae natura.

*HEDIOSMOS. MENTA.*

Hediosmos: alij uero minthen odoratam nuncupant. Est enim & alia quaedam minthe non odorata, quam calaminthen uocant. Vtraque gustu acris, & facultate calida est, ex tertio ordine excalfaciendum. Infirmior tamen est menta odorata quam calamintha: & minus excalfacit. Ut enim in uniuersum dicam, hæc ceu syluestris quaedam est, illa ceu domestica: quamobrem sane ob eam, quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter item ad uenerem excitat. Id quod omnibus accidit quæ humiditatem semicoctam & flatuosam continent. Ob rationem ipsius herbae temperaturam in abscessibus ea quidem cum polenta mista utuntur. Id quod in calamintha facere nequeas, propterea quod ualentius tum excalfaciat, tum desiccet, quam id genus poscant. Habet uero etiam quiddam amarum in se & acerbum: illo quidem lumbricos interficit: acerbitate uero si cum oxycrato bibatur, recentes sanguinis reiectiones reprimit. Substantia est, ut si qua alia herba, tenuium partium.

*Hedysarum.*

Hedysarum, aut pelecinus. Huius fruticis semen colore rufum est, utrinque anceps, uti secures. Amarum & lubacerbum apparet. Quamobrem potum gratum est stomacho, & uiscerum obstructiones expurgat. Idem præstant totius fruticis germina.

*Hemerocalles.*

Hemerocalles radicem habet lilij radici similem, non figura tantum, sed & uiribus: prodest non secus atque illa, igni ambustis: quippe quæ leuiter digerentem facultatem habeat, & cum hoc non nihil repellentis.

*Hamionitis.*

\* Al. e. p. ad stringit. Orib. 13. collect. & 2. ad Eunap.

A. l. t. c. 229.

\* Quamquam Aldinus eo. Graecus, ut manuscripti etiam, quotquot uisibus & realatio uerus legunt, in medi. & Orib. 15. collect. & 2. ad Eunap.

\* Quamquam Aldinus eo. Graecus, ut manuscripti etiam, quotquot uisibus & realatio uerus legunt, in medi. & Orib. 15. collect. & 2. ad Eunap.

\* Sabamara

*Hemionitis.*

Hemionitis simul & adstrictionem & amaritudinem possidet: quamobrem. cum aceto pota lieno-  
sis auxilio est.

*Herigeron.*

Herigeron facultatem mistam obtinet, simul refrigeratorem, & modice digerentem.

*Heryngium.*

Heryngium caliditate aut parum, aut nihil quod temperatum est, superat. Ceterum non paruum ha-  
bet siccitatem in tenui essentia consistentem.

*Thalictro.*

**T**halictro folia habet coriandri similia, caulem crassitudine rutæ. Vis ei inest exiccatoria citra  
motum: itaque ulcera inueterata ad cicatricem perducit.

*Thapsia.*

Thapsia acrem habet ac ualenter exalfacientem facultatem cum humiditate coniunctam. Quam-  
obrem ex alto uolenter extrahit, & quod extraxit digerit. Verum plusculum ad ea efficienda tempus  
postulat, ut quæ larga humiditate excrementitia impleta est, cuius uitio et sit, ut celeriter corumpatur.

*Thermus. Lupinus.*

Lupinus edi potest coctus, multis ante diebus per macerationem amaritudine in aqua deposita.  
Fitque tunc nutrimentum succi crassi: ceterum hic, ut medicamentum quidem, ex genere est empla-  
sticorum. At ubi natua etiam manet amaritas, extergendi digerendique uim obtinet. Interfic  
lunbricos tum illius, tum addito melle linctus, tum ex posca epotus. Quia & decoctum eius lunbri-  
cos eijcere potest: tum etiam foris itidem persulum uirilignes, achoras, pustulas, (exanthemata Gre-  
ci uocant,) pforas, gangrenas, ulcera maligna, quæ cacoethe uocant, iuuat partim extergendo, partim  
citra mordacitatem digerendo siccanoq;: expurgat iecur & lienem cum ruta & pipere suauitatis  
gratia assumptum. Elicit menses ac foetum cum myrtha & melle impositum. Porro lupinorum farina  
sine mordicatione digerit: nec enim liuidatantum, sed & chceradas & phymata dura curat: sed tunc in  
aceto, aut oxymelite, aut posca coquatur oportet, idq; pro laborantium temperamento, & affectus di-  
uersitate, quod ex usu est eligendo. Sed non est præsentis instituti talia distinguere. Digerit item quæ  
liuida sunt: & quæcunq; modo diximus præstare posse decoctum, eadem omnia efficit & farina. Sunt  
vero etiam qui eam ischiadicis cataplasmaris modo illinunt.

*Thermus agrestis. Lupinus agrestis.*

Lupinus agrestis anator est, & ad omnia ualentior domestico, eiusdem genere cum ipso facultatis.

*Thlaspi.*

Thlaspi semen, habet & ipsum facultatem acrem, adeo ut internos abscessus potum dirumpat. Men-  
ses citat, & foetum necat. Per sedem infusum sanguinolenta euacuat ischiadibus prodest. Est enim alio  
qui tum superne, tum interne biliosorum humorum euacuatorum oxybaphi mensura epotum.

*Thridax. Lactuca.*

Lactuca humidum est frigidumq; holum, non tamen extreme, (siquidem edendo non foret) uerum  
maxime secundum aquæ, ut sic dicam, fontanæ frigiditatem: proinde ad calidas phlegmonas accom-  
modum est, & ad parua & lenia erysipelata: non tamen maioribus satisfacere idonea est. Est etiam edu-  
lum siti aduersum. At semen potu genituræ profuitum cohibet: quamobrem etiam ijs qui libidinosis  
somnia uexantur, datur: sic & agrestis lactuce semen, cuius colligitur succus, argemas & caliginis ex-  
purgans, tum ad adustiones cum lacte mulierum inungi solitus.

*Thymum.*

Thymum incidit & calfacit uehementer: ob id & urinam, & menses prouocat, foetum euellit, uisce-  
ra potum expurgat, educendis ex thorace & pulmone confert. Itaque in exalfaciendo exiccandoq;  
in tertio ordine statuendum est.

*Idaea Radix.*

**I**dea radix gustu admodum acerba est: ac si opere periculum facias, eandem uim præfert: nimirum  
sanguinis profluvia, alui fluxus, dyfenterias, profluum mulierum, & quæcunq; eius sunt generis tu-  
pota, tum foris inposita curans.

*Ixos. Viscum.*

Viscum ex plurima aerea & aqua calida, paucissima terrena substantia constat. Nam acrimonia in  
eo amaritudinem excellit. Itaq; etiam effectus substantiæ respondent. Siquidem naléter ex alto humo-  
res extrahit, nec eos tantum tenues, sed & crassiores, eosq; diffundit ac digerit. Est autem ex eorum  
genere quæ non protinus admota exalfaciunt, sed quæ tempus requirunt, uelut thapsia: sed & su-  
pra hoc conuincimus inesse calidis facultate medicamentis, ubi largum continent humorem recre-  
mentitium.

*Ios. Viola.*

Viola folia aqueam & subfrigida substantiam superantem possident: proinde tum per se, tum cum  
polenta illita calidas phlegmonas mitigant. Imponuntur & ori uentriculi æstuanti, & oculis.

*Hippuris.***A***Hippuris. Cauda equina.*

Hippuris adstringentem cum amaritudine facultate possidet, ac proinde ualenter, simulque citra  
mordacitatem exiccantem. Itaque uulnera uel maxima illita conglutinat, etiam præfectos esse neruos  
congrerit: præterea uocatas enterocelas glutinat. Ad hæc sanguinis reiectionem, ad profluum mu-  
liebre, potissimum rubrum, ad dyfenterias, & reliquos uentris fluxus strenuum ac generosum est reme-  
dium herba ipsa aut ex aqua, aut ex uino epota. Sunc qui de ea scriptum reliquerunt, quod non nunquam  
etiam uelica, ac tenuium intestinorum uulnera sanauit. Eius uero succus prodest etiam profluo sin-  
guinis prorumpenti ex nasibus, tum fluxilibus in uentre passionibus ex anteriorum uinorum quopiam  
potus, ac si febre teneantur, ex aqua.

*Hippomarathrum.*

Hippomarathrum. unã cum feniculo & de ipso differemus.

*Ifatis.**Al. l. l. c. 112.*

Ifatis domestica quidem, qua uruntur tinctorum, facultatis est ualenter exiccantis, nondum tamen  
mordentis: est enim simul amara atque adstringens. Proinde magna uulnera corporum durorum glu-  
tinat, etiam in capribus musculo cum fuerint: & sanguinis profluo laborantibus partibus utiliter il-  
linitur: tumores œdematodis misce digerit simul ac reprimat, & aduersus omnia ulcera maligna &  
cacoethe mirabiliter resistit, etiam si putrescant, etiam si exedantur ac erodantur. Quod si quando quæ  
pro laborantis natura ualentior appareat, foliis eius tritis miscere oportebit aut panem, aut hordea-  
ceam farinam, aut triticeam, aut polentam, pro uincere nimirum in unoquoque affectu. At Ifatis syl-  
uestris manifeste iam acre quiddam tum gustu, tum actione præfert. Proinde quam domestica ualenti-  
us desiccans ualenti-  
us humidis etiam putredinibus obsistit, ad cetera uero iam comprehensa deterior:  
Immoderatus enim iam mordaciterque desiccatur: talia autem irritantur hoc pacto, & phlegmone gra-  
uari incipiunt. Ceterum ob facultatis robur lienosis quoque uilis fuerit, cum altera nondum pro-  
desse possit.

*Isopyrum, aut Phasiolum.*

Isopyrum aut Phasiolum semen habet amarum & subacerbum. Extergit itaque & incidit humores  
crassos cum hoc ut corpora cõtrahat & constringat. Quamobrem excretionibus pectoris conducit,  
& iecur expurgat, & sanguinem spuentibus non est aduersum: immo etiam iuuare creditur. Nam pro-  
pter temperaturæ missionem contrariis etiam congruere uidetur.

*Itea. Salix.**Al. l. l. c. 116. Itea, ut apud Oris. 15. col. 112. & 1. ad Eucapium.*

**C** Salicis foliis ad eruenti uulneris glutinationem uti possis: uerum floribus eius maxime prope om-  
nes utuntur medici ad exiccantis emplastri preparationem: est enim vis eorum ita desiccatoria, ut mor-  
su abstineat: habet uero etiam quandam adstrictionem. Sunt uero etiam, qui succum ex ea expressum,  
medicamen seruent mordacitatis expers, & exiccatoriu, ad multas res uile. Haud enim inuenias quid  
ad plures res uilium medicamento citra mordacitatem exiccate, quod paulum etiam adstringat: sicut  
in opere de medicamentorum compositione exactius docebimus. Porro arboris cortex similem facul-  
tatem obtinet tum floribus, tum foliis, nisi quod temperaturæ sit siccioris, uelut omnes cortices: sed  
hunc quidam comburant, eiusque cinere utuntur ad ea omnia quæ ualenter desiccare oportet. Nam  
clauos quos uocant, callos (Græci *τράχους* uocant) myrmecias tollunt, aceto acri ipsum macerantes.  
Non nulli autem dum floret salix, corticem eius incidunt, & succum quandam colligunt, utunturque  
ad ea quæ pupillas offuscant, extergente uidelicet simulque tenuium partium medicamine. Vti uero  
illo ad multa quis possit, siquidem talis fuerit.

## GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

**D**

## FACULTATIBVS LIBER SEPTIMVS.

Quod bi libri haud negligenter legendi, ac de quatuor gradibus  
simplicium medicamentorum.



**S** EPTIMUM de simplicium medicaminum facultatibus commentarium scri-  
pturus necessarium duxi præfari, solis iis apertum ac clarum fore, qui in supe-  
rioribus libris non uelut aliud agentes, aut obiter fuerint uersati: alios uero  
potius perperam inauditatos, quam eorum quæ in eo dicenda sunt, aliquid  
percepturos existimo: tum sese falsuros, & nos forsitan, tanquam non recte qua-  
dam scripserimus, calumniaturos, atq; conuictis laceraturos. Itaq; qui sanio-  
ris mentis sunt, monitis, scio, auscultabunt, ac si qua illis cura est præsentis hu-  
ius speculationis, ab initio eorum opus perlegent. At qui præ curiositate po-  
tius quam discendi studio huc accesserunt, monita nostra contempnent. Eum uero mirum uideri non  
debet, si inuenti sunt, qui mysteriorum libros a mysterijs alieni legere nõ solum eueriti. Verum illos sui  
auctores non scripserant prophanis: nec ego, me Hercules, ijs qui uio principijs n sunt exercitati. Expo-  
n. mtur

*Al. l. l. c. 116. 116.**Al. l. l. c. 116. 116.*



nentur hoc in libro, & eo, qui hunc subsequitur, reliquarum plantarum prima facultates eo doctrina...

CALAMINTHA. NEPITA.

Calamintha essentia est tenuis, & calida siccaque temperie, ex tertio quodammodo ordine utraque...

Calamus odoratus.

Calamus odoratus leuiculam quandam adstrictionem, ac minimam acrimoniam possidet: maxima ex parte essentia eius terrena est...

Calamus phragmitis. Cannas.

Calami phragmitis radicem cum bulbis aculeos & stipites ex alto extrahere quidam scripsere, ceu...

Acanth. Nam si in aures incidat, adeo tenaciter adherens affigitur, ut aucti non possit, auditumque vitiat...

Cantharus. Cacalia.

Cantharus radice facultatem habet mordacitatis expertem, & modice exiccantem, essentiam crassam, & emplasticam...

Canabis.

Canabis semen flatus extinguit, adeoque desiccatur, ut si plusculum edatur, genituram exiccet. Sunt qui...

Capnios. Fungus.

Capnios, alij capnos, acris simul & amaræ qualitatis est particeps: nec tamen plene expertis est acer...

Capparis.

Capparis radice cortex uincetentem habet qualitatem amaram, proximam acrem, deinde acerbam. Ex quo liquet quod diuersis pugnantisque...

Cardamum. Nasturtium.

Nasturtij semen adurentis seu caustice facultatis particeps est, uelut napy: proinde coxendicis & capitis dolores...

Cardamomum.

Cardamomum est & ipsum sane facultatis admodum calidæ, non tamen usque adeo ut nasturtium, sed quanto suauis magis...

Carum.

Carum semen calfacit, & exiccat tertio quodammodo ordine, moderate acrem qualitatem possidet: itaque & flatus extinguit...

Casia.

Casia exiccat & exalfacit tertio quodammodo ordine, sed & tenuium admodum partium est, gustu uero plurimum habet acrimoniam...

Al. l. 1. c. 122.

Al. l. 1. c. 127.

Al. l. 1. c. 160. Al. l. 1. c. 161. Al. l. 1. c. 162.

Al. l. 1. c. 163.

Al. l. 1. c. 164.



fit opus, vino utare austeriusculo. Hanc rustici nostrates quasi uinigallam dicunt, nominant. De E nique gallæ combustæ sanguinis reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniam ex uisione assumunt: suntque ipsæ quæ ignem expertæ non fuerint, tum subtiliorum partium, tum maiore desiccandi potestate. Ceterum cum ad sanguinis suppressionem præparare eas uoles, carbonibus impositas, dum undequaque candent, aceto aut uino extinguere oportebit.

Cera.

Cera quodammodo medium tenet calfacientium, refrigerantium, & desiccantium. Habet uero quiddam etiam essentia crassa, atque emplasticum: quamobrem non modo exiccare, sed & per accidens humectare uideri fortassis poterit, perspirationes uidelicet prohibens. Quamobrem aliorum medicamentorum tum excalfacientium, tum refrigerantium materia est. Ipsa autem per se ex genere fuerit debilliter concoquentium: nec tamen intro in corpus assumptorum, sed foris impositorum. Habet enim paulum quiddam digerentis calidæque potentia, quæ plurima melli inerat.

Cicuta Ricini.

Ricini fructus quemadmodum purgat, detergit ac digerit, sic quoque folium, sed undequaque debilius. Oleum quod ex semine conficitur, tum calidius est tum tenuiorum partium, quam est oleum commune, ac proinde potentius quoque digerit.

Cinnamomum.

Cinnamomum summe tenuium est partium, non summe tamen calidum, sed ex tertio quodammodo ordine: nihil autem æque desiccet eorum quæ pari sunt excalfaciendi facultate, propter tenuitatem scilicet essentia. At Cinnamomis est uelut imbecillum cinnamomum. Nonnulli ipsam pseudocinnamomum nuncupant.

Circaea.

Circaeæ herbæ radicem scribit Dioseorides ex uino dulci potam secundas purgare: est enim boni odoris, & calfactoria: semen autem eius in lorbitione exhibitum ad lactis generationem conducit.

Cisthus.

Cisthus, aut Cistharus frutex est gustu adstringens, omnibusque particulatim operibus. Porro folia, & parua germina tria adeo desiccant adstringuntque, ut uulnera glutinare ualeant. At flores magis sunt efficaces, adeo ut cum uino poti dysesterias, uentris imbecillitates, fluxusque ac humiditates sanent. cataplasmatibus ritu illa uulcerum putredinosa iuuant. Est enim facultas eorum non instrenue desiccans, fereque secundi excessus a temperatis absoluti. Adeo uero frutex hic frigidus est, ut repidi caloris sit pariceps. Porro hypocisthis, quæ uocatur, multo est magis adstrictoria quam folia, admodum est tamen remedium ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis reiectiones, profluvia muliebria, coeliacos, dysestericosque affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quæ uidelicet plusculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem illi non sequire addit. Sic sane stomachicis epithematis, hepaticisque commiscetur, & ex uiperis confecto antidoto inditur, nimirum quo corpora confirmet ac roboret.

Cisthus.

Cisthus aut Ladanum. In calidioribus regionibus hic cisthus proueniens, tamen si haud alius sit genere quam qui apud nos nascitur, eximium tamen a regione ac peculiarem, digerentemque caliditatem nactus est: atque utroque a nostrate differt, tum quia frigiditatem deposuit, tum quia calorem assumpsit. Itaque cetera quidem huius cisthi, illis quæ in nostrate uidentur, similia sunt. Verum ladanum quod uocant, ex eo prouenit, medicamentum primo excessu iam quodammodo complete calidum, ut uidelicet & secundum attingat, habens etiam adstrictionis paululum. Ad hæc substantia tenuis, ac proinde emolliens, siue malacicum, pariterque moderate digerens, ac uidelicet etiam quæ in nostrate uidentur, hoc est concoquens. Itaque mirandum non est, si peculiariter ad ueteri uitia conueniat, quando quidem ad dicta paulum quiddam adstrictionis obtinet. Quocirca distuentes capillos retinet. Nam quicquid ad radices eorum prauit humoris sederit, id omne absorbit, tum meatus quibus infixi sunt, constringit & trahitque adstrictione. Ceterum alopetias, & ophthalmias siue lipitudines sanare non potest, ut potest grauiores uires, quam quæ ladanum insunt, poscentes: quippe proueniunt isti ex prauis succis lentis crassisque, quos secunda ac digerentia medicamenta potissimum euocant atque euacuant. Ceterum tenuium partium sunt facultatis oportet, & minime adstringentis, non tamen usque adeo tenuium partium, & desiccatoria, ut nimio plus desiccet, unquam cum collectis inibi succis præter naturam, naturalem quoque humiditatem incrementa pilis suppeditantem absorbant. Nam sic non tantum alopecia liberabunt, sed & caluitiem afferent. Sed hæc ad curandi rationem pertinent.

Cissos. Hedera.

Hedera ex contrariis composita est facultatibus: habet enim quiddam adstringentis substantia, quam terrenam & frigidam esse ostendimus: habetque etiam non nihil acris, quam calidam esse uel gustus comprobatur. Nec deest tertia: aqueam namque substantiam quandam tepidam obtinet certe, si uindis sit. Siquidem dum arefcit, hæc prima exhalat necesse est: manetque quæ terrea & frigida adstringensque, & ea quæ calida & acris. Viridis autem, folijs eius in uino decoctis, ulcera grandia conglutinatur: quæ que maligna sunt, ad sanitatem reducit: tum igne factas exulcerationes cicatrice includit. Porro cum acero decocta folia lienositas profant. Flores autem quodammodo ualidiores sunt ut ad lanorè redacti cum

F

A. I. 2. 2. 6. 137.

A. I. 2. 2. 6. 114.

A. I. 2. 2. 6. 172.

\* Alias arbitror legendi esse ophthalmias, non ophthalmias, quando quiddam de pilorum affectibus sermo ipse est. Quin & Antea. cap. de Ladanum uel detur habuisse hanc lectionem. Adde quod ophthalmias et non exposcit enerationem. \* Al. uulnera A. I. 2. 2. 6. 735.

A cum cerato ambustis conueniant. Præterea succus medicamentum est erhinon, hoc est, in nares fusi, capiti purgando idoneum: tum uetustas aurium fluxiones sanant: hæc uulnera uetera tum in auribus, tum in naibus. Porro si acrior appareat, aut rosaceo aut dulci oleo miscetur. Lachryma eius lades interimit, pilis nudat: usque adeo calidæ potestatis, ut obscure adurat: est enim uelut aqueus quidam liquor, sicut alia omnes lachryma.

Clinopodium.

Clinopodium excalfaciendi uim obtinet, sed nondum adurendi: est uero etiam essentia subtili: ponatque ipsum quispiam in tertio ordine tum excalfacientium, tum resiccantium.

Clematis.

Clematidis folia acrem & adurentem siue causticam facultatem obtinent, adeo ut & lepras excoerent. Fuerit itaque in quarti ordinis excalfacientium initio. Vocatur autem clematis & daphnoides, quod quidam myrsinoides, alij polygonoides appellant. Ceterum id nequaquam exulceratorium est: aut acris, sicut quod ante dictum est: immo profluuijs ac dysesterijs cum uino potum prodest, dentiumque dolores manuum mitigat: tum uteri quoque doloribus in pessio admodum usui est: tantum abest ut perinde urat aut ulceret, ceu illud superius. Sed summe nobis suspiciendus Pamphilus ille sicuti in reliquis nugatur de ijs, quæ unquam uidit, literis ea mandans, sic hæc ambo in unum confudit. At Dioseorides utriusque in quarto meminit, & eius quæ simpliciter uocatur clematoides, idque in facilibus: & alterius, sed in principio: quamobrem non est necesse, ut ego rursus notis suis utriusque depingam, sicut nec in alijs feci.

Cnicus.

Cnici semine duntaxat ad purgationes utimur. Tertij est ordinis excalfacientium, siquis foris eorum uiuoler.

Coccus onidius, Granum gnidium.

Granum gnidium & ipsum quoque purgat: sed acris est adurentisque facultatis.

Coccus baphicus, Granum tinctorum.

Granum tinctorum adstringentem simulque, amarum qualitatem possidet. Vtraque sine morfu desiccatur. Proinde ad ingentia uulnera congruit, & ad neruorum uulnerationes. Sed tunc ipsum quiddam cum aceto terunt, alij cum oxymelite.

Cocymela, Prunus.

Pruni fructus uentrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Ceterum haud scio cur Dioseorides pruna damascena siccata uentrem sistere dicat, cum & ipsa palam etiam subducant, minus tamen quam quæ importantur ex Iberia. Siquidem damascena magis adstringunt: at quæ Iberia fert, dulciora sunt. Quia & ipse arbores fructibus proportionem respondent. Minus enim adstringunt quæ in Iberia nascuntur, magis uero quæ Damasci. Ceterum ut in summa dicam, quorum in folijs aut germinibus adstrictio quædam inesse apparet manifesta, ijs decoctis phlegmonæ in columella aut tonsillis existentes idonee colluuntur. Porro agrestium fructus euidenter adstrictorius est, uentremque sistit. Nominatur autem hæc planta in Asia prunum. Gummi autem arboris, sunt, qui dicant cum uino potum lapides confringere: cum acero, puerorum sanare lichenas. Ac si id præstat, clarum est extenuandi incidendi que illi facultatem inesse.

Colla aut gluten.

Gluten, quod ad libros præparant ex similitudine & gatro, emplasticæ decoctionisque facultatis est, qui buccamque ipsam partibus illinas.

Colocynthe, Cucurbita.

Cucurbita humida frigidaque temperatura est, utraque qualitate secundi ordinis: quocirca ramentorum eius succus ad aurium dolores cum phlegmonæ iunctos cum rosaceo utilis est, sic tota quoque illa calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. In casu autem humida est, & sitim propellens.

Colocynthis.

Colocynthis gustu amara est. Sed quæ illi amaritudinis dum potatur adsunt opera, ea euidenter effere neque ob purgatoriam facultatem, quam ualidam in sese continet: nimirum cum ijs, quæ purgat ante & ipsa per aluum excerni præuertens. Viridis ipsius succus intritus ischiadibus prodeit.

Comarus, Arbutus.

Arbutus arbor ipsa qualitate acris una cum fructu est. Eum memecylum nuncupant. Est autem hic, & insensus stomacho, & capiti dolorem commouens.

Commis, Gummi.

Gummi lachryma est congelata coniectaque, in truncis arborum ipsam producentium, uelut resina quoque in multis uisitur, quæ resinam præferre possunt. Ceterum quod exicatoria emplasticæque potentia sit, constat. Proptereaque asperitatibus medetur.

Conia, Lixiuum.

Lixiuum sic, quod uelut ablutio est cineris, nominatur. Porro omnium maxime tum absterforium, tum exicatorium illud est, quod ex cinere ficus & rithymallorum efficitur: fereque septica seu patrefacientis est facultatis, quæ cuiusmodi sit, in quinto uolumine exposui.

QUINTA CLASSIS,

G 3 Conyza



Conyza & maior, & minor ad similes sunt tum temperaturæ, tum facultatis, gustu amaræ & acres: ex calfaciantque admodum luculentæ, siue quis folia cum teneris ramulis (est enim fruticosa planta) parti cuiuspiam illinat, siue nri in oleo coxerit, eo utatur. Siquidem concussiones siue rigores per circuitum redeunt: tale sanare oleum uiderur. Flores quoque eorū ad similes sunt facultatis. Itaque quidā & ipsos cum folijs citos in uino bibendos exhibent ad mensēs fortiter ducendos, ciciendumq; fœtū. Est & tertium conyzae genus in locis humidioribus proueniens, utriusque illis tum graueolentius, tum iutbecillius. Sed primæ memoratæ tertij sunt ordinis in excalcaciendo exiccandoque.

Coriannon, Corion, Coriandrum.

Coriannon, siue Corion, aut utcuq; uocare lubet. Verustiores Græci Coriannon nominabant: at recentiores medici omnes Corion appellant, sicut & Dioscorides, refrigeratoriā esse herbam ipsā dicitans, sed perperam. Siquidem ex contrarijs facultatibus constat & composita est, plurimum habes essentia amaræ, quam ostendimus esse tenuium partium, & terrenam. Nec parum etiam aqueæ humiditatis obinet, quæ tepentis est facultatis: his adiunctum est quoque adstrictionis pauillum. Ex quibus omnibus uariè quidem agit ea, quæ scribit Dioscorides, sed non tantum ex refrigeratione. Ceterum ego cuiusque particulatim actionis causam enarrabo, tametsi propositum fuerat mihi meam unius dumtaxat hoc in libro sententiam expromere, sed forte nihil obstabit immo, si uerum fatendum est, proderit non nihil superiores methodos, quæ in paucis medicamentis sunt dictæ, hic repetere. Primum ergo non Dioscorides tantum, sed & alij complures medicorum indeterminate de morbis pronunciant, sicut sane hac quoque tempestate non paucos inuenias medicos uel insignes, præter alia, hac in re turpis siue hallucinantes. Interdum enim atra, liuida frigidaque reddita parte, quæ erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente pharmaca, ceu antea, sed ea quæ infixum parti præter naturam humorem eliciant, quidam tamen refrigerare perleuerant: alij ad digerentiā quidem transeunt, ceterum ea erysipelas sanare dicunt. Quamquam scribant incipientibus etiamnum, atque gliscentibus, crescentibusue erysipelatis alia esse medicamenta, alia uero iam declinantibus ac flacciscentibus. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas etiam uocari debet, postea quam inflammatio eius, & feruor, ac biliosum illud abierit: neque quæ facultatē sunt frigida, neque quæ illa sanant, remedio esse putandum: sed uelut si uel in initio protinus aut percussis, aut alia de causa quauis tumor in parte quapiam aut liuidus, aut niger extiterit, cum esse frigidum affectum existimabis, & quæ digerant excalcaciuntq; poscere: ad eundem, opinor, modum, si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alio appellanda nomine, aut si displicet nominis mutatio, saltem, sicut quidam alia scribunt principij, alia declinationis remedia, haud sane censendum frigida esse declinationis remedia: Concedendū sane est, si cui ita placet, ut talis affectio etiam erysipelas uocetur: sed eam etiam calidam dicere ubi iam refrigerata est, id uero neutiquam concedendum. Itaque ne, quod tunc ei auxilio est, refrigeratoriū esse credamus, sicut Dioscorides coriandrum, quod cum pane aut polenta, ut ipse inquit, erysipelas curaret illitum. Nam quod ad unguem est erysipelas, quod utique inflammatum est & flauum, haud unquam sanare queat cum pane coriandrum, sed illud quod iam refrigeratum est. Proinde nos superioribus uoluminibus, cum determinata ac definita experientia cuiusque medicamenti facultatem explorandum censuimus, quam maxime fieri posset simplicissimum eligi affectum consuluius. At plerique medici neq; quod uel plurimi morborum protinus ab initio compositi inuadant, norunt: neque quod alius affectus sit erysipelas exactum, alius uero is qui uocatur ab omnibus nobis usitate, ut a ueteribus quoq; phlegmone, alij aut inter hos medij plurim, partim ut sic dicā, erysipelata phlegmonode, partim phlegmonæ erysipelatos. Ac inuenias non nunquam ubi neutrum uincat, sed ad unguem paria sint. Quin etiam non nunquam oedematodes esse erysipelas cōspicitur, sicut aliud scirrholes: ut compositorū morborum non paruus acruetur numerus. De quibus copiosius cum alibi differimus, tū in curandi rationis uoluminibus. Dicitur autē & nunc, quoad saltē eorum meminisse necesse est, quod exactū erysipelas haud unquam ab ante dicto cataplasmate curari possit. Voco autē exactum, cum a biliosa fluxione pars impleta fuerit. Porro quod longe a refrigeratione absit coriandrum, uel ex ijs quæ ipse scripsit Dioscorides, discere liceat. Nam choeradas siue strumas cum eregmo, siue lomento inquit, discunt. Porro quod nullū refrigerantiū medicamentorū idoneū sit dissentientis choeradibus, uel ipsum Dioscoridē non dubitaturum arbitror, quippe qui sexcenta scripserit medicamenta choeradas sanare potentia, quæ omnia tum temperie calida, tum actionibus digerentiā esse confessus est.

Coronopus.

Coronopodis radix celiacijs prodesse creditur manducata.

Costus.

Costus leuiculam planè amarā, plurimam autem acrem & calidam in se qualitatem simul & facultatem continet, adeo ut etiam exulceret. Vnde ex oleo corpus eorum, quibus per circuitum rigor inuadit, ante accessionem illo confricant, sic uero etiam in resolutis, & ischiadicis, atque in summa in quibus excalcacere partem quamuis, aut ex alto in superficiem extrahere quippiam est opus, ad costū conlugitur. Eadem de causa urinas mensēque prouocat, & ad rupta conuulsa, ac laterum dolores cōgruit. Porro ob amaritatem quæ illi inest, lumbricos latos necat. Ob eandem & ad contractas uelut ex sole maculas

A. l. 2. c. 1. 1. c. 1. p. 164. c. & l. 2. c. 1. c. 1. 43

† Alias ex anti quis Græcis. ea que in hie modū in paucis medicame tis dicitur, iuaa hnt ali quid, ac reme morabunt su periores me thodos.

† Alias neq; que hnt an tiones sanæ facultate frigi da esse putan dum est.

10rib. 15. col lect. hie, q; p. 164. i. uehe mē, & i Græ ci Galeni li bris ita et le gunt. A. l. 2. c. 1. c. 1. 137.

A. l. 2. c. 1. c. 1. 137.

A. l. 2. c. 1. c. 1. 137.

Maculas, & hanc Græci uocant, cum aqua aut melle usurpant. Inest item flauosa quædam illi temperiē humiditas, per quam & uenerem excitat cum uino mullo.

Coryledon, Ambiliem Venuris.

Coryledon facultatis mista est, nempe humidæ subfrigide, & cuiusdam obscure subadstringentis. & cum ea leuiter amaræ. Vnde refrigerat, repercutit, abstergit, & discutit. Itaq; phlegmonas erysipelato dis, & erysipelata phlegmonode curat: & maxime stomachi ardore astuantis admodū utile est epiplasma. Putantur folia cum radice manducata calculos confringere, & urinam mouere.

Cornia, Cornus.

Corni arboris fructus admodum acerbus est, esui aptus. Itaque mirum uideri non debet ipsum ualē ter uentrem restringere, sicut & melpila. Folia quoque & germina gustu acerba sunt, ualenterque desiccant. Itaque maxima uulnera glutinare possunt, potissimum durorum corporum: at paruis uulneribus & mollioribus corporibus potius contraria sunt. Nam nimium ea contendunt, ac plus satis desiccant.

Crambe, Brassica.

Crambe esculenta desiccandi nim habet eum esca, tum foris imposita, nō tamen etiā admodū acrem. Alioqui & ulcera glutinat, & maligna ulcera sanat, præterea phlegmonas iam induratas: ac ægre solubiles, & id genus quoque erysipelata. Eadem facultate epinyctadas & herpes sanat. Habet quiddam et in se absterorium, quo lepras curat. Porro semen eius potum lumbricos interficit, maxime brassicæ Aegyptiæ, quanto scilicet temperatura sicciore est. Sane amaræ qualitatis particeps semen, est sicut uidelicet omnia alia medicamenta quæ ad lumbricos idonea sunt. Secundum eandem facultatem epichelidas & lentes, & quæcumq; modicā absterfionē postulant adiuuat. Porro caules brassicæ cōbusti cineres efficiunt admodum desiccantes, ut uidelicet iam & causticum siue aduentem uim participent. Hac ratione ei ueterem adipem commiscentes, ad inueteratos laterum dolores, & si quid eius fuerit generis, adhibent. Nam ualenter digrens pharmacum efficitur.

Crambe agris, Brassica agris.

Brassica agris quodāmodo calidior siccioreq; domestica est, ceu alia prope modū omnia agris: sui generis domesticis secundū utranq; hanc facultatē ualentiora sunt. Quamobrem neq; intra corpus, extra uoxam sumitur, ut quæ longius ab humana recesserit temperatura. Eadem de causa & gularibus: amariore est q̄ domestica: quāquā domestica quoq; acrimonia non nihil & subamaritudinis cōtineat, sed utranq; habet agris ualidam: quare etiam extergit & digerit quā domestica ualentius.

Crambe thalassia, Brassica marina.

Brassica marina supra quā quod uentrem deiciat, utpote subasida & subamara gustu, fuerit sanè et ad externos corporis usus, & ad omnia ea, ad quæ tales qualitates accomodantur, idonea.

Cratægonos.

Cratægoni herbæ fructus & acris gustanti est, & utentij frigidus, similis milio.

Crethmon.

Crethmon gustantibus salsum quodāmodo est cum pauca amaritate: quamobrem uis eius est exiccatoria & absterfioria. Vtraq; tamen imbecillior ei est quā in amaris.

Critha, Hordeum.

Hordeū primi est ordinis in exiccado & refrigerado: habet et pauillū absterfionis. Paulo et plus desiccatur quā farina fabacea, cui nō inlunt cortices: cetera uero similia sunt foris utribus. In cibo aut hoc fabis præstat, q̄ flauosam naturā exuat: fabis, quantūcumq; coxeris, flauosa natura remanet: sunt. n. crassioris essentia q̄ hordeū: quamobrē eo plus et alit: porro quā utrunq; paulū modo a medio recessit, multo sunt usui. Nā talia medicamēta multis alijs miscentur ceu materia: quædam itaq; etiā cera & oleū non paucis medicamentis coniunguntur. Alphiton uero, hoc est polenta, multo plus hordeo desiccatur.

Crimmon.

Crimmon, quod crassæ essentia est tum in tritici, tum in zea farina, ita appellari consuevit. Plus nutrit quā polenta, sed agrius concoquitur. Porro sorbitio quā ex eo conficiunt, potēs muncupatur, eaque si ex zea conficiatur, leniter uentrem sistit, ac magis si frigitur.

Crimos, Lintum.

Lilij flos temperaturā mistā obtinet partim extenui, ac terrena essentia, ex qua utiq; habet ut gustu sit amara: partim ex aquea, eaq; teporata. Itaq; et quod ex eo cōfietur oleū ac unguentū, citra morsum digerēdi simulq; emolliēdi facultatē obtinet: ut sit ut uteri duritijs sit aptissimū. Porro radix foliaq; per se trita desiccāt & abstergūt: & digerūt moderate: proinde quoq; ambustus cōpetunt. Siquidē hæc quoq; moderate desiccantē extergentēq; facultatē postulat. Radicem ergo tostā, ac deinde cū rosaceo cōtritā ambustis, quoad obducatur cicatrix imponit: quippe cū alioqui & aliorū ulcerū omniū bonum sit inducēdæ cicatrici remediū. Quin etiā uteros emollit, mēseiq; prouocat. Folia uero præcoquētes, & ipsa ad obductā usq; cicatricē imponūt, nō in ambustionibus dūtaxat, sed alijs quoq; ulceribus. Sed & sunt q̄ aceto ea cōdientes ad uulnera suo tpe utātur. Plus tñ inest abstergentis facultatis in radice q̄ i fō lijs, quāquā tamē nec in ea ipsa multū inlit, sicut prædiximus. Nā primi ordinis abstergentiū est medicaminū: itaq; est aut uiriliginē, aut plōrā, aut sepram, aut achoras, aut aliquid id genus extergere uolumus, commiscemus illi aliquid aliorum medicaminum ualidius extergentium, cuiusmodi est & mel.

QUINTA CLASSIS.

G 4 Ceterum

Ceterum si id moderate illi ac conuenienter admisceatur, & ad neruorum diuisiones competit, & ad E alia uniuersa quae ualenter exiccati postulant absque morfu. Reposuius uero etiam quandoque & fo liorum succum cum aceto & melle coctum. Succus quinque partibus plus utroque erat: eratque insi gne medicamen ad omnia ea, quae ualenter exiccati postulant absque morfu, seu uulnera omnia ingentia, & maxime quae in capitibus musculorum eueniunt: tum ad ea ulcera quae nimis mollia sunt, & diu rturna, atque aegre ad cicatricem perduciuntur: Sed haec iam ad medicamentorum componendorum in stitutum attinet, a quo quantum licet, abstinere in praesentiarum admittor, ceterum rerum ipsarum na tura saepe numero ut attingam adigit: celeriter uero relinquenda sunt, atque ad propositum reuertendum.

*Crocodilium.*

Crocodilij semen acre est, atque odoratum, urinam mensesque eiens. Itaque facultatem habuerit calidam, digerentem, & exiccantem. Succus tum caulium, tum seminis, ut quae similis sint facultatis, ne phriticos adiuuat. Radix pectoris excretionibus ualenter conducit, minus quidem quam semē acris, non tamen minus amara. Trahit uero etiam per uas sanguinem.

*Crocus.*

Crocus paulum etiā adstringēs quid obtinet, quod terreum frigidum ostendimus: sed superat in eo calfaciens & qualitas, & facultas, & tota eius essentia secundi sit ordinis exalfacientium, & primi exic cantium: proinde concoquendi quoque uim quandam obtinet, adiuuante scilicet in hoc & pauca illa adstrictione. Quippe quibus medicamentis, cum non admodum exalfaciant, pauca adest adstri ctio, ea parum facultatē habent essentia emplasticis uocatis: quas cum iunctas esse caliditati non uehe menci contigerit, pepticas, hoc est concoquentes esse ostendimus.

*Crommyon. Capa.*

Capa ex quarto est ordine exalfacientium: essentia eius potius crassarum est partium: unde etiam haemorrhoidas aperit tum apposita, tum cum aceto iuncta. In sole alphas abstergit, tum alopecij at tita pilos, alcyonio citius restituit. Porro si succum eius exprimas, quod reliquum est admodum terreae substantiae est, eiusque calida: at succus aquae aereaeque caliditatis. Hic igitur ijs qui suffusi sunt, aut aciem oculorum obtusam praecrasitudine humorum obtinent, inunctus prodest: ex huius temperatura tota capa statuoia est manducata, itaque quae temperatura sunt sicciore, minus statuum generant.

*Cyamas. Faba.*

Faba in utroque medij temperamenti proxime est in exiccando & refrigerando. Caro eius paulum quoque abstergentis facultatis continet, sicut putamen uon nihil adstringentis: idcirco medicorum non nulli totam fabam cum oxycrato decoctam dysentericis, coeliacis, uomentibus, quos *emeticos* nomi nant, exhibuerunt. Porro ut edulium, statulenta est, ac coctu difficilis, siquid aliud: excretionibus ex pectore & pulmone idonea. Ut medicamentum uero foris imposita, desiccet innoxie. In podagricis ea saepe numero uti sumus ex aqua decocta, & ita ad ipsi uulso admista. Ad neruorum tum contusiones, tum ulcerationes farinam eius cum oxymelite imposuimus. Ad eos quos ex ictu iam phlegmone occupa uerat, cum polenta. Sed & restium & uberum aptum est cataplasma. Nam haec partes cum phlegmone tenentur, moderate refrigerari amant, maxime cum ubera ex lacte in ipsis concreto phlegmone pa riantur. Quin lac quoque ab eo cataplasmate extinguitur, sicut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra permanet.

*Cyclaminos. Rapum. sive tuber terra.*

Cyclaminos uarias uires possidet. Nam & abstergit, & incidit, & ora uenarum aperit, & attrahit, & digerit: clarum id est ex particularibus operibus. Nam succus eius haemorrhoidas reterat, uiolenterque ad secessum prouocat in crocide siue stocis appositus. Sic etiam facultatibus phymara, strumas, aliasque omnes durities digerentibus commiscetur, ac suffusus cum melle illitus competit: ad haec quoque per nare expurgat. Adeo uehemens eius facultas est, ut abdomine illito uentrem subducit, & fetum inter rimat. Nam & alioqui ualidum interimendo conceptui medicamen est, in pello appositus. Tota autem H radix succo imbecillior est, quamquam & ipsa uehemens sit. Nam & menses siue epota, siue apposita enocat, & aurigini prodest, non modo ipsum uiscus expurgans, sed etiam, quae in toto corpore bilis fue rit, eam per sudorem eiciens. Proinde sane post portionem sudoris adiuuando omnino prouocatio est. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cum passo. Ceterum detergit cum in alijs, tum quod alopecias, ophelidas, omniaque exanthemata siue efflorescentias curer: lienem quoque induratum iuuat emplastri modo illita tum recens, tum arida. Sunt qui radicem siccam asthmaticis seu anhelantibus exhibeant. Porro altera cyclaminos, quam quidam cyssanthemon nominant, propterea quod cyffo, hoc est edere flore sit assimilis, radicem quidem inutilem habet, sed fructum admodum effi cacem: nam hic cum uno albo pluribus diebus duobus cyathis potus lienem sanat urinas mouens, ac uentrem subducens: secundas quoque eicit, & asthmaticis prodest. Qualitas eius gustanti acris est, & sublentia.

*Cyminum. Cumimum.*

Cymini semine maxime utitur, quemadmodum anisi, ligustici, cari, petroselini. Est uero & faculta tis exalfacientis, sicut illorum unumquodque, tum urinam mouentis, & statum extinguentis: ex ter tio ordine exalfacientium.

*Cynosbatus.*

**A** Cynosbatus. Huius fructus non leuiter adstrictorius est, folia uero medioeriter, itaque particularis eius usus haud ignotus est. Cauendum ab eo quod in fructu eius lanæ speciem habet, seu arteriam uitians.

*Cyparissus. Cupressus.*

Cupressi folia, germina, pilulae recentes, & molles magna uulnera conglutinant in duris corpori bus: ex quo clarum est quod resiccandi uim habeat absque insigni acrimonia, aut caliditate, sicut certe & gustus testificatur. Apparet enim in ea leuis quidem acrimonia, sed plurima amaritudo, multoque etiam plus acerbatis in tota planta. Tanta ei inest acrimonia caliditasque, quanta satis sit deducen da in altum acerbatis, ac nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficiat. Proin de in alco lateres in flaccidis putrescentibusque affectibus humiditates innoxie tutoque depascitur, at que absumit: cum quae exalfaciant simul desiccantque, eas quidem quae contentae sunt, absumant, ce terum acrimonia & caliditate alias attrahant. Sic enterocelicos iuuat: siquidem exiceat, roburque addit corporis partibus praehumiditate laxis: utpote cum adstrictio in altum subeat deducente ipsa ca liditate, quae admista est, eum seruante modum, ut deducere quidem ualeat, non tamen mordicare. Quidam ea utuntur ad carbunculos, & herpes polenta miscentes, tanquam absumat citra ex calfacionem eos morbos facientem humiditatem, Sunt qui ad erysipelata utantur, admista nimirum polenta cum aqua aut oxycrato aquoso.

*Cyperus. Lunus quadratus.*

Cyperus radices maxime usui sunt, exalfacientes pariter & exiccantes absque mordacitate. Itaque ul ceribus quae praenimia humiditate cicatrice difficultate admittunt, mirifice profunt: habent enim quid dam etiam adstringens: quapropter ulceri item oris conueniunt. Quin & incidendi uim quampliam illis inesse testificandum, quae & calculo uexatis congruunt, & urinam mensesque prouocant.

*Cyprus.*

Cyprus. huius arboris folia summaque germina in usum ueniunt, & facultatis, & qualitatis mistae: habent enim quiddam digerens cum aquea substantia modice calida, habentque etiam adstrictorium quiddam ex terrena substantia frigida. Itaque eorum decocto quidam ambusta souent. Vtuntur uero et aduersus igneas phlegmonas & carbunculos. Nam absque molestia & morfu desiccant. Quin etiam spore proueniuntibus in ore ulceribus, ac maxime aphthodesi, & ipsis etiam puerorum aphthis coman sa accommodata sunt.

*Cytisus.*

**C** Cytisi folia digerendi facultatem obtinent aquae temperatae mistam, sicut & maluae.

*Comon. Cicuta.*

Cicuta quod extreme refrigerantis sit facultatis, omnes norunt.

*Conor.*

Conifructus, quem quidam cocalon nuncupant, & strobilon, uiridis totus, habet cum humiditate amaritudinem quampliam & acrimoniam: proinde purulentis, & quibuscumque adeo, quae in thorace ce & pulmone sunt, facile extulsire & expuere expedit, accommodus est. Porro fructus ex eo esculen tus, nutrimentum est coctu difficile, & ualidum. At ut medicamen asperitati leniendae congruit, cum uidelicet in aqua maceratus omnem in ea acrimoniam reliquerit. Nam reliquum omne minime mor dax, maximeque emplasticum redditur, in medio calida & frigida: qualitatis consistens, ex aqua & ter rea mistum substantia, minimum participans aeris.

*LAGOPYS.*

**L** Agopus facultatis est desiccantis, adeo ut fluxus alui probe exiccet.

*Lathyrus.*

**D** Lathyrus. sunt qui dicant & hanc esse tithymalli speciem, tum quod similiter illis succum habeat, tum quod eodem modo purget, totaque illis facultate assimilis sit, nisi quod semen gustantibus uideatur dul ce: quod sane etiam purgatoriam uim maxime possidet.

*Lampfano.*

Lampfano est quidem succos prauos procreat, ceterum illita abstergendi non nullam digerendi que facultatem possidet.

*Lapathum.*

**A** Lapathum moderate digerentem sortitum facultatem est, at oxylapathum mistam: nam cum eo quod digerit, non nihil quoque repercutit. Semen eorum manifestam quoque quandam adstrictionem obti net, ut & dysenterias, & diarrhoeas siue profluvia sanat, & maxime oxylapathi. Porro hippolapathum, quod in totum in paludibus prouenit, eandem dietis facultates obtinet, sed imbecilliores.

*Lemonium.*

Lemonij fructum, utpote austerum, exhibent coeliacis, & dysentericis, haemoptoicisque, siue sangui nem spuentibus: iuuat & profluum muliebrem. Satis est oxybaphi mensura.

*Lichen.*

Lichen, qui in petris nascitur, est uelut muscus quidam, sed recte ex plantarum censeri genere pot. Porro ita nominatus uideatur, quod lichenas caret: extergentem habet ac modice refrigerantem facul tatem,





Veruntamen non nihil etiam caloris inest & in pomis humiditatis: proinde soporem ea conciliandi uim habent. Radicis cortex cum sit ualentissimus, non tantum refrigerat, sed & desiccatur: reliquum quod intus est, imbecillum est.

*Marathrum. Feniculum.*

Feniculum tam ualenter excalfacit, ut ex tertio ordine excalfacientium censeretur promeretur: desiccatur uero non aequè, sed ipsum quicquid in hoc primi esse ordinis posuerit: proinde lac procreat: quod, si admodum desiccaret, non sane efficeret: suffulsi eadem ratione auxiliatur urinas mensesque ciet. Porro est & alterum feniculum agreste, quod præ magnitudine hippomarathrum nuncupatur: cuius radix ac semen amplius quam domesticum, desiccandi uim obtinet: quo circa uentrem quoque, eo nomine sistere uidetur. Nec sane manifesta illis inesse uidetur adstrictio. Huius non radix modo, sed & multo magis semen Cachryi affine est, potestque & calculos frangere, & auriginosos sanare, mensesque & urinas mouere: non tamen lac congerere, sicut illud superius. Aliud est hippomarathrum, cuius semen rotundum est & acre, simile semini cortiadri, facultate quidem hippomarathro simile, sed debilius.

*Mastiche.*

Mastiche candida quidem, & Chia consueto more cognominata, quodammodo ex contrarijs composita facultatibus est, adstringente uidelicet & emolliente. Proinde stomachi, uentris, intestinorum, icteris que inflammationibus competit, ut puta secundo ordine excalfaciens & desiccans. Nigra uero, quæ Aegyptia cognominatur, tum magis desiccatur, tum minus adstringit: quam obrem aprior quodam modo est ad ea, quæ ualidiorem digestionem per halitum exposcant: hac ratione furunculis bonum est remedium. Porro oleum unguentumque masticinû ex Chia conficitur, non admodum sane ex Aegyptia. Ceterum similis est & ipsum masticinæ facultatis.

*Melanthium. Nigella.*

Melanthium excalfacit atque desiccatur tertio ordine. Videtur etiam tenuium esse partium: hoc enim nomine catarrhos sanatur calidum in lixore admodum, atque assiduo olfactum. Quinetiam si intro in corpus sumatur, uel maxime flatus extinguit. Unde constat essentia ipsam esse subtilis, & ad unguem a caliditate elaborata. Propterea sane etiam amarum est. Olfactum uero in quarto horum uoluminum est, quod cum ad extremam tenuitatem atque elaborationem terrenam pertingit substantia, amara proueniat qualitas. Itaque mirum non est si lumbricos interimat non esum modo, sed etiam foris uentri impositum. Siquidem & id præstare posse saporem autasum monstratum est: Nec sane etiam mirandum si lepras, clauos, myrmecias ejiciat, ei præsertim qui in superioribus libris comprehensorum haud est immemor. Sic uero etiam orthopnoeam iuuat, & menses prouocat, qui utique ob crassitatem aut uiscositatem humorum retenti fuerint. In summa uero, ubi sectione, estersione, desiccatione, excalfactione est opus, præstantissimum id remedium est.

*Melilorum.*

Melilorum mista facultatis est: habet enim quiddam adstringens: sed & digerit & concoquit: copiosior enim in eo est substantia calida quam frigida.

*Mel.*

Mel desiccatur & excalfacit ordine secundo. Est autem simplicis, quoad fieri potest, tum facultatis tum temperamenti, extergentis, ut nobis appellare mos est, medicamentorum speciei existens. Porro coctum minus acre abstergentiumque redditur: itaque ad sinuosorum ulcerum glutinationes eo utuntur. Ceterum si quod mel amarum est, ceu Sardoum, clarum est & ipsum mista esse facultatis: tanquam si nostrum quicquid ei absinthium admiscuisset. Sed & Sacchar, ut uocant, quod ex India atque felici Arabia conuehitur, in calamus, ut aiunt, concreuit, & ipsam mellis est species, minus certe nostrate dulcius, sed ad similes ei uires obtinens, quod ad abstergendum, desiccandum, & digerendum attinet. Porro quatenus nec inimicum stomacho est, ceu nostras, nec situm afferens, eatenus ab illo substantia differt.

*Melissophyllum. Citrugo.*

Melissophyllum marrubio simile est facultate, sed plurimum ab eo uiucitur: quam obrem nec utitur eo quicquid. Superuacaneum siquidem foret præsentem marrubio, cuius tantus est ubique terrarum proventus, uelle uti melissophyllo: ceterum si cui forte ad manum quandoque marrubium non fuerit, illo uti liceat, modo non exciderit, quanto ab hoc exuperetur.

*Mespilum.*

Mespilum, alij tricocum nominant, quod tria intus in uniuersum gerat grana, quorum unumquodque arboris est semen, ceu ea, quæ in malis inueniuntur, ipsius mali: & uinacei, ipsius uitis: & ficus, minuta illa grana, quas cenchramidas Græci uocant. Arboris huius fructus admodum acerbus est, uixque edi potest, uentri sitientie coarctans. Quin & in geminibus & folijs acerba hæc qualitas non pauca reperitur.

*Mediour. Trifolium odoratum.*

Medij radicem contra atque fructum ipsum temperatam esse cotingit: nam illa quidem austera est, & fluxiones cohibet cum alias, tum uero etiam profluuium muliebri quo ducunt. At semen tantum abest ut tale quid efficiat, ut etiam menses ciet, nimirum tenuium partium, & incidendi facultatis.

*Meccon. Papauer.*

Papauer alterum rhoëas nuncupatum est, quod scilicet celeriter flos eius desuat. Alterum domesticum,

A cum, quando quidem colitur, Quin & alia duæ præter has sunt species syluestris papaueris: alterum uelut insidentem calicem sustinens, alterum longiorem quam illud calicem obtinens, totum autem procerius ac squalidius. Ab hoc succus desluit, atque hinc est quod hanc speciem quidam rhoëa nominent. Porro omnium facultas refrigeratoria est. Ceterum satiuu semen, quod & thylacite cognominant, uelut diocriter somnum conciliat, uisum candidum: proinde panis ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt. At eius quod primo loco recensimus, cuius florem celeriter decidere possumus, ualidius semen refrigerat, itaque nequaquam eo quis innoxie solo uti possit, sicut satiuu siue domestico, melli admiscens. Admodum uero si ita sumptum sit, somnum conciliat. Ceterum posillu eius inspergunt ijs, quæ ex melle conficiuntur, bellarijs, atque iurijs, panibusque. Porro tertio loco dicti semen atrum etiam medicamentum est, admodum refrigerans. At quod quarto loco positum est, omnium est medicatissimum tum in semine, tum in folijs, tum in succo. Valide enim refrigerat, ad stuporem usque, & mortem perducens. Sed medici, quo probe ea utantur, medicamentis miscentes, frigiditatis uehementiam retundunt. Est enim ex quarto & ultimo refrigerantium ordine. Porro quo pacto maxime ex metho dicationem facere oporteat, non est præsentis tractationis proprium, sed eius quæ de componendis medicamentis agit, quæ post hoc opus a nobis exponetur.

B

*Meccon coratiti. Papauer cornutum.*

Papauer cornutum nominatum quidem sic est a fructu leuem inuersionem habente, uelut & fecum græcum: ut bouis cornu esse uideatur simile. Vocatur porro a quibusdam paraliu, quando quidem ut plurimum iuxta mare nascitur. Vinum habet incidendi, & abstergendi. Itaque radix herbæ in aqua decocta ad dimidium, hepaticos affectus adiuuat. Porro folia & flores sordida admodum & contumacia ulcera iuuant: sed ea reijcere oportet ulceribus iam expurgatis. Adeo enim abstergere ualent, ut & pura quoque carnis non nihil eliquent. Hoc uisum robore non sordem duntaxat, sed & crustam uleeribus detrahit.

*Meccon Herachia. Papauer Herculeum.*

Papauer herculeu, uocatur uero & aphrodes, hoc est spumosum, eo quod totum candidum est & spumolum, exile. Semen habet pituitam expurgans.

*Melea. Malus.*

Malus non omnis eiusdem naturæ est, uelut nec eiusdem fructus. Quippe quædam mala dulcia sunt, quædam austera, non nulla acerbata, non nulla acida, alia extreme exoluta & aquea: & sane in istis aqueu exuperat, ut temperies eorum sit tum humidior, tum frigidior: in acerbis autem terrenam frigidum. In austers uero tum istud, tum aqueum, frigidum, sicut in dulcibus aqueum temperatum. Sic quoque licet, cortices, foliaque arborum inter sese dissident. Itaque si austeriora sunt atque acidiora, uulnera illis glutinare possunt, in phlegmonarum principio influxionem repercutere, ac stomachum uentremque exolutum ac languidum roborare: at aquosioribus mediocres phlegmonas incipientes & glutientes remittere. Sed hæc iam ad curandam rationem attinent: proinde ea citius etiam relinquenda. Porro quod plurima pomis omnibus recrementia frigidaque in se humiditas, uel hinc liqueat, quod eorum omnium nullus omnino succus durare, ac uetustatem ferre possit, uerum acescant corrumpanturque uniuersi. Solus enim cydoniorum & struthiorum, (utpote quæ propter uincens adstrictiorem minus ceteris sunt humida,) succus coctus cum melle durare potest: tamen ipse per se non ita durare queat.

*Melea persice. Malus persica.*

Melea persice: hæc uulgo nunc ab omnibus uocatur Persice tantum, illo uidelicet omisso Melea. Ipsa igitur arbor in geminibus & folijs uincens habet amarum qualitatem: proinde folia eius trita & super umbilicum imposita lumbricos necant. Alioqui sane etiam digerens medicamentum est. Fructus eius, nempe escalarum hoc persicum, humidior est & frigidior temperie.

D

*Melea armenice. Malus armenica.*

Melea armenice, huius uetus nomen desicit. Vocant enim omnes tum fructum tum arborem præcon. Fructus humidior frigidiorque est, utrumque secundo quodammodo excessu perpeffus.

*Melea medice. Malus Medica.*

Melea medice, huius fructus non amplius malum medicum, sed ab omnibus citrum nuncupari adsolet: in semine quidem uincens habens qualitate acidam & siccam, ut ipsum tertij sit ordinis refrigerantium refrigerantiumque: in cortice uero uicem desiccantem temperiem est sortitus, non parum tamen habentem acrimonia: proinde desiccatur hic secundo excessu, non tamen frigidus est, sed aut temperatus, aut paulo infra. Porro caro eius pariter crassi succi est, & pituitosa frigidaque. Nam & ipsa editur sicut & cortex: Semen omne edi ineptum est, tum humidum illud & acidum, de quo primum disterrui, & nucleus qui in illo inuenitur, id quod re uera semen est. Hic amarus est, & digerendi uidelicet sic candique facultatem obtinens, secundo quodammodo ordine a temperatis recedens. Folia uero denique excandendi ac digerendi uim obtinent.

*Meum.*

Meum huius radices peritiles sunt, calidæ tertio ordine, sicca secundo: proinde urinam mensesque ciete uolentes hoc utuntur pharmaco. Sed si plulculum sumatur, capiti dolorem mouet, utpote ea plulculum

A. l. a. c. 461.

A. l. a. c. 462.

A. l. a. c. 463.

A. l. a. c. 496. & 497.

H

A. l. a. c. 499.

# Gal. de simplicium medic.

fenulum fir calidum quam siccum; quippe cum humiditatem crudiusculam etiam uinum & statuosam\* cali E  
ditatem ad caput deferat, atque ita ipsam afficiat laedatque.

*Milax trachia, hoc est aspera.*

Milax trachia clauiculis plena est. Varia namque arboribus circumuoluitur sursum deorsum. Folia  
leuiter acris gustantibus sunt, & alioqui utentibus calida.

*Milax lia, hoc est lenis.*

Milax lia quodammodo iam dicta similes uires obtinet.

*Morea. Morus.*

Mori fructus maturus quidem uentrem subducit, immaturus uero ubi aruerit, admodum restringit.  
Itaque ad dysenterias accommodus est, & affectiones coeliacas, & quascunque alias fluentes: contun-  
ditur autem, ac oblonis commiscetur, uelut rhoi fructus: aut si cui ita uideatur, ex aqua aut uino bibat.  
Porro quod d maturorum succus ad stomatica medicamenta sit utilis, propter eam uidelicet, qua inest il-  
li adstrictionem, neminem latet. Præterea ad alia complura particularia, qua mediocrem possunt ad-  
strictionem, competit. At immatura mora præter acerbiteriam, & aciditatem sortita sunt: & rota adeo ar-  
boris omnibus suis partibus mistam aliquam uim obtinere uidetur ex restringente & purgante com-  
positam. Atram in radicis cortice purgatori cum quadam amaritudine exuperat, adeo ut & latum F  
lumbicam interficiat. In talijs autem in paribus] restringens uincit: in folijs tamen & germiibus quo-  
dammodo media utriusque temperies est.

*Myagros.*

Myagri semen pingue est, nam si mundatur, oleosum quid effundit, quod emplasticam uim obtinet.

*Mycetis. Fungus.*

Fungus frigida humidaque admodum planta est: quamobrem etiam proxime ad deseteriam & ene-  
cantem facultatem accedit: [ & sane inter eos sunt qui incedant, ] potissimum qui ex natura mistam  
habent qualitatem putredinosam.

*Myle.*

Myles radix paruo bulbo similis est facultatis, contrahentis: nam cum farina ærina, hoc est lolij, ap-  
posita apertam inulnam sanare scribit Dioscorides.

*Myosotis. Auriculamuris.*

Myos otis, quidam uero myos ota, desiccatur secundo ordine: ceterum nullam euidentem calidita-  
tem possidet.

*Myrice. Tamarix.*

Myrice abstergentis est: ac incidentis facultatis absque perspicua desiccatione: habet uero etiam ad  
strictionem non nullam. Has ob qualitates facultatesque admodum prodest lieni indurato, decocta  
cum aceto, aut uino: siue radice, siue folijs, siue extremitatibus ramulis decoctis. Sanat porro dentium dolo-  
res. Ceterum fructus & cortex non paucam sortita sunt adstrictionem, adeo ut gallæ omphacitidis pro-  
xima sine uili quod acerbitas euidentis est in galla, sed myricæ fructui temperatura inest inæqualis: im-  
missa est enim naturæ eius multa partium tenuitas, atque uis abstergentis, quod sane gallæ non accidit,  
Atram ubi galla forte ad manum non erit, eo uti liceat ad omnia, ad quæ illa ut inurad eadem & cor-  
tice. Porro myricæ combustæ cinis admodum desiccatoris facultatis est, plurimam habens abstergen-  
di & incidendi facultatem, pauxillam adstringendi.

*Myriophyllon.*

Myriophyllon usque eo desiccatoris facultatis est, ut uulnora glutinet.

*Myrrhis.*

Myrrhis, quidam myrrhan nominant, radicem habet odoris iucundi, & dulcem, quæque mentes mo-  
ueat, tum ea quæ thoracem ac pulmonem degraunt, expurgantem. Itaque ex secundo ordine fuerit  
excalfaciendum, adiuncta quadam partium tenuitate.

*Myrrhine. Myrtus.*

Myrtus, ex contrarijs substantijs hæc planta constat: uincit tamen in castrigido terrenum. Habet  
uero etiam tenne quiddam calidum. Itaque ualenter desiccatur. Porro cum folijs, cum germina, cum fru-  
ctus, tum succus non parum inter se in adstrictione dissident. Porro quod ramis & trunco adnascitur  
tuberosum, quam quidem myrtada nuncupant, quanto dictis siccius est, tanto & desiccatur & adstringit  
u. ebementius. Quidam id reponunt tundentes, postea uino subigentes, ac in pastillos formantes. Folia  
item arida uiridibus plus desiccant: miscetur enim uirentibus humiditas quædam. Porro succus non tan-  
tum ex uirentibus folijs exprimitur, sed & fructu. Constipandi uim hæc omnia habent tum foris impo-  
sita, tum intro sumpta in corpus: quod scilicet nondum ullam delecteriam aut purgatoriam substantiam  
habeant admistam.

*Moly.*

Moly, hoc quidam uocant Peganon agrion, hoc est, rutam syluestrem. Non nulli Harmolam, Syri  
Besilam, sicut cappadoces Moly, quia radicem habeat nigram, & florem lacteum. Vis eius tenuium par-  
tium est, & calida tercio ordine: unde & crassos & uiscosos humores dillectat, ac digerit, & urinam mouet.

GAL.

# GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBVS LIBER OCTAVVS.

Qualitates tantum effectiuas, simplicium medicamentorum, hisce libris tractari, ac quid ex ijs, que ante  
tractata sunt, in memoriam reducendum.



Quantum itaque reliquum est facultatis secundum naturam, id hoc libro dice-  
turnec id quidem omne, sed tantum effectiuum qualitatum actiones. Nam  
totius substantia plantarum opera postea per se exponam. Commonefaciatis  
itaque lectoribus de ijs que supra tractauimus, nempe quod cuiusque simpli-  
cis facultatis in maioris minorisque ratione discriminationem quatuor ordi-  
nibus notauimus, quodque perspicuis limitibus cuiusque ordinis latitudine  
circumscripsimus, tum quod inueniendarum facultatum rationem quandam  
ac uiam docuimus, hominumque omnium demonstrationes cofecimus, ac scopos  
posuimus, & cuiusque facultatis iudicandi normas tum peculiare, tum communes, sic iam reliqua adli-  
ciemus, hortantes, si quis sit qui in superioribus uersatus non sit, ut aut hæc omnino relinquat, aut si animas  
laboris est ab initio prius totum opus perlegat. Siquidem prius quam in illis exercitatus fueris, obscu-  
ra omnia & demonstrationis expertia uidebuntur dicenda.

*NARDVS SYACHIS. SPICA NARDI.*

**N**ardi spica excalfacit excessu primo, desiccatur secundo iam completo. Composita est ex adstringe-  
te sufficienter substantia, & acris calida non multa, & quadam leuiter subamara: ex his constans  
facultatibus radix & ad iecur, & ad stomachum rationabiliter conuenit tum pora, tum extrinsecus  
imposita. Vrinam ciert, morsus stomachi sanat, in uentre ac intestinis consistentes fluxiones defic-  
cat, ad hæc & eas que in capite & thorace. Valentior est uocata Indica, quæ nigrior est quam Syria-  
ca uocata.

*Nardus Celtica, hoc est Gallica.*

Nardus Gallica iam dictis similis quadantenus in genere facultatis est, ceterum ad omnia imbecil-  
ior, præterquam ad prouocandam urinam. Siquidem calidior illis est, sed minus adstringit.

*Nardus oreas, hoc est montana.*

Nardus montana, quæ & thylacitis, & pyritis nuncupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis  
debilior.

*Nartex. Ferula.*

Ferula semen excalfacit & attenuat. Ceterum id quod intus inest, dum adhuc uiridis est, quod me-  
dullam uocant, adstringentem qualitatem participat, cuius nomine sanguinem spuuentibus & coeliacis  
conuenit.

*Napy.*

Napy calfacit & desiccatur ordine quarto.

*Narcissus.*

Narcissi radix usque adeo excicandi facultate pollet, ut & maxima uulnera conglutinet uel ad inci-  
siones usque, quæ circa tendones accidunt. Habet uero quiddam absterforium & attractorium.

*Neuras. Poterium.*

Neuras, quidam Poterium uocant, desiccandi absque morfu facultatem possidet, adeo ut & nervos  
incisos glutinare credatur. Radices eius potissimum eiusmodi uim obtinent: quin & decoctum earum  
quidam exhibent ijs quibus affecti sunt nerui.

*Nerium, aut Rhododaphne.*

Nerium, aut Rhododaphne, notus omnibus frutex: foris quidem illitus digerendi uim obtinet. Por-  
ro si intro in corpus assumatur, perniciosus ac uenenosus non tantum hominibus, sed plerisque etiam pe-  
cudibus est.

*Nymphea.*

Nymphea tum radix, tum semen desiccandi uim habet citra morsum. Itaque uentris profluuia cohi-  
bet, semenque siue per insomnia, siue alio pacto immodice profluens retinet. Luuat porro etiam dysente-  
ricos. Ceterum nymphea, quæ candidam habet radicem, potentioris est facultatis ut, & muliebri me-  
deatur, profluuiis. Verum & hæc, & ea quoque, quæ atram habet radicem, ex uino nigro austero bibi-  
tur. Porro non nullam habent quoque & abstergenti potentiam. Itaque & alphas sanant, & alopecias.  
Ceterum ad alphas macerantur aqua ad alopecias, pice liquida. Sed ad hæc aptior est, ea cuius radix  
nigra est, sicut ad alia, cuius alba.

*XANTHIUM.*

**X**anthium, uocatur etiam phasganium. Fructus digerendi uim obtinet.

*Xyris.*

Xyris, quidam xyrida, tenuium partium, attractoris, digerendi, ac nimirum etiam desiccandi est fa-  
cultatis

cultaris eum radix, tum multo etiam amplius fructus, qui quidem & urinam ciet, & lienes induratos E sanare potest.

*Xiphion. Gladiolus.*

Xiphij radix, & maxime altera illa, quae superior est, attrahentem, digerentem, & desiccantem scilicet etiam facultatem possidet.

DE SORBEIS.

Sorbus arbor, cuius fructus graece *σάρα* uocantur, & a plerisque *σάρα* hoc est sorba nominantur, adstringentem obtinet qualitatem, sed multo imbecillior quam mespilus: proinde sane etiam elui iucunda est minusquam quam mespilus uentrem constringens.

*Oenos. Vinum.*

Vinum ex secundo est ordine excalfaciendum: sed quod admodum uetus est, ex tertio: sicut mustum quod uocant, ex primo. Caliditati eius proportione respondet siccitas.

*Olymbi. Grossi.*

Grossi acrem & digerentem uinum possident propter succum totius arboris communem, qui illis inest. Cocturaque duos tumores discutiunt, crudi uero myrmecias & thymos eijciunt.

*Olostium.*

Olostium desiccandi uinum habet eum adstrictionem: quam obrem ipsum ad rupta potui exhibent.

*Olyra.*

Olyra mediam ritici & hordei naturam possidet tam ut nutrimentum, quam ut medicamentum. Ex illis igitur de istis colligito.

*Onagron.*

Onagron aut onothera, aut onorhyris. huius radix arefacta uinum sum quiddam redollet. Sed & facultatis uini est maxime.

*Onosma.*

Onosma, uel osmas, uel phlonitis, uel ononis, ex acris & amara constat substantia: proinde quoque creditur fortis necare & eijcere, folijs eius in uino potis.

*Onobrychis.*

Onobrychis rarefaciendi digerendique uinum obtinet: proinde folia eius iuuentis etiam uinum, illa ad morem cataplasmatum phymata digerunt: arefacta uero, si cum uino bibantur, strangurias sanant. Quin etiam sudores elicit cum oleo inuncta.

*Ononis.*

Ononis radicem habet tertio quadantenus ordine excalfaciendam, cortex eius maxime est utilis, habens quippiam & absterforium & incisforium. Itaque non tantum urinas prouocat, sed & lapides confringit. Eadem facultate & crustas cito detrahit. Vrinatur porro ea quoque & ad dentium dolores collui uidelicet eam in oxycrato coctam praecipientes.

*Oxos. Acetum.*

Acetum in primo horum commentariorum mista esse substantia, nempe frigida pariter & calida, eiusque utriusque renuium partium demonstratum est. Ceterum calidam frigida exuperat. Porro magnam desiccandi facultatem obtinet, adeo ut sit tertij ordinis desiccantium iam completi, utique cum ualidum extiterit.

*Oxyacanthos.*

Oxyacanthos. Haec arbor ut pyro syluestri similem habet speciem, ita & uires non dissimiles: quin & ipsi fructus, pyri quidem syluestris prorsum atque absolute acerbus est: ceterum qui oxyacanthos & renuium est partium, & paulum quiddam incisforium obtinet. Porro arboris huius fructus, pyri syluestris fructui similis non est, uerum myrtis, scilicet rubens & rarus. Habet uero & nucleos. Porro non eius tantum, sed & bibitis affectus omnes fluxionum, quos *ῥόδες* Graeci uocant, cohibet.

*Opus sine Succo.*

Opus, sine succo, cyrenaicus quidem omnes & caliditate & tenuitate exuperat, ac proinde etiam omnium maxime per halitum digerit: quanquam sane & reliqui admodum calidi sunt & spirituosissimi: siquidem plurima eorum pars essentia aerea est & ignea. Porro complures habentur succi. Quauis namque radice incisa aut caule, quod ex uulnere crassum ac lentum effluit, succus est: ceterum specialius, & uelut per excellentiam quandam Cyrenaicum ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum.

*Origanum.*

Origanum, heracleotica quidem efficacior est onitide: sed agrestis, quam quidam Panaces heraclii, alij Conylem cognominant, ualentior utraq; est. Omnes uero incidendi, extenuandi, exiccandi, calfaciendi: facultatem possident: haecque tertio excessu obtinent. Porro ea quam Tragoriganum appellant, assumpsit etiam adstrictionis quippiam.

*Orobos. Erum.*

Orobos desiccatur quidem excessu secundo intensio, calfacit uero primo. Porro quatenus amaritatis est particeps, & arenus incidit, extergit, atque obstructions expedit. Ceterum si sumatur copiose, sanguinem per urinas euocat.

*Orobanchae.*

*Orobancha. Euangina.*

Orobanchae sicca frigidaque; temperatura est in primo ordine.

*Oryza.*

Oryza habet adstrictorium quippiam: quare mediocriter uentrem sistit.

*Orchis. Testiculus canis.*

Orchis nuncupatur & herba haec Cynos orchis. Radici eius bulbosae ac geminae uis inest humida & calida: ac gustantibus dulcissima est. Ceterum maior radix multam uidetur habere humiditatem excrementitiam, & flatuosam, quae propter epota uentrem excitat. Altera uero, minor uidelicet, e contra: nimium admodum elaborata: ut sit eius temperamentum ad calidius, & siccus uergens. Itaque haec radix tantum abest ut ad coitum stimulet, ut etiam plane contra cohibeat ac reprimat. Eduntur bulborum more tosta.

*Orchis. Serapias.*

quam prior  
scilicet or-  
chis.

Orchis, quem & Serapiada nuncupant, sicciorum facultatem obtinet, [quam ut primi ordinis haberi mereatur,] quocirca nec perinde ad uentrem accommodus est. Oedemata illius discutit, ulcera sordida expurgat, herpes sanat. Siccatus multo amplius desiccatur. Nam & putrescentia contumaciaque: ulcera sanantur: restituitur quippe eum & subadstringens sit, ac proinde etiam uentrem ex uino potus sistit.

*Osiris.*

Al. corema-  
ta.

Osiridi herbae, ex qua sunt & coremata, amara inest qualitas, & obstructions expediendi facultas. Quare & in iocinore consistentes adiuvat obstructions.

PANCRATION.

Pancratium. Radix huius scilla similem gustum & facultatem refert. Quare ea quida pro scilla, sicut non addit, utuntur: efficit enim omnia in genere quidem similiter, sed longe imbecillius.

*Paliurus.*

Paliuri folia & radix adeo non obscuram habent adstringendi facultatem, ut & uentrem fluentem colibeant: adeoque digerunt, ut & phymata curent, quae quidem non admodum phlegmonode sunt & calida. Fructus porro tantam obtinet incidendi uim, ut & calculos uelica comminuat, & pectoris pulmonisque excretionibus auxilietur.

*Papyrus.*

Al. u. l. c.  
176 & 547.

Papyrus ipsa quidem per se in usum medicinalem haud ingreditur. At macerata aut uisita utilis efficitur. Igitur oxycrato uinoque macerata recentia ulcera glutinat, maxime in circulum circumposita. Verum hic quidem est ceu materia, quae medicamina sanantia accipiat: at ubi uisita fuerit, medicamen est exiccatorum, uelut & charta combustae cinis, nisi quatenus infirmior est papyri cinis.

*Panax Heracleum.*

Panaces Heracleum. Ex hoc sit uocatus opopanax, radicibus eius & caulibus scilicet excisis. Porro opopanax ipse longe est ad plurimos usus aprissimus, utpote excalfaciens, emolliens, & digerens: ponatque ipsum quippiam in calfaciendo tertij ordinis, in desiccando uero secundi. Cortex radicis exiccatorum simul & excalfactorium est medicamentum: sed minus quam succus. Quis & non nullam habet abstergendi facultatem. Quare eo quoque utimur & ad nuda ossium, & ad ulcera maligna & contumacia. Sufficiens enim talia carnem procreant, scilicet abstergendo simul ac desiccando, nec ita magno pere calfaciendo: quae omnia ad carnem generandam necessaria sunt, uelut in libris de curandi ratione ostendimus. Fructus calidus & ipse est, ac mensibus mouendis medicamen commodum. Ceterum nescio quo pacto nunc omnes ex more non panaces, sed panacea herbam hanc uocent.

*Panaces. Asclepium.*

Panaces Asclepium minus est calidum supra dicto panace: quam obrem floribus eius & fructu mellimistis, ad ulcera, phymata, & phagedenas utuntur.

*Panax Chironium.*

Panaces Chironium & ipsum similem praedicto facultatem possidet.

*Paronychia.*

Paronychia ab effectu nominata est, sanant enim paronychias, ut & refert Dioscorides, fauos quoque: Vis eius est tenuium partium, & exiccatoria, morsu uacans. Talia enim sunt oportet quae paronychias sanant. Porro satis constat tale esse idoneum ad digerendos affectus omnes, qui digeruntur. Talia enim sunt, quae cum ex tertio sint ordine excalfaciendum & desiccantium, uelut & hoc: essentiae insuper subtilis sunt.

*Pentaphyllum.*

Al. u. l. c.  
111.

Pentaphylli radix desiccatur uehementer, minimum uero acris est: quare multo est usui, uelut alia quae omnia, quae cum sint renuium partium, citra morium desiccant. Est enim haec radix desiccatoria ex tertio ordine, minimum habens euidens caliditatis.

*Peplos.*

Peplos: quidam uero mecona aphrode. Et hic fructulus succum habet similem tithymalli, cum in alijs, tum quia purgat ceu illi.

*Peplium.*

Peplium, & hic quoque fructulus succum obtinet sicut tithymalli: nasciturque plerumque ad mare, radice habens inutile, ut & peplos: succum uero ualidum, nec ipsum admodum utilem: sed semen urile est & flatuosum.

QUINTA CLASSIS.

H flatuosum.



statio sum, similiter ut semen pepi purgans.

*Piperi.* Piper.

Piperis radix vires costo similes potissimum obtinet. Porro fructus nuper quidem admodum germi nantis, longum piper est: quare etiam maturo humidius est: humiditatis eius indicium est, quod facile repositum perforatur, ac non protinus mordicet, sed post paulo incipiat, uerum plusculum duret. Porro fructus qui uelut omphax est, piper album est: nigro quidem acrius. Nam illud iam quali superaffatu est, & superexiccatur. Verum utrumque ualenter tum exalfacit, tum desiccatur.

*Persee.*

Persee folia adstringentem uim modice participant, adeo ut queant etiam nonnunquam utiliter san guinis eruptione affectis partibus imponi.

*Periclymenos.* Voluerum maius.

Periclymeni utilis est tum fructus, tum folia, adeo uehementer incidentis pariter & exalfacietis fa cultatis, ut si plusculum bibantur, urinam sanguinolentam efficiant, principio quidem urinam duntaxat mouentia: porro foris cum oleo illita exalfacit, luant & lenosos & difficulter spirantes. Comperens portionis mensura est drachmae unius cum uino. Porro desiccatur quoque semen, & quidam aiunt, si co piosius bibatur, sterilitatem omnimodam bibentibus afferre. Sed & sunt qui certum dierum numerum ad talem portionem praefiniunt, ut Dioscorides, qui septem & triginta eos tradi refert. Hic etiam urinam cruentam reddi a sexto die memorat.

*Peristereon.*

Peristereon. Appellata est inde adeo, quod in ea peristera, hoc est columbae uersentur. Vim habet ha etenus desiccantem, ut uulnera conglutinet.

*Petalites.*

Petalites ex tertio est ordine desiccantium. Quamobrem ad cacoethe & phagedanica ulcera eam adhibent.

*Petroselinum.*

Petroselini semen maxime usui est, cum tota etiam herba una cum radice similem sed imbecillioris facultatem fortiat. Est autem ut gustu acre cum amaritudine, sic & in operibus calidum, una cum inci dendi effectu. Hinc menses & urinas affatim prouocat. Est & aphyson, hoc est, status extinguit. Fuerit itaque & ipsum tertij ordinis tum exalfacientium, tum desiccantium. Porro Cilices, id modo petrose linon appellant, quod natam est in Amao. Sed id silyrium potius fuerit, quam petroselinum. Non tamen ita multum a petroselini uiribus abest.

*Peucedanum.*

Peucedani radice quidem maxime, sed tamen etiam succo & liquore utimur. Sunt autem omnia haec eiusdem specie facultatis: sed ualentior succus: admodum exalfacietis & digerens: quare affectibus om nibus circa nervos consistentibus conuenire credunt, tum morbis in pulmone thoraceque: ex crassitudi ne & uiscositate humorum prouenientibus. Atque intro quidem in corpus sumptus, sed tamen etiam olfa ctu prodest. Porro quod incidat & extenuet, saepe etiam dentium perforatu dolores cauitati impositus protinus sedauit: quia uidelicet tenuium est partium, & exalfacitorium, Quinetia lienes induratos iuuat nempe incidendo, digerendo, atque extenuando crassos humores: sed & radice ad haec uti liceat, quae & squamas celerrime ab ossibus detrahit, quia uidelicet ualide desiccatur, minus tamen quam succus ex calfaciens. Et ulceribus conrumacibus remedium est: optimum arida illita: ipsa enim expurgat, carnem inducit, & ad cicatricem perducit, exalfacientis quidem ordine secundo iam complero, desiccans uero tertio iamincipiente.

*Peganon.* Ruta.

Ruta agrestis ex quarto est ordine exalfacientium & siccantium: domestica uero ex tertio. Est autem non solum gustu acris, sed & amaro. Sx quo sane etiam digerere atque incidere crassos lentosque humo res potest: Ob eam uim & urinas mouet. Quin & tenuium est partium, flatulque extinguit. Quare ad in flationes competit, ac ueneris appetitum cohibet, digeritque, atque exiccatur sane strenue: est enim eorum ex numero medicamentorum quae ualenter desiccant. Porro quod superius moly & besafan nominari diximus, & ipsum utique fuerit ruta syluestris.

*Pissa.* Pix.

Pix sicca quidem desiccatur & exalfacit secundo a mediocribus siue symmetris excessu: ac plus de siccare potest quam exalfacere. Humida uero e contra, plus uidelicet calfacit quam desiccatur: habetque non nullam partium tenuitatem, qua & asthmaticos & purulentos adiuuat. Satis est autem cyathi lixasse mensuram melli mista. Sed & abstergendi quandam uim habent, atque concoquendi digerendique ue luti & in gustu subamarum quiddam & acre. Sic leprosos ungues eximunt mista cum cera, lichenaque deterunt: concoquunt item duos & crudos tumores omnes cataplasmaris indita. Ad ea omnia hu mida ualentior est. Arida uero pix tametsi ad haec quidem deterior est, glutinadis tamen uulneribus ma gis congruit. Ex his itaque clarum est humidam picem calidam humiditatem affatim esse admistam.

*Pisselaum.*

Pisselaum ex humida pice efficitur, genere quidem illi simile, sed essentiae tenuioris.

*Pistacium.*

Ei Al. Pistacium. i. igneum. ita Dioscor. paulus. Quid & Aetius. Hippoc. dig. esse disculsum statum. A. l. a. s. c. 556.

A. l. a. s. c. 576.

aduers.

A. l. a. s. c. 556.

aduers.

A. l. a. s. c. 576.

A. l. a. s. c. 576.

A. l. a. s. c. 576.

A

*Pistacium.*

Pistacium in Syria ubertim haec planta nascitur. Fructus eius quodammodo tenuioris essentiae est, subamarum quiddam & odoratum habens: obstructions itaque liberat, sed maxime iecoris, uerum tamen etiam thoracis, pulmonisque.

*Pityides.*

Pityides nominatur ita fructu picearum. At quidam per abusum similiter quoque: pini fructu nunc upant. Mistam uim obtinent, utpote adstringentes, & acrimoniam quandam cum amaritate possi dentes: quamobrem thoracis pulmonisque exspirationibus conferunt.

*Piceae.*

Piceae cortex uincetem habet facultatem adstrictoriam usque adeo, ut & intertrigines bellissime il litas sanet, & uentrem porus sistat: sed & ambusta cicatrice includit. Porro & rectae cortex illi admissis est, sed uiribus tamen moderationibus. In folijs arboris utriusque, ut quae multo sunt cortice humidiora uis inest ulcerum glutinatoria. In cono, quanquam his similis sit, ualidior tamen facultas est tum in corti ce, cum in folijs, adeo ut dictorum nihil probe efficere queat, uerum molestem quampiam habeat mor dacitatem. Porro fuligo quae ex dictis colligitur, ad pilos superciliarum accommodata est, itemque ad an gulos oculorum erosos, lippientes, ac lacrymantes.

*Piryusa.*

Piryusa, & hanc quidam speciem putant esse richyualli, quod succum habeat ut illa: quodque similiter illis purget: ceteraque omnia uiribus illis sit admissis.

*Platanus.*

Platanus humidioris frigidiorisque essentiae est non ita multo quam symmetra. Proinde folia uiri dia trita & illita, non obscure phlegmonas nascentes adiuuant. Cortex autem & pilulae magis desiccantem uim obtinent, ut ille quidem in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores, pilula uero cum adipe ad ulcera ambusta. Sunt autem qui cortice combusto medicamen desiccatorium & absterforium efficiunt, ut cum aqua lepras sanet: per se autem illicum, ob humorem nimium ulcera uetera & for dida. Vitandus est puluis folijs arboris insidens, alioqui si spiritu attrahatur, arteriam offendit, ualentes desiccans & exasperans: uocemque laedit, sicut sane etiam uisum & auditum, si in oculos aut aures inciderit.

*Polygonon. Seminalis.*

Polygonon uti adstrictionem quandam obtinet, ita sane uincit in eo aquaeum frigidum: ut uidelicet secundum sit ordinis, medicaminum refrigeratum, aut etiam quodammodo in initio tertij: prouide sane quibus stomachus aestu feruet, foris frigidum illitum prodest, uelut etiam erysipelata & calidas phlegmo nas iuuat. Porro tale cum sit, & fluxiones repercutit, & hac ratione uidetur esse exiccatorium. Quare cum herpetum, tum ulcerum, tum aliorum bonum est remedium, tum etiam efficacissimum in inflammatis & fluxione tentatis partibus. Est & cruentorum uulnerum glutinatorium. Sed & aurium ulceribus pro dest. Ac si uel plutumum inlit puris, hoc tamen etiam desiccatur. Eadem ob facultates silitur profluuium muliebri, ac dysenteriam, & sanguinis exiiones, & undecunque aliunde immoderatus quippiam feratur. Refert Dioscorides, quod & urinam prouocet exhibitum stillicidio & stranguria affectis: non ta men exacte dispositionem discriminat, in qua ipsum dari expediat. Porro mas ad omnia dieta quam soe mina ualidioris est effectus.

*Polygalon.*

Polygalon modice austera folia obtinet: uidentur autem, si bibantur, lac generare. Itaque superaue rit in eo calidum ac humidum.

*Polygonatum.*

Polygonatum mistam habet tum facultatem, tum qualitatem: habet enim adstrictionis pariter & Dacrimoniam quippiam, nec non fastidiosam quandam amaritatem explicari difficilem. Quocirca nec admodum est usui, sed tantum quod radicem eius quidam uulneribus illinunt: Sunt etiam, qui nequos in facie illo detergant.

*Polemonium.*

Polemonium, quidam philaterium, quidam (ueluti Cappadoces) chiliodynamon: tenuium partium est, & desiccandi uim obtinet: quamobrem quidam radicem eius cum uino ad siliadicis, dysenteriam, lienemque induratum potui exhibent.

*Polium.*

Polium amarum est gustantibus, & modice acre: obstructione itaque liberat uiscera omnia, urinamque & menses ciet, ac nitide etiamnum magna uulnera glutinat, & maxime species eius fruticosa: aridum cum fuerit: rebellia ulcera sanat illitum: & magis hoc praestat, quod minus est.

*Polium minus.*

Polium minus, quo etiam utimur ad antidotos, nam & acrius & amarius est hoc quam maius, adeo ut ex tertio sit ordine desiccantium, ex secundo autem completo exalfacientium.

*Polycnemum.*

Polycnemum desiccatur & exalfacit secundo excessu. Itaque & ipsum uulnera glutinat.

QUINTA CLASSIS.

H 2 Potamagiton

*Potamoquilon.*  
Potamoquilo adstringit & refrigerat similiter polygono, sed essentia eius crassior quam polygona est.

*Polypodium.*  
Polypodium dulcem sanul & austeram habet uicentem qualitatem: ut facultatis sit admodum quidē delicantis, circa mortum tamen.

*Prasum, Marrubium.*  
Prasum, sicut gustu amarum est, ita si quis utatur, conuenientem huic saporis actionem possidet, iecur ac liqum obstruente liberans, & thoracem pulmonemque expurgans, ac menses promouens. Sed & illitum detergit ac digerit: ponatque ipsum quispiam in caliditate quidem secundi ordinis iam completi, in sicitate tertij mediij aut completi. Succo eius ad aciei oculorum claritatem utuntur cum melle. Quinetiam & per nares auriginem purgant, & ad aurium dolores inueteratos adhibent, utriusque in quibus obstruente diluere, meatumque ipsum & ramos meningum seu membranarum expurgare est usus.

*Propolis.*  
Propolis extergentis non ita ualentis est facultatis, ceterum admodum ualenter attrahentis: est enim essentia tenui: porro exalfacit ordine secundo completo, aut certe tertio incipiente.

*Parmice.*  
Parmices flores quidem ciende steruicationis uim obtinent: unde & herbae nomen obuinit. Torus autem frutex si contundatur uiridis, sugillata, & reliquas ecchymosis digerit: est enim temperies eius calida & sicca, uiridis etiam ordine secundo, siccat: tertio.

*Prelan, Plinus.*  
Vini folijs quandoq; recens uulnus glutinatum, confidentes adstringentem pariter & abstergentem inesse illis facultatem, Cortex amplius etiam subamarus est & adstringentior. Itaque cum aceto & lepram sanat. Porro uiridis etiamnum ac recens, si uulneribus uinculi uice circumligetur, ea glutinare potest. Radices eandem uim obtinent: nam & decocto earum quidam perfundunt fracturas, quae topico sine callo inducto opus habent.

*Pteris, Filix, Thelypteris, Fomina filix.*  
Felix radicem habet maximae uisum: latum enim lumbicam interficit, si quis eam quatuor drachmis in melicrato ebeat. Ad eundem modum parum uisum quidē necare, mortuum autem eicere mirum non est. Est enim amara, paulum habens adstrictionis. Quamobrem ulceribus imposita uim habet ualentē ter deliccandi: non tamen mordax est. Similem ei uim habet Thelypteris nominata.

*Pycnocomum.*  
Pycnocomi radix, fructus, folia, omnia digerendi attrahendiq; habent facultatem, utpote quae & gustu sunt acria, folia itaque phymata, & furunculos discutit: fructus ualentior est: & haec quidem efficere potest mistus alicui digerentium cataplasmatum, cuiusmodi est quod ex hordeacea farina conficitur: pilos, & alia id genus infixa ad extimam cutem elicit. Porro radix ad supradicta quidem deterior est & infirmior, ceterum uim bilem sanam purgat.

*Pyrethron.*  
Pyrethri radice potissime utimur causticam urentemue facultatem obtinente, qua utiq; est dentium refrigeratores dolores mitigat: & ad rigores ante periodum cum oleo conficitur. Ad haec stupidos quoque, quos *νεπιδειν* uocant, & resolutos adiuuat.

*Pyros, Triticum.*  
Triticum, ut alimentum quidem, quam habeat naturam, non est huius instituti exponere: ut medicamentum uero fortis impositum primi est ordinis exalfacientium: non tamen nec resiccare, nec humectare manifesto potest, habet uero etiam quiddam lentoris, obstruentisque naturae. Porro quod ex eo conficitur amyllum, eo tum frigidius est, tum siccius. Quod uero ex pane fit cataplasma uim habet magis digerentem, quam quod ex tritico: nimirum cum & salem, & fermentum panis adiuncta habeat: Huius quippe cum fermentum uim habeat attrahendi digerendiq; ea, quae in alio resident.

*Rhamnus, Radicula.*  
Rhamnus desiccatur & digerit excessu secundo, refrigerat in primo completo, aut secundo incipiente: proinde herpetes sanat, & erysipelata non magnopere calida. Ceterum ad haec teneris utendum est folijs.

*Rheum, Rha.*  
Rheum, quidam id Rha nuncupant, mistam habet tum temperaturam, tum facultatem: habet enim quiddam uicere frigidum, seu indicio est adstrictio: & adiuncta est quaedam caliditas: si quidem si plusculum madatur, subaere conspicitur. Quinetiam aereae cuiusdam substantiae subtilis est particeps: quod indicat uim laxitatis, tum leuitatis: non minime uero & operosior id enim licet adstringens, non tantum conuulsis, sed & ruptis, & orthopnoeae prodest. Sic quoque licentia & lichenas sanat illitum cum aceto. Porro quod adstrictionis opera haud infrenna sunt, hinc discere liceat, quod sanguine expuetibus, coeliacis &

A & dysentericis conferat: nec enim reluctatur terrestri frigido tenne aereum: immo eo quod deducatur, & in altum perducatur, ualentioris effectus causa existit.

*Rhetina Resina.*  
Resinae omnes desiccant & exalfaciunt. Ceterum inter se discrepant, quod plus ac minus habeant in gustu quidem acrimoniae, in facultate uero caliditatis: tum quod aliae plus, aliae minus fortitae sunt partium tenuitatis: praeterea quod nonnullae adstrictionis sunt participes, aliae nequaquam. Primas meruit omnium non iniuria lentiscina. Eam uocant mastichen. Nam praeterquam quod pauca ei adest adstrictio, adeo ut stomachi uentrisque, & iecoris imbecillitatibus, & phlegmonis conueniat, in super illi inest mordacitate uacans desiccatio. Minimum enim acris est, & maxime tenuium partium. Inter alias praefertur terebinthina, manifestam quidem non similiter atque mastiche adstrictionem possidens, ceterum adiunctam habens amaritudinem quandam, per quam magis etiam quam mastiche digerit. Ob eandem qualitatem inest & absterfio, tanta quidem, ut & ploras sanat, Quinetiam quae in profundo resident, ceteris resinis magis attrahit, nimirum cum illis maiorem habeat partium tenuitatem. Arramen pinea, & haec etiam magis strobilina, acriores quidem ea sunt, sed non magis tamen digerunt neque attrahunt. Mediae inter has sunt picea & abietina acriores quidem quam terebinthina, minus tamen quam aut pinea, aut strobilina. Habet porro etiam emolliens quiddam terebinthina. Secundum locum habet in emolliendo lentiscina sicut & cyparissina acris.

*Rhodol, Resa.*  
Rosarum uis atque facultas superioribus libris pluribus uerbis exposita est, nempe quod ex aquae substantia calida mista duabus alijs qualitibus, adstringenti uidelicet & amara, composita sit. Quinetiam cuius sit natura: utraque, amara scilicet & adstringens, in horum commentariorum quarto declarauimus. Flos earum magis etiam ipsi rosas adstringit, ac proinde sane etiam exiccatorius est.

*Rhodia rhiza, Radix Rhodia.*  
Rhodia radix, ea uidelicet quae in Macedonia nascitur, tenuium partium, & digerentis est facultatis. In calefaciendo uero secundi ordinis censenda est, aut certe tertij incipientis.

*Rhododaphne.*  
Rhododaphne tota sua essentia uenenum est, nec tantum homini, sed plerisque pecoribus. At temperie sane tertij est ordinis exalfacientium, incipientis utique, primi autem desiccantium.

*Rhus, Malum granatum, sine punicum.*  
Malum granatum omne adstringentem qualitatem obrinet, non tamen in omnibus ea exuperat. Sunt enim inter ea quaedam acida, quaedam plus dulcia quam aultera. Est sane quae ab unoquoque eorum procedit utilitas, secundum uicentem eueniat qualitatem necesse est. Dicitur autem in quarto horum commentariorum est super dulci sapore, austero, & acido. Itaque ex illis de malorum punicorum differentia licet colligere. Porro acini succo ipsorum tum adstringentiores, tum exiccantiores sunt: his etiam magis putamina uocantur autem Sidia. Ad similem illis uim habent Cyrtini: sic enim eorum appellantur flores.]

*Rhus.*  
Rhus fruticosa planta adstringit, & desiccatur. Nam & coriarij ad desiccandum & adstringendum coria plantae utuntur: ac proinde *Supradicti* graece, (latine Excoriaria) appellata est. Porro medicis in usu sunt in primis fructus eius & succus multum austerae qualitatis. Conlentaneus est usus particularis ipsi gustus sensui. Fuerit itaque & hoc medicamentum externo ordine exiccantium, ex secundo uero refrigerantium.

*Rhypos, Sordes.*  
Sordes a gymnasiarum stauis, in quibus longum oleum inhaeret, digerendi emolliendiq; uim obtinet. In palaeis autem, quantum accepit pulueris, tantum etiam diuersa est. Hanc sordem *αδρον* Graeci uocant. Prior cruda phymata digerit: secunda optimum est phlegmones mammillarum remedium. Si quidem feruorem earum ueluti ignem extinguit, & quod affluit repellit: demique & quod continetur, halitu digerit. Constat enim ex puluere, oleo, iorde humana, & sudore. Ac puluis quidem emplasticam uim habet, & refrigeratorem, repercutientemque: oleum uero emolliet: porro sudor & sordes digerentia sunt. Ceterum quae a stauis corraditur cum puluere non habeat, & ab aere aruginem quandam sumperit, non iniuria acrior est, porro huius mentionem modo fecimus, quod plurimum in se ipso sit oleo substantiae, quae ex planta originem sortitur. Sed & ubi de ijs, quae ab animalibus proueniunt, uerba faciemus, eius tum quoque meminisse erit propter sudorem.

*Sagapenum.*  
Sagapenum liquor est calidus, & tenuium partium, sicut & alij liquores. Sed & absterfionem quandam possidet, qua oculorum cicatrices expurgat atque extenuat. Quin & suffusionibus & hebetudinibus oculorum, quae ob humorum proueniunt crassitiam, non malum est medicamentum. At ipsa plura ex qua prouenit, ferule affinis, imbecilla & inutilis est. Sane ipsa primum sagapenum appellatur. A liquor eius abusu hoc nomen obrinet, ceu alia quoque multa ex nominis defectu per abusum nuncupamus. Perfectius nanque foret ipsum cognominare non sagapenum, sed sagapeni succum.

\* sed modo liquor, modo succus ab hoc interpretate ueritur, similiter & γαλακτα hoc clarum sit & γαλακτα esse differre

*Samplycon Atanoriana.*  
Samplycon tenuium partium, & digerentis est facultatis: defiecat enim & exsiccatur ordine tertio.

*Saprotres Mylon. Caries lignorum.*  
Caries lignorum, & maxime quae participant adstrictionis simul & absterfionis, uelut ulmus, expurgat impletque ulcera humida.

*Sarcocolla.*  
Sarcocolla lachryma est arboris perficis: nihil uim habet ex emplastica quadam substantia, & patula amarissimaque citra mortuum defiecat, ac proinde glutinare uulnera ualeat.

*Satyrium. Triphyllum.*  
Satyrium, aut triphyllum, humidum & calidum temperatura est: quamobrem gustu quoque apparet dulce. Attamen recrementitiam & flatuosam humiditatem possidet. Quocirca ad uenerem incitat. Haec uero & herbae ipsius radix praestare potest. Porro ut quidam aiunt, ex uino nigro austero potum sanat opilhotonon.

*Selinon. Apium.*  
Selinum usque adeo calidum est, ut & urinas & menses cicat: status quoque discutit, & magis semen quam herba ipsa. Sed & oreofelini & hipposelini similis uis est: ueram hipposelina non imbecillius est, oreofelini non ualentius.

*Seris. Cichorium.*  
Seris hulus est subamarum, & magis quod agreste est, quod ob id ipsum picrida, hoc est amarum quidam nuncupant, quidam uero cichorium appellant. Est autem ea sicca frigidaque temperatura, utrumque primo excessu: porro domestica magis etiam quam agrestis refrigerat. Sed & humiditatis multa admixtio siccitatem extinguit: uerum utraque adstringentis qualitas est particeps, uelut & chondrila: nam & ipsa est sericos species.

*Scriphum.*  
Scriphum, dictum sane de hoc est & in sexto libro in sermone de absynthio. Est enim absynthio tum specie, tum gustu simile: attamen discrepat: gustu quidem, quandoquidem non reque ut illud adstringat plulque exsiccet, amaritatemque quandam cum salsedine respicit: facultate uero tum quod stomacho infestum sit, magisque absynthio lumbricos necet, siue foris impositum, siue intro in corpus assumptum. Et sane calfacere ipsum in secundo ordine intenso censendum est, exiccare in tertio.

*Seseli.*  
Seseli, & radix quidem, sed & fructus usque adeo exsiccatur, ut ad motum urinam mouere queat. Sed & tenuium est partium, ut & comitiali morbo & orthopnoeis competat.

*Sesamon.*  
Sesamon non parum in se continet uiscosum & pingue: quare emplasticum est & emolliens, ac modice calidum. Eiusdem facultatis est, quod ex eo conficitur oleum: & herbae quoque decoctum simile uim obtinet.

*Sesamoides.*  
Sesamoides magnum, quod & anticycicos helleboros appellatum est, propterea uidelicet quia semen eius ut helleborus purgat: hoc & reliqua facultate helleboro simile est. Nam & in abstergendo: ex calfaciendo, desiccandoque, similem illi uim obtinet.

*Sesamoides album.*  
Sesamoidis albi semen non nullam item acrem qualitatem continet: sed multum amarum est: exsiccatur itaque rumpit, & extergit.

*Sideritis.*  
Sideritis habet quidem etiam abstergendi quandam facultatem, sed plurima eius pars humida, est & mediocriter frigida: patula uero inest adstrictio: quare phlegmonem sedat, & glutinat. Quidam et uocant Achilles Sideritis, quae proposita quidem, quod ad ista diuina attinet, uiribus est non dissimilibus, ceterum adstrictione exuperat: quare ad sanguinis eruptiones, dyfenterias, & muliebrem profluuium congruit.

*Sicyos Cucumis.*  
Cucumis esculentus, pepon quidem, hoc est maturus, tenuioris essentiae est: qui immaturus est, crassioris. Sed & abstergendi & incidendi facultas eis inest: quare & urinam mouent, & corpus splendidum reddunt, ac magis quoque si quis semine arefacto contusoque atque cribrato uice pulueris absterforij, siue superat in eis humida frigidaque temperies, non tamen magnopere, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen, aut radicem arefaciat, haud etiam humida fuerit naturae, sed iam desiccantis, idque in primo quodammodo ordine, aut etiam secundo, sed incipiente. Est & in illis maior abstergendi facultas, quam in fructus ipsius carne.

*Sicyos agris. Cucumis agrestis.*  
Cucumetis agrestis tum fructus ipsius succus, quem uocant elaterium, tum non minime radicis & foliorum ad medicationes perutilis est. Elaterium itaque menses cicat, & foetum interimit: appositum, ceu alia omnia amara & subtilium partium, maxime si quam habeant caliditatem, uelut nimirum elaterium: si uim siquidem amarum est, leuiter calidum: ut ex secundo sit ordine exsiccantium: porro tale

Et tum ex ple...  
que Gale...  
eis, cu...  
tium ex...  
de postea...  
no, & ex...  
re de...  
eae & d...  
eae & d...  
eae & d...  
eae & d...

Al. Sison. sic  
Orib. temper.

Al. S. C. G.  
60.

Al. S. C. G.  
64.

Al. S. C. G.  
179.

Al. S. C. G.  
471.

**A**rale protinus quoque digerendi uim possidet. Sic igitur eo angina laborantes inungunt quidam cum melle aut oleo uerere. Bonum item est regio morbo affectis fufum cum lacte in nares. Sed & dolores capitis sanat hoc uim. Atque elaterium quidem eiusmodi est. At radicis succus, ut & foliorum, licet elaterio similem uim habeat, imbecilliosem tamen. Sed & ipsa radix ad similem facultatem possidet: abstergit namque, digerit, atque emollit. Porro cortex ea potentius defiecat.

*Silphium. Laferpticum.*  
Silphij liquor calidissimus est: uerum in numero & folia, & caulis, & radix sat strenue exsiccant. Sed omnia flatulentiae magis essentiae sunt, ac proinde coctum difficilia: foris tamen imposita corpori, efficaciora: & omnium potissimum liquor, admodum trahentem facultatem possidens. Attamen & excrefcentias auolendi, & liquandi uim quandam propter propositam temperiem obtinet.

*Sison.*  
Sison calidus & subamarus gustu est: quare & urinam mouet, & concoquit, mensesque prouocat, omnesque uiscerum obstructions diligit.

*Sion.*  
Sion, quantum gustu quoquomodo odoratum est, tantum etiam exsiccantis facultatis est particeps. Sed & digerit, & urinam mouet, & calculos remittit, & menses euocat.

*Sisaron.*  
Sisari radix cocta stomacho grata est, & urinam mouet, secundo ordine exsiccans, adiectam habens amaritatem quandam cum leuicula adstrictione.

*Sisymbrium.*  
Sisymbrium tenuium partium, digerentis exsiccantis, & resiccantis facultatis est, & temperatura in tertio ordine. Sed & semen eius tenuium partium est, & calidum. Quocirca ipsum quidam cum uino exhibent singulicentibus, & tormina patientibus.

*Sisymbrium.*  
Sisymbrium, quod quidam cardaminem uocant, quandoquidem cardamomo simile quiddam gustu praefert: cum siccum est, tertij est ordinis exsiccantium & desiccantium: cum humidum & uiride, secundi.

*Scandix.*  
Scandix ex agrestium holerum genere est, subacre & amarum, adeo ut in siccando & exsiccando sit secundi ordinis intensi: aut tertij incipientis: uiriditate ualenter cicat, & uiscera obstructione liberat, ex dictis qualitatibus constans.

*Scilla.*  
Scilla admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidam. Sed secundum hoc eam quispiam secundi ordinis censet exsiccantium. Praestat autem aut assam, aut elixam sumere: sic enim uirium eius uehementia exoluitur.

*Scolymos.*  
Scolymi radix copiosam urinam graueolentem elicit, si quis eam in uino coctam bibat: ac proinde graueolentiam sanat tum alarum, tum totius corporis. Atque hoc sane medicamento ex tota inest essentia, nimirum cum succus sit purgatorius. At quae secundum qualitates aeditur actio, calidum in secundo ordine completo, aut tertio incipiente, medicamen indicat, siccum uero in secundo.

*Scordium.*  
Scordium, ex uarijs id tamen saporibus, tum facultatibus constat, nam & amarum quid obtinet, & acerbum, & acre: & maxime scorodo, hoc est allio, ad similes eius est acrimonia: unde sane, mea sententia, non mensclaturam sortitum est. Expurgat igitur simulque exsiccatur uiscera: tum menses urinamque prouocat. Praeterea conuulsa ruptaque & laterum dolores ab obstructione & frigore natos sanat eorum: denique uiride quidem illitum magna uulnera conglutinat: sed sordida per purgat, & contumacia ad cicatricem perducit illitum aridum.

*Scorodon. Album.*  
Allium desiccatur & exsiccatur quare excelsu. Porro ophioscorodon agreste allium est, domestico ualentius, ceu reliqua agrestia omnia.

*Scorodoprasson.*  
Scorodoprasson sicut gustu & odore mediam scorodi, hoc est allij, & prassidis, id est porri, qualitatem possidet, ita & uiribus.

*Scorpioides.*  
Scorpioides exsiccatur ordine tertio, defiecat secundo.

*Similax.*  
Similax aut Cactus arbor est uenenosae facultatis.

*Smyrna. Myrrha.*  
Myrrha secundi ordinis est tum exsiccantium, tum desiccantium. Itaque capitum uulneribus illita glutinare ea potest. Inest & amaritas non pauca, per quam foetum & lumbricos tam enecat, tum euicit. Adest hinc ei & abstergendi potentia. Sic igitur ocularibus uiscerum facultatibus, utique quae ad ulcera & crassas cicatrices praeparantur. Eadem de causa inditur & medicamentis, quae ad tussim ueterem &



asthma, sine anhelationem exhibentur: non tamen arteriam exasperat sicut abstergentium non nulla. E  
Vicum admodum moderatam obtinet absterionem, ut non nulli eam arteriacis, quæ vocant, medicamentis  
commisceant, tanquam sufficienter excalescens & desiccans medicamentis: sicut absterionem profici  
sentem ab amaritudine nihil verentes.

*Smyrna boice. Myrrha boasia.*

Smyrna boice vim habet excalescendi, fundendi, emolliendi.

*Smyrnum.*

Smyrnum quidem hipposelinum agreste cognominant. Ex eodem genere & ipsum cum apio est, &  
petroselino. Fueritque apio quidem validius, imbecillius petroselino. Menses itaque & viuas mouet, calidum  
siccumque tertio ordine. Cilices petroselinum nominant quod in Amano nascitur. Est sane & ipsum  
smyrnum, verum minus acre petroselino, smyrnioque, proinde sanè viceribus imponi potest, quia videli  
cet sine molestia desiccet. Sed & digerere quæ indurata sunt potest. Reliqua vis eius apio & petroseli  
no similis est. Quocirca & semine eius vitum ad menses, viuas, & asthma, siue anhelationes.

*Sonchus.*

Sonchus ubi adoleuerit, ex spinosis plantis est. Ceterum viridis etiamnum & tener estur perinde ut  
cetera agrestia holera. Temperamentum eius quodammodo mistum est: constat enim ex aqua terreaque F  
essentia, utraque leuiter frigida. Nam & adstrictionis cuiusdam est particeps: & siue cataplasmatum in mo  
rem illinatur, siue edatur, manifesto refrigerat: postea vero quam plane ressecatus fuerit, terreste eius  
temperamentum redditur, modicam habens caliditatem.

*Sparganium.*

Sparganium & ipsum desiccantis est facultatis.

*Spartum. Genista.*

Sparti, quo & vites alligant, tum fructus, tum vitigarum succus non instrenue trahentis est facultatis.

*Staphilinus. Paphnata.*

Staphilinus satius imbecillius agrestis ad omnia potentior est. Urinas mensesque prouocat cum her  
ba quidem tota, tum maxime semen ac radix. Habet porro et absterorium in se quippiam: quamobrem  
vicerum phagedænica quidam folijs eius, viridibus cum melle, quo pura reddant, illinunt.

*Stachys.*

Stachys, frutex ille marrubio similis, gustu acri & amaro, tertii est ordinis excalescencium. Quam  
obrem rationabiliter non menses solum prouocat: sed & abortum affert, & secundas eicit.

*Stoebe.*

Stoebe fructus & folia maximo sunt visui, adstringendi vim habentia mordacitatis expertem. Sed &  
desiccant eidentem in tertio sere ordine incipiente: quamobrem decoctum eorum dysentericis inuici  
tur, & auribus pure fluentibus: tum vulnera magna conglutinat. Evidentius hæc præstat cum vino atro  
austerio. Valde n. desiccet omnes præter naturam humiditates. Præterea folia viridia si illinantur, vim  
habent erumpentis sanguinis suppressendi: denique & oculorum ex ictu suffusiones illita iuuant.

*Stoechas.*

Stoechadis gustu quidem qualitas amara est, & mediocriter subadstringens, ceterum temperies co  
posita, nempe ex terrena essentia frigida exigua, vnde sane adstringit: & extenuata altera terrena copio  
siore, a qua utique amara est. Ob utrumque, vero convenientiam & coitum, obstructione liberare, exte  
nuare, extergere, roborareque tum viscera omnia, tum totum corpus est nata. Supra namque ostensum  
est, quod quæ ex eiusmodi essentis constant medicamina, dictos effectus reddere possunt.

*Stratiotes.*

Stratiotes aquaticus quidem humida & frigida facultate est, terrestris vero non nihil habet adstri  
ctionis: proinde sane & vulnera glutinare potest, & viceribus esse vitilis. Sunt qui eo & ad sanguinis eru  
ptiones vtantur, & ad fistulas.

*Struthion.*

Struthion radice potissimum vtitur, utpote gustu acri, & calida siccaque temperamento, ex quarto  
quodammodo ordine. Sed & abstergit & irritat: proinde quoque sternutationem prouocat, ceu cetera  
omnia quæ calida sunt temperie, & gustu acria.

*Syrax.*

Syrax excalescit, emollit, concoquit: quamobrem tussibus, catarrhis, pituitæ, destillationibus rauce  
dinibusque, quas *σιρυσος* & *σπυραξ* vocant, prodest. Tum menses seu potum seu admodum prolicit. Com  
busti eius fuligo, thuris fuliginis quodammodo est similis.

*Syc. Ficus.*

Ficus arida vim habet excalescendi ordine primo etiam completo, aut secundo incipiente: habet  
vero etiam partium tenuitatem quandam. Ex istis duobus idonea sunt, quæ tubercula dura conco  
quant: statim vero etiam ea digerunt. Atque ipse per se illiusmodi vim obtinet. Sed & decoctum  
earum eiusdem utique naturæ est. Verum ubi magis concoquere consilium est, miscenda est farina tri  
ticea: ubi vero plus digerere, hordeacea: panis horum in medio. Sed hæc in agis sunt propria tractatus  
de medicamentorum compositione, & rationis curandi: verum in præsentiarum hæc de ischadibus. t.  
caricis

A caricis nouisse sufficiat. Porro scire oportet, quod quæ pinguiore sunt, magis possunt coequere: quæ  
vero gustu acriores, magis tum extergere, tum digerere. Ceterum quod ex istis plurimum in aqua coctis  
efficitur, simile est melli non solum consistentia, sed & facultate. Porro ficus urides comestæ propter ad  
mistam humiditatem facultatis sunt imbecillioris: subducunt tamen alium utraque tum humidam, tum  
siccam. Porro ficus caprifici acris & digerentis facultatis sunt: sic etiam domesticarum grossi, greci vo  
cant *αχραιο*: inest enim illis non nihil etiam succi ex ficu arbore.

*Syc. Ficus arbor.*

Ficus arbor calida tenuiumque partium temperaturæ est, ceu indicant tum liquor eius, tum folio  
rum succus. Valenter enim eorum uterque calidus est. Itaque non mordicat tantum, aut uehementer  
abstergit, sed & ulcerat, & ora usorum reserat, & uerrucas, quas myrmecias uocant, eicit: sed & purga  
re potest. Porro ficus agrestis, quam erineum Græce, (latine caprificum,) nominant, tum opos, tum suc  
cus ad omnia quàm satius ualētior est. Sed & crada, i. rami earum adeo sunt calidi, tenuiumque partium  
ut carnes bubulas duras, si coquendis adijciantur, friabiles ac teneras efficiant.

*Symphytum petraum.*

Symphytum petraum ex contrarijs constat uiribus: habet enim secandi uim quampiam, qua colle  
B etiam in thorace pulmoneque pus expurgare potest: habetque etiam quandam contrahendi uim, qua  
eiectionibus sanguinis auxiliatur: & tertia ad eas inest humiditas quædam non immodice calida, per  
quam gustantibus dulce apparet, & odoratu iucundum. Mansum sitim extinguit, & arteriæ asperitatis  
sanat. Porro secundum omnium dictarum uicium missionem simul digerere abunde potest, simulque  
corpora contrahere constringereque: proinde enterocœlijs imponitur: & ad conuulsa & rupta cum  
oxymelite bibitur. Porro qui ipsum in uino decoctum ad dysenteriam exhibent & muliebri profluuium  
rubrum, utuntur tanquam desiccantem & contrahentem. Qui uero ad nephritim, tanquam expurgantem &  
incidentem.

*Symphytum magnum.*

Symphytum alterum, puta magnum, simile dicto uim habet: non tamen gustantibus dulce est, aut  
odorantibus odoratum. Sed his sane a modo scripto diuersum est. Ceterum quatenus uiscositatem  
quandam & mordacitatem obtinet, scilla simile est: utiturque ad omnia ad quæ iam dicto.

*Sphondylion.*

Sphondylii fructus acris & secantis est facultatis: itaque ad asthma & comitialem morbum aptum  
est medicamentum: prodest & aurigini. Et radix, nimirum ad similes facultatis, ad eadem accommodatur.  
Sed & insuper fistularum callos tollit: ceterum imponere eam oportet circumrasam. Porro floris etiam  
C succus ad diuturniora aurium ulcera conueniens reponitur.

*Schinus. Lentiscus.*

Schinus, frutex hic ex aqua essentia leuiter calida uiribus, & terrena frigida non pauca compo  
situs est, ob quam moderate adstringit. Desiccatur igitur secundo ordine completo, aut tertio incipiente:  
in caliditatis, & frigiditatis differentia quodammodo est medius & synuerrus. Similem omnibus suis  
partibus adstrictionem obtinet in radicibus, ramis, extremis, turionibus, gemmibus, ac folijs: præter  
rea fructu, & cortice: ac si succum ex folijs eius uiridibus exprimas, similis hic ordinis est, moderate  
adstringens. Itaque bibitur & per se, & cum alijs medicamentis, quæ dysenterias & alii affectus lan  
nant: quin & ad sanguinis exuptiones, sanguinisque ex utero eruptiones, tum sedis uulnæque proci  
dentias idoneus est, utpote ad hypocythida non nihil prope accedens.

*Schinus anthos. Schinus flos.*

Schinus antos modice calfacit, modiceque etiam adstringit, nec plane a tenuitatis natura alienus est.  
Quocirca his de causis urinam mouet, mensesque ciet adhibitum siue in fomentationem, siue in potio  
nem, prodest & iecoris, & stomachi, ac uentris hegmonis. Magis eo adstringit radix. Quod uero floré  
uocant calidius est. Porro in omnibus suis partibus, in alijs magis, in alijs minus, gustantibus apparet  
D adstrictio: proinde medicinis quæ hemopticis, siue sanguinem reijciētibus exhibentur, commiscetur.

*Schoenos lia. Lunens laniis. Oxyfchenos. Holeschenos.*

Schoenos lia, quædam oxyfchenos, alia \* oligofchenos nuncupatur: gracilior diuioque oxyfchoe  
nos, crassior laxiorque \* oligofchenos. Fructus \* oligofcheni somnum affert: At oxyfcheni duæ sunt  
species: altera sterilis, cuius quidem in medicina nullus usus est: altera uero fructum fert: conciliat ue  
ro & huius fructus somnum, sed minus quàm \* oligofcheni: quanquam tamè hoc caput tentet. Vterque  
si fructus cum uino bibatur, uentris fluxus debecat, & muliebri profluuium rubrum sistit. Ex quibus cla  
rum est, quod composita eorum temperies est, ex terrena uide licet essentia leuiter frigida, & aqua le  
uiter calida: ut & interna delicare possunt, & sensim frigidus ad caput uapores submittere, quibus som  
nolentos efficiant.

TERMINTHOS. TEREBINTHVS.

Terebinthi tum cortex, tum fructus adstrictorium quiddam obtinet. Sed & secundo or  
dine excalescunt. Itaque quod etiam desiccant manifestum est: recentes quidem etiamnum hu  
midique modice: sicci uero ordine secundo. Ceterum fructus aridas propinquus est etiam tertio or  
dini desiccantium. Est enim adeo calidus, ut mandentibus protinus eius caliditas percipitur. Itaque  
etiam urinam prouocat, & lienibus prodest.

Tentilon.

Al. Cœlia  
ros.

Al. Cœlia  
ros.

Al. r. r. c.  
196.

Al. halo  
schenos.

A. l. s. 166.  
136.

A. l. s. 166.  
136.

*Teuilon. Beta.*

Beta nitrosa cuiusdam facultatis particeps est, qua tum digerit, tum extergit, & per nares purgat. Ceterum cocta nitrositate omnem ac acrimoniam exuit, sitque facultatis aphlegmate, hoc est phlegmonis aduersa, leuiter digerentis. Porro ad detergendum digerendumque ualidior est beta alba. Nam nigra adiunctum habet adstrictionis quippiam, & magis in radice quam alijs partibus.

*Teuerium.*

Teuerium incidendi & tenuium partium facultatis est: quare lienes sanat. Ponatur ipsium quispian in tertio exsiccanonum, secundo uero calfacientium ordine.

*Tephra. Cinis.*

Cinis combustorum (ignorum) reliquiae sic nuncupantur, compositae ex contrarijs tum qualitatibus, tum substantijs. Habet enim in se partim terrenum, partim uelut fuliginosum, graece oethalodes, siue lygnitodes, id est fuliginosum, siue quomocumque quis appellare uolet: atque haec sane partes sunt tenues, & quae maceratis aqua cineribus & percolata una asportantur atque abeunt. Quod uero reliquum est, terrenum est & infimum & mosu uacans in lixiuum calida facultate in deposita. Sed non omnis cinis eadem temperatura praeditus est, sed pro cohaerente materiae diuersitate uariatur. At nescio quo pacto Dioscorides omnes cineres adstringendi habere uim prodiderit, cum ficulneus eiusmodi omnis facultatis sit expers, utpote cum & ipsa arbor nulla sui parte acerbam qualitatem praeferat, ceu quercus, ilex, arbutus, fagus, lentiscus, hedera, & hoc genus alia, uerum plena succo ualido tota sit, eoque acris & calido: Ergo ex acerbis utique lignis factus cinis non parum adstringit, memini quoque me quandoque cum aliud ad manum non esset medicamentum, per hunc sanguinis suppressisse eruptionem. Verum nullus unquam ad tale uti siculneo audeat. Siquidem hic acrimonia multum adurentis quoque facultatis obtinet, multae absterioni: & utroque differt ab eo, quae ex quercinis lignis conficitur, tum quod in eo fuliginum multo est acrius, tum quod in illis terrenum quodammodo subadstringens est, in hac abstergens, uelut in cinere thymallorum. Est & calx cineris quaedam species, ceterum tenuioris essentiae, quam qui ex lignis fit: nimium quanto lapides exactius torrerentur, ut cinis fiat, postulant: sed tamen multum & ipsa reliquum in se habet uelut naturae igneae, quod uocant *cinis ignea*. Proinde elora medicamentum est citra mortuum desiccans, magisque si bis terue laetur. Ceterum si marina aqua abluta sit, admodum digerit. Dicitur porro de ea, ubi de metallicis sermo habebitur.

*Telephium.*

Telephium exsiccanonum & detergendum facultate est, non tamen insigniter calida: uerum in hoc forsitan quispian ipsam partem esse ordinis censcat. Desiccatur tamen secundo ordine intenso, aut certe principio tertij: proinde ad purida ulcera conuenit, & uiriliginem utranque sanat cum aceto.

*Telis. Vanumgracium.*

Foenum graecum calidum est secundi ordinis, desiccatur primo: proinde feruentes phlegmonas irritat acerbaturque: quae uero minus sunt calidae, & magis durae, eas digerendo curat.

*Thymalli.*

Thymalli omnes uincetem habent acrem calidamque facultatem: inest uero & amaritas. Validissimus itaque eorum est liquor: secundum locum tenent fructus & folia. Sed & radix dicendam facultatem particeps est, sed non ex arquo. Sane ipsa cum aceto decocta dolores sanat dentium, maxime qui illis exorsu proueniunt: at liquores, ut qui ualentiores uim habeant, in foramina quidem ipsa dentium induuntur: ceterum si aliam corporis partem contigerint, continuo adurant, ulcerantque: proinde foris illis cera circumspicitur: quippe cum ex quarto sint excalfacientium ordine, quem esse adurentium posuimus. Sic pilos quoque succis inunctis tollit. Porro cum uehementior sit, oleo miscetur: & si idem ac sepe fiat, tandem prorsum pilorum radices adusta corrumperunt, corpusque depile reddetur. Eadem facultate uerrucas, quas acrochordonas nominant, & myrmecias, & pterygia, siue oculorum unguis, & thymos auferunt, detergentque lichenas & ploras: quia scilicet & abstergenti facultate inest propter amaritudinem. Praeterea ulcerum phagedanica, anthracode, & gangraenode, quia ualenter tum excalfaciunt, tum detergunt, si in tempore & moderate utant, uanare aliquando poterunt. Verum enimitero & fistularum callos eadem facultate eximunt. Ceterum haec omnia genere quidem similiter, imbecillius tamen & folia, & fructus praestare possunt. Quibus sane & ad pilces in aqua stagnali capiendos uti assolent. Celeterrime namque ab illis in ueriginem acti, ac semidortui redditi ad aquae superficiem feruntur. Porro cum septem sint eorum generum, ualidissimus est quem characiam nominant, quem utique etiam quidem marem cognominant: & foemina nuncupata myrsinides: & qui in petris nascitur ad modum arboris: deinceps qui phlorio adsimilis est: & cyparissias: deinde paralius siue maximus: denique helioscopius. Proportione uero comprehensa: illorum facultatis & cinis & lixiuum ex ipsis erit.

*Tragacantha.*

Tragacantha similem gummi uim obtinet emplasticam quandam, & quae acrimoniam hebetat. Et si ne similiter ut illud desiccatur.

*Tragion.*

Tragion folia, fructus, lachrymaque, trahentis digerentisque sunt facultatis. Est uero & tenuium partium, & facultate in principio tertij quo quoque modo ordinis calida: stipites & haerentia corporibus extrahit lapides frangit, menses mouet drachmae pondere potum. Porro in Creta sola nascitur, lentisco adsimile. Ceterum

In quodam triquo eod. lig. nox non te. ritur. A. l. 2. 1. c. 191.

A Ceterum alterum tragium hoc minus, cuius folia scolopendrio similia sunt, uisitur quidem multis in locis: sed non parum habet facultatis adstringentis: ut & ad fluxionum affectus conueniat.

*Traguriganum.*

De tragurigano in sermone de origano supra est dictum.

*Tribalus.*

A. l. 2. 1. c. 197

Tribalus ex humida essentia modice frigida, & secca non mediocriter, & ipsa frigida componitur: in terrenis tamen superat terrenum frigidum, quod adstringens ostendimus an aquatico uero aequum. proinde ambo, & contra phlegmonarum generationes, & omnino contra omnes iactus congruunt. Porro terrestris ipsius fructus, cum tenuium sit partium, ponit lapides in renibus committit.

*Tripolium.*

Tripolii radix gustanti acris est, & facultate calida in tertio excessu.

*Triphyllum.*

Triphyllum, quidam asphaltion, quidam oxyphyllon, non nulli minyanthes, sunt & qui cinicium uocant: prima quidem tria ab accidentibus fructus, reliqua duo nomina haud scio unde. Vis plantae est calida & secca ut bituminis, cui odore est similis, utrinque tertio ordine. Proinde pota laterum dolores ab obstructione natos iuuat, & urinam mensisque prouocat.

*Trichomanes.*

Trichomanes eadem praestat, quae Adiantum.

*Trychnon. Solanum.*

Trychnon quidam praeposito, s. trychnum uocant. Esculentum quidem quod in hortis nascitur, non est omnibus: uenturque ad oia ea, quae refrigerari adstringique possunt. Potest. n. haec duo ordine secundo. Ceterorum non esculentorum unum quidem nuncupatur halicacabum, fructum habens rufum, acinorum uerum figura, tum magnitudine adsimile, quo & ad coronas utuntur: alterum uero fruticosum, a coici liando somno hypnoricum: & tertium, quod in insana afferat, manicum appellant. Halicacabum igitur in foliorum facultate hortensi solano simile est, fructum habens cienda uime idoneum: proinde copulatur facultatibus copositis, quae ad secur, ad uescia, & renes accomodantur, adungitur. Solani uero hypnoci cortex radices, si cum uino bibatur, somnum accersit drachmae pondere sumptus. Sed & cetera quoque papaueris succo persimilis est, nisi quod haecenus imbecillior est, quod ipse tertio habeat ordinis refrigerantium, cum hic positus sit in quarto. Huius solani semen urinam ciendi potestate habet. Ceterum si plus duodecim corymbis hauseris, dementia quoque adsciscet. Porro quod reliquum est ex propositis solanis, ad medicationes quae intro in corpus adhibent, inutile est. Nam si quatuor eius drachmae offerant, mortem inferent: si pauciores, insaniam. Vna certe innoxie sumit, ceterum nec ipsa utile quod obtinet. Verum si foris corpori emplastri modo illinatur, ulcera caeothae, & nomode, siue pascetia curat. Sed ad talia radices cortex praestatur, desiccans secundo ordine iam completo, & tertio incipiente, refrigerans secundo incipiente.

*HYACINTHVS.*

A. l. 2. 1. c. 198

HYACINTHI radix bulbosa est, ordinis primi in desiccando: secundo uero completi, aut certe tertio incipientis in refrigerando. Itaque pueros diutissime seruare impuberes uino illita creditur. Fructus leuiter extergit & adstringit: quamobrem & ipse regio morbo laborantibus exhibetur: in uino, ordine quidem tertio quadaatenus desiccans, ceterum in medio consistens caliditatis ac frigiditatis.

*Hydnon. Tuber terra.*

Hydnon omnibus nota suat. Substantiam habent uincetem terrestrem quidem consistentia, sed tamen cum pauca quaedam partium tenuitate mistam.

*Hydropeperi.*

Hydropeperi a locis in quibus nascitur, & a similitudine quae illi cum pipere in gustu est, nomen sortitum est. Ceterum non usque adeo calidum est quam piper. Attamen herba ipsa etiam uim uiridis unquam fructu cataplasmatum in modum imposita, fugillata & tumores induratos digerit.

*Hyofoyamus. Altercum.*

A. l. 2. 1. c. 199

Hyofoyamus, cui semen atrum est, insaniam ac soporem affert: sed is, cui semen mediocriter lauum est, propinquum ei facultatem possidet. Verum utriusque fugendi sunt ut inutiles & uenenosi, seu deterriti. Ceterum cuius semen ac flos candidus est, ad sanationes uel maxime idoneus est, ex tertio quodam modo ordine refrigerantium. Porro flos eius quidem, cui semen est nigrum, mediocriter purpureus est: eius uero, cui est sublauum, leuiter mali colorem refert.

*Hypericum.*

A. l. 2. 1. c. 200

Hypericum calfacit & desiccatur, essentia tenui, adeo ut & menses & urinas prouocet. Sed ad haec totus sumendus est fructus, non tantum semen. Porro cum folijs illius uiridis ad cicatricem ducit eum alia, tum etiam ambusta. Ceterum si secca conuulsa inspergas, sanabis & mollia nimis, humidaque, & putredinosa ulcerum. Sunt & qui schiadicis bibendum exhibeant.

*Hypecoon.*

Hypecoon refrigerandi uim habet ex tertio ordine refrigerantium, ut parum absit a papauere.

*Hypoglosson.*

Hypoglosson inde adeo nuncupata est, quod summis corymbis uelut lignula quaedam exerunt. Ceterum radix

radix & succus fructus emolliendi vim possident.

*Hysopum.*

Hysopum desiccatur & exsiccatur ordine tertio: sed & tenuium est partium.

*PHACELI. I. N. T. E. S.*

**L**entes ualenter adstringunt: medium tenent caliditatis & frigiditatis: desiccant tamen in secundo ordine. Ipsum itaque earum corpus desiccatur, & sicut uentrem: ceterum decoctum prouocat: proinde etiam prior aqua abicitur, ubi retentionis causa adhibentur.

*Phacos. Lenticula palustris.*

Lenticula palustris humidæ frigida: que reperitur est, utrinque ex secundo quodammodo ordine.

*Phaleris.*

Phaleridis herba: tum succus, tum semen, tum folia potari utiliter creduntur ad uescæ dolores, ceu in se habent: tenuis quiddam & calidum.

*Phalangites.*

Phalangites, sic appellata est, quod moris a phalangis auxiliatur: est autem facultatis tenuium partium, desiccantis: quamobrem & tormina patientibus succurrit.

*Phlomis. Verbascum.*

Phlomis, quidam per plerumque & scribunt, & profertur. Quædam foliis alba est, quædam uero nigra. Ex albæ quidem mas est, cuius folia angustiora: termina, cuius maiora. Et præter has est alia phlomis agrica cognominata: flores habet aureos & luteos, siue melizontas. Sed & alia præter has est, quam proprie phlomisida nominant, & thryallida. Priorum itaque duarum radix acerbæ gustu est, & fluxionis affectibus prodest: sed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. At tamen folia digerendi uim habent: sic & aliarum folia, & maxime eius, quæ aurei coloris flores obtinet, sicut etiam pilis flauescentes. Omnia enim folia desiccandi & mediocriter detergendi uim possident.

*Phoenix. Palma.*

Phoenix arbor adstrictoriae facultatis omnibus sui partibus est particeps. Igitur ramorum succus auferus est: ex aqua substantia tepida, & terrea frigida constans. Similis naturæ est encephalos, quem uocant, hoc est cerebrum sine medulla, est aptus. At fructus eius, & maxime dulcis, non paucam obtinet caliditatem. Ceterum cum edendo sit, multo est usui, non tantum foris impositus, ubi quid roborare & desiccare, contrahere, stupare, densareque consilium est: sed & tanquam cibus sumptus & simul cum aliis, & per se. Porro quod elaten uocant, nempe tenerum illud palmæ germen, eandem cum cerebro eius facultatem possidet. Quod uero uelut tegumentum eius est, adstringentem & ipsum qualitatem habet, uerum plus quam dicta omnia exicat: utpote quod & essentia consistentia illis siccius est, & minimum habet humiditatis. Itaque iure utuntur illo ad ulcerum, putrescentia, miscantque medicamentis articulos plus uisio laxatos contrahentibus: ad hæc facultatibus hepaticis & stomachicis, seu intro simantur, seu foris admoneantur. Sed & radix plantæ desiccatoriae citra morsum facultatis est, adiun-  
ctum habens & ipsa adstrictionis quippiam.

*Phorbion.*

Phorbion femina ad leucomata, hoc est albugines, cum melle applicant. Sed & spicula extrahere creditur. Porro & ipsa herba idem præstare uidentur, ex quibus constat quod tenuium partium, & attrahendi detergendi que potentiam obtinet.

*Phu.*

Phu odorata quodam modo est huius herbae radix, nardo uiribus similis: sed tamen ad pleraque infirmior: utinas mouet plus quam Indica, aut Syriaca nardus, perinde ut Gallica.

*Phycos. Alga.*

Phycos humens etiamnum & uirens ex mari exemptus desiccatur & refrigeratur ordine secundo: habet enim quiddam modice acerbum.

*Phyllitis.*

Phyllitis, cum qualitate sit acerbæ, non ab re diarrhoeas, siue profusias, & dysenterias pota iuuat.

*Phyllon malabathri. Folium malabathri.*

Folium malabathri nardo similem uim possidet.

*CHALBANE. GALBANVM.*

**G**albanum succus est plantæ ferulaceæ molliendi & digerendi uim. Fuitque sane ex tertio ordine exsiccantium incipiente, aut secundo completo: in desiccando uero, ex secundo incipiente.

*Chamaedrys.*

Chamaedrys uincemem habet qualitatem amaræ: est & quodam modo acris. Quocirca merito lienes colliquat, & utinas ac menses prouocat: crassitudinem humorum incidit, & uiscerum obstructions expurgat. Ponatque eam quispiam in tertio ordine exsiccantium & desiccantium: plus tamen desiccatur, quam calefacit.

*Chamaecissos.*

Chamaecissos, cum sit admodum amarus, iecur obstructione liberat, daturque ex coxendice laborantibus.

*Chamaelea.*

**A**

*Chamaelea.*

Chamaelea uincemem habet qualitatem amaram: quamobrem admodum sordida ulcera, & quæ maximas habent crustas, cum melle perpurpare potest.

*Chamaeleuce.*

Chamaeleuce calidæ facultatis est tertio quodammodo ordine, sicæ primo.

*Chamaeleon.*

Chamaeleontis radix, nigri quidem, letale quiddam obtinet: quamobrem foris utique usus eius ad psoras adhibetur, & lichenas, & uirilignes, & in summa quæ deteriorationem postulant: præterea digerentibus & emollientibus pharmacis commiscetur: & phagedanica ulcera sanat illita. Est enim sicca tertio ordine, calefacit uero secundo ordine absoluto. Porro albi chamaeleontis radix ad latos lumbrosos potui datur cum uino austero mensura oxybaphi. Exhibent sane etiam aqua inter cutem laborantibus ad similem habentem temperiem ipsius nigri radici, nisi quatenus illa acrior est.

*Chamaepitys.*

Chamaepitys gustu quidem amarum saporem ualidiorem acri obtinet, effectu uero expurgat abstergitque uiscera plus, quam calefacit: proinde auriginolis, & omnino quibus facile iecur obstruitur, bonum est remedium. Quin & menses ducit cum pora, tum apposita cum melle. Sed & uirina mouendæ medicamen est. Sunt autem etiam, qui eam exhibent decoctam in melicrato ijs, qui coxendicis doloribus torquentur. Herba porro ipsa uiridis uulnere magna conglutinat, & ulcera putrescentia sanat: præterea uberum durities discutit. Est enim in siccano ordinis tertij, in calefaciendo uero secundi.

*Chamaesyce.*

Chamaesyce abstergendi simul & acrem uim possidet. Itaque acrochordonas, & myrmeccas caules eius teneriores in modum cataplasmatum admoti, quique ex eis profuit liquor, auferunt. Cum melle uero crassas oculorum cicatrices detergunt: sed & hebetudinem uisus a crassitie natam adiuuant, sicut sane & suffusionum principia.

*Chelidonium.*

Chelidonium extergentis admodum & calidæ facultatis est: sed & succus eius ad acuendum uisum commodus est, utique in quibus crassum quiddam in pupilla colligitur digestionem atque discussionem indigens. Vbi sunt radice eius quidam ad auriginem ab obstructione iecoris proficiscentem, in uino cum albo potui exhibentes cum aniso. Similiter mansa confert dentium doloribus. Porro chelidonium minus cum acris sit maiore, celeriter illitum cutem exulcerat, unguesque scabros eijcit. Succus eius per uires purgat, ut pote admodum acer. Itaque hæc herba quarti quodam modo ordinis fuerit calefacientium incipientis. Maius autem chelidonium tertij est ordinis absoluti tam, idque tum in calefaciendo, tum in siccano.

*Chondrila.*

Chondrila, & hanc quidam serin nominant. Est enim eiusdem fere cum illa facultatis: nisi quod gustu amarissima est, ac proinde facultate siccantiore.

*Chondrus.*

Chondrus est sane nutrimentum optimum, sicuti & triticum: sed huius instituti non est de nutrimento distinguere: uerum ut medicamen emplasticae facultatis est, temperie tritico similis, plus tamen illo uiscosus: quare sane etiam illo plas nutrit. Estque ceu materia quedam idonea excipiendis aceto, marina aqua, muria, & id genus alijs ualenter desiccantibus: proinde quidam ex genere admodum exiccantium esse & hoc semen autumant. Ceterum chondrus ex numero est potius concoquentium, ut & triticum, quæ minime profecto desiccant. At ob exiccantium medicaminum admisionem, cum quod ex illis compositum est, exiccatorium sit, medicorum complures in errorem induci sunt, ut falso putarent desiccationem chondro acceptam ferendam ijs, quæ admitta erant, præteritis.

**D**

*Chrysocome.*

Chrysocome, uocatur & chrysites. Radix uincemem habet acrem simul & adstringentem qualitates: quare non admodum multi usus est. Vt uti tamen est decocti in melicrato in peripneumonijs, & moribus hepaticis siue iccorarijs: sed & menstrua purgationis prouocandæ uim quandam obtinet.

*PSEUDODICTAMNUM.*

Pseudodictamnium imbecille dictamni uim habet.

*Psyllum.*

Psyllium semen habet admodum utile, ex secundo refrigerantium ordine: in desiccando uero & humectando medium quodammodo est & symmetrum.

*OCIMON.*

Ocimum ex secundo est ordine calefacientium: habet autem recrementitiam humiditatem: proinde nec commodum est quod in corpus sumatur. Ceterum foris illitum, ad digerendum & concoquendum idoneum est.

*Ocimoides.*

Ocimoides, quidam philitarium cognominant. Radix inutilis est. At semen tenuium partium, & desiccantis citra mordicationem facultatis est.



Agit de tetrarum ac metallicorum facultate.

Replicantur qua de adstringentibus, & combustis medicamentis quarto libro demonstrata sunt.



**Q**UOTVOT plantarum partes sunt, & fructus, & succi, atque liquores, supra dicta sunt omnia. Nunc autem de reliquis medicamentis, quae metallorum genere censentur, quaeque ipsius terrae proprie sunt, differere propositum est: post quae deinceps non nihil tractabitur de partibus animalium, utique quibus cum medicamentis ad curationes utimur. Ceterum praestare mihi videtur, communiter de illis omnibus praesari, quo videlicet tum clarius intelligi possint, tum quae dicenda sunt, distincte ceu in articulos inaudiantur. Nam si quis in omnibus sequatur scriptores sive medicamentorum, sive materiarum, sive illorum preparandorum: in multis profecto turpissime hallucinabitur, & ea quae praesente ac determinate a me posita sunt, perperam accipiet. Ceterum cum duo sint capita communis orationis iam proponenda: Alterum est, an sponte nascentium medicaminum quae combusta sunt, calidiora arbitrari oporteat, an frigidiora: Alterum de medicamentis adstringentibus, quorum in genere esse supra ostensum est tum austerum, tum acerbum. Itaque super his quidem in quarto horum commentariorum verba fecimus: sed & modo commemorare satius fuerit medicamentis adstringentibus & facultatem & qualitatem inesse cum acris pugnantisissimam. Adstringunt enim Acacia, Balaustrum, Hypocystis, Cytini, Galla, Rheon, Rhus, Omphacium, Mespila, Corna, Malcorium, Myra. Acra vero sunt Euphorbium, Allium, Capa, Porum, Napy, Piper, Gingiberi, Smyrnium, Origanum, Pulegium, Calamenthe, & Thymus. Reuocandum itaque in memoriam duntaxat qualem cuiusque dictorum percipimus sensum, & protinus sequetur qualitatis eorum diuersitas, quam in quarto libro exposui una cum alijs omnibus gustus differentijs. Sane contrahunt conspantque atque condensant substantiam nostram adstringentia: ac promde in quumuis corporis nostri partem extrinsecus imposita, continuo illam rugosam & contractam efficiunt, contra quam acra, quae imposita cuti perspicuo eam exsiccant, atque in molem at tollunt, rubente colore: ac si diutius immorentur, etiam ulcerant. Haec itaque euidenter apparent tum incidere, tum exsiccacere, tum etiam a vicinis partibus ad sese sanguinem attrahere: at adstringentia refrigerando, contrahendo, consstringendoque in illis etiam contentum repellere. Facultas itaque aduerfissima est adstringentibus cum acris: nec quae in gustu apparer qualitas, simile quippiam obtinet. Quid ergo non nullis in mentem uenerit, ut piper, allium, atque adeo acra omnia adstringere dicerent, sane cogitatione assequi nequeo. Nam si in haec adstringere dicitant, ita Rhum, Balaustrum, Omphacium, Mespilum, & quotquot eius sunt generis, acra cognominarent, diuersa ac commutata in nomini bus consuetudine: ignoras profecto illos uocum, & eorum significatum, non tamen gustandi aut olfaciendi carere iudicio dicerem. Nunc vero cum res duas & olfactu, & gustu, & effectibus suis contrariam inter sese naturam ostentantes, una appellatione nuncupent: admiranda profecto hominum aut stupiditas est, aut dementia, aut simul utraque: perinde enim faciunt atque illi qui & ignis, & niuis eundem esse sensum aiunt. Atque adeo in quendam quondam incidi, qui praetam aliena atq; absurba usurpandorum uocabulorum consuetudine, diceret nihil prohibere, quo minus diceretur nix eandem igni habere tum qualitatem, tum facultatem: quia uidelicet & haec quandoque uisa sit pedes diutius per eam ambulantium adussisse. Sane non paruo tempore opus est, ut illis hominibus sordem animi expurges. At quibus non in tam profunda ignorantiae caligine degere contigit, ac quartum horum commentariorum perlegerint, his quae iam dicta sunt, memoriae causa repetita sufficiunt, quo distincte nomina de quaque propriarum rerum ita inaudiant, quemadmodum Latinis esse Gracisque mos est. Transibit uero ad secundum solum sive speculationem, haud etiam de nomine & significato eius habedum, uerum de rei natura. Nam plerique existimant combusta omnia seipsis effici frigidiora. Alij e contra, combustorum omnium augeri caliditatem existimant: utique sane errantes. Conspiciuntur enim quando quaedam calidiora reddita & ad gustum, & ad tactum, & ad eam quae in usu cernitur facultatem: uelut supra dicebam de acris & adstringentibus. Quaedam contra ab usione minus apparent calida: id quae clare discernimus tum tactu, tum usu. Dico autem usum, ceu ante dixi, cum eum imposita alia caliditatem rubentemque partem efficiunt, alia exanguem & frigidam: & alia molem attollunt, alia contrahunt. Igitur acra multum caloris amittunt usta. At quae eiusmodi non sunt, adumunt. Sane combustorum omnium nullum plane est frigidum. Relinquitur enim in illis uelut in igne, hoc est ignitio quaedam, (nam ita uocabat Aristoteles,) atque id est quod per ablaciones detergitur ex combustorum substantia

\* Al. specus

**A** substantia subtilissimam: quod ubi cum aqua abierit, quod usi reliquum est, substantia terrena est. Si quidem humidum omne combustio absorbit, reliquum autem terrenum est una cum empyreumate ab Aristotele uocato. Hoc ergo ubi per lotionem ablatum ac semota fuerit, aqua, in qua medicamentum ablutum est, calidum adsciuat facultatem, eamque renuuium partium: quod reliquum uero est, terrem simul & frigidum est, desiccare citra mordacitatem potens. De his quidem & supra diximus: ceterum nibilo deterius est in memoriam nunc ea reuocasse, ut repetita illorum memoria, simul quae dicenda sunt, exactius quis assequatur.

DE TERRAE DIFFERENTIIS.

**C**UM duae sint res, quae terrae uocabulo significantur, necessarium duxi prius eas distinguere, ut clariora sint quae dicenda ueniunt. Altera sane omnibus Gracis [pariter Latinis] maxime conuersa est. Siquidem ubi triticum, hordeum, aut aliud quodpiam seminum, quae cerealia nuncupantur, seminant, mediocriter humidam esse terram oportere aiunt: at ubi uites, ficus, oleas, aut aliam quamuis arborem plantant, fugiendam praecipiant tum eam, quae uliginis plane expers sit & arida, tum quae humida sit & lutosa. Nam lutum uocant terram humidam maceratam. Tum qui de colendis agris seu georgica conscribunt, in regionum differentijs arram terram, argillosam, arenosamque discriminantes esse vident: sed & pinguem terram uocant, ex qua lutum fit uiscosum ac lentum: Alteram uero contra quam hanc dispositam, quae lutum efficiat, pinguitudinis expers, & friabile, ut sic dicam. Atque hoc est unum terrae uocabuli significatum, omnibus utatur. Alterum est solis philosophis usurpatum, cum aiunt elementa corporum esse terram, aquam, aeternam, & ignem. Corpus nanque extreme siccum ac frigidum terram nuncupant. Secundum hos ergo nullum compositorum corporum terra censetur elementaris: aiunt tamen ea plurimum habere terrae, puta adamantem, & saxa: & quanto corpore durior fuerit, tanto magis ea dicunt esse terrea, contra quam agricolae. Haud enim quo durior sit corporum consistentia, eo plus terream esse dicitant, uerum lapides & petras plane ad agriculturam esse ineptissima contendunt. Ceterum eam esse terram dicunt exactissimam quae quam longissime recessit a fixi consistentia: quippe cum & argillosam, & arenosam ad pleraque damnetur inuitem. Secundum itaque significatum quod a philosophis celebratur, tribus sinerunt generibus terrae differentiae. Siquidem unum eius genus lapis est, alterum corpus metallicum, tertium uero terra quae colitur: facta apud eos differentia de metallicis corporibus, quae fundi possunt, uelut aere, stanno, plumbo. Haec enim quidam aiunt non terrae, sed aquae plus continere. At tamen ceteri homines omnes eam duntaxat terram nominant, quae humido macerata lutum efficitur: de qua utique & ego nunc statui differentias exponere, id modo praefatus, quod proposita sectio corporum terrenorum in lapides, metallica, & terram quae colitur, absque corporibus praeter physica seu naturalia nominantur, dicta est. Nam si ea accedant, tum ligna omnia, & fructuum partes complures, uelut etiam animalium, essentia esse terrena dicentur: fructuum quidem partes, ut nuclei oliuorum, & uinacei uuarum, putamina nucum, & conorum, & eius generis multa alia. Animalium uero ossa, cornua, dentes. Verum de plantarum partibus, quae terrena utique sunt & dura, partem iam supra dictam est, partem etiam nunc dicetur. At de ijs quae animalium sunt, infra tractabitur, ubi prius terrae species absoletur. Licet enim ea tibi aut differentias, aut species, aut etiam appellare genera. Dico autem haec, lapides, metallica corpora, terram in lutum solubilem. Ac primum omnium dicam ab \*Latinis nuncupata terrae differentias, quae commune hoc habet, ut addita aqua continuo soluantur, & fiat lutum. Nam quod a philosophis sic appellatur, non habet omnibus commune, sed illis tantum consuetum ac celebratum significatum.

DE DIFFERENTIIS NOMINATAE PASSIM TERRAE.

**T**ERRAM uisitate \*Latinis uocari dixi, quae iniecta aqua statim soluitur, & fit lutum. Huiusmodi ergo est, quam homines ad culturam elaborant, differentias habens quaedam sane secundum propriam rationem, dum pinguis est & uiscosa, quae utique omnino & atra colore est: alia uero friabilior, & pinguitudinis expers, quam uocant argillam, quae sane quodammodo candidior est. Atque haec contrariissima sunt differentiae. Aliae harum in medio sunt alteri, atque alteri magis accedentes: atque adeo quaedam etiam quae ex aequo ad unguem in medio, pari intervallo ab utraque distant: At aliae sunt terrae differentiae ex diuersi generis corporum natae commixtione: qua ratione lapidosa & arenosa habentur: atque admixtam talium substantiam segregant largae aquae effusione ac maceratione, dum \*rorum humidum efficiatur. Cum enim id effectum est, id quod defertur atque inest lapidosum atque arenosum, id omne subsedit, & terra exacta supernatat. Tale quiddam & in Lemnia terra uisitur, quam cognominant quidam Milton lemniam, id est rubricam lemniam, & alij quidam Sphragida lemniam, hoc est sigillum lemniarum, ob impressum uidelicet illi sigillum Dianae sacrum. Siquidem hanc terram sacerdos cum patrio quodam honore sumens, haud mactatis animalibus, sed tritico atque hordeo pigmenti gratia terrae redditis, in usum comportat: quam deinde aqua maceratam, atque in lutum redactam, ubi ualenter conturbauit, paulumque inde quiescere sinit, aquam quae supernatat, primum auferit, & mox quod sub ea est pingue terrae tollit, ac reliquum duntaxat quod ad imum subsedit, lapidosum scilicet & arenosum relinquit ut inutile ac superuacaneum. Porro lutum illud pingue usque eo desiccatur, dum mollis terrae consistentiam accipiat: huiusque exiguis acceptis particulis, sacrum Dianae signum imprimi. Ac postea rursum in umbra siccandum reponitur, donec omnem plane humiditatem mittat, fiatque illud medicis

\* Al. lutum.

dicis omnibus cognitum medicamen Lemnia sphragis, siue sigillum. Sic enim quidam illam cognomi-  
nant ob impressam illi sphragida, hoc est sigillum: cui etiam nonnulli ob colorem lemniam milon si-  
ue rubricam appellant. Eundem ergo quem rubrica colorem obtinet, uerum ab ea differt, quod con-  
tractu non contaminet atque illa: & secundum collem in Lemno, qui totus colore fuluo est, & in quo neque  
arbor, neque saxum, neque planta nascitur, tantum huiusmodi terra uisitur. Porro tres eius signantur differe-  
rentia: una quam posuimus terrae sacrae, quam alij nemini prater unam sacerdotem contingere fas est:  
altera uero eius quae raueria miltos est, siue rubrica: utuntur autem ea potissimum fabri: demum tertia  
eius quae extergit, qua utuntur qui lintea & uestes lauant, quibus utique collibitum est. Ceterum cum &  
apud Dioscoridem & alios quosdam scriptu legissem, Lemniae terrae hircinum misceri sanguinem, atque  
ex luto quod ea mistione conficiebatur, sacerdotem lemniae quas nocant sphragidas tum conformare,  
tum consignare, cupiebam profecto & ipse mistionis modum inspicere atque symmetriam. Itaque quem-  
admodum in Cyprum nauigaueram uidendorum, quae in ea sunt, metallorum gratia, & in caenam Syriam  
Palestinae partem profectus fueram, bituminis & aliorum quorundam inspiciendorum causa, ita nec in  
Lemnum nauigare piguit, ut quantum sanguinis terrae admisceretur, conspicerem. Nam cum iterum ex  
Asia Romam pedestri periret itinere per Thraciam & Macedoniam, prius a Troade Alexandriam in Lem-  
num ad nauigauimus, nactus illie nauem quae ad Thessalonicam cursum destinabat. Conueniebam autem  
cum nauclero, ut in cursu Lemno appelleret. Et sane ille praestitit, sed non ad eam ciuitatem ad quam  
oportebat. Antea enim nescieram duas esse in insula ciuitates, sed credebam, ut Samus, Chius, Cos, An-  
dus, Tenus, & omnes adeo quae in Aegeo sunt mari, una duntaxat ciuitatem habent toti insulae cogno-  
minem, ita & Lemnum nominis sui unam habere ciuitatem. Porro ut ex nauis descenderam, intellexi ci-  
uitati nomen esse Myrinae: nec in regione ciuitatis illius aut Philoetis templum esse, aut sacrum Nep-  
tuni collis, sed in altera qua uocaretur Hephestia: nec ciuitatem eam Myrinae esse propinqua. Cumque  
me nauclerus expectare non posset, distuli, ut cum Roma in Asiam redirem, tum Hephestiana uisitem:  
id quod feci prout speraueram & proposueram. Nam ubi ex Italia in Macedoniam ita uicissem, eamque  
pene totam pedestri itinere pertransissem, peruenissemque Philippo, quae ciuitas est finitima Thraciae:  
inde ad mare descendi quod proximum aberat centum uiginti stadiis: primumque Thason transiis, di-  
stantem plus minus ducentis stadiis: atque illinc in Lemnum septingentis, ac cursum ferre septingentis  
in Alexandriam Troada traieci. Ac proinde sane ex industria tum de nauigatione, tum de stadiis adscripsi,  
ut si quem eadem, qua me, caperet Hephestiana uisendi cupiditas, cognito eius situ sic nauigationem  
institueret. In tota namque insula Lemno orientem spectat Hephestia, occidentem uero Myrina. Et quod  
a poeta dictum de Vulcano est, qui graece dicitur Hephestus, Decidit in Lemnum, propter collis natu-  
ram occasione sumptisse fabulae crediderim. Apparet enim combusto simillimum tum colore ipso, tum  
etiam quia nihil in eo nascitur. In hunc itaque collem sacerdos, quo tempore ego ad insulam accesseram,  
egressa certo quodam tritici hordeique numero in terram coniecto, alijsque quibusdam pro religione pa-  
triae perpetratis, plaustrum totum terra impleuit. Atque ubi in urbem conuexisset, quo dixi modo, illas fa-  
ma hominum adeo celebratas Lemniae sphragidas praeparabat. Visum ergo mihi erat percontari, num  
quid unquam antea hircinum aut caprinum sanguinem huic misceri solent memoriae proditum acce-  
pisset. Quo audito omnes in risum solui sunt, nec ij sane qui uis ex uulgo, sed iuri oppido quam euidenti-  
cum in alijs, tum praecipue in antiqua patriae historia. Quam & a quodam librum accepi quondam ab in-  
colarum quopiam conscriptum, qui omnem Lemniae terrae usum edocebat. Quamobrem nec me quoque  
piguit huius medicamenti periculum facere, accepi sphragidum uiginti millibus. Sed & is, a quo li-  
brum dono accepi, inter principes habitus ad multa hoc urebatur medicamine. Siquidem ad uulnera  
tum uetera, tum cicatrici inducenda contumacia: ad haec ad morsus uiperarum, atque adeo omnes ferarum  
morsus nec non aduersus medicamenta letalia non ante modo exhibere, sed & post sphragide uiti con-  
sueuerat. Addebat porro sese periculum fecisse medicamenti, quod quia fructum iuniperi accipit, *siue*  
*siue de praeparatione* occupatur, cui utique indebatur & terra Lemnia: uomitumque: eiere aiebat, si quis cum etiam  
num in uentre letale uenenum hareret, alexiterium siue amuletum ebibisset. Et sane nos quoque huius  
fecimus periculum in lepore marino, & cantharidibus, cum sese tale quippiam accepisse homines suspi-  
carentur: uerum hantio, quod lemniae sphragida habebat, medicamento, protinus omne euomuerunt,  
nec postea ullum illis accidit symptoma eorum, quae ad leporem & cantharides comitari consueuerunt,  
tamen coniuncta esset perniciosorum medicaminum exhibitio. Ceterum an ad alia mortifera medica-  
menta, haec inquam quae uocant delecteria, eandem uim habeat medicamentum quod ex fructu iuniperi  
& terra Lemnia conficitur, mihi utique ignotum est. At ille ab Hephestiae profecto assererat adeo, ut  
& rabientis canis morsum eam sanare diceret in uino diluto epotans: ueluti autem ex aceto impese acri  
impositam. Sed & aliarum ferarum ictus ex aceto sanare referebat, extrinsecus folijs insuper impositis  
quae putredini restitisse didicimus. In primis uero praedicabat Scordium, deinde Centaurium exile, in-  
de Marrubium. Porro si quando nos sane ad ulcera cacothere & putrida terram Lemnia adhibuimus,  
magnifice profuit. Vius autem est pro prauitatis ulceris magnitudine. Quippe id quod grauiter olet,  
impedioque: laxum molleque est, ac sordidum, sustinet ut uel per acerrimum acetum lemnia terra in luto-  
sam soluat consistentiam, aliorum more pastulorum, quorum alius alio utitur: dico autem Polydara,  
& Praloniae, & Andronis, & qui nunc dictus est, quem Betinum uocant. Siquidem hi omnes ualenter  
desiccantes

A desiccantes profunt ulceribus contumacibus, soluti interim quidem in uino dulci, interim sapa, interim  
oenonile, non nunquam etiam alborum uinorum quopiam, aut saluorum, aut flauorum: prout nuni-  
rum usus postulat. Nam de talibus alibi definitur. Similiter uero quandoque soluantur aut ex aceto,  
aut uino, aut aqua, aut oxymelite, aut oxycrato, aut melicrato. Porro lemnia terra ex aliquo comprehen-  
sionis soluta, medicamen sit idoneum tum recentibus glutinandis uulneribus, tum medendis inuetera-  
tis, aegre ad cicatricem uenientibus, & contumacibus. Similiter autem & alia quaevis terra, pharmaco-  
des siue medicamentosa. Necessarium enim erit distinguere, sicuti supra, ab elementari terra, in qua & lapi-  
des comprehendebantur, eam quae in lutum soluitur: sic nunc ab ea, quae colitur, medicamento iam: ni-  
hilo enim deterius erit ita eam cognominasse qua ad curationes utuntur: tamen eius quoque quae coli-  
tur, si qua pinguis est, commoda est ad curationem earum omnium partium, quae desiccari possunt, un-  
de sane ea & Alexandria & per Aegyptum utuntur multi sua utique sponte ac iudicio, multi uero etiam  
moniti somnijs. Vidi enim Alexandria quosdam aqua inter cutem laborantes ac lienosos Aegyptiae ter-  
ra luto utentes, multos qui sibi suras, femora, cubitos, brachia, tergam, latera, pedesque inungerent, ac  
perspicuo inuarentur. Eadem in modum & ueteres phlegmonas, & laxa oedemata adiunat lutum hoc.  
Nouit siquidem quosdam, qui ex immodica per haemorrhoidas euacuatione urgentes effectu ac tumidi  
non obscure fuere adiuti. Sed & quidam durinos fixosque parte quopiam dolores perpeffi, luto hoc pla-  
ne perlanati sunt: desiccandamque uim terra quaeuis, possidet. Quoniam uero corpus eius natura sic-  
cum est, & quando profum igne substantiae mistionis est expers, ita desiccatur, ut minime sit mordax, ad  
quod tamen etiam proficit si lauetur.

## [DE TERRAE LOTIONE.]

Ceterum lauatur terra omnis ad eundem modum, quo propositum est de Lemnia. Primum quidem  
maceratur aqua, quae nullam habet medicamentosa qualitaris suspensionem: at ubi lutum conse-  
dit, effunditur quae innatat, aqua deinde quod post ipsam erat, segregatur a lapideis atque arenosis  
quae ad intum resederunt. Ac si exercitatum habeas gustandi sensum, ipse iudex eris accuratus, quam  
oporteat terram lauare, quam non. Nam quaedam lauati non desiderant, quaedam etiam bis terque: clui  
exposcunt. Ac lemnia quidem paratam accipis semel a sacerdote lotam, quae iterum ablui non exigit.

## [DE TERRA SAMIA.]

A Samiam ne lauati quidem optis est: utitur autem altera eius specie magis, quam Samiam as-  
tera cognominant, ad sanguinis exuptiones undecunque natas, uelut etiam Lemnio sigillo. Eadem  
ui uiuant sanguinis ex utero profusa, & uocatum fluxum muliebrem. Quin & profunt exulcerationi-  
bus dysentericis antequam putrescentia euadant ulcera. Nomias id genus affectus appellare medicis  
mos est, ab eo quod putredo depercat, & ad uicinas partes serpat, quod graece dicitur *phlegma*, una cum  
primum uitiata & ipsas corrumpens. Tamen etiam in istis quandoque sum usus Lemnia, & palam pro-  
fuit tum per sedem in insula, tum epota: utique antea, quod facere solemus, ulceribus melicrato meracio-  
re prius ablatis, postremo uero mirra. Inieciatur ergo per succum amaglossae bibebatur uero ex oxy-  
crato aquoso. Sed nec paulo quopiam efficacioribus uideretur esse uisibus Lemnia terra quam Samia:  
quare nec ea, quae iam phlegmone tentari coeperint, uim eius perferunt, sed clare irritantur, atque exa-  
sperantur, potissimum si uir sit habitus molliori, quem malacosarcon Graeci uocant. At a Samia adeo  
non exasperatur ulla sic affectarum partium, ut etiam mitigentur, maxime quae humidiores sunt & la-  
xiores, uelut uera, testes, adenes. Idonee autem utaris terra eiusmodi, si ubi ad laeuorem redegeris per  
aquam, tantum admisceas olei rosati boni, quod mistione sua medicamentum a resiccatione prohibeat  
sed & commodum utique est, ubi sic praeparatum fuerit, ad alias quoque phlegmonas calidas, & bubo-  
nas incipientes, & fluxiones podagricas, & summatim ubi refrigerare statutum est mediocriter cum mi-  
gatione ac lenitione: ut euidenter appareat uim Samiae mediocriter esse refrigeratorem. Quin & ma-  
gis quodammodo aerea est eius essentia collata ad Lemnia: cuius argumentum est & leuitas. His itaque no-  
tis & oem alia terra medicaminosa aestimato. Dico autem notas consistere tum leuitate, tum grauitate, pra-  
tereaque in gustu asperitate ac leuitate, ad haec tenacitate, & absterge diu potentia. Tenax enim & uiscosus est  
Samius alter, cui & Lemnia sphragis eiusmodi paululum quiddam habeat. Absterge diu quoque facultate mode-  
rata obtinet & Selinusa terra, & Chia: quamobrem mulieres quaedam ad faciem ipsam utuntur. Ostensum autem est in  
tertio libro de ratione curandi, quae quid leuiter absterget, produceda ueluti carni esse idoneum. Id autem  
si etiam delictet, cicatrici inducenda habile est. Porro omnium ex ijs aptissima sunt & ad ulcera quae in su-  
ma cute consistunt, & ad ambusta, illa quae cum citra morsum exicant, tum neque manifesto exal-  
cium, neque rehygerant. Quocirca terra Selinusa, & terra Chia pulcherrima sunt ad ambusta ueluti  
remedia. Exposcunt enim ea moderatissime extergentia medicamina absque insigni aut calfactione,  
aut refrigeratione, quod utique incertum Selinusa, tum Chia, tum Samiae terrae: Dicitur autem quod  
& huius species est Aster, quem uocant, reliqua terra hoc praestans, quod uiscosum quiddam ac tenax obti-  
neat. Quocirca quod cum ad alia ulcera, tum ad ambusta pertinet, alijs rebus quae tenacitate non habent,  
conferendus non est. Siquidem substantiam tenacitatem magis reddit emplasticam, quam ut sinat abster-  
gere: sicut ubi nulla utique, alij adhaerentia uiscosa tenacia, corpori, ut in uisco cernere est. Atta-  
me Chia & Selinusa terra inferiores sunt Samia ad phlegmonas: in mamillis, testibus, atque ignibus inci-



plentes: tamen si ubi inopia est aliorum quae summe profunt: nec ipsae plane inceptae sunt & incommodae. Porro Cimolia cum mista sit facultatis, partim refrigerat, partim etiam digerit, sed leuiter: proinde dum lauat, hanc facultatem deponit atque exiit, absque ablatione uero secundum utraque agit facultates, seu alia quoque compositorum medicamentorum plurima digerentia pariter & repercutientia. Porro utranque facultatem facile indicat, dum illi miscentur humores naturae contrariae. Nam si mista sit repercutientibus, refrigerantibusque, lutum quod ex ipsa & illis conficitur, refrigerans repercutientibusque est: Sin digerentibus, & ipsam digerens. Sic ambullis conuenit. Atque idiotae quidam protinus aceto maceratam illinunt. Sed in tali usu non impense acris sit acetum oportet. Ac si tale sit, aquam miscere praestat. Et illud mihi semper memoria teneto, seu commune omnis terrae leuis. Omnes enim ambullastuant, continuo illitae ex aceto, aut oxycrato, nimirum bullas existere prohibentes. Ceterum comtemplandum insuper est, corporis curandi quae sit natura siue habitudo, durane an mollis: id in uniuersum praec oculis habendo corpora mollia ualentium medicaminum uim haud posse perficere, dura uero posse. Sed haec huius instituti non sunt, uerum copiosius exponentur tum in tractatu de componendis pharmacis, tum in libris de facile parabilibus. Praesens autem narratio a principio id studuit, ut genera les inueniret facultates. Quibus animum intendens quipsiã coplura habiturus est ad particularis usus copiam, utique si utendi eorum uiam ac rationem insuper adiunxerit atque edidicerit. Quare immorandum non est. Verum quod antea dictum est, nunc in memoriam reuocare oportet, nempe terram ipsam expertem missionis substantiae generis alterius, uim habere citra morsum desiccandi. Atqui cum nullum reperire corpus queas missionis ad unguem expers, inspicienda item est eorum quae illi accidunt commissio, idque secundum leuitatis & grauitaris differentias, easque quae in gustu uisuntur. Nam si qua eluceat adstrictio, tantum assumpsit frigiditatis, quantum habet & adstrictionis. Sin etiam acrimonia quaedam appareat, tantum inesse scito caliditatis, quantum & acrimoniae. Similiter in leui & graui uideandum: cum leuitas illi inde proueniat, quod larga & copiosa in tota eius temperie aerea insit substantia: grauitas uero quanto maior sit, tanto itidem sincerior terra existat. Terra propriae aerea est: quod igni admodum non fundatur aut liqueat: id quod accidit plumbo, stanno, argento, & auro. Itaque cum terram audis [ab argento] nominari argyriten, uel [ab auro] chrysten, uel [a ferro] sideriten, (nam ita nuncupant quidam illas quae ex metallis sumuntur,) haud putes per totam terrae immixtum esse argentum, aurum, aut ferrum: sed contingere, coniunctaque esse partem terrae particulis inimicis particulis paruas: in chrysite quidem quae ab auro dicitur, auri in argyrite, quae ab argento, argenti in siderite, quae a ferro, ferri: easque ab igne in fornacibus fusas coire adiuuicem. Eundem in modum quae uitrum continet terra, acnosa est. In arena enim potissimum eiusmodi substantiae frustula reperiuntur saepenumero parua. Et qui earum rerum periti sunt, conspectis arenis talibus haud difficulter cognoscunt, quantum ex eis colligi queat uitri. Sed & auri quoque frustula exigua frequenter non paruo numero in quibusdam inueniuntur arenis. Verum non ex quauis arena, qui negotio huic sunt dediti, aurum uitrumque ex trahunt: sed eas eligunt arenas, quae quam minimo impendio plurimum congerunt. Siquidem post multos sumptus, quos in fornacibus instruendis facere necesse est, si paulum modo colligeretur substantiae, damnosum id ipsis esset. Itaque cum in plurimis arenis auri uitrique frustula parua contineantur, qui talia callent, non ad quauis accedunt. Ad eundem modum neque aes, aut argentum, aut ferrum, aut stannum, plumbumque ex quauis terra colligunt. Nec tamen ubi dictorum quodque ab admixta terra separauerint, quae reliqua est, alijs terris est similis, quas passim sic ab omnibus nuncupari proposui, quae commanent habent notam, quod irrigatae facile soluantur in lutum, nam terra quae in metallis est, reliquae lapideae sunt, nec macerari rigariue possunt. Dico autem rigari, per totam substantiam humectari: uia descere uero, extrinsecus tantum superficie madefieri, haud etiam in altum penetrante humore: illud Graeci appellant. Sic fit Cadmia, quam uocant, lapidea, nec ipsa rigari potis. Sed de talibus corporibus infra differetur. Nunc rursus ad medicaminosam terram reuertor, quae proinde quae aqua irrigata facile in lutum soluitur, terra appellatur, quia uero ea utimur, uelut alijs medicamentis, idcirco non iniuria graece Pharmacia, latine medicaminosa sola uocatur: nempe quia aut sola est eiusmodi, aut euidentiore uim medicaminosam possidet. Id quod sane uerum est. Nominatur autem Ampelites, non quod uitem in ea serere praestat, sed quod uiti circumlita interimat nascentes in ea uermes, quos senipas apud nos uinitores cognominant. Nascuntur porro hi in eunte uere, cum germinare uites, turgereque earum pars unde germen exit (quem oculus nominant,) incipiunt. Hos igitur oculos senipes depascentes, non leuem uiti noxam afferunt: ac proinde oculorum istorum radices, qui haec sapient, inungunt ac illinunt. Haec itaque ratione Ampelites & Pharmacies id genus terra appellata est, uel ex eo quod senipas perdat, quantum habeat facultatis medicaminosae indicans. Sed & a reliqua terra, qua ad curationes utimur multum diuersa est, quippe quae proxime ad lapideam perueniat: quae obrem misceri eam in medicaminum scriptionibus comperies, ubi exicare atque digerere quid opus est. Nec enim mordacitatis expers est, nec moderata, nec mitigandi uim obtinet uelut Chia, Samia, & Selinusa. Atque de Cimolia quidem dictum est, quod illis paulo sit ualentior, ueruntamen etiam morfus, maxime si elora sit. Cretica uero terra illis quodammodo assimilis est: uerum admodum imbecilla est, multum habens substantiae aerae: inest tamen ei uis extergendi: quam obrem ea homines uasis argenteis sordidis splendorem recuperant. Itaque & haec tibi uisui fuerit ad ea omnia,

Al. t. r. g. u.

delicet nuncupo petram combustam. Verum ut nec in illa arenosum quippiam admixtum est, ita nec in Armenia. Nam postquam in mortario pistillo comminuta est, adeo est leuis, nec plus est lapidea, quam aut calx, aut Samius aster: tamen non aequae ut aster leuis est. Itaque illo etiam magis conspissata est, minusque aerea: quam obrem opinionem ac phantasia praebet ijs, qui negligentius intuentur, quasi lapis esset. Ceterum quod ad praesentia attinet, nihil interest, lapidem an terram nocites, si id modo teneamus, quod summe desiccet. Siquidem ad dysenterias & uentris profluvia, tum sanguinis ex-puitions, & catarrhos, ad haec ad putrescentia oris ulcera in primis competit. Quin & eos si magnifice inuat, quibus ex capite in thoracem fluxio decumbit: quae obrem illis, quibus ex tali occasione assiduo difficilis est anhelitus, ualide prodest. Sed & eos qui phthoe laborant, adiuuat. Ulcus enim eorum desiccatur: ut haud etiam tussiant, nisi in uictu peccetur non leuiter, aut ambiens derepente ad intemperiam recidat. Ac mihi uidetur, quod sicut in fistulis saepe conspeximus, non in alijs partibus duntaxat, sed in ipso etiam ano, ut citra collyrij immisionem, quod sordem & callum auferret, ipso duntaxat desiccante medicamine contraherentur ac clauderentur, ita quoque in pulmonis eueniat ulcere. Siquidem & ipsum ab exiccantibus iuari medicamentis perinde conspicitur, utique cum mediocre est, non admodum magnum. Itaque uisi sunt quidam eorum qui talia habebant, profum esse liberati. Ac quidam qui Roma in Libya talem ob causam profecti sunt, plane se sanos esse credidere: & sane usque ad annos aliquot inculpate transigebant: postea uero cum non pari degerent cura & cautione, reditus morbi apparuit. Hos ergo, ut dixi, bolus armenia euidenter adiuuit. Quin & eos qui Romae agunt, qui assiduo difficultate spirandi discruciantur, magis etiam. Porro in magna hac peste, cuius eadem facies fuit, atque eius quae Thucydidis memoria graesabatur, quotquot hoc medicamen bibere, celeriter curati sunt. At quibus non profuit, oes interiere, scilicet cum nec alio quouis iuuarentur. Vnde colligitur quod ijs duntaxat non fuerit auxilio, qui plane erant incurabiles. Ceterum bibitur ex uino albo, consistentia tenui, modice diluto, si aut plane febri careat, aut leuiter ea teneatur: sin grauius febrat, admodum aequo. Non tamen calore uehementer sunt febres pestilentiales. Porro de ulceribus resiccari postulantibus quid attinet dicere, quantum uim habeat bolus haec armenica? Liberam est autem utcumque appellare nelis, siue lapidem, ut ijs qui mihi donant: siue terram, ut ego, quandoquidem humidis uigari patitur.

EX LAPIDEIS.

Ex sponte natis corporibus sunt & lapides, hoc diuersa nuncupata uulgo terra, quod rigari non sustinent. Vires habent parum secundum totius substantiae proprietatem, partim secundum qualitates effectrices. Porro ut haec inter se differat, superius docui. Nunc autem sermo nobis esto de illis quae secundum effectrices agunt qualitates: in quibus sane est & utendi ratio ac methodus. Si quidem, ut ostendimus, facultates quae proprietatis totius substantiae ratione insunt, a methodo ac ratione alienae sunt, & per solam noscuntur experientiam. Nam cui hic lapis tacto uulnere, unde sanguis prorupit, cursum eius reprimat ac sistat, haud nouimus. At cur lapis quem uocant Hamatren, in oculares facultates indatur, haud latet. Nam id rationis inuentum est. Si enim in core oculari eum teras cum aqua, donec mellis crassitiem accipiar, adstringentem facultatem si gustare uolueris, percipies. Atqui didicisti quod phlegmomas etiamnam gliscerentes, potissimum quae contingunt in partibus uernosis, restringentibus medicamentis repercutere oporteat: at ubi haud etiam sanguis in partem affluit, adstringentibus medicinis, quae digerant, adiungere, & sensim ad ipsa sola transire. Atque de huiusmodi quidem facultatibus in lapidibus differemus, ubi ea prius in memoriam reuocauimus, de quibus fuisse locuti sumus in libro contra eos conscripto, qui insultant ijs, qui uoce sollicitum committunt. Nam horum quidam libon (quae uox lapidem Graecis significat) masculino genere esse non sinunt: uerum si dicas, *εμβυλλων τον λιθον επι τον νερα*, non aliter uociferantur, quam si ipsi in caput lapis esset comectus, uelut etiam si quis dixerit *τον σπον*, (quercu sonat,) exclamant tanquam iuste percussus. Itaque si quis eorum suauis colueta medicis

Al. t. r. g. u. id est nec huiusmodi possit.

quam alit.





Sed & nocata Smiris quod nullam abstergentem habeat facultatem, clarum est uel ex eo, quod da etyloglyphi, hoc est qui anulos exculpunt, cum in usum illo utantur. Quinetiam quod dentes puros efficiat, experti sumus.

*Hæmatites, Galactites, & Melitites.*

Porrò talium quoque unus est Hæmatites, quem uocant, a coloris similitudine id appellationis fortis: sicut & Galactites, quando & ipse in succum solutus, lacti similis conspicitur. Huic autem colori ad similem succum efficiens Melitites a mellis similitudine, quod gustu repræsentat, nuncupatus est. Porro ostensum in quarto horum commentariorum est, quod succus omnis dulcis a temperato calore talis cueniat, adstringens uero a frigore. Habebit ergo lapis Hæmatites tantum frigiditatis, quantum habet ad frigiditatem. Melitites uero calorem temperatum: mediam autem utriusque temperiem Galactites. Merito itaque auctores medici ocularibus facultatibus lapidem miscere Hæmatitem. Ac solo eo uti possis palpebris exasperatis: si quidem cum phlegmone aspera sint reddita, ex ovo ipsum diluens: ac si magis, et per decoctum foenigræci: Sin uero citra phlegmonem, ex aqua. Incipito uero semper a modice humiditate, per specillum infundens. Vbi autem quod uires eius ferat conspexeris, magis ac magis crassum efficias: ac tandem adeo crassum facies, ut specilli cuspide inungas secundum subiectionem aut euerisionem palpebre. Hic idem lapis similiter in cote contritus sanguinis expunctioni competit, omnibusque ulceribus. Porro siccus si ad tantum redactus fuerit leuorem, ut pollinem tenuitate æquet, reprimit exere scentia. Atque eo nullus solo atque per se utitur. Ego uero ad ea, quæ dixi, usus sum facultate eius ex gustus qualitate comperta, cum mox experientia periclitari uellem, nunquid recte coniecissim. Et ipsa quidem oculorum ulcera solus per se cicatrice includit (ut paulo ante comprehensum est), attritus, ceterum aut affusus, aut inunctus. Nam & id experientia exploratum habeo.

*Schistos.*

Huic lapidi persimilem uim obrinet, uel uim infirmiorum, is qui uocatur Schistos: ac post eum Galactites. At Melitites caliditatis etiam non nihil, ut dixi, adiunxit. Vt itaque unusquisque leniter ac sensim ab Hæmatitis facultate recedit, ita ad oculos in usum ducitur: est tamen mitior. Porro mitiora remedia partibus etiamnum phlegmone afflictis semper gratiora sunt atque iucundiora: ceterum liberis iam phlegmone partibus infirmiora quam quæ per sanare ualeant. Porro cum lapidibus omnibus commune sit ut desiccant: quorum ex ijs in succum soluti, aut alioqui ad leuorem triti nullam evidentem qualitatem in gustu obrinent, hos purandum est esse tum infirmos, tum mitissimos, tum minime mordaces. At qui manifestam gustui qualitatem offerunt, hi pro qualitatibus proportionem potentiam possident: ac si qui adstringant, ad comprimendam, constringendam, spissandam, & contrahendam: si uero mordicent, ad excofaciendum, digerendum, & liquandum: medij eorum sunt qui abstergent citra adstringentem aut mordicantem. Igitur Hæmatites, Schistos, Galactites, ac Melitites in succum soluntur, quo posui modo, ad ceterum aut mortarium attriti, cum sine & alij lapides in succum solubiles, ut qui in Aegyptio nascitur, quo utuntur ad splendorem lineis conciliandum. Est autem omnium dictorum minime qualitaris particeps, nec adstringentem, nec mordicantem, nec abstergentem præ se ferens: quocirca hoc ipsum duntaxat lapidi huic inest, quod desiccet uidelicet: proinde cæteris cum miscentes, ad cicatricem ulceribus inducendam in mollibus corporibus usurpant. Sed & ocularibus miscetur facultatibus perinde ut modo dixi: quanto est maiore emolliendi uim quam prædicti, quod nullam uidelicet effectricem qualitatem habeat, tanto etiam moderatior est, magisque dolorem leuat. Hunc lapidem quidam Mororum, non nulli Leucographida nuncupant.

#### METALLICA MEDICAMENTA.

Metallica medicamenta appellare medicis mos est, quorum generatio in metallis est, siue spontanea, siue per fornacem facta. Et ad hæc tertio loco sunt quæ rursum homines ex his ipsis præparant quouis modo, uelut cerussam, psoricum, sandyca, phycum. Deinceps itaque de singulis dicitur ea serie literarum, qua quodque nomen incipit. Verum illud primum de omnibus illis dicemus communi præfatione, qualem de lapidibus paulo ante habuimus, & his etiam superius de terra medicaminosa. Nam uti illis id inter sese omnibus commune est, ut desiccant, ita metallicis quoque medicamentis omnibus: est enim essentia eorum terrea, secundum elementaris uidelicet terræ significatum nunc loquendo. Sed quemadmodum a nobis ex terra figulina dolia, & fictilia, ollæque, & alia eiusmodi parantur per ignem, qui torrendo humiditatem absorbit, ducta: eundem in modum in terra, caliditate diutina missa ex terra & aqua, non nunquam etiam aere, substantiam uniente temperanteque, ac postea desiccante, metallicorum medicamentorum proueniunt consistentia. Porro locorum in quibus hæc proueniunt, natura, prout plus minusque est frigida, alia plus, alia minus congelat ac cogit. Quemadmodum itaque in terra differentijs plurima inest essentia terræ elementaris, paulum uero aeris: ita in metallicis multum inest essentia ignis substantia, in medio eorum sunt lapides. Proinde pleraque metallicorum medicamentorum alia semel aut bis, alia uero frequentius lota, idonea sunt ad desiccantes sine morfu facultates. Atque hæc sunt communes rationes quas de his omnibus præscire oporteat. Deinceps uero dicitur quæ cuique singularia sunt propria, idque iuxta literarum, a quibus appellationes incipiunt, ordinem.

*Hales.*

A

*Hales. Sales.*

Sal partim ex mari prouenit, in salinis uidelicet, quas Græci uocant halas, et uis & inter marina medicamenta mentionem facturi sumus: partim ex terra effoditur, Græci *ἁλας* nominant, communis metallicorum genere comprehensus. Vtrique uis ad similes est, siue solilis sit, siue ex mari oriundus. De quibus & supra uerba fecimus libro quarto, eo loco ubi salum ac saluginosum saporem ab amaro distinximus. Ac nunc quoque dicitur, quod aphronitri quidem amarus est & abstergens: salis uero tanto in abstergendo inferior est, quantum accessit adstringentis. Est enim ex duabus qualitatibus mixtus, abstergente uidelicet, & adstringente. Porro, quod magnopere uterque desiccet, supra monstratum est. Ceterum utriusque in medio est nitri sapor.

*Armeniacum.*

*Al. 1. 1. 1. c. 616.*

Armeniacum uim habet extergentem cum leuicula acrimonia, & lenissima adstringente. Itaque tale cura sit, ocularibus miscetur facultatibus. Et ipso per se quoque ad pollinis leuorem redacto, utitur sicco ad pilorum in palpebris incrementum: nempe ubi præ humorum acrimonia partim excidunt, partim uero nec crescunt, nec aluntur. Siquidem de partibus his acrimonijs, in bonum naturæ habitum pars reducitur. Cuius contraria sunt munera, tum etiam producendi, incrementum præbendi, ac roborandi. B qui in palpebris sunt pilis: quippe cum prima & ex professo quedam sint medicamentorum opera: quedam uero mediante natura, quæ animantium corpus dispensat, adantur, uelut quæ in ipsis calliblephara nuncupant. Ipsa enim partes oblatas mediocriter desiccant, pilos corruptentem humiditatem absumendo: quæ ubi abolita est, tum natura ad proprias redit actiones, nimirum sublatis, quæ hæcenus impedimento fuerant.

*Armenicon. Auripigmentum.*

*\* Anisel. arse su arsenico.*

Arrhenice, siue arrhenicum (utroque enim modo appellantur) facultatis est causticæ, siue urentis, idque tam combustum quam uestionis expertis. Ceterum id constat uestione reddi tenuiorum partium. Vtuntur porro eo ceu aduentum ad denudandam pilis partem quamuis. Verum si diutius in hæreat, nec cuti etiam ipsi parceret.

*Aphroditum.*

*\* Aphroditum a spuma nitri dicitur: Nitri a spuma medicamentum &c. Aphronitri. Nitri. Nitro.*

Aphroditum ab aphronitro differt: Lini enim aphros, hoc est spuma, medicamentum est exiccatorium, aspectu triticæ farinæ similis. Etenim alba est, non ut alia petra sios, cinerica. Aphronitum uero farinæ speciem non habet, neque solutum est, sed congelatum & coactum, quo qui in balneis sordides exerunt, quotidie utuntur: ea detergendi facultate, ut non modo sordes extergeat, sed etiam pruritum sanet, nempe digerendis quæ ipsum excitant saniebus. Non abs re itaque medici ex eo multa digerentium medicamina præparant. At spuma liri eiusdem quidem cum liti tum naturæ, tum facultatis est, ceterum essentia tenuioris. Dicitur tamen paulo ante est. Nitrum in medio consistentem habere facultatem aphronitri & salis. Aphronitro enim sola inest uis extergendi, salis uero etiam adstringendi multo magis, ac extergendi.

*Gypsum. Gypsum.*

*Al. 1. 1. 1. c. 241.*

Gypsum & ipsum ad commune omnium terrenorum lapidosorumque corporum facultatem, qua desiccare dicta sunt, insuper hoc adiunctum habet, quod est facultatis emplasticæ. Vnitur enim ipsa ad se se, & cogitur, lapidescit que macerata. Quamobrem sicis medicamentis, quæ ad sanguinis accoindantur eruptionem, utiliter commiscetur. Nam ipsa per se lapidosa sit coacta ac congelata: proinde rigare diluereque illa excogitari tenui alboque liquore, quod ad ophthalmias utile est, admisso quod in farina triticea est pollinis tenuissimi, qui in parietibus molarum residet. Excipere uero, quod sic maceratum est, tenellis leporis pilis, aut qui perinde sunt molles, expedit.

*Gypsum excoctum, hoc est, deustum.*

Gypsum combustum non æque emplasticam uim habet, ceterum tenuiorum est partium, & ualētius desiccet. Quin & reperculsorium est, maxime si maceretur oxycrato.

*Diphryges.*

Diphryges mixta habet tum qualitatem, tum facultatem. Habet. n. in se se quiddam & mediocriter adstringens, & mediocriter acre: quæ uero ulcerum rebellium optimū medicamentum est. Conexi autem & huius medicamenti uim ingenere ex ijs, qui in Cypro sunt Soli, ubi metallum ab urbe abest quasi triginta stadijs. Projectum. n. erat in medio spatio adiu, quæ ante metallum extructæ erant, & uici qui ei subiacer. Ceterum præfectus ac procurator metalli, id quod post cadmiam reperiretur, esse dicebat inutile: itaque abijci non secus atque aliorum in foco lignorum cinerem. Verum hoc mihi multo utilissimum factum est medicamentum, tum ad putrescentiam oris ulcera, siue per se, siue cum melle cui detracta sit spuma: tum ad anginam, uidelicet ubi iam per adstringentium medicaminum auxilium constrictum quod influebat. Præterea columella ubi præseculissem, ipso solo & statim, & usque ad cicatricem sum usus: ac frequenter exacte oclusa effecit cicatricem tum huius particulæ, tum omnium adeo exulceratarum: sic in ulceribus oris pudendorum, atque ani. Vt uis autem similis est ut in oris ulceribus: siquidem ex partes eisdem fere medicamentis gaudet, nimirum calidæ similitudine ac humida. Verum hæc oratio iam tractatum de componendis medicamentis attingit. Ea itaque omnia, ad id quod propositum est uergamus, uniuersalē medicamentum cuiusque facultatem exponentes, sicut sane diphrygis diximus. Adijci uero limic, qui de illo habet, sermone non modo de Diphryge scitu utile, sed & de Lemnia sphragide, & pepholyge, & opobalsamo, & lycio Indico. Nam etiam adolecens didici hæc ita præparare, ut a ueris natuissim: nihil differre uideretur. Nam quæ me docebat ingenti uere ede, hio curiosissimus erat,

QUINTA CLASSIS.

I 4 non

non in his tantum, sed & aliis similibus. Itaque in Lemnum, in Cyprum, in Palaestinam Syriam eo studio nauigauit, ut medicamentorum istorum cuiusque uim magnam, quae in omnem uitam meam satis foret, repperem. Sed & lycium Indicum nuper a portarum in phoenicem cum aloë Indica id temporis commodum accipere contigit, cum a Palaestina iter reverterem: cum persuasum haberem, eo ipso, quod a camelis cum tota sarcina aduectum esset, proculdubio esse Indicum: quodque adulteratum haud nasci ab iis qui portassent posset, propterea quod materia, ex qua id preparatur atque adulteratur, illis in locis haud nasceretur. Porro satius uisum est mihi, quibus rationibus ea adulteratur, haudquaquam ascribere, utpote cum homines scelerati in lucro porant raris posse discere. Nec enim necessarium est cum uerorum ac germanorum uonis ac iudicis adulterandorum nosse compositiones, cum nihil ad ea discernenda conferantur: immo optem, si queam, quae a maioribus me perperam conficiendorum atque adulterandorum medicaminum prodita sunt compositiones, omnes prosum delere atque extirpare.

*Thion. Sulfur.*

Sulfur omne trahendi uim possidet, estque temperamenti calidi, atque essentiae tenuis, adeo ut ad multa uenenatorum animalium resistat. Siquidem ego aduersus turtorem marinum, & draconem saepe numero eo sum usus: & cum id piscatores quosdam docuissem, reuerso post aliquantum temporis magnifice medicamentum hoc commendarunt. Usus eius est, ut & siccum icium inspergatur, & cum salua fistula: nam cum & hoc excogitarem, ab experientia comprobari repperi. Sed & urina maceratum idem effectum excogitauit. Docebam enim piscatores medicamenta maxime parabilia, dixique pulchre illos & cum oleo ueteri, & melle, & resina terebinthina usuros. Et sane horum omnium experientia iudicium praestitit. Quin & psoras & fichenas, & lepras, non raro hoc medicamento cum resina terebinthina sanant. Extergit enim omnes id genus affectus, atque in profundum non repellit: cum alia multa medicamenta, quae illos curant, mistam habeant potentiam, nempe ut digerant pariter & reperiuntur.

*Los. Aerugo.*

Aerugo gustantibus acrem qualitatem offert, digerens, detrahens, & liquans non teneram modo sed & duram carnem. Porro supra dictum est non nullis eius generis medicameta, epulonica, hoc est, quae cicatricem inducant, appellare, cum iis in tenuissimum pollinem tritis per specilli cuspidem coniunguntur: necera exerceant, ac postmodum contracta reperiunt: tamen illos haud lateat, si paulo plus impositum foret, sese ulcus non contractum, sed erosum inuenturos. Siquidem colliquat & digerit carnem, cum medicamenta epulonica contrahant, constipent, constringant, & calli in morem illam indurent. Quin & gustum mordicat aerugo, non tantum ipsa ulcera. Quod si pauculum eius carato non pauco admisceas, id quod ex ambobus mistum est, circa mortuum extergit. Dicitur uero supra est de talium medicamentorum natura, tum ut sese quidam fallant, ex talibus compositionibus aut sarcoticam, aut epulonicam facultatem medicamentis ascribentes, quibus minime oportet, utpote cum ipsa id praestare nequeant, uerum ea, quae ex ipsis composita sunt.

*Cadmia.*

Cadmia fit ubi in fornacibus aes paratur, nempe tota terra ex qua aes generatur, in fornacibus in altum egerente uelut fuliginem quampiam, aut fauillam, utcumque appellare libuerit. At si non terram, sed lapidem nuncupare uelis, ex quo in fornacibus fecernendo partim fit aes, partim cadmia, partim sulphures, nihil sane retulerit. Sed & in argenteis metallis efficitur simili secretionem siue generatione, aut quomodocumque uocare uoles. Quin & ex pyrite lapide in fornacibus usto fit cadmia. Ceterum ab his fornacibus in Cypro cadmia inuenitur: ac siue quispiam illam lapidem nuncupet. Itaque in Solis paucissimum etiam reliquum erat cadmia, quae in fornacibus prouenit, quo tempore ego in insula peregrinabar. Verum lapides, qui in montibus & riuis reperiebantur, a metallis Praefecto acceptos, in Asiam Italiamque portari ad amicos, a quibus summam inibam gratiam, quod se uel maximum munus accepisse diceret, & quae alia omni cadmia multo esset praestantior. Et talem certe merito quis lapidosam uocet cadmia. At eius quae combusta est, aliam borryitin, aliam placitin medici nuncupant. Borryitin quidem, quae in Hispaniis domorum, in quibus fornaces extructae sunt, partibus colligitur. Placitin uero, quae in inferioribus. Ac liquet sane borryitin partium esse tenuiorum, crassiorum uero placitin, utranque autem uideat, ut in inferioribus, ac mulierum, eiusmodi cadmia adiuuat. At in durioribus & contentioribus, quae ualentius desiccant requiruntur. Itaque illud semper memoria tenendum sermonem ad temperatam & mediam excessuum naturam in iis, quae ita simpliciter efferuntur, referendum: puta cum dicimus medicamentum aut ulcera carne implere, aut cicatrice claudere, aut aliud quiduis eius generis praestare, ad quam uisum & nos respicientes, desiccatoriam leuiterque absterforiam cadmia inesse facultatem dicimus. In caliditate autem & frigiditate differentia, temperata quodammodo existit cadmia, nempe neutrum insigniter efficiens.

*Cinnabari.*

*Ala. n. c. 69.*

**A** Cinnabari modice acrem facultatem obtinet. Habet uero & astringentis quippiam.

*Cinnabari.*

*Ciferis. Punex.*

Pumicem si inter metallica recenscas, calumniabuntur quibus animas prurit accusandi libidine: & si inter lapides ponas, lapidem esse negabunt: ac multo minus terram esse concedent, nec marinorum haberi quodpiam uolent. Atqui alicubi tamen de illo dicendum est: quippe qui in sarcotica indatur medicamenta, & ea quae dentes extergunt, partim uisionem non expertus, partim etiam uisus, quando uidelicet, aliis omnibus combustis similiter, substantiae efficitur tenuioris. Ceterum uisione quiddam acquirit acrimoniae, quam rursum lotionem exiit. Videri autem poterit splendorem dentibus conciliare non tantum facultate, sed etiam asperitate: uel etiam si sinir, aut testam, aut hoc genus quippiam tritum admoucas, quae certe & ipsa splendorem afferunt, forte utroque, tum quia detergendi habeant facultatem, tum quia asperitatem. Eundem in modum cornua densa dentes splendidos efficiunt.

*Conia. Lixiuum ex cinere.*

Lixiuum. Abluto cinere fit lixiuum. Cinerem autem ustorum corporum reliquias Latini nuncupant, siue natura sint lapidea, siue arborum animaliumue particulae. Fit ergo lixiuum pro eius, quod eluitur, uisurae: quidem quod empyrenna, siue igneam naturam habet acerrimam, ipsum quoque acerrimum est: eius, quod tale non est, etiam moderatius. Quare & septicis uocatis facultatibus commiscetur, utpote causticam caliditatem possidens, sed propter substantiae tenuitatem citra dolorem aduens.

*Cyanos. Caruleus.*

Cyanos, siue masculino, siue foeminino genere pronunciaré uelis, hoc medicamentum acri facultate est tum detrahendi, quam *καταρπητιν* uocant, tum digerendi, potentiore quam Cinnabari. Inest quoque ei non nulla astringentia.

*Lepis, id est squama aris, & ferri, & stomomatis.*

Squama alia est aris, medicamentum multo utilissimum: alia ferri & stomomatis. Quidam uero nominant & helitum lepida siue squamam. Omnes sane uehementer desiccant. At inter sese diuersae sunt, tum quod alia magis, alia minus exicat: tum quod alia crassioris, alia tenuioris sit essentiae: quodque plus minusue astringentis sint participes. Helitis certe principem in desiccando locum obtinet, nam & subtilissima omnium substantiae est: nimirum quae & aeruginis non nihil assumpserit. Maiorem obtinet astringentiam squama ferri, & hac etiam maiorem stomomatis: quamobrem ad contumacia ulcera meliores sunt, quam squama aris. Detrahit & liquat carnem potentius squama aris, & hac etiam ualentius helitis. Omnes autem squamae non infrenue mordaces sunt. Ex quo clarum est, quod essentiae ipsarum consistit non admodum tenuis est, sed potius crassa. Siquidem inter quae eandem uim obtinent, minus est mordax quod est tenuius: ceu superioribus libris ostendimus.

*Lithargyros.*

Lithargyros desiccatur quidem, uelut alia omnia metallica, lapidea, terrenaque medicamenta, uerum omnium id efficit moderatissime: & secundum alias tum qualitates, tum facultates quodammodo in medio est, neque manifesto exalfaciens, neque refrigerans: modica tamen adstringendi abstergentisque facultas ei inest: quamobrem inferior est & sarcoticis medicamentis, quae mediocriter extergentia ostendimus, & contrahentibus atque astringentibus. Ceterum ad intertrigines semorum utilis medicina est: quandoquidem utriusque iam dictae facultatis leniter est participes. Iure itaque medi ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea frequenter utimur ceu materia, ijs miscentes, quae ualentem facultatem obtinent siue mordicantem, siue astringentem, uel aliud quid facientem, sicut in liquecentibus ad pleraque medicamenta ceram adhibemus tanquam materiam, quia, si ipsa quodammodo media tenet eorum quae ualentem facultatem possident.

*Nitrum.*

*Ala. n. c. 69.*

**D** Nitrum dictum est supra in medio esse aphronitri & salis uirium: ceterum uisum propius ad aphronitrum accedit, utpote ex uisione tenuius redditum: desiccatur itaque ac digerit: & si in corpore sumatur, secat & extenuat crassos lentosque succos potentius multo quam sal. Aphronitrum uero, nisi grauis urgeat necessitas, detiorandum non est, nimirum inini cum stomacho: quandoquidem plus etiam litro incidit. Sane ad fungos suffocantes rusticus quidam uti eo assollet: & semper profuisse probatum est. Ceterum nitro usto simul & non usto, & multo etiam magis eius spuma in talibus uti consueuimus.

*Melanteria.*

Melanteria ex medicamentis est multum astringentibus, cum hoc quod omnia propemodum adstringentia tenuitate exuperet.

*Melan graphicon. Atramentum scriptorium.*

Atramentum quo scribimus, admodum & ipsum desiccatur aqua solutum: ulcera autem igni ambusta protinus illitum iuuat: at si acetum quoque habeat, multo magis.

*Misy.*

Misy in metallo Cyprici, cuius modo mentionem feci, in montibus Solorum, domus erat ingens, cuius ad parietem dextrum, sed ad nos utique qui ingrediebamur, sinistrum, descensus erat in ipsum metallum, in quo quasdam conspexi in longissimum porrectas ueluti zonas alias super alias, numero tres: infima



Infima erat ipsius foreos, super quam erat altera chalciteos, supra misyos. Ceterum id temporis præfectus metallis, his communis tractis sicut, inquit, nunc aduenis in cadmie fornaciarie inopia, ita horum trium admirandas has uides diuitias. Itaque ego ingenti eius accepto pondere, primum quidem in Asiam, deinde Romam artuli, & usque modo habui, & elapsis iam annis plus minus triginta. Et forte quaedam absolutum fuit hoc opus ad usque octauum librum ante annos uiginti, nec adiectus fuit nouus, partim quod lapides quosdam nondum conspexissem, partim ob alia negocia quæ mihi interea temporis obuenerunt. Nunc autem cum nonum hunc librum ceteris addere pararem, interea forte fortuna mihi accidit res spectatu longe pulcherrima, ac si quisquam eo studio ac industria magno cum artificio effecisset. Nam cum misy opus haberem ad medicamentum quoddam præparandum, bolum eius accepi, quantum fere plena manu teneas, qualem sane consistentiam misy non admodum solet habere: cum in parua frustula diuidatur. Miratus itaque insolitam eius condensationem, bolo fracto extimum quidem misy circumquaque repperi eius, quod intus erat, uelut efflorescentiam. Porro sub eo, inter chalcitiam uidelicet & misy, quiddam erat medium uergens ex chalcite ad misy, ex dimidio iam commutatum: principio enim bolum fuerat chalciteos, ceterum quod in alio erat, perfecta erat chalcitis, nullam dum alterationem experta. Hoc igitur ubi uidissem, cogitatione repetens & in metallo ita super chalcitiam nasci ipsum misy, ut arugo super æs, in mentem subiit inspicere, quod seruabatur aruga apud me reliquum ipsius foreos, nunquid & ipsum ullam accepisset mutationem in chalcitiam: & quædam certe apparuit suspicio, ut nideretur & ipsum forte longo tempore mutationem in chalcitiam posse accipere. Itaque mirum non est, tria hæc medicamina eiusdem generis facultatis esse, fori dico, & chalcitiam, & misy, tenuitate & crassitudine inter se diuersa. Crassissimum enim est inter ipsa fori, tenuissimum misy, media utriusque facultatem habet chalcitis. Adurunt uniuersa hæc tria, & effluuas quas uocant efficiunt. Attamen cetera si urant, non nihil quoque adstringunt. Ceterum misy ad motum corporibus duris minus chalcite mordicat, tamen ea non minus sit calidum: uerum id habet beneficio tenuitatis. Porro cum utraq; hæc in decoctionibus fundantur, & magis chalcitis quam misy, fori tamen non liquefcit, nimirum quod lapidiosum sit ac uehementius compactum: sicut rursum misy, quia a congenito calore elaboratius est, ac proinde ficcius chalcite, idcirco merito quoque ægrius liquefcit.

*Molibdana. Plumbago.*

Molibdana similem lithargyro uim possidet, tantum a media temperie ad frigidius paulum quid recedens. Sed nec abstergentis facultatis est particeps. Utraque autem hæc medicamina liquari possunt, ac non ut lapides, & cadmia, & arena, liquationem respiciunt, sed celerrime liquantur, ubi oleo additum non nihil aceri est: liquantur tamen etiam admixta aqua, sed diuissima coctione. Porro ceu in Cypro Cadmiam, quæ in montibus & riuis nascitur, accipiebam, quæ & ipsa lapidis, ut dixi, species est: ad eundem modum Molibdana multam cum alijs proiectam lapidibus conspexi in uia, quæ ad Ergasteria ducit a Pergamo. Vocatur autem Ergasteria pagus quidam, in quo & metalla sunt, inter Cyzicum & Pergamum, quadringentis & quadraginta stadijs distans a Pergamo.

*Molibdos. Plumbum.*

Plumbum facultatis est refrigeratiuæ. Siquidem non modo multam, habet substantiam humidam a frigore congelatam coactamque, sed & aerem, paucam autem terram. Igitur quod plurimum habet essentia humidæ a frigore coactæ, indicium tibi esto, quod ubi ad motum est igni, celeriter fundatur fluatque. Quod uero & aeris sit particeps, hoc habeto signum. Omnium quæ nouimus, unicum plumbum tum mole ipsa, tum pondere augetur, si condatur in ædibus subterraneis aerem habentibus turbidum, ita ut quæcunque illis ponantur, celeriter situm colligant. Tum etiam plumbea statuarum uincula, quibus eorum pedes amectuntur, sæpenumero creuisse uisum est, & quædam adeo intumuisse, ut ex lapidibus dependerent crystalli modo uerrucæ. Atque hæc probabiles quidem sunt humiditatis eius frigiditatisque notæ, prius quam experias: ceterum scientificæ & cetera per experientiam cognoscuntur. Præparato igitur mortario, simulque pistillo, utrisque ex plumbo, infunde quemlibet liquorem, itaque hereto, ut & pistillus, & plumbeum mortarium succum quandam reddat: id quod ex utroque constabit, multo erit frigidius quam liquor ipse fuerat. Licet autem & aquam, & uinum tenue aqueum, & oleum misicere, aut quiduis eiusmodi. At si etiam plus efficere succum uoles refrigeratiuum, oleum omphacium sit, aut rosaceum, aut melinum, aut myrtinum. Porro si succo qui prouenit uti uoles, optimum habebis remedium & ad phlegmonas in sede cum ulcere aut rugis, & ad eas quæ in pudendis, testibusque & uerbis consistunt: similiter aduersus ceteras omnes fluxiones incipientes, quæ aut in inguina, aut in pedes, aut in alium quemuis articulum decumbunt. Sed & ulceribus rebellibus utile est. Nam ad canerosa, eo uolens uirtutem medicamenti mirabere. Quod si celeriter multum succi plumbei uoles colligere, conare in sole terere, aut quocumque certe modo aere exalfacto. Multo autem utilissimum habebis medicamentum, si aduerso refrigerantium succorum quopiam teras, ceu semperuini, cory ledonis, inrybi, lactucæ, chondriles, psyllij, omphacis, portulacæ. Porro si qua horum non facile in succum soluantur, uelut portulaca, misceto illis aliorum succorum quempiam, uelut omphacis: qui & ipse per se prædicto mortario inditus, medicamentum efficit refrigeratiuum longe pulcherrimum. Quin & in la mina diducti plumbi ipsum per se athletarum sese exercitium lumbis inferunt, ubi Venereis somnijs uexantur scilicet: nimirum haud obscure eos refrigerans. Sed & bractea tenuis ex plumbo facta probe ganglio

Abe ganglio illigata plane ipsum dissipat. Illigabit autem probe quisquis ab Hippocrate didicerit in ipsam noxam potius firmandum, quam hinc uel inde. Mirum ergo non est, si plumbum crematum, ac uirtus ablutum, refrigerantis efficiatur facultatis, cum ante lotionem mista fuerit. Et hoc ipsum medicamentum, nempe plumbum combustum, bonum est ad ulcera rebellia. Vbi uero lorum fuerit, multo optimum medicamentum est & ad ulcerum impletionem, & ad eadem cicatrice obducenda. Conuenit & Chironius, quæ uocant, ulceribus, & canerosis, & putredinosis omnibus tum ipsum per se, tum medicamentum ad cicatricem perducendum quibusdam commixtum, quale est quod ex Cadmia conficitur. Ceterum soluendum est principio, si copiosa sit sanies, quotidie: si minus, tertio aut quarto quoque die. Verum foris spongiam imposito aqua frigida: quæ si desiccetur, rursum mergatur. Sed hæc fufius quam pro instituto diximus, plusculum sermonis affinitate prouecti. At tempus iam est sequentia deinceps persequi.

*Ostracon. Testa.*

Testa desiccandi uim possidet, atque abstergendi, maxime quæ ex fornacibus est, quod uidelicet tota sit. Quocirca emplastrum, quam uocant Hephæstida, ex hac præparata uidelicet, optimum est medicamentum inducendæ cicatrici.

*Pompholyx. Spodium.*

B Pompholyx sit & in æris fornace, uelut & Cadmia: sitque & dum in fornacibus Cadmia uritur, ut in Cypro. Cum enim præfectus ad æris fornacem instructas res non haberet, præcepit ex ipsa Cadmia præparari (præsentibus atque inspectantibus nobis) pompholyga, uidelicet minutis Cadmiæ fragmentis in ignem coniectis, qui ante ararium iacebat sollem. Camera erat incurua, nusquam perussa, sed integra, quæ egestam ab usta Cadmia fauillam excipiebat: quam ubi collegissent, habebant pompholyga. At quod reflectens in pauimentum recidebat, Spodos est, quam uocant: quæ plurima ubi æs in fornacibus uritur, colligi solet. Quidam eam Spodium neutro genere pronunciant: Cui uideretur similem habere facultatem, quod uocat Antispodium. At ego illo usus sum nunquam, cum large mihi semper pompholyx suppetere. Nec enim quisquam ubi hæc adsit, Spodio uti uelit, nedum Antispodio. Est autem pompholyx medicamentum prope omnium quæ citra morsum desiccant, si elota fuerit, præstantissimum: quamobrem ad ulcera canerosa idonea est, & ad alia omnia maligna. Itaque inditur collyrijs quæ ad oculos imponuntur fluxiones, quæque bullas siue pustulas in eis natas aut ulcera curant. Præterea ad pudendorum ac sedis ulcera optimum est medicamentum, nimirum sine morsu, ut dixi, desiccans. Sed non est huius negocij, in istis diuinius immorari.

*Sandarace.*

C Sandarace uentis est facultatis, ceu Arsenicum quod uocant. Merito itaque eam digerentibus facultatibus commiscet, atque extergentibus.

*Sandix.*

Sandix quasit facultate prædita, in sermone de psimythio explicabitur.

*Scoria.*

Scoria omnis resicatorium medicamentum est, potissimum autem ferri. Siquidem ad leuorem redigens ipsam in aceto quam acerrimo, posteaque decoquens, ad aures, quæ longo iam tempore pure fluxerint ea uot pro medicamento maxime exicatorio, adeo ut mirentur qui præparantem me uident, & ante rei periculum fidem non habeant aures tale posse ferre medicamentum. Porro argenti scoriam proprie hellyria appellat. Verum emplastris quibusdam, quippe quæ resicatoriæ facultatis sit, commiscetur.

*Stimmi.*

Stimmi, ad facultatem desiccantem adiunctam habet hoc medicamentum adstrictionem: quamobrem & ocularibus medicinis commiscetur, & illis scilicet, quæ conformantur in collyria, quæ uocant, & sicis, quæ utique sicca collyria cognominant.

*Stypteria sibilis, & strongyle, & hygra. Alumen fissile, rotundum, & humidum.*

D Stypteria, huius medicamenti nomen ab adstrictione deductum est: nam adest illi uehementissima. Ceterum cum sit crassarum partium, tenuiorum quodammodo partium est, quæ uocatur schiste, hoc est fissilis: proxima est strongyle, & astragalote. Admodum autem crassa est tum liquida, tum placites, & plinthites appellata.

*Titanos. Calx.*

Calx, uita quidem, quæ *Λαβρος* Græce dicitur, uehementer urit, adeo ut crustas efficiat: extincta uero protinus etiam crustam molitur & ipsa: ac post diem unum aut alterum minus erit, minusque inducere crustam potest. At uero temporis progressu prorsum nec crustam quidem gignere queat, tamen etiamnum calcificat, carnemque liquet. Porro si lauatur in aqua, suam mordacitatem exuit, efficitque nuncupatam Græce *νοβλις*, (Latine lixiuium.) At ipsa absque morsu resicat: ac si bis terque, aut amplius abiuta fuerit, plane mordacitatis expertis confirmatur, ac sit tene absque mordacitate exiccat.

*Hydrargyros.*

Hydrargyros non est ex sponte nascentibus medicamentis, sed ex ijs quæ præparantur, uelut psimythium, arugo, psoricum, lithargyros. Nullum autem eius feci periculum, neque quod interimat si deoretur, neque ubi foris admota sit.

*Phycos.*

A. I. 1. 2. 2. 467.

A. I. 1. 1. 6. 12.

† Non, addit Orib. 15. col. 16.

A. I. 1. 1. 6. 97.

Phycos.

Phycos cuiusnam sit facultatis, ubi de psimythio ageretur, exponam.

Chalcantros. Atramentum sutorium.

Calcanthos. Forte fortuna & calcanthum in calcithin transire conspexi. Asportavi enim ex Cypro & huius medicamenti ingentem copiam. Extimum eius omne post annos plus minus uiginti chalcitis effectum est, intima eius parte chalcanti speciem seruante. Quamobrem & usque in hunc diem quod sic muratur asseruo, obseruans dum ad unum usque uoluentibus annis procedat mutatio, ceu chalcitidis quoque in uisui: ut est ante positum. Ceterum mirari subit de hoc medicamento, quo pacto uehementissimæ adstrictioni admista est caliditas non instrenua. Constat ergo quod omnium maxime condix femareque carnes humiditas potest, nimirum caliditate humiditatem absorbens, atque adstrictione substantiam contrahens atque contipans: hoc enim opere non nihil etiam humiditatis ipsius exprimit. Constringit uero, desiccatur, atque contrahit in sese totius substantiam carnis. Porro quo tempore in Cypro diuersabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi conspexi. Domus erat magna quidem, sed humilis, ingressui in metallum obiecta. Ad parietem autem domus sinistrum, qui erat ingredientibus dexter, effossus erat specus in continentem collem, ea latitudine, ut tres sese uiri in eo contingerent: tanta uero altitudine, ut uiro summe procero recto liceret incedere. Specus hic decliuis quidem erat, sed non planus, uerum multis locis præruptus. Porro ad sinem eius quasi in stadium porrecti, lacus erat aquæ uiridis & crassæ, calore tepenti plenus. At in toto descensu calor similis qualis in primis balnearum ædibus percipitur: quas, quod in eis corpora præmollii soleant, promalaçteria appellare consueuerunt. Aqua uero quotidie guttatim ex petulo colle destillans, quatuor & uiginti horis totius diei ac noctis colligi assoler ad amphoras Romanas quasi octo. Eam uincti quidam in piscinas quasdam quadratas fictiles, in domo ad ingressum posita sitas efferebant, in quibus paucis diebus concresebat fiebatque calcanthos. Mili uero ubi ad terminum effossi specus descendissem, ubi uidelicet tepida hæc uiridisque aqua colligitur, aeris odor uisus est suffocans, & tolerari difficilis, chalcitin æruginemque redolens. Et aqua quoque gustu præferebat, qualitatem eiusmodi. Ea propter & nudi, & cum summa festinatione amphoras uincti exportabant, nec longiorem illic moram perferre poterant, sed celeriter recurrebant. Accensi autem erant mediocribus in specu interuallis lychni, qui nec ipsi longo tempore durabant, sed celerrime extinguebantur. Hunc ergo specum pedetentim excauatim multis annis ab ijs tunc didici. Hæc enim inquebant, aqua uiridis, quam uides ex colle in lacum manantem, sensim se ipsa minor effici assoler. At ubi prope adest ut desinat, rursum uincti, quod continens est ipsius collis, perfodere pergunt: euenitque aliquando olim, ut subito, quicquid perfossum esset, concideret, omnesque ad unum occideret, ac totam uiam corrumpere. Id ubi sic, alio foramine fodiendo eouque insilunt, quoad rursum aqua illis adsit. Hæc habui quæ tibi de calcantho exponenda censerem, & sane fortasse non necessaria, ceterum quæ scire prestaret, quam ignorare. Memineris autem, quod ad sinistram manum ingredientibus conspectum nobis dixerim metallum foreos, chalciteos, & milios: ut ex ijs conijcere liceat aquam pluitam totius collis terram illam colluere atque abluere: ex qua sponte quidem fiebat fori, milii, & chalcitis: & per fornaces æs, cadmia, pompholyx, spodium, & diphryges.

Chalcitis.

Chalcitis. dictum de ea est in sermone de Misy: nunc autem tantum dixisse sufficiat, quod mistas habeat adstringentem acremque facultates. Ceterum uincti æris, ut quæ adeo est uehemens, ut carnem urat, uocaturque escharam efficiat. Vltimum hoc medicamen minus quidem mordicat, ceterum non minus desiccatur: sed & adstrictionis non parum amittit. Itaque unde quæque melior est chalcitis usta quam quæ non usta est, nempe partibus tunc quidem tenuioribus, ceu alia omnia combusta, uerum haud assumpta acrimonia, uelut in alijs multis accidit. Didicisti porro, quod usta omnia si lauentur, moderatiora reddantur, minusque mordacia.

Chalcos eccatumenos. Aes ustum.

Aes ustum habet & acrimoniam quandam: sed & adstrictionis est particeps. Proinde si lauetur pulcherrimum est medicamen inducendæ ulceribus cicatrici: quanquam id ipsum præstare & antequam lauetur possit, potissimum in carne duriore: alioqui in molliore commodius est quod ablutum est.

Chalcuanthos. Flores æris.

Flos æris facultatis est tenuiorum partium quam aut æs ustum, aut squama. Merito itaque ex eo factis collyrijs extergunt auferuntque palpebrarum magnas asperitates, quas uocant scycolis.

Chrysocolla.

Chrysocolla. & hoc medicamentum ex ijs est, quæ carnem liquant, non tamen ualenter mordicat, quanquam sit facultate admodum digerente desiccanteque. Igitur quidam id modo quod in metallis inuenitur ita nominant: alij uero id quod in æreo mortario pistilloque æreo ex ueri urina preparatur: id quod quidam inter æruginum differentias numerant. Sarius uero est ipsum præparare tempore æstiuo, aut certe ære proflum calido urinam in mortario terentes. Præstat autem æs, ex quo mortarium pistillumque conficiat, rubrum sit. Nam quo æs mollius fuerit, eo plus circumagendo pistillo deteritur. Hoc medicamentum aprissimum est ulceribus contumacibus, tum per se, tum alijs mistum, ut in opere de componendis medicamentis referetur. Nunc autem id nouisse sat est, quod quanto plus quam chrysocolla

† uisus est  
de 700  
dne. i. non re  
men pnceps  
ac præruptus.

A.L.I.I.I.I.I.  
110.

A socolla metallica desiccatur, minusque mordicat, tanto etiam ipsam excellit tenuitate partium. Ipsam tamen chrysocollam illam si uisus, multo tenuiorem efficiet.

Psimythium, Cerussa.

Psimythium. & hoc medicamen testimonium præbet modo dictæ facultati. Nam si ex aceto soluitur, gustu tamen neque acere erit, neque mordax, neque digerens, sed emplasticum & refrigeratiuum: facultatis ærugini dissimilimæ: tametsi & illa conficiatur aceto æs dissoluere. Porro cerussa adusta in sandyca, quam uocant, transit, medicamentum seipso tenuius, nondum tamen exalfaciens. Phycos autem seruata cerussa frigiditate tenuitatem partium assumpsit, ut per eam in profundum altumque corporum, quibus admoetur, uis eius penetrare ualeat.

Pforicum.

Pforicum. Conficitur hoc medicamen duplâ chalcite admista lithargyro: ante tamen utrisque aceto acerrimo soluis, sicque in ollam nouam coniectis, quam fumo æstate mediâ diebus quadraginta obrutam sepelies. Hoc medicamen desiccatorium est magis, simulque minus mordax chalcite, ac nimirum partibus etiam tenuioribus.

## GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS LIBER DECIMVS.

### ARGUMENTVM LIBRI.

Agit de facultate simplicium medicamentorum, quæ  
ex animalibus sumuntur.

*Aduersus Xenocratem, & ceteros, qui, quæ mortalibus damna, & dedecori sunt, scriptis prodidere.*



**N**IL eorum, quæ nunc dicenda ueniunt, magnopere iuuare poterit eos, qui ea, quæ principio huius tractationis, primis uidelicet quinque libris tradita sunt, ignorant: immo quædam fortassis noxæ occasio erunt illi, qui, cum scriptis hic medicamentis uti uolet, rationem tamen ac methodum non habeat. Tanquam itaque illa didiceris, ita tecum uerba faciam repetita totius tractatus summa. Ostensum est medicamenta, quæ effectibus nominatis qualitatibus agunt, nempe caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, harum mixtione effici acerbata, austera, falsa, saluginosa, amara, acris, dulcia: præterea extergentia, repercutientia, attrahentia, emollientia, urentia, septicæ, crusticæ: ad hæc secundum alias actiones magis speciales sarcotica, synulotica, glutinatoria tum fistularum, tum ulcerum, aut carnis excrescentiam detrahentia. Ostensum quoque est, quo pacto uniuersalis facultas experientia uicæ demostratorie inueniatur, nec ea negligari & quaeris, sed quæ cum dictis adhibeatur limitationibus. Ceterum inuenta semel facultate uniuersali, nulla insuper experientia opus esse ad particulares actiones, nisi ad confirmationem eorum quæ ratio reperit. Sic ergo nunc quoque iudicium faciamus propositæ materiæ, quæ est ea, quæ ab animalibus accipitur. In tribus enim libris, qui insequuntur quintum, nempe sexto, septimo, & octauo materiam ad plantas attinentem exposuimus, non sane omnem quæ uniuerso terrarum orbe reperitur, sed quantum nobis experiri eius datum est. In superiori uero, qui deest totius operis nonus, eam quæ uersatur in terrosiss ac lapidosiss corporibus, enarrauimus. Reliquum porro nunc est, ut eam quæ ab animalibus sumitur materiam, persequamur. Deinde restant quæ in mari, paludibus, aut omnino in aqua nascuntur, quæ quidem neque plantæ, neque terra, neque lapis, neque animal sunt. Ea plane paucissima sunt, & ultimo loco scribenda, postquam uidelicet quæ ad animalium corpora pertinent, absoluero. In quibus is doctrinæ ordo seruabitur, qui in nomenclaturarum primis uisitur literis. Porro sicut in plantarum materia etiam de succis, qui ex ipsis fiunt, disserui, ita nunc quoque non solum edocebo solidarum in animalibus partium facultatem, sed eorum quoque quæ in ipsis continentur, pura pituita, bilis, sanguinis, urina, stercoreis, & similibus. Igitur in ijs quæ superius sunt dicta, haud ita multa particularia eorum, quæ in materiis concripta sunt: a medicis, ignota mihi fuerunt: operam dedi, ut ipse per experientiam facultates eorum cognoscerem. Quod si quid ignorabam, plane nec de illo quicquam conseripsi, haud credendum alijs censens ne de uno quidem eiusmodi, quod certum habeam non nullos multa memorari. At in præsentis materia non ita se res habet. Ingenue liquidem fateor complura esse tum partium, tum liquorum in animalium corporibus comprehensorum, quorum nullius eiusmodi feci periculum, cuiusmodi quidam scriptum reliquerunt. Siquidem quædam eorum abominanda deridendaque sunt, quædam etiam legibus uetita: de quibus haud scio quo pacto scribere licuit Xenocrati, homini non olim nato, sed proauiorum nostrorum sæculo, cum Imperium Romanum

hominibus

hominibus ueluti uentris. Atque ille sane, tanquam ipsemet fuerit expertus, magna profecto fiducia scribit, quosnam affectus curare ualeat comestum cerebrum, aut carnes, aut iecur humanum: quos autem capris, sicut, & digitorum ossa partim uista, partim ustionem non experta: quæ demum & sanguis. Sed hæc sane tametsi contra leges sunt, non tamen sunt scæda atque abominanda. At porio sudoris, aut urinae, aut mensuræ mulieris abominanda detestandaque est: atque horum in primis stercus: quod tamen scribit Xenocrates, si oris ac gutturis partibus inungatur, & in uentrem deuoretur, quid prestare ualeat. Scripsit etiam de aurium sordibus deuorandis. At ego ne has quidem unquam deuorare iustineam, ne si in totum quidem morbo deinceps liber degerem. Atque his etiam magis abominandum puto stercus. Estque probrum grauius homini modesto audire *καταφρονέω*, hoc est stercois uocum, quam fellatorem aut cinædum: & inter fellatores magis execrantur qui phœnicissant, quam qui lesbiantur. Cui non diu simile mihi uidetur perpetui qui mentes bibere sustinet. Itaque horum nemo periculum facere nõ auerfabitur hominum certe secundum naturam habentium: neque in super eorum, quæ tametsi modestiora uideantur, tamen etiam scæda sunt, nempe partem aliquã corporis stercore inungi perpetui, ob affectum scilicet si quem paratur: aut humano semine, id quod *σπέρμα*, hoc est genituram appellare solet Xenocrates: summaque diligentia distinguit, quam ipsa genitura sola illa iurare queat, quæ uero ubi ex simi mulieris post coitum uiri effluerit. Nam ingens sit medicamentorum penuria oportet, ubi quis quoque chinethla, siue periones culet: uiri semen conquirere cogit, quod in mulieris congressu intus non remansit, uerum effluxit, atque effusum est. Atque pleraque sane eiusmodi materiæ species est in ijs, quæ de utilitate ab animalibus percipienda ab illo sunt conscripta. Siquidem non quam uim habeat epota urina, aut deuoratum illud uisus oris partibus stercus duntaxat hominis, enarrat, uerum etiam aliorum cuiusque animalium. atque alii etiam non pauca rariorum & paratu difficilium, puta cum elephantum aut equi Niloi meminit. Nam bestiam seu feram regiam, quam uocant *βασιλική θύρα*, ne uidere quidem unquam contigit: & si uera sunt quæ de illa referuntur, periculosum etiam est uel prope accedere ad hoc animal. Non dissimilia ijs quæ a Xenocrate scripta sunt, & ab alijs prodita sunt de animalibus, ex quibus & ipse Xenocrates pleraque exscripsit. Nam unde illi tantarum taliumque rerum experiendarum fuisse copia? Sane rex quondam noster Artaxerxes cum ambitiosissime talia ad experientiam conquiret, tamen pauciora scribere conspiciunt. Porro quidam Ateuisti eandem tractationem commendans enarrandam mihi tradidit: ceterum iudicio meo nec illa quidem etiam ita ab illo conscripta est, ut omnia ipse fuerit intutus, oculisque suis præsens conspexerit. Proinde nec ego basiliscorum, aut elephantorum, aut equorum Niliorum, neque alterius cuiusquam, cuius ipse periculum non fecerim, memittero. Porro *φίλιππος, βασιλεύς, ἰσχυρὸς καὶ ἀγαθὸς, & μισθίων* uocatorum, (ex industria enim ipsa illorum nomina *Γένεσι*) plane nec si abunde illa forem expertus, mentionem facere in animum inducerem, sicut nec le tallum medicamentorum, aut ut ipsi uocant, *καλοκρίον*. Nam illa sane ridicula sunt, constringere ac uinci re aduersarios, ut in iudicio nihil possint eloqui, aut grauidæ abortum afferre, aut ut ne unquam deinceps concipiat efficere, & quæcunque eius sunt generis. Sane horum pleraque uel antequam facias periculum, scire licet esse impossibilia, quadam uero possibilia, ceterum uitæ mortalium noxia. Itaque ego, per Deos, admiror, quæ cogitatione, quæ uero consilio ad ea scribenda quidam accesserint. Nam quæ uiuentibus dedecori atque ignominia sunt prodita, quo pacto sibi post mortem gloriæ fore sperant? Itaque si regia potestate proditi in hominibus morti condemnatis illa experirentur, nihil graue committeret. At ubi totam uiram degunt priuati, atque eiusmodi potestatis expertes ad ea scribenda accedunt, duorum alterum necesse est. Aut enim si experti non sunt, ea conscribunt quæ ipsi ignorant aut si experti sunt, hominum omnium sunt uel impissimi, qui experti diu gratia hominibus innocijs perniciosâ medicamentis exhibent, ac nonnunquam etiam honestis ac probis uiris. Nam quidam medicis duobus ad unguentariorum officinam conspèctis, attulit ad eos mel, uenditurus scilicet illi ubi gustassent, de pretio disceptant: hic tanquam illi paruum offerrent, prope subducit sese: uerum medicorum neuter seruatus est. Itaque non minus qui scribunt, quam qui talia perpetrant, immo magis etiam ad id digni sunt: quanto scilicet minor minima ac seclus est, quod solus facias, quam quod cum multis. Deinde cum eo, qui perpetravit, moritur & malorum theorematum experientia. At eorum, qui scriptis prodidere, immortalis est in alitia arma præuis hominibus suppeditans. Iam igitur nos dicamus de ijs rebus, quæ humano generi sunt uiles, utique quarum fecimus periculum.

DE HUMIDIS QUAE SUNT IN ANIMALIBUS. HAEMA SANGVIS.

Sanguis intelligendum uidelicet est animalis secundum naturam habentis: nam is re uera sanguis est. At melancholicus, aut picrocholicus, aut pituitosus, aut serosus, aut putridus, sanguis est mistus, ex sanguine scilicet nero, & succo, aut sanie illi permixta. Tum ipsius quoque sanguinis naturalis in quoque animali alius liquidior, alius siccor: hic magis, ille minus calidus. Nam frigidus sanguis nullus est.

De sanguine humido.

Sanguis humilis humidus est, & minus calidus: humano maxime temperie similis. Siquidem & carnes siue humanis sunt similes. Comperti enim sunt hospites & coqui complures, qui humanas carnes pro suis uenderent: tametsi, qui eas edissent, nullum omnino discrimen percipere potuerint. Quin & ipse narratres audiu uiros fide dignos sese in diuersorio publico ius edidisse delicatam cum carnibus

suauissimis, ceterum cum iam pene saturi essent, inuenisse digiti partem anteriorem, quæ uidelicet ad unguem est: quo percussis, ac metuentes eos, qui agebant in diuersorio, ne scilicet se quoque uorarent, ceu ei rei afflicti, protinus quidem illinc exierunt, ac uomitu redditis quæ ederant, ita iter de uo ingressi sunt. Sed & in ipso facinore homines mactantes deprehensos non ita multo post referabant. Itaque inter quospiam existimet suillum sanguinem humano esse simillimum. Ex tali enim sanguine tum prima constat generatio, tum postea nutritio carnis. Itaque quilibet sanguinem humanum morbo alicui uilem esse ait, in nullo primum id comprobet: ac si non eandem, saltem similem actionem ostendat. Nam etsi aliquatenus inferior sit humano sanguine, saltem assimile quippiam efficiet: quo cognito, ab humano plenior fore utilitatem sperabimus. Nam si ne paulum quidem promissis respondeat, non erit cur in humano experiri oporteat. Quippe similia efficere posse similia experti sumus. Nam colibæ sanguinem Pergamæ nostræ, atque adeo per totam fere Asiam qui capitis ossa contracta perforant, in crassum cerebri inuoluerum effundere assolent. Postea quidam cum haberet palumbum, nec esset ad manum columba, usum est palumbi sanguine, & tamen seruatus est homo ille. Et alius turturum eundem ad usum applicans nihil hominem læsit. Siquidem similibus ad eosdem uti affectus, ubi quæ antea expertus sis non adsunt, unum est ex confessis, & experientia comprobatis. Et humanæ uitæ pleraque hunc in modum peraguntur.

Hæma peristeræ. Sanguis columbæ.

Porro quoniam exempli uice mentionem feci sanguinis columbini, nihilo deterius fuerit iam ipsam sermoni proponere. Siquidem eo ad hyposphagmata in oculis consistentia quidam utuntur, protinus uidelicet sumentes qui ex animante mactata effluit. Nam calidum in hyposphagmata affundunt uenis ad alarum exortus incisus, quo uidelicet ad multos usus idem animal sufficit. Alter pullorum tenerorum extractis pennis, (sunt autem hæc molles, & fistulas humore plenas obtinent,) eum ipsum humorem exprimebat oculis instillans. At alijs medicis controuersia fuit, pulli ne sanguinem, an columbæ adultæ meningi affundere oporteret: & an maris, an foeminae. Ego uero sexcentos noui eorum, quibus Romæ perforata fuere capitis ossa, nec quicquam ab usu rosacei citra columbæ sanguinem, offensos. Verum id calidum sit aquæ atque columbæ sanguis, necesse est. Ac fortassis ipsa tantum caliditatis in contractu moderate est utilis, haudquaquam eximia & incognita facultate. Adest illi quoque bona facultatis temperatura. Sed quid hoc? Nam & hæc rosaceo inest, præterquam quod leniter adstringat. Itaque melius inuenire nihil possis in capite perforato, quam ut rosaceo probo utare. Indicaui autem supra, quo pacto oporteat rosaceum, de quo queri non liceat, præparare. Sed & collyria sunt plurima, quæ medentur hyposphagmatis, & maxime quod plurimum recipit myrrham, quale est quod a Democrate compositum est, quod uocant diasmyrnon. Secundo sunt quæ habent multum thuris: post quæ sunt quæ ex croco constant. Quin & foenigræci succus sanguine columbino in hoc utriusque præstat. Quid ergo moramur aut columbos, aut palumbos, aut turtures: cum omnium medicamentorum parati facillimum habeamus foenum græcum, tum memorata collyria in promptu seruemus? Ad eundem modum nec noctuæ sanguine ad difficulter spirantes egebimus: quanquam sunt qui non sanguinem bibendum exhibeant, sed ipsam iubeant coctam edere ex albo iure. Ac sanguinem quidem alij aquæ, alij uino instillantes exhibent. Et fuit etiam quidam qui immodice hunc sanguinem apud mulierem assidue difficulter spirantem extolleret, & cum rogaret, qualem ab eo sciret curatam spirandi difficultatem, ne id quidem nouerat quod plures essent. Et sane in muliere quidem est usus, uerum profuit nihil.

Hæma nycteridos. Sanguis uespertilionis.

Sicut nec sanguis uespertilionis, quem scribunt quidam si uirginum uberibus illinatur, plurimo ea tempore ab extuberatione tueri. Est autem & ipsum salum, ueluti & quod enasci sub alis pilos prohibeat: id quod recte Xenocrates tanquam mendacium calumniatus est. Verum ipse censet post illius usum aut chalcanthon inspergendum, aut semen cicuræ. Aitque ubi hoc factum erit, aut prorsum pilos non prodituros, aut certe lanuginosos: ceu leue atque exile medicamentum adderet cicuræ semen, ac non per sese sufficit strenue refrigerare partes quibus fuerit impositum. Alij uero & puerorum pudendis sanguinem uespertilionis illiunt, credentes ita diutissime eas partes a pube seruari posse immunes. Atqui non oportebat putare diutissime, uerum perpetuo fore tales: uelut existimant & alas. Ergo ex refrigeratione partis uehementi eiusmodi quippiam posse contingere non est a ratione alienum. Non tamen adeo frigida facultatis est uespertilionis sanguis. Nam in totum nullus sanguis frigidus est. Sunt enim non pauci qui pro alimento habent sanguinem leporis, gallinarum, & caprarum: uerum leporis & gallinarum complures etiam eorum qui urbes incolunt: at agrestes uentres suos caprarum sanguine unã cum adipe implent, uti Homerus ait solitos sponsos Penelopes. Sed nunc non tractatur de ijs, quæ ciborum loco sumuntur, sed quæ adhibentur ut medicamenta. Sed quædam sunt, uti supra posui, alimenta simul & medicamenta: quorum hic faciendâ mentio est quatenus medicamenta, non quatenus alimenta. Etenim qui aqua inter cutem laborantibus sanguinem caprarum cum melle exhibuerunt, eum ut medicamentum, non ut alimentum obrulere: tum qui ad dysenteriam toto co, & ad uentris fluxum sunt usi. Videturque mihi quospiam crassam eius essentiam & terream cum caliditate exiccoriam esse suspicatus, ad hunc usum perductus. Porro galli gallinæque sanguinem eum ab ipsis ad meningum hæmorrhagiam scriptum inuenissem, nec magnum quippiam effecturum speraui, nec ausus sum

\* Basiliscou.

Al. J. J. t. 2. 61. E.

Al. J. J. t. 2. 70.

Al. J. J. t. 2. 61. 0.



sum experiri. Simul enim metuebam, ne curiosus & stolidus uideres, si tantis, tamque probaris remedijs semel præteritis consideres sanguinem gallinaceum illis plus posse præstare. Simul uero cum eius modi sanguinis eruptio admodum sit periculosa, non est mihi uisum fore honestum, si ad ea quæ inexplorata essent, transissem. Siquidem periculosa est eiusmodi experientia, & quæ solis Regibus in homines noxios merito usurpatur. Desperabam uero etiam de sanguine agnorum, quem quidam comitiali morbo mederi potum scripserunt. Itaque nec hunc quidem etiam experimento indicare sum ausus. Quod si quis experiri uolet, certo scio damnabit qui talia scripserunt. Siquidem quæcumque potum iurant epilepticos, ea facultatis sunt incidentis. At sanguis agninus omnium minime talis est. Porro quod de hædorum sanguine prædidit Xenocrates, cum exultantem non esse impossibile, ratus ob aceri missionem posse aliquid efficere, persuasi cuidam in agro degenti, ac rei rusticæ quidem studioso, ceterum primis disciplinis erudito: retulitque se eo in duobus sanguinem expuentibus usum, non nullam utilitatem experere. Ceterum illorum neuter, ex ijs, quæ mihi narrabat, neque ex arteria, neque ex latyngæ aut pulmone expuisse uisus est. Xenocrates igitur in primo libro de percipiendis ab animantibus utilitate, ubi de hædis differit, scribit in hæc uerba. Ad hæmoptoicos, hoc est sanguinem spuente, admodum utile. Oportet autem [hædorum sanguin] nondum concreto plus minus mensura semicorylæ, tantundem admiscere aceti acris, idque seruet factum trifariam partim, & in singulos dies singulas partes exorbendas præbere. Itaque liceat tibi fore fortuna in agro deprehensio, ubi reliquorum fuerit inopia, hæc uti, cum citra periculum id experiri possis. Ursorum uero sanguis si abscessibus calidis imponatur, fieri potest ut concoquat. Adijciam uero etiam caprinum, hircinum, taurinum. Licetque tibi, si uoles, præteritis decem millibus medicaminum paratu promptorum, quibus concoquantur abscessus, ut fos, taurinos, ac hircos macerare, quolibet scilicet usu: nec enim quisquam semel in partem affectam medicamento promissum eius exiget, nec etiam si refluxerit ut iam cogatur.

*De sanguine uiridum ranarum.*

Porro cum assereret quidam sanguinem uiridum ranarum, paruarum scilicet, quas quidem brexantes nuncupant, si euulsis ex palpebris pilis iningeretur, ut in posterum ne recrescerent, prohibitorum, falsum id comperi factio periculo. Postea uero scriptum a quibusdam repperi illud ipsum, sicut etiam erotonii, quos potius ueteres appellitant Cynoraitas. Verum nec hic factio periculo promissa præstitit.

*De sanguine Crocodili, & reliquorum.*

Ceterum an Crocodili terrestris sanguis usum acuat, ne id quidem experiri uolui, cum haberem probata aciei exactiendæ medicamina, quæ Græci uocant *αζωδρα*. Neque an admiscerentur equorum sanguis crustam molitur, & septicus sit: neque an murum domesticorum sanguis uerucas, quas uocant *αυρα*, decidere faciat. Nam aliorum fuit mihi magna semper copia & ad hoc pathema, & quod ægrius illo medicabile est, uenpe ad uocatum myrmeciam. Et cauebam ne præstigiaturæ opinionem merito referrem, cum iam etiam improbi quidam medici ex diuinandi quapiam arte, non ex speculatione medicaminum morbis solere prædicere calumniarentur.

*Gala. Lac.*

Lac. bisariam hoc utimur, partim ut cibo, partim ut medicamento. Sed quid ualeat ut cibo, in curandi methodo alibi expostum est. At facultatem eius ceu medicamentum, eam nunc explicabimus: ac primum illud commonebo, quod paulo ante de sanguine, quod non de morbido lacte, sed de naturali cuiusque animantis, ea quæ dicenda sunt intelligere oporteat. Igitur lac sanissimum, uelut etiam sanguis, purum synecrumque est: nec amaritudinis, nec acrimoniæ, aut aciditatis, aut salis edinis, aut foetoris particeps: sed ut dixerit quispiam, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certe exiguum odorem bonum referens. Clarum etiam est id esse debere gustu suauem, pauculam habens dulcedinem, sicut & sanguis integræ sanitalis, ex quo & lacti constat generatio. Tale lac ad acres & mordaces fluxiones est utilissimum, non abluens tantummodo eas a partibus affectis, (est enim id illi cum aqua commune) sed & corpora illinens, ut non in nuda cadat quod desinit. Nec in hoc duntaxat aqua præstat, uerum etiam quia colluit, utpote extergentem in sese humiditatem continens, quam uocant Serum, id quod colluit, diluitque corpora: reliquo autem quod crassum pingueque est perlinetur, non aliter quam pinguedo, adeps, atque ovi albumen, & ceratum ex eloto oleo ceraque confectum. Nam & hæc ab acris saniebus natas mordicationes mitigant, (corpora uidelicet oblinendo) ipsa natura minime mordacis. Porro cum lac omnium facillime alteretur, præsertim si ambiens fuerit calidum, multam a dicta facultate amittit, nisi prorsus quis ab uberibus effuso calido etiam inueniat. Maxime igitur mulieris bene habitæ, & bonam uictus rationem seruantis lacte utendum, (nam id humano corpori est familiarissimum,) deinde aliorum animalium, quæ quidē ab humana natura non longissime abijunt: id quod scies ex carum odore: nam fætidissimus est & iniucundus eorum quæ multum diuersam habeat temperiem, ceu canis, lupi, leonis, pardalis, uulpis, hyenæ, ursi, & similia: non iniucundus autem est eorum quæ non porro abijunt, ut suis, capræ, equæ, bouis, ouis, asini. Quo circa etiam homines docti experientia caprinum, ouillo, bubulo, asininoque utuntur lacte, & caseos ex eis conficiunt, excepto asinino. Nam id plane tenue est, & plenum humoris serosi, uelut bubulum crassum: ceterum consistentia medium caprinum

aprinum est: at sus crudum aqueumque lac obtinet. Porro lac omne ex tribus constat essentijs, caseosa, serosa, pingui: hanc plurimam habere conspicitur bubulum: ex quo conficitur & id, quod butyrum nominant, concoquentis & laxantis facultatis: quamobrem maxime illo utuntur ad parotidas, & bubones.

*Serum lactis.*

At serum, ut dictum est, extergendi potentiam possidet, adhibeturque subducendi uentris gratia, ac per clysteres inijcitur, extergens & abluens sine inordacitate intestinorum acrimoniam. Præterea si quis ulcera, quæ sanie infestantur acris, uice aquæ sero colluat optime sanæ fecerit. Præterea quæcumque medicamenta digerere solent ecchymomata & atra, ea præstat sero quàm aqua diluere. Sic et eo utimur ad sugillata & hyposphagmata, peculiaribus ad hæc medicamentis commiscentes. At caseosum illud & crassum ipsius lactis magis illuc adheret, & eo nomine acrimoniam retundit [magis]. Porro tibi aliam quampiam desiccantem facultatem habuerit adiunctam, optimum est remedium dysentericæ, & omnium uentris acrimium fluxionum. Eam accipit a lapidibus, qui prædecocto ipsi inijciuntur igniti. Porro eos esse oportet quos uocant *αζωδρα*. Et lac eouique decoquit debet, tum pleraque serosi in eo humoris absumpta pars fuerit. At nos iniectionis ferreis in ipsum cylindris candentibus, eandem aut etiam meliorem facultatem efficiunt. Nam ferrum adstringens quoque (ut est dictum) facultatis est particeps: ac proinde cylindros ego complures effecti huius gratia, ad fines uentris propendentes, quo uidelicet quis manubrio ignitum ferrum facile igni eximat, & sicut cauterium, ita horum manubria partim inuoluo. Porro lac totum ad acres oculorum fluxiones tum per se, tum cum mollium collyriorum copiam est utile, præterea ad hypopias, & hyposphagmata. Quinetiam palpebris extrinsecus, ubi quædam thaliam laborant, somno sese dabunt, inpositum simul cum rosaceo & ouo, phlegmonas eorum conuoluet. Sed hoc esto lac mulieris recens ex mamillis expressum. Infundimus ipsum & utero ulcerari: cum per sese, tum ijs medicamentis commiscentes, quibus misceri potest, utique citra morsum curantibus, & tibi in sede ulcera nungamus præ sanie acrimonia dolentia, aut phlegmonas, aut stolidas perpartientia. Sic & ad ulcera pudendorum utimur, & ad omnia, quæ leni postulant siue ob phlegmonem, siue ob morsum, siue ob malignitatem. Ea propter & cancriosis applicatur ulceribus, medicamentis anodynis commixtum, qualia sunt quæ constant ex pompholyge. Et quid attinet commemorare quod ore contētum & collutum gargarizatumque uel maxime phlegmonas eius mitigat? Sed & consillas, & columellam, & antiadas phlegmone affectas admodum mitigat, & proinde etiam synanchem siue anginam. At que, ut semel dicam, medicamentum est leniens (Græci uocant *μαρμαριον*) totam quidem substantiam habens mordacitatis expertem, sed multo magis ubi concoctione moderata potissima pars serosi humoris absumpta est. Sic mihi uidentur etiam medici ad uenena quæ erosionem interunt, lac dari suade re, uelut sunt lepus marinus, & cantharis. Sed & sunt qui exhibent ijs, qui aconitum & thapsiam sumpsit. Sed hæc ex ratione fecerunt. Alia uero palam mentiti sunt, ut de lacte canino, quod in palpebris pilos renasci prohibeat, si prioribus euulsis ei loco foret illitum, unde pilorum radices extractæ essent. Ad eundem modum qui scripserunt, quod celerem pilorum in pudendis exortum reprimat, si quidem foret ante pubertatem illitum, quique quod foetus emortuos eijceret potum, uel um non protulere. Sed & alia quædam præstigiaturis contaminata, tum de horum, tum de aliorum quorundam animalium lacte conscribunt, quæ me ab inuito dicturum negauit, etiam mihi experientia didicissem uera dixisse.

*Caseus.*

Caseus. Sermoni qui habetur de lacte, annectendum est de caseo, propterea quod lac sit coagulatum ac glaciatum non tamen uniuersa lactis essentia in caseos cogitur, sed quod crassum est duntaxat, scilicet tenui seroso secreto ac separato. Porro dictum est habere lac in se naturam quandam pinguem & ueluti oleosam: eamque plurimam esse posui in bubulo: ac ubi a reliquo lacte seijunctum fuerit, solumque per se constiterit id pingue, butyrum appellari. At ubi cum toto lacte coagulatum fuerit, seroso duntaxat humore per coagulationem separato, pinguem caseum effici. Fiantque hoc pacto casei bubuli quidam adeo pingues, ut ex ijs effluat quiddam ad speciem olei. Porro tum hi, tum reliqui omnes temporis spatio acriores tibi apparebunt, siue gustes, siue olfacias. Itaque cum mihi olim caseus allatus esset bubulus, quæ ex odore acrem esse conijciebam, abiecti: & tam a famulis absumptum putabam: ceterum illi talia seruare soliti, longo post tempore ex promptuario proferentes, quidnam de illo fieri iuberem rogant. Cum igitur edendo non esset propter acrimoniam, ludicrum nobis problema extitit, proponentibus cui rei quis illum utiliter posset accommodare. Interea cum ad me arthriticus quispiam in curru conuectus esset, tophos quos Græci *τοφους* nuncupant, in articulis habens: subiit mihi crure suo illo falso quod erat intus, decocto, caseum eo decocto macerare, ac probe in mortario subigendo unum tophis imponere. Et sine arthriticus ab hoc medicamine magnifice adiuuus est. Nam uita sponte sua cute, absque intentione uidelicet, effluxere quotidie circa dolorem tophorum particula. Vbi autem totus, qui apud me erat, caseus fuisset absumptus, talem sibi alium comparans arthriticus in posterum se uenit, & postea rursum usus est inueterato, atque ubi tunc quoque idem percepit cominodum, sapius deinceps uti perseverabat: & quosdam amicorum similiter affectorum docuit. Atque id quidē nos excogitauimus, ceterum comprobauit atque confirmauit experientia. Porro recentis, qui inueterato contrarij est rempe rameri, quædoque homini in agro degenti moderate magnitudinis uulnus habenti ipso, antea uidelicet

QUINTA CLASSIS.

K ad

ad laeuorem tritum. Extrinsecus autem illi imponenda folia lapathi, Possint uero etiam, si haec non adsint folia superponi uitis, aut platani, aut betae, aut lactuca. At ipse quidem caseus uulnus glutinavit, et eraque etiam nimis mollis. Alius uero, qui uocatur & in patria mea Pergamo, & per superiacentem Asiam oxygalactinus, magnum ruffici uulnus conglutinavit impositus. Nam recens coagulatus ac mollis repereritendi uim obtinet, nimirum leuiter refrigerans. At oxygalactinus praeter haec digerendi in superleuem quandam uim possidet.

*Butyrum.*

Butyrus, aut butyrum, utcunque nominare uoles, siue masculino, siue neutro genere, sit quidem, ut supra dictum est, ex eo quod in lacte pinguius est, Miror autem quo pacto Dioscorides ex ouillo & caprino confici referat. Ego nanque ex bubulo hoc medicamentum fieri noui, ac proinde nuncupatum esse butyrum existimo. Facultatis est concoquentis, paulum habens etiam digerendi potentiae, in medijs nimirum corporibus secundum duritiam ac molliorem. Nam id semper memoria tenere oportet, quicquid simpliciter ac sine addito, aut limitatione aliqua profertur, de medijs temperatura corporibus intelligi. Nam corporum plane durorum tumores praeter naturam hoc neque medicamen digerere. At quae in mollibus sunt phlegmonae, eas & concoquit & digerit per facile. Nam parotidas, & bubonas, & oris phlegmonas, aliasque partes complures prorsum illo solo curauimus, nimirum puerilibus corporibus ac muliebribus perpetentibus. Sed & gingiuis puerorum dentientium assidue illitum, nihil imbecillius melle giugius extenuat, per quas exitus & detibus: & alios omnes in ore affectus phlegmonosos, quam fluxio resisterit, digerit pariter & concoquit. Proinde cataplasmatibus inditur quae extrinsecus imponuntur parotidibus, hypochondrijs, & bubonibus. Sed & in uentrem denotatum, & ex eo distributum, magnifice confert expuitionibus ex pulmone, idque in pleuriticis & peripneumonicis affectibus cum hoc quod eos etiam concoquat. Atque si solum lingatur, magis quidem concoquit, uerum minus educit: si cum melle & amygdalis amaris, plus educit, sed minus concoquit.

*Pytia, Coagulum.*

Coagulum omne acris ac digerentis potentiae est, ac nimirum etiam exicatoriae: nam necessario id superiora comitatur. Ac leporis quidem coagulum comitalem morbum, si cum aceto ebibatur praeterea profuuium muliebri saure proditum est: sed & lac in uentre coagulatum dissoluere: quod certe & nos experti sumus, non solum in leporino, sed etiam in aliorum animalium omnium coagulo. Attamen leporinum omnium est praestantissimum. Sed & sanguinem in uentre concretum simili modo eorum dissoluit, ac efficacius quidem ceteris, uerum non solum, quod quibusdam scriptum legitur, sed & hoc commune est omni coagulo. Quidam autem sanguinis ex thorace refectiones leporinum coagulum eorum suppressere prodiderunt: ceterum nec alium quenquam eo usum noui, nec ipse sum ausus acris uti remedio ad affectum adstrictionem poscentem. Porro coagulum equinum ad dysentericos & celiacos peculiariter accommodari scripserunt non nulli.

*Coagulum phoca.*

At phocae coagulum eximie aptum esse quidam praedicant, tanquam uires obrineat castorij. Verum quaecunque proditum est quodque coagulum secundum essentiam suam praestare proprietatem, non est nunc tempus exponere.

*Chole. Fel.*

Hic succus omnium, quae in quoque sunt animalium, calidissimus esse demonstratus est. Itaque sicuti sanguinem & carnes dissimiliter temperata obtinent animalia eadem ratione & fel. Quocirca calidissimum fel, aliorum quoque animalium fel excellere necesse est: & quae illis minus sunt calida, proportione & hunc humorem illis inesse calidum, quanto scilicet & in alijs sunt inferiora. Didicisti enim quatuor esse uniuersos in unoquoque animali sanguineo humores, sanguinem, pituitam, & bilem tum flauam, tum atram. Didicisti porro ex more non tantum medicis, sed & Latinis omnibus bilem flauam absolute efferri bilem, tanquam subandituris, qui audiunt, coloris cognominationem: Atram uero non simpliciter nuncupari bilem, sed cum addito, nempe hoc toto, atram bilem. Sed & quod flauam bilem non nunquam pallidam cognominant, nosti: & quod in uescia iecoris interdum pallidam, interdum flauam in confectionibus animalium ipsam conspicimus. Audisti porro flauam tanto esse pallidam calidiorum, quanto & crassiorum. Nam seroso recremento flauae bili commisto pallidam constitui contingit: sicut & flauam plusculam excoactam consistentia reddi crassam, colore autem flauam. Quin & in animalibus apparet flaua quidem ijs quae magis sunt calida: quae uero minus, pallida. Et ubi calida animalia aut fame, aut siti torquentur, ad atram colorem uergit, interim illum habens aëuginosum, interrim coeruleum, interim isatidis, qui quidem magis est colore brassicae fuscus. Itaque & tu bilis coloris diligenter intendito, cum medicamentum praeparabis cui admiscenda est bilis. Miscent autem cyclifcis uocatis & trochiscis, qualis est Andronis, & Polyida, & Passonis, & Bitinus, qui tauri recipiunt bilem: nam ubi ea medicamenta praeparant quae sunt utilia ad oculos, hyaenae, galli, perdicis, & aliorum quorundam animalium bilem adhibent. Porro taurorum bilis calidior est & sicior quam bouum castratorum. nam castratum animal semper simile redditur foeminae, & ijs quae sunt aetatis minoris. Itaque sicut haec humore superant adulta & perfecta, uincunturque ab iisdem caliditate: ad eundem modum bos castratus a tauris. Et quorundam ego taurorum bilem uidi coeruleam. flaua nimirum superaffata: quam sanè

Al. cod. gra. ci hinc dicitur 715. l. hinc pler. ex. hinc, & ita uero tralatio. inter pres uidetur legisse. A. l. s. t. a. 113.

Al. s. t. a. c. 116.

Al. s. t. a. c. 118.

Al. s. t. a. c. 155.

**A**in praeparandum inijci medicamentum uetus, sumpto illius loco alterius tauri bile mediocriter flaua. Nam ille uinculis uiolenter tractus, supra modum fuerat defatigatus. Itaque eo labore cum excanduisset, clarum est temperaturam eius fuisse calidiorum: probabileque est sic uiolenter pertractum fuisse, tum etiam esuriuisse: atque, ut summam dicam, uelut uina a modica portione modice pallere, & firium famemque & multum laborem perpessus flaua esse conspicitur: impletis uero atque inebriatis albidata & bilis colores uariat, ad flauius quidem per exercitia, inedia, & sum: ad candidius uero in contrarijs. Scito ergo si praeparando medicamini bilem impense flauam inijcias, calidius te id effecturum: si pallidam, mediocriter calidum, si exolutam & aqueam, tanto imbecillius teperie conuenienti, quanto & bilis ad candidius fuerit uersa. Sic qui oclusas haemorrhoidas taurino felle aperit, ijs interdum imbecillum, interdum uero supra quam conueniebat acre apparuit. Quamquam non nulla quoque diueritas existit pro corpore cui adhibetur, prout scilicet proprio sensu aut hebetiore fuerit, tum per facile patiens, aut difficulter. Verum in ipsa bile non parua uisitur, ut dixi, uarietas. Nam idem homo a pallida minus, a flaua bile plus mordicatur. Liquer itaque uel ex eo quod haemorrhoidas aperit, quam sit hic humor acris: sed & illis ipsis qui utuntur, mordicare percipitur. Ac proinde cauemus, ne ad alium morbum aut symptoma bilem flauam uisuperemus solam ac per se. Nam propositi cyclifci pauculum bilis accipiunt. Ac quae ad oculorum acuriam componuntur medicamenta, partim hyaenae, partim perdicis, partim galli, partim alterius cuiuspiam bilem accipientia, admistum habent tum mel, tum foeniculi succum, tum opobalsamum. Porro animalium quorundam singulariter bilis a medicis extollitur, tanquam aciem exacerat oculorum, & suffusionum initia digerat, uelut piscis quem uocant callionymon, hyaenae, & scorpij marini, tum galli, & perdicis. At uilla adeo omnium imbecillima est, ut ne ulceribus quidem tolerari sit grauis: & apparet omnium bilium maxime aquea, exceptis syluestribus stibus, & ijs quae degunt in montibus. Nam ut harum caro & calidior & sicior est, ita & bilis. Porro domesticarum suum bile utuntur quidam ad ulcera aurium, medicamento neque non reprobo: & tu quoque ubi compositorum nihil adfuerit, uritor: sunt enim innumera. Sed & pro affectus magnitudine alia etiam atque alia alterius animalis bilis potest congruere. Nam ubi uleus diuurnum fuerit, multamque sanie pulque contineat, etiam sicciorem bilem perferet, puta ouium, quae paulo est acrior uilla, hac etiam magis caprarum: cui ad similes quodammodo est urorum, & bouum. At taurorum his ualentior est, inferior tamen bile hyaenarum: & haec quoque inferior bile callionymi, & scorpij marini, & marinae testudinis. Porro hirci agrestis bilem scripsere quidam prodesse lusciosis, siue nyctalope uexatis. Ceterum uolatilium animalium biles omnes tum aciores sunt, tum sicciore quam quadrupedum: & inter ipsas quoque uolucres gallinarum & perdicum biles ad medicinae usum probatiores habentur. \* Miluorum uero & aquilarum impendio acres sunt, sed & erodunt: quamobrem colore uisuntur aëugineo, ac non nunquam atro. His itaque earum cognitio differentijs, atque affectibus, qui plus, quiq; minus desiccari postulant, cognitio, si unam modo quampiam opere fueris expectus, inde ad alias transire poteris per methodum, ut temper, quae affectui comoda sit, adhibeatur. Nam cum uelut in coniectura sit cuiusque facultatis uehementia, a desinito quoquam principio ad materiam inexploratam transire oportet, ac a prius explorato excessu qui in illis consistunt auertere. Sed & notas quasdam luculentas ego exposui tum a bilis colore, tum ab animalium temperie.

*Hydros. Sudor.*

**S**udor. Unus hic est humorum in animantis corpore pronientium, & tandem habens materiam, quam urina, & eundem generationis modum. Siquidem utriusque ex bibito humore constat generatio, excoactio simul in corpore, & biliosa non nihil substantiae adepro. Verum sudor plus est elaboratus, utpote qui ad cutem usque permeatis omnibus, quae intersunt, partibus peruenit. Attamen sudores inter sese & urinas differre necesse est, tum pro animalium temperaturis, quae & natura & per aetates non parum a sese inuicem sunt diuersae, & pro precedente uictus ratione. Clarum autem est, etiam si aliquando in sermone omissum fuerit, pro tempore anni, & praesenti constitutione, praeterea pro regionibus diuersitatem effici in animantium corporibus non paruum. Nam compendij gratia uno capite completi eiusmodi omnia soleo, nempe pro contingens nos aeris temperie ea mutari dicens. Etenim diuersitatem regionum, quae est in caliditate & frigiditate, hic comprehendit, ut tempus anni, & praesentem praeteritamque constitutionem. Cum ergo sermo fuerit de urinis, aut sudoribus, aut bilibus, aut sanguine, aut pinguedine, aut adipe, aut quoquam in corpore nato, diuisentibus uidelicet nobis eas, quae in animalibus uisuntur, differentias, de sanis corporibus sermo intelligendus est, median proprie ipsorum temperaturae constitutionem habentibus. Sic ergo quod & sudor salis & saluginosae uocatae qualitates est particeps, gustus testimonio probatur. Nam saepe numero uolentibus in os defluens distans qualiter indicat. Saepè uero etiam non obscure praeter amaritudinem. Attamen & color eius naturam designat. Nam sicut urina naturalis modice est pallida, sic & sudor. Verum id facile cognoscus in ijs qui lauantur, cum absque oleo strigili raduntur. Nam sudor in cauo strigilis colligitur, colorem quem dixi simul & gustum praefrens, ac euidenter salsedine habens, sed obscure amaritudinè. Verum de urina plus etiam quam conueniat medici scripserunt: propterea nimirum quod large ea in omnibus hominibus tum priuatim, tum publice quotidie colligat. At de sudoribus aut nihil, aut quae curiosa sint potius, & praestigiarum



obnoxia, & insuper scripserunt alii superuacanea, quæ per aliam fieri possent materiam medicam. **B** Porro sudor in palæstris exercentium miscetur sordibus, hoc est pato, quem quidam curiose Atticam sectantes linguam. Conisalon uocunt: confertque non nihil tenuibus sordibus ut tumores præter naturam per halitum digerant. Nam illæ plus repercutiunt, minus autem digerunt: at post adiunctum exercentium sudorem acquirunt multum facultatis digerentis. Ergo in phlegmonas uberum solæ hæ sordes impostæ efficaciori sunt remedio. Sin sicciore uidebuntur, cyprinum superungit: & si ualde etiam sicca, cyprino item subigito. Præstat autem non siccas, sed molles accipere. Porro si non adsit cyprinum, rosaceum bonum miscuisse sufficit. Hoc medicamentum admodum est utile ijs quibus a partu restinguere lac consilium est, eo nomine quod in mammis coaguletur in morem casei. Hinc ordo, ad alios affectus similes uti licebit. Atque ego sane ad bubonem eo usus, celeriter disparuisse tumorem conspexi.

*Urina.*

Dictum quidem est de tota eius natura in sermone de sudore: diciturque & nunc, quod quanta est in animalibus bilis diuersitas, tanta item sit in urinis. Atque omnes quidem facultate sunt calidæ, sed plus tamen animalium calidiorum, minus autem frigidiorum.

*Urina humana.*

At urina hominis omnium prope aliarum urinarum est imbecillima, exceptis porcis domesticis, quibus exæsti sunt testes. Nam illotum similis est totius corporis temperatura, temperiei hominum, & urina similiter debilis. Verum montanorum aprorum ualida est, ut etiam ex odore apparet, qui utique acerrimus est. Sed & in aliis animalibus ex odore uim eius conicere liceat. Nam urinas illas degustare plane est abominandum, cum ne pueri quidem urinam uir quidam honestus uita pariter ac moribus ebibere sustinerit, cum pessitæ egrotaret in Syria, ubi cum multi urinam puerorum simul & uirosum haussissent, sese hinc scruatos credebant. Ceterum urina hominum, ut siquid aliud, extergendi uim obtinet: quod cum alii multi satis indicant, tum maxime sillonos, qui sordida uestim expurgant ea, atque extergunt. Hanc eius uim cum & medici conspexissent, ploras & lepras ea deterunt, perfunduntque ulcera tum multa humiditate, tum sordibus & impuritate scarentia, ac multo magis ubi putridum quiddam obtinet. Sed & pudendis, ubi sic afficiuntur, urinam infundunt, & auribus pure fluentibus. Quia & achoras, & furfures ea curant, capiti identidem perfundentes. At nos hæc facere odimus potius, cum ad manum sint quæ illis condant alia medicamina. At ulcera digitorum pedis maxime, quæ ex illusione atque offensione essent inficta, sæpenumero, ubi nimirum phlegmone carerent, & ipse curauim, eaque in seruis & hominibus tusticis, quos iter ingredi absque medicis erat necesse. Si quidem linamento **G** (quod Græci uocant), ulceri imposto, ac insuper linteo circumuoluto ac ligato, quoties meiendi incesferet cupiditas, in digitum ferri urinam præcepi, nec ante soluere quam bene esset curatas. Nam & si quem alium rui sine medico agentem, uinam ulceribus perfundentem audissem, non uetui, ubi scilicet in paribus thorace inferioribus usque ad imos pedes ulcus constitisset. Si quidem ulcera aut capitis, aut faciei, urina perfundi sinere auefari. Attamen medicamentum quod ex urina pueri cõficitur, quod quidam uocant chrysocollan, quia eo ad auti glutinationem utantur, ad ulcera difficilia sanata optimum esse assero. Fit autem id figura phiali, confecto mortario ex ære rubro, habere pistillum eiusdem materia, in quod meiente puero pistillum circumages identidem, ut non tantum a mortario quid deradat, sed etiam a sese non nihil derat: id quod pluribus deinceps diebus peragitur, donec urina crassitudinem assequatur mellis. Faciendum uero id in sole. Nam facilius in aere eiusmodi ab ære quid deteritur. Aut si sol absit, calidas esse ædes saltem conuenit. Hoc medicamento misto ijs, quæ curandis ulceribus rebellibus sunt idonea, utimur, ut dixi, eou optimo. Nihil enim habet abominandum, perinde ut urina capiti, alterive parti infusa. Nam quid commemorare urinæ potum? Scripsere tamen medicorum quidam de subsidente in urina crasso illo uidelicet & albo, dicentes id mederi erysipelatis. Sane ea erysipelata, quæ ignea etiam sunt, & te uera erysipelata, calidorum & acrium medicamentorum omnino nullum iuuare potest. Quæ uero per refrigerantia refrixerit, tum hoc, tum alia multa medicamina digerentia adiuuare ualent. Atque hoc quidem uti licebit, ubi non in facie, aut prope, erysipelas constitierit, uerum in artuum quopiam, aut dorso, aut uentre. At urinam pueri orthopnoæ gratia ebibere necessarium non est, cum sint & alia medicamina quæ huic medeantur affectui. Quia cum bibisset quidam, affectu liberatus non est, ut non exiniam quid præter alia possideat.

*Sielon. Salina.*

Sielon, siue Sialon, siue Pyelon appellare libet, nihil interest. Verum id sciendum est, uim eius esse differentem tum in animalium speciebus, tum in eorum unoquoque sano & ægroto, ieiuno & sitibundo, aut cibo potuque sumpto. Etenim ut urina & bilis, sic etiam salina sumpto quidem cibo imbecilla est: ualida & acris eorum qui ingenti aut inedia, aut siti premuntur. In medio utriusque est eorum qui probe concoxere quidem, nondum tamen cibum potumue hausere. Hac ergo salina nutrices pueris lichenas curant, paruim uidelicet digitum rigantes, ac deinde eum affectum confutantes. Idque faciunt subinde, tanto scilicet interuallo, dum salina uires in lichenic perdurent, ac nondum sint extinctæ. Sed & triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt. Nam celeriter eos & digerit, & concoquit:

**A** & concoquiturum si macerarent aqua, non æque prodesset. Ex quo liquet saluam iuuandi robur adferre. Atque corporibus mollibus, aut puerorum, panem, non triticum imponunt ore commansum. Porro omnia sic commansa digerunt & sugillata, ceteraque ecchymomata, maxime ubi panis simul cum pauco radiculæ fuerit commansus. Porro tota substantia uel maxime aduersa est salua bestijs hominem interficientibus, ceu alicubi etiam Nicander poeta refert. Pollicitus autem mihi quidam incantationem sese ostensurum, quæ scorpis interficeret: ubi illam semel dixisset, in scorpionem expuit: inde rursum eam obmurmurans, iterum scorpionem conspuit: ac ubi tertio dixisset, atque expulisset, mortuus est scorpis. At postea ego absque incantatione a sola salua occisum uidi scorpionem, idque celeriter a salua esurientium, aut sitientium, tarde autem ab illis qui cibo potuque fuerant impletum alijs aurem proportionem.

*De ijs quæ in corpore proueniunt.*

Nascuntur in corpore cum alia præter naturam, quorum non est satis honestum meminisse, tum etiã lapis in uescicæ de quo scripsere quidam lapides uescicæ comminuat. Atque hoc quidem falsum est experientia iudicatum. Ceterum an rem lapides frangat, omnino experti non sumus, cum suppetere alia ad hoc symptoma probata medicamina. De pure autem & id genus dicere superseco, id illis concedens qui his in rebus mirifici sunt, scilicet quibusdam cum præstigijs. Ceterum stercus unum est inter ea, quæ in corpore proueniunt secundum naturam affecto animali, ueluti & aurium sordes. De utroque itaque deinceps disseram.

*Copros. Stercus.*

Copros, siue Copron, siue Apopatema appellari uelis, perinde est. Scito autem hanc substantiam uim habere uel maxime digerentem. Verum stercus humanum ob foetorem abominandum est. At bubulæ, caprinæ, crocodilorum terrestrium, & canum, ubi ossibus duntaxat uescuntur, neque grauitur olet, & multa experientia non tantum nobis, sed & alijs medicis me natu maioribus comprobatum est. Si quidem impletet libros, & stercore ad multos sæpe affectus uitur, non in modo medicamentis quæ foris imponuntur commiscens, sed ijs quoque quæ intro in os sumuntur.

*Stercus caninum.*

Sane ego memini me admirandum tum humani, tum canini stercoris expertum facultatē. Sed prius disseram de canino, quo uti assidue consuevit præceptorum nostrorum quidam, sola ossa cani edenda exhibens duobus continuo diebus, ex quibus durum, candidum, ac minime foetens stercus prouenit. Hoc igitur acceptum desiccabat, ut cum postea usus esset, facile ad lauorem posset redigi. Utebatur eo ad anginam, & dysenteriam, & summe inueterata ulcera. Ad anginam quidem, ijs admiscens quæ alioqui huic affectui congruebant. Ad dysenteriam, lacti illi immiscens, cui decocto calculos uocatos *καλκίλους*, ignitos injeci ante posuimus: aut, ut ego postea ob parabilitatē ad ferrum confugi, id candēs lacti probe decocto iunxi. Vocant autem medici non nulli lac eiusmodi nescio quo pacto, schistum. Verum oportebat non hoc sic appellare, sed in quo segregamus ac semidimus (quod *σπέρμα* græce dicitur) serum a caseo. Ceterum medicus ille stercus caninum aridum tritum lacti, in quo extincti erant calculi marini, elã injiciebat, & id solū generosissimos quosque discipulos docebat. In his ergo duobus multum expertus sum stercus caninum ceu medicamentū mirabile, sicut & in ulceribus extreme malignis. Miscui ergo & ad illa paulū quiddā stercoris canini medicamentis probatis: & manifesto seipso ualentius reddidit medicamen. Et si quando digerere aut desiccare quid opus esset, illis etiam medicamentis admiscui.

*Stercus humanum.*

Ceterum humani stercoris hoc habeo experimentum. Assidue quidam a phlegmonis ad guttur exitibus uexabatur, adeo uehementer, ut suffocationis subiret periculum, & sane ob hoc periculū sanguinem mittere cogebatur. In hunc cum forte quis incidisset, pollicitus est se præbiturum medicamentum experimentum, & se uocari, si quando rursus aliqua in parte gutturis emicasset phlegmone, ante sanguinis missionem præcepit. Itaque uocatus, medicamentum illud statim hominem curauit. Ut aut iterum protegit, nō in ipso tū, sed & in alijs qui similiter erant affecti, rogabat is, quæ assidue suffocari periclitabatur, data mercede, ut sese medicamentum illud doceret. Erat, nulle & locuples, & in pecuniæ sumptu liberalis. Porro ubi conuenit esset de p̄tio is qui uidebat, hoc medicamentū, inquit, p̄ antipathian quandā utilitatē obtinet. Esse aut eā antipathian, ut quæ curat, nesciat, unde cõficiatur. Iussit itaque alium dare, qui pro ipso disceret, qui sibi fidelissimus esse uideret, quique iurcirado reciperet sese nulli eius facturū copiam, priusquam ipse qui dedit, foret defunctus. Itaque a morte eius qui id carat, nō rātū ille suū hominem sed & alios sanabat: & mihi ne petēti quidē medicamentū exemplum uolēs ac lubēs obrulit. Erat autē stercus pueri sicci cum melle artico ad lauorē tritū. Victitabat autē puer, cuius stercus accepturus erat, uti ipse qui medicamentum dederat, ostendit, lupinis, illis uidelicet qui ex more edi solent cum pane bene cocto in elibano, modicum sale & fermentum habente. Præbebat autē bibendum uinum uetus: atque hæc omnia mediocri in quantitate, ut perfecte ea puer posset cõcoquere. Itaque cum primo die eo uictu esset uisus, postero tamen die nondum stercus capiebat, sed in eo quoque die rursus eodem aiebat. uictu, ac tertio demum sumebat, ac postea arefacto utebatur similiter, ut stercore canino, ut ante dictum



est. Dicebat autem illum, qui docuerat, fugitantem alios cibos ob scetorem, prætulisse lupinos: sese uero, experimenti gratia, carnes gallinaceas aut perdicum ex aqua, aut tenui iure bene coctas per sepe exhibuisse, & medicamentum nihilominus operatum. Atque ego sane hæc tibi de canino humanoq; stercore narrare possum.

*Stercus lupinum.*

At lupinum sterces quidam colicis potandum dabat, non tantum in ipsis paroxysmis, sed etiam in intervallis, si quidem phlegmone uacarent. Quorum ego quosdam uidi non amplius inuadi: & qui erant inuasi, non amplius id grauer passos, sed nec post paucum temporis. Accipiebat autem ille albidius potius sterces, quale ubi ossa ederint solent excernere. Verum illud etiam in eo mirabar, quod uel suspensum euidenter aliquoties iuisset. Itaque hic sterces capiebat, quod non decidisset in terram: id quod non erat iuentu difficile. Ea enim est luporum natura, quæ canum, ut suspensio altero posteriorum erum & meiant, & cacent in eminenti quopiam ex terra. Itaque in spinis sæpe æstate sterces lupinum reperitur, & fructibus, uepribus, herbisque procerioribus, Louenitur porro in stercore illorum & non nihil ossium deuorati animalis: quod ut effugit commanitionem, ita & concoctionem: quod & ipsum contundens ac contereus, bibendum præbuit colicis: ac si homo esset puritatis amans, miscebat & falsis quippiã, aut piperis, aut quippiã eiuilmodi. Ut plurimum aut ex uino albo consistentiã tenuis bibendum præbebat: interim uero etiam ex aqua. Hoc ergo sterces quod patientis illibus, & Græci uocant, applicandum esset, præcepit suspendi ex uinculo confecto ex lana, sed non qualibet, uerum multo præstabat eam esse ouis a lupo lanata, unde, quod ad hunc usum accommodaretur esset conficiendum. Quod si talis non adessec lana, ex pelle ceruina & lorum quod cingeret illa: & in quo sterces contineretur, parari præcipiebat. At nos ollulam ad magnitudinem maximæ fabæ confecimus, quam experundi gratia indito stercore quibusdam suspendimus, nec poruimus non mirari, cum plurimos ipsorum uideremus adiutos; ceterum ad ollulam duas ceti aures affiximus, per quas lorum transmitti posset. Sed hoc quidem obiter dictum esto, si quis inuenitur qui sic suspensis fidem habere dignabitur. Dico autem sic, nam substantia est quæ suspenditur, non uoces barbaras, ut quidam facere præstigatorum assolent, quando & alias expertus sum substantias, quæ in alijs affectibus similiter operarentur. Sed de his nō est nunc dicendi tempus. Ad propositum itaq; reuertamur.

*Stercus caprinum.*

Nam humanum, caninum, lupinumque sterces recensui, alia uero nondum: quorum etiam maior est quam dictorum numerus: & quædam assiduo habentur in usu, quædam rariore. Omnium creberrime utitur caprino stercore (Græci *στυραχίου* proprie nominant,) digerentis & acris facultatis: adeo ut & G induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, nec tantum lienis, ad quos creberrime medici nō pauci huiusmodi sterces applicant, sed etiam aliarum partium. Siquidem ego eo usus sum ad genum tumorem habens inueteratum & ægre solubilem, iusto fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxyeratam indito uidelicet hoc stercore: & mirum est, quæquam homo ille fuerit aditus. Erat autem rusticus in quo id factum est. Et ita et alius rusticus, cum sic usus esset non tantum in genu, sed etiam alijs in partibus ad tumores similes, perinde aditus est. Nam acris est medicamentum quæ ut mulieres urbanas, aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne, sanare possit. Sed de particulari omnium medicamentorum usu in opere de componendis illis tractabitur. Quin & ad aquam inter cutem, & ad splenicis uarie caprino stercore utitur. Sed & usum tenuioris quidæ essentia, uerū haud manifesto redditur acris: quamobrem sane ad alopecias congruit, & omnia adeo, quæ extergentia medicamenta desiderant, ut lepras, piosas, lichenas, & hoc genus alia. Miscetur digerentibus cataplasmatibus, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas & bubonas diuturniores. Est enim uis eius tum ussi, tum non ussi, absterforia, & digerens, nec etiam parum habet digerendi potentiam. Nam medicus qui spiam ex ijs, qui in agris & uicis medicinam exercent, utebatur eo ex aceto ad uiperarum morsus, & multo sane etiam magis aliarum bestiarum: ac profecto ex ijs complures seruaui. Et hic ipse quoque medicus ad auriginem potandam ipsas spyrathos ex uino præbuit, & ad profluuium muliebri cum thure apposuit. Quæ omnia sane optimus medicus ignorare non debet, ceterum potiora eligere potissimum ad urbanos & honoratos, alicuiusque existimationis uiros: in quibus equidem ego tali nunquam sum usus medicaminis, cū multo meliorum suppeteret copia. Attamen existit non nunquam talium usus, aut in itinere, aut in uenatione, aut rusticatione, cum scilicet meliorum nihil adfuerit, aut homo rusticus perinde fuerit carnis duræ ac asino similis. Nam eiusmodi multos in agris reperias dignos qui bibant spyrathos. Porro quod & supra monui de urinis, & bile, & salina, id nunc memoria repete, nempe uniuersalem & communem facultatem eandem omnibus inesse, uerum pro animalium temperaturis uariam. Nam eorum, quæ fictiora sunt temperatura, & sterces exiccantius est: sicut & calidiorum magis etiam excafactorium. Verum nullum omnino sterces refrigerat, sicut nec ullum humectat. Sed & pro natura eorum quæ edunt, multa item fuerit diuersitas. Proinde in hominibus potius quam alijs animalibus maior est: quandoquidem hoc animal diuersissimis maximeque uarijs cibis utitur. Nam quid simile habent, qui allium ac cæpas comedunt, & qui cucurbitam, uerbi causa? Ac caprarum spyrathi pro pastu uario non nihil item habuerint differentia, non tamen tantum, quantum sterces humanum.

*Stercus**Stercus bubulum.*

Similiter sterces bubulum exigua habet differentiam, estque & ipsum facultatis exiccatoris. Verum attractoriam etiam obtinet, ut monstrat, dum apertum uesperumque morsus iuuat. Atque hæc ueræ proprietate substantia totius iuuentur, fieri potest. Ceterum medicus quidam medicamentorum peritus, in Myfia quæ in Helleponto est, aqua inter curem laborantes bubulo stercore oblinens, in solem exponerebat. Atq; hic ipse imposuit & partibus rusticorum phlegmone obsessis humidum illud uere col lectum, cum herbam boues pascuntur. Manifestum autem est hoc esse alio moderatioribus multo uiribus. Dico autem aliud, cum paleis uescuntur. Nam hoc mediū est inter id quod modo diximus, & quod prouenit ab erui pastu. Liquet ergo, quemadmodum id quod ex pascuo herbaceo prouenit, ad phlegmonas accommodatur, sic illud aqua infectatis esse idoneum. Scire tamen oportet, omnia id genus medicamenta diuis agrestium hominum corporibus aptari, nempe fossoribus & messoribus, & qui opus ob eunt tam ualidum in quibus utique Mylius ille medicus & ad chæradas adhibebat, & ad tumores omnes scirrhoros, ex aceto in cataplasmatibus formam compositum illinens.

*Stercus ouillum.*

Sed & hic ipse medicus ouium utebatur stercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos, & si riticulos duros, quos clauos nominant, aceto uidelicet diluens. Quin & ulcerum ambusta ad cicatricem illo ducebat, nempe sterces hoc cerato rosaceo commiscens. Sed & per sterces caprinum combustum similiter curabat: ceterum pauculum eius multis numeris maiori cerati moll admiscebat. Et in totū studium id illi erat unicuique, omnia curare per ea, quæ ex agris facillime parantur: inter quæ sunt & herba, & fructus, & arborum stagra, & germina, & folia mollia, & tructus, & cortices: super quibus copiosius dicetur in facile parabilibus.

*Stercus columbinum.*

Porro stercore columbarum nomadum (nam sic eas quidam cognominant, a domesticis uidelicet distinguentes,) tanquam medicamentum excafactoris & ipse ad multa frequenter admodum utor, nempe cum semine nasturtij confusum cribratumque siccum uice napyos ad ea, quæ rubrificari debent, adhibens. Manifestum autem est, quod inueterata omnia dico in talibus affectibus, quales sunt coxendix, hemicrania, scotomata, uertigines, & cephalæ, & in lateribus, scapulis, ceruice, lumbis dolores in ueterati, & ad hæc nephritides, & affectus coeliaci, & podagricæ arthritides: quando uidelicet in articulis eorum nondum conuulserint topi siue pori. Atq; hoc sterces plane foetidum non est, maxime arefactum. Quocirca & in uribus eo uarie utimur, alias alijs miscentis medicamentis.

*Stercus gallinaceum.*

Porro cum conspexissem illum in Myfia medicum gallinaceo utentem stercore in eis, qui ab esu fimgorum suffocabantur: & ipse quoque sum usus in quibusdam urbem inhabitantibus, qui & ipsi fungos esurant, ipsum uidelicet ad leuorem contritum tribus quatuorue oxyerati aut oxymelitis insperges cyathis, & palam aditus sunt, idque celeriter. Nam qui suffocabantur, paulo post uomebant pituitosum humorem omnino crassissimum, & exinde plane liberati sunt symptomate. Est autem hoc sterces columbino minus calidum. Ceterum Myfius ille medicus dabat etiam bibendum sterces gallinaceum ijs, qui diutino coli dolore fuissent uexati, ex œnomelite. Quod si hoc non aderat, ex aceto, aut uino aqua diluto. Porro memoria tenere oportet communem de omnibus animantibus rationem, nempe tū in ijs quæ in corporibus ipsorum continentur tam humida quam solida, tum in ipsis partibus plurimam esse diuersitatem montanorum quæ uocant, & eorum quæ in pratis, paludibus, lacubus, & arduis uersantur. Semper enim quæ exercentur, ijs quæ non exercentur, sunt sicciora: & quæ cibis utuntur calidioribus siccioribusque, ijs quæ humidis frigidisque. Nam in columbis, (quandoquidem creber nobis earum sterces est usus) multo semper inferius ac imbecillius expertus sum earum sterces quæ in domibus degebant, quam earum quæ in montibus, quas nomadas nuncupant. Tū gallinarum quoque inueni multo etiam imbecillius earum quæ conclusæ seruantur, & surfuribus aluntur, non paulo autem ualentius earum quæ in agris, arijs, aut foris pascuntur.

*Stercus anserinum, & ciconarum.*

Ceterum sterces anserinum præ nimia acrimonia inutile est. Colligo etiam ita esse & accipitrinum, & aquilarum. Verum fugienda est materia omnis eiusmodi, quæ difficulter comparari potest. Qua occasione complures ualidissimas inter talibus materijs testimonio adscribunt suo, ceu non facile redarguere dicitur qui ciconarum sterces comitiali morbo mederi se iptitant. Verum quæquam hoc multis alijs quæ scribitur longe sit parabilis, curiosum tamen est (ut taceam falsum esse,) quod de illo est proditum. Nam quidam ijs, qui talia memorant, ciculus, epoto hoc stercore nihil aditus est. Nam & antequam experire, promissorum prauitatem ac falsitatem ipsi qui talia scribunt, detegunt. Nam cum multis modis difficile homines spirent, neque quod omnibus conferant adscribunt, neque quod his, aut huic. Tamen sunt inter eos, qui talia scripserunt, qui non simpliciter dyspnœæ, hoc est difficultatis spirationis, sed ortopnœæ talia esse remedia dicunt, nempe ciconiarum sterces, nocturæ sanguinem, urinam humanam, & alia his absurdiora: haud scientes quod pituitosus viscosusque succus bronchia obstruens pulmonis, huius affectus sit causa, & quod in eo euacuando consistat medela, & quod euacuatur dicitur nullum excreat, & quod id fieri nequeat absque crebro epoto medicamēto aciore. At hi adeo sunt

QUINTA CLASSIS.

K 4 nigaces,

nugaces, aut prestigiatores, aut quo illos digno appellé noie nescio, ut dicant absurdorū istorū poculo Eram unumquodque epotum a dyspnoea liberare: quod fieri non posset, ne si uel specillum fas esset aliquid in pulmonem demittere, quo infixum humorem tolleret, semel dumtaxat demisso. Præstabat itaque illis dixisse, non si epotus sit hic sanguis, aut urina, sanare dyspnoeam, sed si potetur. Restiusque etiam quod nō semper & omnino sanabit, ne si uel assiduo potetur, sed quod multos sanauit, multos uero adiunxit quidem, sed morbo prorsum non liberauit. Sed hos iam mittamus, & quod deinceps est, ad id pergamus. Cuiusque enim stercoris acrimoniam & digerendi uim possidentis, prout aliud alio plus minus uel eius sortitum est facultatis, ita particulares in ipsis proueniunt differentia: ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare ualet.

*Stercus murium.*

Sic enim murium stercus alopecias curare proditum est, & inuentus est quidam medicus, qui ad hoc pathema urebatur composito medicamento ex murium stercore confecto. Et alius quidam glandem puero familiaribus roganibus ut apponeret, præcepit ut ex stercore conficeretur murium. Quo dicto omnes, qui audierant, in risum soluti sunt, quod cum tot essent, quæ apposita sedi ad excretionem excitarent intestinum, ille omnibus præteritis ad murium confugisset stercus. Nam re uera pudendum est alia etiam experiri uelle, cum omnes ceu curiosam & prestigiatores condemnent eum qui talia aut faciat, aut dicat, itaque de murium stercore hæc quoque sufficiunt.

*Stercus crocodilorum terrestrum.*

Ceterum terrestrum crocodilorum, horum inquam exiguorum, & humi serpentium stercus pretiosum effecere mulieres deliciose, quibus non est satis, quod alia sint medicamenta tam multa, quibus faciei cutis & tenfa & splendens efficitur, quin etiam adiungant stercus crocodilorum. Simile illi sit & sturnorum stercus, cum solant oryzam ederint. Clarum itaque est quod abstergendi desiccandi que facultatem, utranque moderatam habent stercora eiusmodi, & multo moderatorem & hebetiorem stercus sturnorum. At stercus crocodilorum, sicut a facie ephalem tollit, ita & uiriliginem, & lichenas.

*Rhypos, hoc est furdes hominum.*

Sordes nascitur non tantum per totam corporis cutem, sed & in auribus, sed ob paucitatem paratu difficilis est. Proinde de illa nihil scribunt, nisi quod paronychis congruat sordes aurium: quam sane & solam per se licet accipere. Nam quæ in tota cute prouenit, & in balneis & in palæstris deraditur, conficiens non nihil & ipsa pato quem uocant: de quo supra differui. Sed & generatio eius naturam indicat. Nam si sordes est crassum illud ac terreste, quod reliquum est eorum, quæ per latentem transpirationem euacuantur, sequitur ut desiccandi uim habeat cum non nulla caliditate iunctam. Ea tamen sordes quæ lanis ouium inhaeret & adnascitur, ex qua cespō, quod uocant, conficitur, concoquendi uim habet similem butyro: paulum uero etiam digerentis facultatis obtinens.

## GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS LIBER VNDECIMVS.

### ARGVMENTVM LIBRI.

Addantur, quæ superiori libro de medicamentis ex animalibus deerant, ac quæ ex mari, & salis aquis proueniunt.

*Quæ animalia carne, aut sanguine careant, uel prædita sint.*



**D**ERAEQUE animantium partes communes inter se omnium sunt, nulla tamen est æque communis ut caro. Hanc enim habet omne animal sanguine quidem præditum, ut homo, & omnes quadrupedes, tum aues, serpentes, lacerti, quos sauros uocant, testudines, & quæ sunt eius generis. Sanguine carentia, tum ostræ omnia, tum non pauca genera eorum quæ in aquis degunt, sicut & non nulla quæ in terris. Et quod ex animantibus maxime editur, caro est. Nam & uiscerum plurima moles ex carnibus ipsis inhaerentibus constat. Verum non nulli medicorum carnem uiscerum parenchyma uocandam censent, propterea quod ex uenis effusus sanguis circum uasa omnia concrestat, ut ipsi arbitrantur. Sed eam quæ uisitur in musculis, solam carnis appellatione dignantur. Verum de nominibus, ut semper monemus, contendendum non est, sed exercenda potius rerum scientia: cuius nos quoque studio usque dedi, quæcunque tum de proprijs cuiusque animantis partibus, tum de communibus cognouimus, eaque partim experientia, partim ratione docti, omnia deinceps exponemus, orsi a carne proprie dicta.

*Caro*

*Caro [uiperæ.]*

**A** Non omnes animalium carnes hominem nutriunt, sed quorundam etiam leales sunt, non secus atque uenena quæ uocant deleteria. Tum inter eas carnes quæ hominem nutriunt, quædam hoc ipsum tantum sunt, nempe nutrimentum. Quædam uero supra quàm quod nutriunt, habent & facultatem ceu medicamenti: quædo quidem desiccando, humectando, exsiccando, ac refrigerando corpus alterant. Nam uiperarum carnes palam uidere est exsiccantes & desiccantes, ubi conduntur ceu anguille, nempe oleo, sale, anetho, porro, & aqua, seruato nimirum modo. Quod autem totum corpus per cutim euacuent, discere tibi liceat uel ex iis, quæ ego inuenis etiamnum in Asia nostra sum expertus: quæ singularim deinceps narrabo. Homo quidam morbo, quem elephantia cognominant, laborans aliquo tempore cum sodalibus conuersabatur, donec ex ipsius consuetudine conuersatione que quidam nostrum morbi inficerentur contagione, & ille iam odoratu grauis, ac foedus redderetur aspectu. Constructo igitur illi tugurio proxime uicini in iugo collis propter fontem, illic hominem collocant, tantum illi quod ridie ciborum ferentes, quod uitæ sustinenda satis foret. Ceterum ad capis exortum, cum forte messoribus haud procul inde metentibus uinum esset allatum in fictili sane quàm fragransis quidem qui attulerat, deposito illo prope messores, abiit: ac tum ubi eius bibendi aduenisset tempus, sublato fictili adolefens, ut pro more impleto crateri, competente aqua uinum temperaret, in cratera uinum effudit, & una excidit uipera mortua. Quæ re attoniti messores, ueriti ne quod, si ebibissent, inde sibi malum eveniret, suam quidem sitim aqua potione sedare maluerunt: ceterum cum illinc discederent, præ humanitate uidelicet ac misericordia homini illi elephantia obnoxio uinum largiuntur, rati expedire illi potius mori, quàm uiuere in ea miseria. At ille ubi bibisset, admirandum in modum sanitati restitutus est. Nam tuberculum illud omne cuius totius non aliter quàm animalium, a testis mollitie nuncupatorum malacostrocon, tegmen decidit. Quod autem reliquum erat, molle admodum apparuit, instar cutis canerorum, & locustarum, (carabos Græci uocant, ubi extrema testa fuerit detracta. Alterum quoque eiusmodi non dissimili casu in Mylia Asia, non procul ab urbe nostra accidit. Vir quidam elephantia laborans profectus est ad aquarum calidarum sponte nascentium usum, sperans inde non nihil se commodi adepturum. Erat illi scortum mancipium, iuuenula sane formosa, compluribus amatoribus ambita. Ille istius fidei cum non nulla alia ad rem domesticam spectantia, tum peni ipsam crediderat. Profectus igitur illis, in ædibus, quibus uicinus erat locus squalidus, & uiperarum plenus, forte forama ex illis una in urceum uini incidit negligentius positum, extinctaque est. Ac scortum quidem in lucro id reputans quod forte euenisset, hero id uini propinat, atque ille ebibit: ceterum exinde ad eum modum, quo ille qui debebat in tugurio, persanatus est. Porro tertium quoque anecdiam quod ex nostra profectum est imitatione. Cum quidam hoc morbo ægrotaret, animo magis, quàm uulgi, philosophico, & contemptore mortis, oppido quàm grauius ferebat, satiusque dicebat mortem semel per peti, quàm uitam uiuere tam miserabilem. Itaque illi quæ superioribus duobus accidissent indico. Erat autem ipse augurium peritus, & amico utebatur mirifice hanc disciplinam tractante. Itaque ubi ad augurium cum illo confedisset, persuasus est, ut quæ per experientiam essent cognita, ipse inuenerit: atque epoto uino, quod sic erat ueneno infectum, leprosus factus est: ac postea lepram eius nos consuetis remedijs sanauimus. Quartus præterea uinas capere uiperas arte instituit. Sed illius morbi tantum erant in illo principia: itaque cura studiumque nobis fuit, ut illum quam celerrime sanitati redderemus: quocirca misso sanguine, atque bile medicamento detracta, uiperis quas capiebat uti iussimus, præparatis in olla anguillarum in modum. Atque hic ita sanatus est, euaporato per cutem affectu. Postremo & alius uir quidam opulētus, non nostras ille quidem, sed ex media Thracia, Pergamum aduenit, admonitus somnio: ubi iubente Deo per insomnium, ut quotidie medicamentum biberet, quod confectum est ex uiperis, forsque corpus inungeret, non multos post dies morbus in lepram abiit: rursumque & hoc pathos, quibus Deus præcipiebat, medicamentis curatum est. Sane uiperarum caro adeo ingentem obtinet desiccandi facultatem, ut quidam, qui eam edere, uehementissima cruciati sunt sitiac proinde illas, dipsadus cognominant. Sunt autem qui dicant demorsos a uiperis satuari non posse potando, sed dirumpi cuius, quam siti liberari. Quocirca eos qui Romæ uiperas uenantur, quos Marfos nuncupant, percontatus sum, ecquid haberent signi quo genus utranque uiperarum discernent. At illi prorsum negabant illud esse genus uiperarum dipsadum, uerum eas quæ iuxta mare atque in locis degunt salcedinem multam habentibus, carnem obtinere sallam: ac proinde in Libya talium ingentem esse prouentam: in Italia uero propter regionis humiditatem non inueniri. Atque hæc quidem narrantes audiui Marfos: non tamē certo dicere queam, an in totum uerum dixerint, an partim etiam falsum. Nam quasdam esse uiperas in ijs, quas memorabant, regionibus, quibus falsa sit caro, uel maxime mihi uidetur esse probabile. Scio enim cum cibus animalium mutaricarnes non tamen nullum esse genus uiperarum dipsadum pronunciare ualeam. Ceterum tutissimum est cauere, ne in eiusmodi regionibus uiperas ueniamur seu ad esum seu ad medicamenti præparationem, quale est & hoc præclarum quod medici prope omnes Theriacā appellant. Porro quoniam ex more, cum ariscos Theriacos, quos uocant, præparamus, non tantum caput, sed & caudam earum abijcimus, subiit mihi frequenter rationabile fortassis esse, caput quidem totum abijci ob uenenum, quod ore continent, uerum a ratione alienum esse, adimere & caudam. Nec enim dicere liceat quod id faciendum sit ob recrementa nutrimenti tum liquida, tum sicca. Nam inter-

fectis



fectis atque excoctis aperitisque exempta interanea omnia abijcimus, ut sola sit carnis substantia re-  
liqua una cum arterijs necisq; per ipsas innatis, quarum minima moles est ut ad totam carnem, ac ne  
apparens quidem, nisi quis multum diligenter intentis oculis consideret. Atque artifices, quos & The-  
riacos uocant, hunc in modum preparamus. Purgatas illas in aqua lixamus, quoad exacte nobis uidean-  
tur coctae. Indimus autem ab initio statim aquae anethum, & post coctionem spinas a carne separa-  
mus: mox pani ad laeuorum trito carnem commiscemus. Verum non quemlibet panem citra dele-  
ctum accipimus, sed quam fieri possit purissimum, simul & probe in clibano coctum, & salis simulq; fer-  
menti quod satis sit habentem. Eum autem antea desiccamus in aedibus siccis, minimeque humectis, do-  
nec adeo siccus efficiatur, ut in mortario contundi possit. Non tamen rudentes miscemus, uerū aqua  
in qua decocta fuerant uiperarū, maceramus, & carnem ipsam prius quam commiscatur pani, in morta-  
rio coquorū catenus conuertimus, donec exacte reddatur lenis. Postea paruos artifices singentes, atq;  
in aedibus calidis siccisque desiccantes, deinde quoque in talibus repositos seruamus. Hos ergo incun-  
te aestate conficimus: quo potissimum tempore optima est uiperarū caro. Porro utimur eis postea con-  
tulis denuo & cribatis, & rursus ad laeuorē redactis, salis non nihil adijcientes ad suauitatem preparati:  
cuius etiam aliquid ipsi theriacae miscimus. Ceterum eodem quoque tempore ex uiperis affatis saltem  
conficimus, uis illis in ollam nouam iniectis unā cum ijs medicamentis quae illis & subterni, & appo-  
ni assolent: quae omnia nunc commemorare non est praesens uocis. Nam inueniuntur fortassis etiam  
qui me non iniuria reprehendunt ob monstratam hoc in loco Artificorū preparationem, tanquā alie-  
no tempore expositam. Verum haec posteaquam dicta sunt, seruentur tamen ac maneant, etiam si  
non admodum uideantur huius instituti propria. At quae sequuntur, conuenienti dicantur modo. Con-  
ueniens autem est generalis facultatis meminisse, carnem uiperinam dicendo exicatoriam, & ualen-  
ter digerentem, mediocriter uero exalfacientem. Properat autem, ut uideatur, uis eius ad carnem, per  
eam uidelicet quae in corpore sunt recrementa exigens. Quibus ergo affatum est mali succi in corpore,  
ijs ingens prouenit pediculorum numerus, & a cute ceu liquama abscedit ac decidit extima cutis, quam  
Graeci uocant *empepida*, ad quam siltuntur ac retinentur crassi terrosique humores ad eum protrusi, a  
quibus quidem plorae, lepra & elephantes nascuntur. Et haec quidem habui quae de uiperarū carne di-  
cenda putarem. Rursum ergo sermonem repetam. Calidorum natura animalium carnes non solum  
nos alunt, sed et calfaciunt: frigidiorum aut refrigerant, sic et siccorum carnes desiccant, humidiorū hu-  
mectant. Memoria itaque repete, quemadmodum didicisti in libris de temperamentis, quod ubi con-  
ieteris animal quoduis temperatura esse siccius, uelut exempli gratia siuem syluestrem domestico, hu-  
ius & carnem cognoscas esse magis exicatoriam, & secundum alias temperaturarū differentias simili-  
ter: puta siue sicciorem ouem, & haec capram, qua bouem, quo denique leonem: sic in caliditate leo cali-  
dior est cane, canis tauro, taurus boue execto. Itaque proportione, qua cetera animalia in temperatu-  
ra excedunt, & carnes quoque eorum differunt atque exuperant. Proinde ubi consilium fuerit corpus  
exicare, siccorum temperie animalium carnem exhibeto: calfacere autem uolens, calidorum: & fri-  
gidiorum, si coneris refrigerare: denique si humidius reddere, humidiorum. Nec parua existit carniū  
differentia, cum quaedam sale condimus. Nam prorsum diuersae atque aliae euadunt, adeo ut si uerū me-  
ro animalis temperatura humidissimi caro salita longe euaserit exicatoria, quam ea, quae natura fuerat  
sicca. Porro inter eas, quae salita non sunt, sicciore est, quae assa est, quam quae in aqua elixa. Scripserunt  
autem & aliorum animalium carnes quidam prodesse tum comesas, tum in partes affectas impositas,  
ut Erinacei terrestres desiccata, si bibenda praebetur elephanto obnoxii, cachectis, hoc est qui mali  
sunt habitus, tum conuulsionem saepenumero patientibus, nephriticisque, & ijs qui laborant aqua in-  
ter cutem, quam anasarca uocant. Ac si ea efficere potest, facultatem habuerit ualenter simul digerentem  
desiccantemque: Sicut & caro Mustelae, (Graeci Galen uocant,) arefacta: quae utriusque comitiali  
morbo afflicto iuuat epota. Sed & salitorum Hælorum carnem ad laeuorem contritam palos & spi-  
cula educere aiunt, impositam uidelicet, tanquam trahendi uim habeat. Porro mutolorum, quos Mya-  
cas Graeci uocant, carnem ulceribus a mordente cane inflicto competere. Ego uero nullam insignem  
inuenio facultatem, quam requirant id genus ulcera, tanquam ea, quae a rabido cane mordente sunt il-  
lata. At Cochlearum caro prius in mortario contusa, ac postea ad laeuorem redacta, omnium ualentif-  
sime desiccata partes super duo humore grauatas, adeo ut & hydericis conueniat. Ipse autem humor so-  
lus per se citra carnem, (uocatur autem is a uulgo cochlii myxa, hoc est mucus limacis,) thuri mistus,  
aut aloæ, aut myrrhæ, aut horum quibusdam, aut omnibus, quoad accipiat cerati crassitie, medicamen-  
tum fit tenax, desiccaturque [purulentos mucos] aurium: sed & fronti impositum inhaeret, oculorum  
fluxiones resiccans. Quidam etiam ad palos exinendos utuntur totis unā cum testis ad laeuorem tri-  
tis: sed & quidā ad sistendos menses. Equidem ego aliquando in agro carnes ipsas solas in uulnus cum  
nerui uulneratione, & contusione factum tritas imposui, ipsumque uulnus pulchre glutinatum est, &  
ne uis phlegmonem haud perpeffus: erat autem homo durus & agrestis: miscuit tamen illis contritis  
pollinem farinae acceptum a pariete mole proximo. Scripsere autem maiores me non nulli medici ad  
cutismodi usum miscendum thus, aut myrrham, uel utraque. Verum horum habebam tum neurum, ut  
qui tunc ab urbe abessem in agro. Possis autem & resinae fructa contrita aduiscere, si adsit, quippiam.  
Porro ubi multum mucos cochlearum accipere uoles seorsum, stylo carnem earum pungito. Sed non  
ante

ante multos uenatas esse expedit: alioqui enim tempore desiccatur. Nam recentes plurimum habent  
uiscosae illius humiditatis, quam stylo compuncta effundunt. Humiditas haec pilorum in palpebris pra-  
ter naturam gluten est.

*Pimela, & steat. Pinguedo, & adeps.*

Al. a. l. c.  
74

Pinguedo, & adeps. & haec quoque communissima sunt inter animalium partes. Nam quaecunq; be-  
ne nutriantur, ea omnia aut pinguedinem, aut adipem obtinent. Quae uero macilentia sunt, maleque nu-  
truntur, saepe omnino ne habere quidem, saepe uero pauculum, idque siccum, ut aegre uti possis, appa-  
rent. Porro differt a pinguedine adeps, quod crassior sit, ac propterea animantibus totam naturam ter-  
rosiorem habentibus adeps prouenit, uelut humidioribus pinguedo. Proinde pinguedo celeriter in  
ignem posita liquefit: nec facile, ubi liquata fuerit, rursum concreuit ac cogitur. At adeps aegre facile  
funditur liquefcit, & sulsu celeritius coit ac conglaciatur, multoq; apparet pinguedine durior. Suis  
enim bene habitus pastusque multam habet pinguedinem, ob naturalem temperamenti humiditatem.  
At boues, & caprae, & quaecunq; [id genus] cornigera ob siccitatem adipem plurimum generant. At  
rursi uolens, oleosam & pinguem in animalibus substantiam omnem, adipem appellato, ut plerique me-  
dici. Sed & pinguedinem appellare totum hoc genus licet. Non tamen licet citra mendacium adipem  
B caprinum humidiorē esse dicere, quam suum. Nam hic omnium ferme aliorum est humidissimus, ac  
proinde actione sua uicinam oleo uim possidens, quanquam oleo magis tum emolliat, tum concoquat:  
ac proinde cataplasmatibus quae ad phlegmonas accommodantur, commisceri solet. Qui uero mordica-  
tiones perpetiuntur aut in recto intestino, aut in colo, ijs potius caprinum adipem quam suillum inijci-  
mus: non quod acrimonias plus obtundat, (nam ex natura sua suillus obtundit magis, ac proinde mi-  
scetur medicamentis ulcera curantibus, cuiusmodi est quod uocant parygram,) sed quod caprinus ob  
crassitatem citius concreuit, suillus autem instar olei defluit: proinde ipsum potius dysentericis & ti-  
nefinosis inijcimus, quando morsum eorum mitigare consilium est. Porro ob tenuitatem essentiae non  
nulla acrimonias magis retardant, ubi nimirū in alto mordicatorū corporū quod molestum est haerit.  
Nam quod crassiorum est partium, minus, magis autem quod subtilium, tota corpora penetrat, & omni-  
bus ipsum saniebus mordicantibus permiscetur. Haec ratione adeps anferinus, quae in alto corpore mor-  
dicant, magis obrundit. Sed & suillo calidior est. Horum tamen in medio est gallinaceorum adeps ac  
gallinarum. Porro calidior semper ac sicciore est masculorum animalium, & horum ipsorum excoctorum  
minus tum calidus, tum siccus. Quippe mas castratus eiusdem semper generis foemina assimilatur. Hoc  
autem sermonis caput commune est, cuius meminisse oportet, pro animalium temperatura semper exi-  
C stere differentias eius, quae in illis est, pinguedinis, aut adipis, aut quocunq; modo appellare libebit to-  
rum hoc genus corporis in animantibus oleosi & pinguis. Igitur cum sus omnibus prope quadrupedi-  
bus animalibus in caliditate ac siccitate inferior sit, proinde pinguedinem quoq; minus habet calidam  
magisque humidam. Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria & exalfactoria humanorum  
corporum. (Huius enim meminisse perpetuo oportet in principijs huius operis dicti.) At differentiae  
quae sunt cuiusque singularim, in maioris minorisque ratione sunt. Nam pinguedo suis, ut ad nos qui-  
dem, largius humectare potest, sed non aequè exalfacere, sicuti neque oleum: uerum pinguedinis suum  
talis est caliditas: qualis spectatur in nobis. Porro taurorum adeps suillo multo calidior est & sicciore,  
rursum id memoria reperentibus nobis marem foemina esse tum calidiorē, tum sicciorem: marem au-  
tem castratum ad similitudinem foeminae, uelut quicquid iuuenilis est aetatis. Et inrei iuuenilia foemina mare  
humidior est, & minus calida. Sic & adeps uirilius taurino minus tum calidus est, tum siccus, & hoedo-  
rum quam caprarum: Sed & caprarum minus quam hircorum: Et rursum taurorum minus quam leo-  
num. Nam horum adeps omnium prope quadrupedū adipe potentius digerit. Nam & caliditate exit-  
perat, & partium tenuitate. Itaque si ipsum medicamentis ad ulcera & phlegmonas conuenientibus  
commisceas, non modo nihil adiuueris, uerum etiam laeseris, nimirum addita maiori, quam conueniat,  
D acrimonia. Inpeteratis tamen tumoribus atque scirrhis in morem induratis, tum neruorum curuaturis,  
(*σκληρὰ* Graeci uocant) & in summa quaecunq; scirrhosa sunt, ijs aptissimus est: in quibus sane mini-  
me apparet efficax suillus. Taurinus autem ab utroque ex aequo distat: ut quanto calidior siccioreque  
suillo est, tanto superetur a leonino. Itaque tanquam in medio consistens, merito utriusque medicamen-  
torum miscetur generi, & ei scilicet quod scirrhosis medetur, & ei quod phlegmonas concoquit, cu-  
iusmodi est terrapharmacum quod uocant, ex cera, resina, pice, & adipe constans. Nam siue in hoc tau-  
rinum, siue uirilius, siue hircinum, siue caprinum, siue suillum indideris, semper puri mouendo apium  
& concoctorum medicamen effeceris. Sed suillus si addatur, in pueris, & foeminis, & ut breuiter di-  
cam, omnibus, quibus caro est mollior, compeuit. Sin taurinum adieceris, foessoribus & messoribus, &  
omnibus carnem duram habentibus, siue ob naturalem temperiem, siue ex ratione ac forma uitae, con-  
ueniens effeceris. Ceterum adeps omnis dum inueterascit, seipso & calidior, & tenuiorum partium ef-  
ficatur, ac proinde quoque ualentius digerens. Verum id omnibus inueterascensibus accidit, quae qui-  
dem non putrescere anticipent. Nam unum, mel, acetum, frumentum, butyrum, cefypus, oleum om-  
ne, siue lentissimum, siue cicinum, siue raphaninum, siue ipsum quod ex oliuis conficitur, uetustate & ca-  
lidiora, & tenuioris essentiae efficiuntur, ac proinde gustantibus apparet acriora, & ad induratos aegre-  
solubiles affectus adhibentibus potentius digerentia. Atque ego sane gustantibus acriora uideri dixi.  
At

Al. a. l. c.  
239.

Al. aneco-  
sas tumores.

Al. appurat.

quae est in  
supra. i.  
mentu. sed  
in manuscrip-  
tis. ca-  
sus. de tra ue-  
tis etiam in-  
tepes.



At quidam, quibus studium est nominum significatus corrumpere, non acria sed adstringentia uocant. Id genus omnia, ad usque piper: tanquam interfit nihil, adstringens, an acre dixeris. Et si de uero illos roges de galla, myrro, melspilis, mali pumici putaminibus, quae sicia uocant, rhoon, & omphacio, & haec dicunt adstringere: tamen aduersissimum ex illis sensum percipiamus ei, qui a pipere, pyretro, napy, euphorbio, capa, alio, ad arce percipitur. Igitur si quemadmodum adstrictionis uocabulum de utroque affectu, quem gustu percipimus, communiter efferunt, sic ipsos quoque affectus unam habere naturam existimant, quiduis aliud potius habendi, quam homines, ut qui soli proprios sensus obtineant. Ac si omphaca, rhoon, gallam, balauftium, hypocyfida contrahere constringereque nostram fateantur substantiam: secernere uero, mordicare, ac penetrare piper, napy, pyretro, rhoon, improprie adstringentia nuncupant, quae mordicant & excafaciunt, ceterum in cognoscendis ipsis medicamentis non peccant. Verum si oportet coniectantem dicere, in uocabulis, an in rebus hallucinentur, equidem in uocabulis potius falsos uiros illos dixerim, & maxime quibus Graeca lingua insueta est, qualis est Dioscorides Anazarbenis, qui profecto multa bene dixit eorum, quae de materia medica memoriae prodidit, ceterum si significata graecanicarum uocum non satis pernoctat. Hic ergo cum ait magis esse adstrictorium adipem caprinum lillo: siquidem acriorem significare uelit per magis adstrictorium, accipimus sermonem ceu uerum. At si illud, talem habentem qualitatem facultatem, qualem rhoon, rhoon, hypocyfida, balauftium, haud uerum esse sermonem dicemus. Porro quoniam uiperarum adipem, ubi radicitus pilos sub alis euulseris, prohibere illos recrefcere illi uel referunt, uisum est mihi eius facere periculum esse satius: at ubi prout iubent fecissem, mentitos comperi, sicut etiam quod initia suffusionum sanet. Verum ut foris adipem alopecias curare uere est proditum: cum tamen probatiora habeamus ad eum affectum remedia. Porro cum dicant tamen uulpinum adipem dolores aurium sanare, neque dicant quos aurium dolores, ceu non nocentibus ipsos distinguere attendendum non est. Alij piscium adipem laudant, tanquam ad suffusiones, aut quemcunque alium affectum nominare uelint, congruat. Alij non simpliciter piscium dicunt, sed addunt fluuiantium: alij uero porius marinorum: quo uidelicet aliquid plus scire uideantur quam uulgi.

*Myelos. Medulla.*

Medulla uim habet indurata & scirrhosa corpora emolliendi, siue musculis, siue tendonibus, siue ligamentis id accidat, siue etiam uisceribus. Optimam semper expertus sum ceruinam, deinde iuniorum bouum, quos uulgos etiam nominant, ac proinde medullam eorum uitulnam appellitant. At hircorum & taurorum tum acrior est, tum siccor. Itaque durities scirrhosas dissoluere nequit, si qua etiam memoria manet eorum, quae in quinto libro de his sunt prodita. Ex uirulina igitur & ceruina medulla pessi componuntur uteros emollientes. Et extirpatus uteris medicamenta imponuntur, quae ex medulla praeparantur, uim habentia emolliendi. Accipitur autem non solum medulla ex ossibus, quae sane reuera est medulla, sed & ex spina, quam & ipsam medullam nominant, spinalem uidelicet: quae tum durior tum siccor est quam alia. Illa enim mollior est & pinguior: ac proinde ego spinalem seorsum per sese absque illa repono. Sed ea mihi utriusque cura est, ne aut putrescant, aut situm colligant. Itaque in hyeme primum eas capio, uelut & adipem, deinde in aedibus siccis atque aedibus, plane humoris expertibus cum folijs lauri siccis repono. Nam quae recentia sunt & humida, multum etiam qualitatis suae illis impariunt, ut acriores fiant medulla. At si quando ambiente calido & aultrino medullas aut adipem uoles reponere, paratum sit in hoc cubiculum neque calidum, qualia fere sunt quae meridie spectant, (putrescunt enim in talibus,) nec humo proximum, atque humidum, (nam in talibus situm contrahunt,) sed supernum atque excelsum, & ad Aquilonem obuersum, paruas habens apertas fenestras, ut tam noctu quam interdiu ab Arcto spirantes uentos accipiat.

*Caput manidum.*

Capitibus manidum sale inueteratarum uitis, ad sedis fissuras utebatur quidam, & is ipse ad columellam diu induratum. Videtur ergo uis illarum esse desiccatoria, non admodum acris: nam id adustorum si quapiam obtinent, sicut omnia communiter desiccationem.

*Caput leporum.*

Alius caput totum leporis comburens utebatur ad alopecias cum adipe urfino.

*Caput saurorum.*

Porro sauræ caput contritum quidam palos & spicula extrahere memoriae reliquerunt, tum myrmecias, acrochordonas, & clauos.

*Cerebrum leporis.*

Cerebrum leporis attritum & esum utile esse didicimus pueris dentientibus capite, uidelicet toto elixo, ut fieri solet. Non tamen eximia uis eius est, sed similis melli & butyro, & alijs, quae ad dentientes pueros conueniunt. Quidam etiam aduersus metum utiliter edidit cerebrum hoc prodidit.

*Cornua cerui & caprae.*

Cornibus cerui & caprae uitis maxime utuntur, ut & nos saepe usi sumus, tum ad candorem dentium, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas. Ceterum ceruinum maxime commendatur ab ijs, qui talia scribunt, quod si ab uestione lauetur dysenteriam & sanguinis excretionem, praeterea coeliacos affectus sanat: & aurigini utile esse dicunt. Porro duo exhiberi cochlearia ad omnia ista praecipunt.

Miscuerunt

Miscuerunt autem ipsum non nulli, ut dictum est, ustum & clotum collyrijs etiam desiccantibus oculorum fluxiones. Est enim scilicet omnium talium uis exiccatoria, uelut & ante dictum est.

*Pulmo agninus, & porcinus, & uulpinus.*

Pulmo agninus, pariter & porcinus inter trigines a calciamentis curare creditur. At uulpinus si bibatur resiccatus, asthmaticos iuuat.

*Iecur canis rabidi.*

Iecur canis rabientis, si assum edatur, remedium existere ijs, qui ab ipso fuerint morsu, quibusdam est proditum: ac scio certe quosdam qui sumpsere mansisse superstites, uerum non illo duntaxat ufos. Si quidem alia praeterea remedia, quorum fecimus periculum, in rabientibus tunc adhibuimus. Audiuero quosdam, cum illi soli fidem habuissent, postea mortuos.

*Iecur caprinum, & hircinum.*

Porro caprinum iecur quidam assantes, saniemque effluentem excipientes, inungunt nyctalopa affectos. Vaporem etiam eius dum lixatur, oculis apertis excipiendum praecipunt. Quin & assum si edatur, & ad eosdem affectus accommodari aiunt, & eos, qui comitali morbo sunt obnoxij, arguere conuulsionemque illis accersere. Idem potest hircinum.

*Iecur lacertae.*

Iecur autem lacertae erosum impositum dentibus, eos dolore liberare non nulli scriptum reliquere.

*Venter myrgi.*

Ventrem mergi quidam commendant tanquam medicamen concoquens, & pepticum, idque siue protinus lixum, siue arfactum comedas. At nos id experti uanam esse promissionem comperimus, sicut sane etiam quod de interna tunica gallinarum memoriae est proditum. Aiunt enim quidam, si ea arefacta bibatur, iuuare stomachicos.

*Iecur lupinum.*

Iecur lupinum saepenumero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatorio conficitur, nec tamen, quod mentione dignum sit, amplius praestare comperi, ad illud uidelicet comparans quod sine ipso componitur.

*Castorium.*

Testiculos Castoris nuncupant castorium, medicamentum & celebre, & multi usus, adeo ut Archigenes de castorij usu totum conscripserit librum. Atque ille sane particulares eius facultates exposuit, nos uero uelut in alijs medicamentis fecimus, ita & in hoc quoque generaliter modo facultatem dicemus. Quam si pra oculis habeas, ipse per te particulares inuenire possis. Itaque quod excafaciat, manifestum est. Nam si uoles ipsum ad unguem leuigatum oleo maceratum parti cuiuspiam inficere, euidenter illam incallescere percipies. Porro calefacientia omnia tibi contacta substantiae quippiam digerit, continuo etiam illam desiccant, nisi si quid natura fuerit humidum, ceu oleum & aqua, atque aduentitiam qualiter calidam, non facultatem absumpsit: sicut certe haec ipsa igni solive altius admota. Itaque cum castorij consistentia quoque sit sicca, & calfaciendi potentiam habeat adiunctam, merito desiccet. Atque hoc illi cum multis alijs medicamentis commune exiit. Porro quoniam impenitibile subitium est partium, ob id plus ualet quam alia, quae similiter ut ipsum & calfaciunt & desiccant. Na quae tenuium sunt partium medicamenta, ijs, quae sunt crassarum, plus sunt efficacia, etiam si partem sortita fuerint facultatem, nimirum quia penetrent & in altum subeant ad motorum corporum, potissimum si ea densa fuerint, uelut neruacea. Palam igitur talia ob causam positam magnifice inuuantur a castorio. Ceterum falluntur medicorum plerique in usu castorij, cum id modo considerant partem quampiam aut tremere, aut conuelli, aut sensu motu priuatum esse, aut agere sentire, mouere, haud scientes id genus symptomata ad dissimiles sequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate doctus ex plenitudine patitur & inanitione conuulsionem consequitur: ubi quidem quae in neruis continentur praeter naturam, euacuare consilium est, ibi & bibendum exhibe, & foris cuti castorium impone. Vbi uero ex siccitate nimia obuenerit conuulsio, scito hoc medicamen illuc esse aduersissimum. Ad eundem modum ijs qui pra plenitudine tremunt, utilissimum: aduersissimum uero ijs, quibus id accidit ab inanitione. Ad portionem modo dictorum affectuum, ubi singultus euenerit stomachi, perferaturo prius inuentoque illius affectu, ac discreto, siquidem a plenitudine ipsam aegroti perpetuantur, ad castorei uisum accedito. Sin autem a siccitate & euacuatione, aut acrimia humorum motu prouenerit, medicamen hoc fugito. Sane si odor gustuque aduersas animam, suspicaberis humano corpori aduersissimam habere substantiam: tamen in natura nihil efficere comperitur eorum, quae talia facere assolent. Siquidem alia stomachum uiriant, alia uentrem, alia caput, alia aliam quamuis partem laedunt. At hoc medicamen siue corpori humani do applices resiccationem poscenti, siue frigido excafactionem, siue humido simul frigidoque excafactionem pariter & resiccationem requirenti, magnam utique experire commoditatem: nec ullam parti cuiquam noxam afferet, potissimum si febris uacet, aut non admodum calidam perpetiatur homo febrim, sed ut sic dicam tepidam, qualis accidit in cataphoris maxime & lethargis. Ac multis sine castorium exhibuimus una cum pipere albo, utrunque mensura cochlearij ex meliscrato bibendum praebentes: nec quisquam ullam sentit noxam. Sed & mensibus reterentis, ubi per uenam quae in tulo est, modice euacuassent, oblato castorio una cum pulegio aut galamintho, semper medicamen hoc expertus sum.

sum purgationem eiere absq; foeminae laesione. Praeterea secundus morantes eiecit. Ea; omnia ex melle Erato potum efficit. At quibus ita uenter statu distenditur, ut aegre curarionem admittat, itaque torminibus uexatur atque singultu, idque ob frigidus crassosque humores, aut crassos, flatulentosque spiritus, eos ex oxycrato potum adiutat. Quae porro iuuat in corpus intro sumptum, ijs prodest quodq; cuti impositum cum sicyonio aut ueteri oleo. Quae uero ampliori caliditate indigent, ijs etiam per sese infricari debet. Iuuat etiam, si quis suffitum eius in prunis impositi inspiratione hauiriat, maxime affectus humidus, & frigidus in pulmone aut capite consistentes. Attamē lethargicos & cataphoricos affectus omnes, qui quidem adinertam habent febrem, praestat non dictorum oleorum quopiam niacerantes curare, sed potius ex rosaceo capiti colloque imponere.

*Renes sciacorum.*

Renes sciacorum bibunt quidam tanquam pudenda intendentes: quorum contrarium accidere uideatur maxime femini lactuca potu ex aqua. Sed & quidam lenticularum decoctum cum melle bibunt intentiones sedare referunt.

*Ungues caprarum, & asinarum.*

Quidam unguis caprarum deustus moxq; aceto perfusus alopecijis illiunt. Itaque fuerit & talis cinis facultatis extenuatoria. Sunt autem qui combustos alinorum unguis comitiali morbum curare dicant, si scilicet assiduo bibantur: si uero oleo macerentur, choeradas digerere. Sed & ipsum cinerem, si siccus inspersus fuerit, sanare \* peritiones sine chimetha.

*Ossa.*

Ossa combusta admodum digerentem exiccantemque uim obtinent, & id maxime, ut quidam afferunt, humana. Certe talum suillum combustum, ac deinde bibitum inflationes & tormina sanare dixerunt. Noui autem nostratium quosdam ossa combusta potui exhibuisse, haud scientibus qui biberent, quidnam ebibissent, ne scilicet auerfarentur: ac multorum tum epilepsiam, tum arthritin curasse.

*Senecta serpentis.*

Senectam serpentis scripsere quidam in aceto bullitam dentium mederi doloribus.

*Pellis ouina.*

Pellis ouina recens detracta, circumposita ijs, qui quocumque modo fuerint uerberati, omnium luculentissime adiuuat, adeo ut die ac nocte una illos curet: concoquit enim & digerit quae sub cute sanguinem habent.

*Equorum lichenes.*

Equorum lichenas cum aceto tritas comitiales curare scriptum quibusdam est. Alij uero & ad cutis feræ morsum adhiberi consulant.

*Tela aranei.*

Aranei telam scribunt quidam a phlegmone tueri summæ cutis ulcera.

*Coria uetera.*

Coria uetera, quae uidelicet ueteramentorum sunt, usta, ad attritiones commodari calceamentorum scriptum a quibusdam est, tanquam scilicet hoc faciant ex antipathia quadam. Certe quae phlegmone obsidentur, haudquaquam iuuantur: uerum ubi sedata fuerit phlegmone, non iniuria iuuantur, nempe quia resiccantur. Est enim talis cinis resiccatorius. Ac nos sane quandoque in agro ad uulcus eiusmodi ex attritione sumus usi. Curat autem talis cinis non ab re ulcerum ambusta, & quae uocantur intertrigines in foeminibus existentes.

*Ostria.*

Ostria quidam nuncupant omnia ostracoderma, hoc est testacea ab Aristotele appellata. At quod a plerisque uocatur ostricon, secunda syllaba absq; scripta, unam esse ostriorum speciem constituunt, in toto genere comprehendentes & buccina, & purpuras, & chamas, & pinas, & similia omnia, de quibus deinceps dicam.

*Buccina, & purpura.*

Buccinarum purpurarumque testa quandoquidem durissima est, nunquam absq; uestione uitor. Atq; usta quidem desiccandi uim admodum possidet, ceterum ad unguem eam laeuigare planeque pollinis in modum necesse est, tundendo scilicet & cribrando prius. Quod tibi commune sit in omnibus lapideis testaceisque substantijs praecipuum. Nam nisi exacte laeuia sint reddita, arenis similia sunt: Per se autem illarum tritarum farina ulceribus malignis comperit. Id quod ipsum quoque commune est omnium, quae citra insignem morsum desiccant uehementer: quippe cum alioqui fluxionum causa existant. Sed & aliud est omnium id genus commune, nempe ut cum aceto, aut oxycrato, aut cenomelite, aut oxymelire idonea sint ulceribus putrescentibus. Idcirco lapides omnes ubi ad eum usum applicantur, alij magis, alij minus, certe omnes conferunt.

*Ostrea.*

Ostreorum testa usta similis est facultatis buccinarum testis, tamen etiam subtilioris, immo ut certius ueriusque dicam, minus crassa. Nam terrosam duramque corporis sortita consistentiam concretionemque, impendit omnia crassarum sunt partium. Itaque accurate ea laeuigare necesse est. Quamobrem cum dicimus horum aliud alio esse tenuius, ita inaudienda dictio est, tanquam si Vlysem Theri-

A siue dicamus maiorem, cum uterque tamen fuerit paruus: aut Aiaceum Achille minorem, cum ambo iridem fuerint magni. Ceterum omnia id genus (ut & antea est dictum) cogendi quandam in se facultatem deponerint, contrariam adfiscunt facultatem, quam uocant digerentem. Porro si uesteris ea laeuaris, ignea rota natura in aquam deposita, ipsam efficiunt cum renuitate excalfacientem, adeo ut & interdum putrefaciat: reliquum uero terrosum, morsus sit expers: id quod maxime implendis cicatriceque claudendis ulceribus humidis est utile. Igitur testa eorum, quae peculiariter uocantur ostrea, composita uitor ad diuturnas ex fluxione, aegreque carne implebiles cauitates, nempe quae fistulosae sunt atq; profundae, eam foris cum suillo adipe ueterato circumponens. Id uulgo axungiam nuncupant. At in sinum ipsum aliquid eorum quae talia carne implent, immitto, quale est \* uisum diaphanes, quod specarium nominant. Parem in genere facultatem habent & ceterorum ostracodermorum testa deustae, maxime uero, ut dixi, ostreorum, deinde buccinarum, & purpurarum. Itaque cinis eius generis emplasticus miscetur facultatis digerentibus, & cum quouis adipe digerit. Verum quoniam in ueteratis efficacius digerit, illi magis misceri solet. Porro potentius hoc medicamen digerit, si acrem illi adipem quempiam miscueris: de quibus superius determinatum est. Quin & dentes splendidiore salium omnium cinis efficit, non tantum extergendi potentia, sed & asperitate substantiae, uelut & pumex, & testa elibani. Verum in usu eiusmodi non est necesse, quae sic usta sunt, admodum laeuigare. At in ulceribus rebellibus praecipue omnibus diligenter sunt laeuiganda ac inspergenda. Porro excrescentiam carnis mediciter exterit comprimentque. Adhaec cum sale omnia id genus usta dentium sinagma reddunt efficacius, adeo ut non modo laxitatem mollitiemque gingiuarum desiccet, uerum etiam ulcera putrescentia adiuuet.

*Sepia.*

Sepiarum testa admodum laxa est, non ut ostracorum lapidosa. Itaque absterfio quidem illi cum alijs ostracodermorum testis communis est, uelut etiam desiccatio: ceterum partium renuitas eximia illi praecipue inest. Quocirca usta ea utimur ad uiridines, ephelinas, lentes, psoras. Quin & fossili sali miscita, in oculis existentes unguis eliquat. Et antequam uratur contra & laeuigata dentibus splendorem adfert, uleceque desiccant. Porro hoc nomine, quod mediocre obtinet asperitatem, adhibemus eam & ad ingentes oculorum asperitates, quas sycofis appellare consueuimus. Nam exculpentis ex ea quidam ipsa figura simile collyrio, eo illas cofricamus, donec sanguinem reddere incipiant: quo facto collyria cathartica siue detrahentia praestantius effectum suum in illas exerunt.

*Opercula purpurarum.*

Opercula purpurarum quidam memoriae prodiderunt ex aceto bibita lienes turgidos sanare, & suffiti eas quae uteri suffocatione periclitantur, iuuare: praeterea retentas eiecere secundas.

*Lana aegyptia, hoc est succida.*

Lana fordida, ac proinde a quibusdam appellata succida, idonee excipit irrigationes, quae adhibentur contusis, aut quomodoocumque percussis particulis, ut quae utilitatem ex illis proficiscentem promo-reat, idque propter aegypton. Lora uero, nec amplius aegypton habens, apta quaedam materia fit humoribus qui iritantur, excipiendis. Porro usta uim habet acrem pariter & calidam unam cum partium tenuitate. Itaque molles nimiumque humidas ulcerum carnes celerrime eliquat. Inditur & in medicamina desiccatoria. Vtito eam tanquam alia plurima, ollam implens nouam, quam tegat operculum multas foraminibus percussam.

*Pili ysti.*

Pili ysti similiter ut usta lana excalfacendi desiccandique admodum sunt facultatis.

*Quorum facultas.*

Consequens fuerit ad partium doctrinam de uis differere. Nam alibi eorum meminisse non licet. D Sane qua partes non sunt animalium, ceu nec arborum fructus, nec grauidarum foetus: uerum proportionem responderijs quae agnascuntur. Itaq; eorum quae agnascuntur, quaedam plane familiaria propriaque conspicuntur tum plantarum, tum animalium naturis: quaedam non omnino talia, ut uiscum quod agnascitur quercubus: & ut semel dicam, si qua arboribus alterius generis arbor, frutex, fructus, herba, aut omnino germen quodpiam, ut fungi, agnascatur. Ex familiaribus autem est & ouium lana, & aliorum animalium pili: & cornua, quae decidentia denuo recrescunt, ut in masculis ceruis, ex hoc sunt genere. Conceptus autem siue foetus fructibus proportionem respondent, nimirum ad generis propagationem a natura creati. Ex his unum est & ouium factum ad generis successionem perpetuamque. Ceterum utile est & tanquam nutrimentum. Verum de nutrimento non est nunc institutum differere. Proinde quae tanquam medicamentum efficere possit, ea hoc loco recensere, ex pauculis uisibus particularibus uim eius exquirens tum in partibus, tum in tota substantia. Siquidem quo pacto inuenta rerum cuiusque generali facultate, ad multos ad usus particulares ducere possimus, didicimus. Insuper docti iam sumus, quomodo ex uno altero ue experimento de generali facultate liceat colligere. Igitur ouorum alantium, nec unquam effecta frustratus sum ex ulla tali intemperie, qualem habet saepe lac, uti ante ostendimus, in animalibus cruditate perpetentibus, aut nimiam famem, sitimue, aut quae cibis pasta sunt prauis.

A. l. i. c. 1. c. 603.

\* Al. uisum diaphanes.

\* Al. phlegmone.

A. l. i. c. 1. c. 2. 3.

C

M. l. i. c. 1. c. 197.

H

ire

praus. Quæ sane frequentius euenire solent mulieribus, ob uictus uidelicet uitæque errorem. At oua E  
tinam modo prauitatem pariuntur, quam scilicet adfert uetustas. Eamque facillime effugias, si utaris  
recentibus. Porro uisatissimum nobis est maximeque parabile gallinarum ouum: ea propter illo ui-  
mur, aliorum oua nihil curantes, tamen eandem illi habeant naturam. Temperatura porro symmetra  
frigidius est. Itaque utendum est oui albumine non tantum ad oculos, uerum etiam ad alia omnia quæ  
medicamenta requirunt suauissima, minimeque mordacia, ut sunt uniuersa sedis ac pudendorum ulce-  
ra contumacia. Miscetur quoque idonee medicamentis profluuium sanguinis ex cerebri inuolueris sup-  
primentibus, quæ nimum circa morsum illiuntur, atque adstringunt. Sed & ad ulcera rebellia misce-  
tur ijs, quæ absque morbo ea possunt desiccare, cuiusmodi est medicamen pomphalyx elota & metalli-  
corum quedam elota: de quibus priuatim supra differimus. Porro & ipse uirellus adsimilis est natu-  
ræ, ac proinde miscetur ceratis morbis expertibus, uis uidelicet aut lixis, aut assis. Verum id tamē ma-  
nifestum est hinc leuicillam existere differentiam, quod paulo plus desiccet quæ sunt assa: ac quantum  
huius accipiunt facultatis, tantum deperdant de mitigandi potentia. Miscetur & cataplasmatibus phleg-  
monem extinguentibus, ut ijs quæ ex meliloto constant, sed applicandis. Crudo uero ouo utimur  
admixto rosaceo ad palpebrarum, aurium manuarumque phlegmonas, quæ scilicet aut icis illis, aut  
alio quouis modo euenierint, aut extiterint in neuosis corporibus, puta cubito, & digitorum tendoni-  
bus, auricularis, idque in pedibus pariter & manibus. Porro in aceto coctum ouum si edatur, fluxio-  
nes uentris desiccet. At si etiam quippiam eorum, quæ ad dysenteriam, aut colicam affectum conue-  
niunt, adiunxeris, atque in igne modico fumig; experte (qualis est qui ex prunis constat,) fixeris, edē-  
dumque ita præbeas non minime sane laborantes adiuueris. Aptissima talem ad usum sunt omphaciū,  
rhys, tum ipse qui cibis adspargitur erythros nuncupatus, tum succus ipsius: galla, scidia, hoc est mali gra-  
nati putamina, cinis cochlearum integrarum ustrarum. Aptæ quoque & uuarum acini, & myrta, & me-  
spila, & corna. Magis istis medicaminosa sunt balaustrum, hypocistis, cyrini, siue mali punici flores. Sed  
& ad ambustiones protinus impositū est utile, siue quis leorsum albumen dūtaxat ipsum molli lana ex-  
cipiat, siue etiam eum uirello commiscens confundensque applicet. Etenim mediocriter refrigerat, &  
circa morsum desiccet. Tale cum sit, & ad anacollemata uocata, quæ fronti uidelicet imponuntur, uti-  
mur, & pilos palpebrarum adglutinamus, nimirum admixto idoneorum quopiam, cuius generis est thus,  
potissimum pingue si fuerit, ac non inueteratum & siccum. Verum in illiusmodi, ipsius albuminis com-  
moda est uiscositas, non autem temperies: nisi quis, quatenus nequaquam aduersatur illi, quod adhibe-  
tur, medicamentum, eo nomine utile commodumque dixerit. Nam uiscosorum quaedam sunt quæ aduer-  
santur, uelut uiscum, nimirum acre & calidum, ad ea quæ exalferi non debent: dictumque frequenter G  
superius est ea, quæ ualidam uim nullam obtineant, medicamenta ceu materiam ijs, quæ tales uires ob-  
tinent, misceri: proinde quoque creberrimi sunt usus, utpote ijs quæ ualenter agunt, in senientia. Eius-  
modi cum sit ouum, simileque non paruam adipiscatur in lixationis allationis que quantitate differen-  
tiam, sit sane multo utilissimum. Nam medicamentis, quæ humiditates desiccant, aut lixum, aut assum,  
aut frictum miscetur: ijs uero, quæ lentorem humorum in pectore pulmoneque incidunt, forbile quod  
uocant: id quod in aqua eousque lixari debet, dum incaluerit. Eiusdem huius naturæ nomine & ad eos,  
quibus gutturis supremum aut ex uociferatione, aut ex humorum acrimonia exasperatum est, assumi-  
tur: tum scilicet quod affectis partibus illinitur, atque cataplasmatibus modo inhæret, tum quod substan-  
tia sua mordacitatis experte eas mitigat, sanatque. Eadem ratione stomachi, uentris, intellimorum, ac  
uiscæ medetur asperitatibus.

*Erinaceus, hoc est erinaceus combustus.*

Erinacei utriusque tum marini, tum terrestris corpus totum uisum cinerem efficit facultatis tum ex-  
tergentis, tum digerētis, tum detrahētis. Itaque eo quidam & ad excrecentia, & ad sordida usi sunt ulcera.

*Cochlear, siue limaces.*

Cochlear si forte cum testis urantur admixta galla omphacitide, simulque pipere albo, misce pro-  
funt dysenterijs, in quibus ulcera non dum computrescere cœperunt. Conuenit autem ut pipere sit  
pars una, gallæ uero duæ, quatuor cineris cochlearum. Hæc ubi ad unguem laugaris, cibis inspergito,  
bibendumque aut ex aqua, aut ex uino albo & austero præberit. Ceterum absque gallæ missione cinis  
cochlearum admodum resiccantis est facultatis, obtinens item non nihil ex uisione calidum. Porro co-  
chlear quæ uisionem non sunt expertæ, si trita unâ cum testis imponantur, & toti uentri aqua inter-  
cutem laborantium, & in arthriticis articulorum tumouribus, agre quidem diuelli poterunt, ceterum impen-  
se desiccant. Et sane inhære sine oportet, quoad sponte decidant. Idemque faciendum in tumori-  
bus ex icu natis difficile solubilibus, & ex contusione facta in auribus. Desiccant enim illos magnope-  
re uniuersos, etiam uiscosis crassisque in alio humor continetur.

*Carcin, hoc est cancri uis.*

At fluuiatilium cancrorum cinis quanquam similiter prædictis exiccatorius est, substantiæ tamē pro-  
prietate mirabilis est eius in ijs, qui a rabiente cane sunt morfi, effectus, isque tum solus, tum cum gen-  
tiana & thure multo præstantior. Thuris sane partem esse unam oportet, quinque autem gentianæ, por-  
ro cancrorum decē. Et raro equidem aliter illis uisus nos sumus usi, ceterum ad eum modum plerumque,  
quo Aeschriom impiuicus ille medicamentorum peritissimus senex, cœcenis ac præceptor meus. Parcella  
erat

A erat aris rubri, in quam impositos caneros uiuente, hætenus ussit, dum facile ad leuorē redigi possent.  
Hic Aeschriom paratum semper in uelibus hoc habebat medicamen tempore assitio, uerens eos post or-  
am Capis, quando Sol in Leonem transisset, non nisi Luna decima octaua. Porro bibendum hoc in di-  
camen ijs, qui a cane rabido fuissent morfi, præbebat quotidie diebus quadraginta, mensura cochlearij  
magni aqua inspersum. At si non protinus ab initio, uerum aliquot post dies curam cœpisset demorfi,  
tunc quotidie duo cochlearia aquæ inspergebat. Ad ipsum uero uulnus emplasticum applicabat medi-  
camentum, quod ex pice brutia & opopanace acetoque conficitur, habens picis libram unam, unū aq-  
ti acerrimi sextarium Italicum, opopanacis uero uncias tres. Hæc tamen a præsentis instituto essent alie-  
na, scribenda tamen cenlui, quia magnopere medicamento huic ipse considerem: nimirum cum nullus  
unquam eorum qui illo fuerint usi, sit mortuus. Ceterum seorsum librum conscribam aliquando de ijs;  
quæ proprietate substantiæ totius quid agunt, e quorum numero sunt id genus omnia. Ignoscendū ita-  
que tum hoc in loco scribendi importunitati, tum sicubi præterea id mihi hoc in opere contigit: ne ma-  
pe quia ex ijs summa proueniret utilitas, quam sane posteris impertire uolebam, si forsitan me, prius, q;  
quæ post hæc deinceps sunt, opera perfecissem, mors occupasset propositum impediens. Ceterum Pe-  
lops doctor meus & ipse omnium eiusmodi causas reddere uolens, Non ab re, inquit, cancer, cum anti-  
B mal sit, aquarum prodest a cane rabido morsis, quibus uidelicet metus est ne corripiantur affectu sic-  
cissimo, nempe rabie: quam obrem sane etiam aquam meruant. Ac fluuiatiles, non marinos conuenire  
caneros dictabat scilicet, quod animalia marina ob admisionem salis natura siccissimi haud aq;  
exa-  
ctam uerentur can, quæ est aduersus rabiem contrarietatem. Ac cum quidam subiecisset, Cur nō om-  
nia quæ in potabili aqua degunt animalia, perinde ut caneri tuare assolent? quia, inquit, sanileu can-  
cris præparationem non admittunt. Nam horum ustorum cinerem, exiccatorius cum sit, canum rabien-  
tium uenenam ab sumere simulque digerere. Hæc igitur sane Pelops dicebat, profertens ambitioneque  
magna iactans omnium se talium nouisse causas. At ego nisi plane me scire quippiam per sumum ha-  
beam, alijs persuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem ut ueram accepi, ne quæ et ebras habeat  
contradictiones: necum caneros opinor ex proprietate totius substantiæ prodesse. Quoniam autē nullū  
eorum, qui fuerant illis usi, mortuum scieram, hæc aperiendæ recensendæque a me existimauit: tamen  
non esset huius iniqui proprium.

*Chelidons siue hirundines uisæ.*

Sane corporibus totis (nam id erat propositum) non eorum tantum animalium quæ dixi, sed & hiri-  
diūm usi sunt multi, comburentes uidelicet, & cinerem melli miscentes, ac deinde synanchicos inun-  
gentes, & in totum, quicumque in gutture ac columellis consistunt, cum tumoribus affectus. Veniunt &  
ad acuum dūm hoc cinere non nulli. At alij eas arefactas strachina pondere bibendas exhibent.

*Tetigessid est cinada.*

Sed & cicadis siccis quidam utuntur ad colicos affectus cum paribus numero pipere granis, dāte-  
que aut treis, aut quinque, aut septem, per intermissionem uidelicet, & per ipsos etiā paroxysmos. Por-  
ro alij assas edendas offerunt, quibus affecta uetia est.

*Corydalis, id est galerita, Alauda.*

Galerita tamen auis illa pusilla obiter nobis plerumque obuia, in inque elixa colicos adiuuat. Verum  
assidue eam edere simul cum iure necesse est. Habet uero hoc animal in capite uelut galerū ex pilis ipō-  
te enatum, cuius occasione effecta est, quæ apud Aristophanem comicum legitur fabula. Is enim inquit  
hunc in modum Imperitus es, nec curiosus, & nec Aescopum quidem didicisti, qui ait galeritam primā  
uolucrum fuisse, etiam ante terram: inde patrem morbo defunctum, cum humis nondum esset enata,  
dies quidem quinque iacuisse: hanc præ inopia melioris consilij in capite tandem patrem suum deto-  
disse. Hoc quoque aiunt, obscure licet, designasse tamen Theocritum.

D nempe indicare illum eas, quæ in capite tymbon, hoc est sepulcrum gerant. Annexui autem huic ista ser-  
moni, quo plane & clarè hoc animal, nempe galeritam, significarem, quos ferat in capite pilos erectos:  
quandoquidem expertus sum eius aduersus colicos utilitatem, uel inq; qui ipsum non norunt, ijs bene  
aperteque monstratum. Etenim auriculis pyrgitis ac troglytis appellatis adsimilis est. Discernitur autem  
tum quia galeram habet, tum quia paulo maior existit. Nam & ipsa corydalis appellata herba colicis  
conuenit. Et hoc quoque tibi obiter sit notatum.

*Alastorides, id est gallina.*

At gallinarum ius simplex retinendi uim possidet, uti gallorum subducendi. Coquendi autem sunt  
cum sale prolixissime. Sed horum ipsi fecimus periculum.

*Gale, id est mustela.*

Mustelam nunquam combussimus, de qua scriptum legitur, cinerem quidem eius cum aceto illitum,  
podagricos arthriticosque innare, tanquam uehementer ualent digerere: ipsam uero arefactam ac potā  
prodesse comitialibus, eadem nimirum illa facultate. Porro quidam etiam plane omnis seræ alexiphar-  
macum eam esse referunt, & maxime eius uentrem.

*Rane uisæ.*

At ranarum ustrarum cinerem sanguinis eruptioni mederi referunt inspersum, ceterum cum liquidā  
pice sanare alopecias.

QUINTA CLASSIS.

L. Hippotampus



Hippocampus.

Et hippocampus, animal illud marinum si totum uferis, alopecijs prodesse proditum quibusdam e...

Tellinae falsae.

Et falsas tellinas istas adeo urentem efficere cinerem aiunt, ut is cum cedria euulsos radicibus ex pal...

de intestina terra, siue lumbrici.

Porro circa uisionem aut irationem, totorum animalium in partes affectas impositorum, aut intro...

Cimices.

Sed & de cimicibus quibusdam traditum est, quod si cum aceto bibantur, hirudines absorptas eij...

Cantharides.

Veruntamen sufficientem habemus de cantharidibus experientiam, quod in ungues pforodis cum...

Buprestis.

Sic buprestis quoque reponere expedit. Sunt autem & ipsae animalis quoddam genus catharidibus...

Pityocampe.

Quin & eruca, quae in piceis nascuntur, merito sane nuncupatae pityocampe, huius sunt facultatis.

Salamandra.

Et salamandra combustae cinerem quidam septicis, & lepricis, pforicisque miscent facultatibus.

Narce Torpedo.

Sed & torpedinem totam (dico autem animal marinum) capitis dolores sanare capiti admota sedē...

Draco marinus, & trigla, & alia id genus.

Vinas etiamnum haec animantes apertas, & protinus partibus affectis appositae prodesse scripserunt...

Fulpes.

Fulpes, & hyena.

Cereum de uulpibus quae tota oleo coquantur, (nam sic quidam curant arthriticos, partim uiuas...

DE IIS, QUAE IN MARI ET AQUIS SAISIS PROVENIUNT.

Sola haec in toto opere reliqua hoc habent nunc tempus opportunum. Nam quae in mari & aqua na...

Adarcon.

Adarcon, quidam uero masculinae effertur adarcon, alij foeminae adarcon appellitant, essentia qui...

Alcyonia.

Alcyonia omnia deterguunt, ac digerunt, qualitatem habentia acrem, & calidam facultatem: uerum...

Sal.

Sal eiusdem genere facultatis est, sine fossilis sit, siue marinus: uerum hoc differunt, quod salis ex ter...

QUINTA CLASSIS.

I. 2 absumit.

In multis... dicitur... cum... dicitur... cum... dicitur... cum...

Al. s. s. c.

Al. s. s. c.

Al. s. s. c.

Al. s. s. c.

# Gal. de simplicium medic.

absumit: & quod reliquum est substantiæ solidæ, adstrictione contrahit: ac proinde etiam conditura sua carnes seruat, & a putredine tuetur. Quippe quæ putrescunt excrementitium continent humore, substantiamque tum dissolubilem, tum minime compactam. Quibus ergo corporibus nulla prorsum est humiditas superflua, ceu melli optimo, & corpus solidum & compactum est, ceu lapidibus, ea ut putrescant est impossibile: ac proinde in his salis non probatur usus, uerum in ijs, in quibus suspecta putredo.

*Sal ustus.*

Sal ustus digerit quidem potentius quam ustionis expers, quanto scilicet subtilius ipsum corpus accepta ab igne facultate redditur: uelut & in alijs, quæ combusta sunt, euenire diximus: uerum non sicut ille, qui non est ustionem expertus, solidam ipsam substantiam contrahere constringereque potest.

*Litrum, Nitrum.*

Litrum. Ostensum est & hoc medicamen in medio salis & aphrolitri uires habere.

*Halos anthos, hoc est salis flos.*

Halos anthos. Quidam ut unum nomen halosanthos, quidam diuidentes halos anthos nominant. Est autem hoc medicamen liquidum, tenuiorum etiam partium quam sal ustus: tum acris qualitatis, & admodum digerentis facultatis.

*Halos achne, Spuma salis.*

Halos achne spumosa est salis efflorescentia, multo tenuioris naturæ quam sal ipse: quare & extenuare, & digerere multo plus ipso potest: uerum quod substantiæ est reliquum, contrahere ut sal nequit.

*Asphaltum, Bitumen.*

Bitumen, unum & ipsum est ex ijs, quæ in aqua marina proueniunt, & in alia quapiam quæ non est marinæ dissimilis, ut in Apollonio Epiræ, & per alia id genus loca \* multa, aquis sponte nascitibus ceu spuma quadam sonatans hoc medicamen reperitur: & molle quidem est dum innatat, postea uero resiccaturum pice sicca durius efficitur.

*Bitumen proueniens in mari mortuo.*

\* Optimum uero bitumen in mari quod Mortuum uocant, prouenit. Est autem id stagnum salsum in cæle (hoc est caua) Syria. Ceterum medicaminis ipsius uis est tum resiccatoria, tum excafactoria in secundo ordine. Merito itaque utuntur & ad glutinationes uulnorum cruentorum, & ad alia omnia, quæ exiccari debent cum modica excafactione.

*Spongos, id est spongia.*

Spongia uis acris est & digerentis potentia. Vtebatur ea præceptorum meorum quidam ad sanguinis eruptiones, quæ manuali opera indigent: in quem usum semper eam paratam habebat siccam, & exarefactam: cum uero res posceret, bitumine in primis imbuebat: sin eo careret, pice. Porro admovebat eam partibus sanguine profluentibus etiamnum ardentem, ut & crassa parti induceretur, & ipsum spongiæ uisæ corpus ceu operculum acciperet. Ceterum spongia noua, non sicut lana aut lipamentum, (quod *μύρον μιλτον* id est carpinum uocant,) materia duntaxat est quæ humores irrigandos excipiat, sed etiam manifeste desiccet. Id quod scies, si ea sola utaris in uulnere cum aqua, aut oxycrato, aut uino, pro diuersitate uidelicet corporum, uti est ante dictum. Glutinabit siquidem ea similiter atque medicamenta quæ uocant enaxina. At si non noua sit, sed usui accommodata, palam cognosces quantum a noua superetur, si uulnibus eam imponas siue cum aqua, siue cum oxycrato, siue cum uino. Nec mirum est, cum in spongia noua seruetur etiamnum ea, quam a mari accepit, facultas, modice corpora exiccandi. Atque hæc quidem præstare potest, cum etiamnum seruat maris odorem. Nam temporis spatio, etiam si nunquam usui accommodata sit, tamen & odorem maris amittit, nec æque desiccare potest.

*Garus, uel garum.*

Garus facultatem habet multum & calidam & siccam: ac proinde ex eo medici quidam ad ulcera huiusmodi sunt putrescentia: tum dysentericis ischiadicisque iniiciunt.

*Halme, Salsugo.*

Salsugo piscium salforum similiter garo & ad putredines accommodatur, & ad ischiadas dysenteriasque infunditur. Et acrimonia quidem humores coxam infestantes attrahit, ac proinde per intestina euacuat. Putrescentia uero ulcera in dysenteria colluunt atque desiccant. Maxime uero salsugine salforum silurorum & manidum ad talia uti medici quidam assolent, & nos sane ad ulcera in corpore putrida accommodauimus.

\* Al. ore.

## GALENI DE PURGANTIVM MEDICAMENTORVM FACVLTA TE,

83

Iul. Martiano Rota interprete.

Quæstio introductio, & aduersariorum ad inconueniens deductio, quod in euacuando non quid educendum, sed tantum quid eger mallet, spectare oporteret.

Cap. 1.



B

A mihi de causa prauas opiniones uetustissimi medici irreprehensas omisisse uidentur, quæ & legum latores antiquissimi maxima scelerata inulta reliquerunt. Nam cum per id tempus hominum malitia intra mediocritatis terminos stetit, nec quisquam alium supremis iniurijs afficere, aut manifestissima quæque impudenter abnegare auderet, quo pacto quis uel nondum perpetrata castigare, uel non adhuc dicta reprehendere debuit? Postea uero unâ cum tempore aduicta hominum malitia, cum neque inausum amplius quicquam, neque non dictum inueniretur, coacti sunt & legum conditores noua supplicia aduersus maleficos excogitare, & ueritatis obseruatores uarijs reprehensionum formulis sciolos coarguere. Id quod in præsentia facere nos quoque decreuimus, eos medicos confutando qui purgantibus medicamentis uim adiungunt, quæ humores, quos euacuant, e corpore trahunt: quique uim aliam ipsis attribuit quæ æqualiter humorem, quemcumque attigerint, immutare dicunt. Quæ de re Hippocrates ne uerbum quidem idcirco fecit, quod ea tempestate neque Aesclepiades dixit, qui tam impudenter loquens ueluti in certamen contra ueritatem descendit: neque Erasistratus, qui tamen non sine modestia, uniuersum tamen de purgantibus medicamentis caput euerit, cum actiuam maxime ac naturæ consuetam attrahendi uim nunquam suis in scriptis agnoscat, sed eius loco illa, quæ uacuum consequitur, inanitione uti maluerit. Pars est autem facultatis propria attrahentis uis ea, quæ in medicamentis sita est, quem admodum & illa per quam bilis & urina in sua receptacula deriuantur, compluraque alia non modo diuina sunt animalia a natura, sed etiam per morbos, & dum ad sanitatem reuocantur cum a medicis, tunc præcipue ab ipsa natura absoluuntur. Hippocrates itaque cum nihil aduersus eos dixerit qui attrahentem uim e medio tollere gestiunt, quia auctores tam pernicaces quam postea plures istæ opinio non habebat, æquum esse uidetur me de rei ueritate pro Hippocrate contendere debere, ac primum quidnam ipsi dicant commemorare, deinde per se eos sensisse demonstrare. Est autem ipsorum oratio eiusmodi. Medicamentum omne cui purgandi uis inest, quemcumque attigerit humorem in suam naturam conuertit, itaque transmutat. Nam si uim nigram uel bilem facit id quod bilis est huius, uel huius, ut ipsi appellanti, educendum. Similiter pituitam, aquosam quæ substantiam, quod uel pituita, uel aquæ educendum istorum uocabulo nuncupatur. Postremo, ut summum dicam, commentatio est omnium qui in uenis sunt humorum, non unius alicuius euacuatio, illa quæ purgatio appellatur, ut istorum oratio introducit. Verum si ita uultis, illud modo obijciemus, siue quis statim, siue quis aram bilem, siue pituitam, siue aquam educens medicamentum sumat, omnes in uenis humores euacuare. At qui hæc uia in re solum distat purgare aliquem tali medicamento & eadem sanguinem mittere, quod aperta uena, quæ se prius inerat, euocatur, purgante autem medicamento non solum colore, sed etiam natura immutatam educitur. Etenim & quæ aquam purgant, humida omnia & tenuia reddunt, quæ in uenis attigerint, etiam si crassissima prius fuissent: & quæ nigram bilem euacuant, crassa ac solida, quamuis antea tenuissima, uerâ uice faciunt. Quam ob rem quoties huic purgare, illi sanguinem mittere, uolumus, alioquam ad ipsam euacuandorum naturam respiciemus. Quidnam igitur aliud spectabimus, nisi complures ad uenarum sectionem propensos, quosdam purgantibus medicinis aptos magis esse? Quemadmodum alij quiduis potius, quam uenas incidi, sustinerent: alij abscindi membrum aliquod sibi potius, quam medicamentum exorbere tolerarent. Aliquis enim sumpto purgante medicamento uenterculus subuertitur, non paucis id ipsum sine molestia facientibus. Hæc ergo respicientes bis sanguinem detrahemus, illis medicamentum exhibebimus, non, quæ Aesclepiadis sequaces putant, contentos quidem in uenis humores æqualiter omnes euacuari sanguinis missione credentes, purgando autem non omnes sed unum aliquem, ac solum illum, quem ducere existimatur, unde & purgari sanguinem ab huiusmodi medicamentis aiunt, non euacuari, quemadmodum sit a aperta uena: hæc ueltra decreta, nolitis uelitis, absurda sequuntur.

Quod unumquodque medicamentum non habeat proprium humorum attrahendi, experientia probat.

Cap. 2.

Subiungam autem ipsorum capita. Aesclepiadis sectatores aperta uena contentos in uenis humores indifferenter omnes exire, data portione non omnes, sed quosdam eximi, sanguinemque purum reddi hoc pacto autumant. Qui uero Erasistratum sequuntur, uniuersos aiunt tam medicamenti portione quam sanguinis egressu pariter euacuari, unde nec purgare re uera quicquam, sed cum immutatione

QUINTA CLASSIS.

L. 3. quadam

quædam & euacuandorum corruptela, inanire dicunt. Atque cauillatores hi omnes mihi siue medico E ter, siue magno pære impudentes in certamen procedant, ac in eum ueluti in stadio contendant, non uerbis, neque prolixis nugis, sed operibus, ad quæ ipsos hac in populosissima urbe pronoco, in qua quod uerbi pene inueneri morbo regio & aqua inter cutem laborantes inueniri possunt: siquidem mihi de his primum sermonem facere satis erit. Ducat aliquis ad me quempiam sine febre, cui in uniuersum corpus amara bilis redundarit, spectetque post aliquot dies cum hominem præparauero, mihi que iam tempus instare uisum fuerit exhibendi medicamenti alicuius, quod bilem expurget, quo pacto naturalem corporis habitum eiusmodi porione ipsi restituat, etiam si nondum extrinsecus quicquam admouero. Hæc ipse non semel, si uis, sed sepe admodum, semideprauatis quibusdam ostendens, multos ad meliora reuocauit. Neque tamen in eam sententiam hæc dico: ut te pessime cauillator reffibus fidem adhibere uelim spectes ipse, cum uolueris, unica ex purgatione morbo regio laborantem pristinum colorem accipere, cumque hoc factum uideris, audebis lepidum caput in coronis hominum præconis instar, uocem at tollere, ac discipulis tuis prolixas nugas, quales sepe deblatterasti, intonare. Nō detrahi quippiam certi ab ullo purgante medicamento: uerum quicquid in uenis repertum fuerit, qualecunque sit, in id mutari, in quod uirtus medicamenti ipsius conuertere sua pte natura ualet. Atque hic qui nunc est arquato morbo liberatus, non bileeducta, sed euacuatione tantum facta conualuit. Videre itaque quo pacto F alium ego ita affectum uel secta uena, uel data porione iunabo. Hæc cum asseueres ipse deinceps mihi e duobus arquatis uni sanguinem mitte, alteri porionem aliquam portige ex his, quæ ceteri omnes nigram bilem euacuare, tu uero non euacuare sed gignere iudicas. Atque si agrotum subleuabis, aut pallorem de cute eijcies, me tibi omni supplicio deuinctum trado. Sin autem non modo quicquam nō profeceris, sed hominem in extremam perniciem egeris, ad meliores sententias redi, & Hippocratis artem sequare. Ac de morbo regio laborantibus hæcenus: nunc ad aquam inter cutem habentes transitu factō, consideraturus hunc quoque non eodem modo sanguine misso, & medicamento, quod aquam de trahit, exhibitō affici. Nam si non monstrauero aquam aqualiculo comprehensam medicamento euacuari, tum antiquam opinionem condemnes licet, quæ non gigni, ut tu putas, medicamento, sed e corpore trahi eiusmodi humorem affirmat, ac de nobis tuo modo dezerne. Sed profecto si, quod nigræ, aut flauæ bilem educit, dederis, uentris tumorem nequaquam minues, atque ita ut singulum quodque medicamentum propriam quendam humorem e corpore trahat appareat. Tu uero si omnes eodem modo immutari persuasum habes, & medicamenti opus euacuare solum, non purgare credis, ueniam adaperias licet. Hæc si quis apud Indos scribendo alium increparet, difficile esset ipsum redarguere: nunc autem cum singulo quoque die a uobis is conspiciatur, atque ad ipsum factorum argumentum pronocet G nescio cur blatterare non erubescatis. Nolo autem nunc commemorare, ut ipse quamplurimos regio morbo laborantes unica porione flauæ bile detracta liberarim: multorum enim hæc de re testimonium extat. Quod si impudentissimi isti cauillatores uniuerso populo non credere se fingunt, rē ipsi quories uoluerint, intueantur.

*Responsio cuiusdam consuetudo, quæ primo tenuia, deinde crassiora trahi concedebat.*

Cap. 3.

Sed quid ego dico, ut neantur? Ostendi enim iam sæpenumero hoc ipsis, ac nescio quem memini tales nugæ respondisse, non unum aliquod humoris genus sed pariter omnes medicamento trahi, ac ueluti ab emulgente elici. Ex humoribus autem tenuissimos primum, deinde corpulentos magis, ultimo crassissimos etiam extrahi. Medicamentum itaque cuius uis celeriter euanescit, aquosa deijcere, cui amplius durat flauam bilem educere, & nigram, quæcunque ambobus robustiora fuerint. Hunc sodales cum sapienter respondisse iudicassent, ac clamauerunt. At ille tōncitato gressu me relicto discessit, probe noscens, opinor, si mansisset, se a uobis confutatū iri. Postero autem die libellum, in quo tam temeraria responsio reflexerat, eius assēctis porrexi. Neque postea ipsis etiam tāta in existimatione amplius F fuit, cum nostras obiectiones diluere nesciret. Erant autem hæc eo in libro scripta. Hæc tu quidem disceptationem subterfugisti similis pugili, qui antea quam luctetur, coronam rapit & aufugit: hodie nero quin redarguaris subterfugere non poteris. Consequetur enim te libellus iste qui in manus tuorum sodalium incidit. Neque enim minus cum illis quam tecum sermonem instituit. Qui nunquam autem te ulla in re proforsu attrahentem facultatem concedere audierant, & hari quæcunque in uenis continetur indifferenter medicamento trahi consententem audierunt. Par quippe fuit ut non modo dictū hoc tuum non admirarentur uel proforsu laudarent, sed prodidisse etiam causam tuam te existimarent. Nā quo pacto uina & utraque bilis in sua loca descendant, aliaque permulta in corpore fiant, longo sermone frequenter exponitis, quid uis potius concedentes quam unumquodque corporis membrū facultatem quandam a natura insitam habere, quæ sibi conuenientia adducit atque rapit. Nunc autem non modo quorundam, sed indifferere omnium attractionem esse dicis. Quod profecto longe maius est, quam certa quædam atrahi concedere. Siquidem ut facultas quædam animantibus inest, quæ aliena a se repellunt, sic aliam quæ sibi conuenientia trahunt, unicuique corpori inesse probabile omnibus uidetur, nondum hanc uelstram sapientiam edōctis: at omnia siue cognata, siue contraria quippiam ex æquo ad se trahere, rationem nullam proforsu habere, atque ita non solum attrahentē uim concessis es,

A es, uerum etiam, quod multo deterius est, non aliqua solum, sed omnia indifferere trahi fateris, idcirco- que mihi non tam a tuis discipulis extollendus quam explodendus uideris. Ceterum purgantibus medicamento manu te nunquam admouisse, ac uulgarem quendam, medicinæque imperitum esse paucis monstraturum me confido. Quæcunque nigram bilem purgant, statim a principio eā educunt: differunt tamen inter se purgationes eo, quod liquidiora primum, deinde corpulenta magis semper euoluunt. Idem in euacuantibus pituitam, & flauam bilem euenit. Trahunt namque medicamenta omnia in primis quidē sibi obnoxia liquidiora, deinde crassiora etiam, non tamen, ut tu putas, primam matellam quispiam aquosis replet excrementis, secundam flauam etiam, non tamen, ut tu putas, primam matellam nigram bilem egerit. Quæ de re patet medicamentum ante omnia suum quodque humorem elicere, quæ comitantur aquosa excrementa in matellis supernatantia. Hoc autem tibi nunc spectare, si nunquam antea, licet aquosa & biliosa plurima, medicamentibus ad id facientibus, purgatos homines emittere, ac nigram bilem deijcientibus, simul omnia pauca esse. Opotebat autem, si tibi cōstare uis, ab hisce medicamentis quæ atram bilem, expurgant, plura semper educi, pauciora uero ab euacuantibus aquam & bilem detrahi, cum ad fortitudinem & imbecillitatem euacuandi, medicamenta distinxeris. Sic itaque atram bilem euacuantia, quoniam ipsa reliquis fortiora constituiti, quamplurimum euacuabunt, & primum aquosa omnia, deinde bilem, postea pituitam, deueniat atram bilem. Debilia uero medicamenta aquosa tantummodo subtrahere poterunt, quorum tamen cum nihil fieri appareat, sensus ipse tuū sermonem consuat. Libet tamen inter ea te scire, si inter excoindum corpulenta semper ad tenuia consequuntur, cur nigra bilis ante sanguinem exeat, præsertim cum sit eius ueluti sedimentum, qualis in uino fix est.

*Quid exeat medicina, quæ sanguinem primo e uenis trahat.*

Cap. 4.

Sed quæres forsitan & tu, num aliquod medicamentum statim a principio sanguinem educens inuenitur. Inuenitur sane, nec eo quicquam inuento ueretur. Quamobrem, inquires, fortasse? quia hoc iugulare non purgare homines foret. Nam quæ purgant, purgantia passim idcirco nuncupantur, quod sanguinem ab antedictis humoribus purum constituant. Atqui nemo est adeo prudens medicus, ut uniuersum sanguinem euacuare, reliquos autem humores intus omittere uelit. Quare medicamenta quæ per uenas intestinorum & uentris sanguinem deijciunt, uenenis adnumerant. Consentaneum autem erat, si modo quæ doces uera sunt, neque hæc primo sanguinem euocare. Quibus autem uenitibus eiusmodi medicamenta nuncupentur, etiam si constanter icrem, literis commendare nolum. Illud tamē quod in Thracibus Bithyniam incolentibus, me adhuc puero contigit, sine periculo cuiusquam dici potest. Inuenit homo quidam herbam, quam si quis assumpisset, sanguinem primo, tum uitam emittere- bat. Multis itaque hoc pacto morientibus, cum facinus hoc diligenti inquisitione dignum arbitrarentur, herbarium comprehendunt, & ad gentis magistratum ducunt. Is cum non solum hominem necare studeret, sed si quis alius herbam aut didicisset aut docuisset, a nullo se quidem ipsam didicisse ueneficus asseruit. Verum in suburbanum cum aliquando suillum tecur deferret, urgente uentre, super herba quadam tecur deposuisse, quod aliquanto post cum sustulisset, uidisse ex uniuerso tecore sanguineos uiculos ad herbam confluere. Ex hoc coniectura facta corpori sanguinē eā detrahi posse, periculo mox in obuiū quodam facto, ut uerum comperit, quod fore sperarat, ad malos uitis herbam deinceps transtulisse, se tamen alicui alij eam monstrasse negauit. Hæc herbarius ille diu inter quæstiones habitus retulit. Populi uero magistratus, cum plurimam illis in locis nasci hanc herbam ex rei dictis accepisset, uinctis oculis ad supplicium ipsum duci iussit, ne cui inter eundam herbam indicaret. Ex his ergo lepidum caput multa medicamenta eam uim habentia, ut sanguinem a principio statim eliciant, inuenti constat. Reticere autem ipsa melius est, quemadmodum & alia uenena tacent, quicunque ratione aliqua præditi sunt. Quamquam & hæc olim non nulli abunde docuerint, miram quandam rerum diuersarum misturam ostendentes, ac qua uia quodque uenenum conficiatur, scribentes, qui mihi cerebrum nō habuisse uidentur, quemadmodum & uos, si me interrogetis, quæ nam sint sanguinem educentia. Sed ut unde digressa est, eo rursum nostra redeat oratio. Qui humores omnes ex æquo trahi, & primo liquidiora, tum alia excerni asseuerat, propriam causam prodie, cum attrahentem facultatem rebus inesse fateatur, quam eius socij impudenter abnegant. Et si quando dicere cogantur quo pacto bilis & uina in sua receptacula ueniant, quoque modo concoctum alimentum corpus lubeat, & huiusmodi alia, monstrantur: & hisce quæ sensus dictat, contraria statuunt, ueluti paulo ante monstrauimus. Nam si uerū est quod discendum proponunt, quæ educuntur medicamento nigram bilem euacuante, plurima erūt: quæ ab aquo sum excrementum purgante, pauca. At millies, si modo artis opera inspiciet uelis, ostendā tibi perdire ueterator, aquosa purgantibus, plurima nigram bilem euacuantibus, pauca semper excernēta deijci, ac nigram bilem statim inter inima exire.

*Quod purgans medicina non immuet humores in suam naturam, ac totius quæstionis conclusio.*

Cap. 5.

Quæ ergo omnes humores e uenis æquabiliter duci asserit, stolidus tantum & imperitus est: qui uero immutari dicit, consideret ut nullum discrimen faciat inter sanguinem mittere, & bilis medicamento regio morbo laboranti exhibere: & tum aquam inter cutem habenti uenam aperiat, an medicamentū aliquod aquam educens porrigat, quantum id ipso est nihil interesse, tū quomodo

QUINTA CLASSIS.

L 4. hęc



hæc indecora non sint explicet. Irridet ista vulgus minus recte, quoties medicos inter se altercantes E animaduenerit, eosq; loquacitate condemnat, ac si quos mutire quippiam omnino uiderit, uerbis rantsi medicos ipsos appellat. Subiungam nunc id, quod semper asserere consueui, imperitum quoq; hisce cauillatoribus meliorem esse. Nam si nulla alia in re præster, communes saltem animi notiones admittit, quas isti longa consuetudine deprauati negant. Nuper itaque homo quidam minime stultus cum pulsula ipsi toto e corpore subito erupissent ulcerosæ & male coloratæ, medicum adiuit existimans se quamprimum purgatum iri; at eo sanguinis missionem potius iubente, ne desipias inquit, uerisimile si quidem est una cum prauis bona quoq; effluxura. Ceterum qui omnia potius quam uerba Hippocratis uera esse uolunt, communes animi notitias uincendi studio tollunt, tum nobis, ac si dilaniare uellet, insiliunt, atq; ipso rerum euentu postea redarguti condolefcunt. Aequum autem fuerat, ut quemadmodum nos, sustinemus, & docere conamur eos, qui Hippocratem in his, quæ non intelligunt, calumniantur, sic & ipsi rationes contra se factas tolerarent, docentesq; plurimum, si fieri potest, diligenter, aut si id fieri nequit, odio penitus non haberent. Veluti nuper medicus quidam eiusmodi dementia præditus. Is simul atq; nouit me sola purgatione complures a desluuio capillorū liberasse, ilico profectui me odio coepit. Item alius, cum incipiens carcinoma, quosq; elephantes appellant, & depascencia, multaque alia ulcera curatu difficilia sanassem; & alius, quia solis purgationibus oculorum obtenebrationem patientes conualescere feceram: & adhuc alius, propterea quod insanientes, comitiales, melancholicos, & insuper non paucos diutino capitis dolore uexatos purgando tantum liberasse, ut & coxendices & longis doloribus alijs in partibus infestatos, atq; hunc nuper, quem, tanquam colō uexaretur, tribus iam mensibus medici tractauerant in peius quotidie abeuntem. Hunc ego omnia, quæ illi imposuerant abijcere iussi, ac solis purgationibus sanitati restitui. Moliebrem fluxum præterea nobilis cuiusdam Romanæ matronæ ita hæc arte suppressi, ut & multas alias ignobiliores foeminas non solū ab hoc morbo, sed etiam ab alijs uteri ægitudinibus exemi. Quid uero me commemorare opus est, ut nullum remedium sacro igni, *perperit* Græci dicunt, efficacius adhibeatur, quam bilem expurgas? Nullum magis aduersum, quam pituitam educens? Diem hunc totum contererem, si quam admiranda opera purgantibus medicamentis absoluantur, referre uellem: quæ tamen istos ignorare uerisimile est, artem tractandi medicinas expurgantes nunquam edoctos. Nam cum nec quicquam extrare penitus arbitretur, quod purget, quo pacto uel quibus in morbis purgationibus utendum, uel quo modo, intelligent? Hac de causa quamplures sola experientia ducti ægrotantes medicantur. Nostri autem isti sapientes quire rum rationes tractant, non quo aliquid experientia inuenitis addant, sed ut eam subuertant, longe perniciosius his, qui solo usu nullaq; ratione ducuntur, medicam rem exercent. Ceterum horum omnium G principium atq; fons unus est, conceptum aduersus Hippocratem odium, ex quo ceu fonte cum alia multa absurda manant, tum præsens hoc consiliū, uim attrahentem abnegandi; cuius pars, siue species, aut quo quis alio nomine appellare uelit, purgantibus medicamentis facultas est.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM PER GENERA LIBRI SEPTEM,

Ioanne Andernaco interprete: ad uetustissimorum Græcorum codicum fidem diligenter recogniti, & emendati.

ARGUMENTVM LIBRI.

Agit de ratione & usu componendorum medicamentorum, ac recenset emplastra quadam, maxime uero candida, quæ cum ad alia tum ad cicatricem inducendam accommodata sunt. H

Quid in duobus Gal. libris de compositione medicamentorum per genera, qui Roma una cum alijs incendio conflagrarunt, continerentur. Cap. I.



GRIPSI MV S & iam antea commentarium, cuius priores duo libri in publicum sane prodierant: sed cum alijs in apotheca, quæ ad triam sacram est, relicti intercidere, quando Pacis desubrum totum, & ingentes palatij bibliothecæ incendio conflagrarunt. Tunc enim & aliorum complurium, & mei libri, qui in apotheca illa erant sepositi, interierunt, idq; cum amicorum nullus, qui Romæ degebant, priorum duorum exemplaria habere se fateretur. Et flagitantibus itaque familiaribus, ut idem opus de nouo scriberem, operæpretium mihi uisum est prius editorum mentionem facere, ne si quis antea in illos incidere, causam quereret, cur bis de eisdem rebus tractauerim. In illis igitur a primi libri exordio disputationem

Ationem in eos direximus, qui sophistarum modo, compositorum medicaminum pollicita, seu professionem, quantum licuit, abrogare, non nullaque simplicium calumnijs deprimere conabantur: dicentes eos patiter incessentes qui scriptum de illis reliquerunt, alia iecur, alia lienem, alia renes, uel uescicam, uel caput, uel pulmones iuuare. Virum enim (aiunt,) præses quidam eis imperat, quemadmodum in Tragedia:

Abi quidem tu stumina ipsa ad Inachi,  
Thebas at age tu pergitis cadmeias?

Sic in his tu ad hepatis portas, tu ad uescicam, uel renes duos proficiscere? An quod in uentriculum ingestum est, iecur quidem excipit, inde uero per uniuersas corporis partes defertur? At hoc scouima eos, qui hæc cauillantur, tam esse medicamentorum facultatis imperitos arguit, ut a marino lepore pulmonem exulcerari solum ex omnibus corporis particulis ignorent, uescicam solam a cantaridibus, ab alijs renum lapides conteri, ab alijs rursus ex pulmone atque thorace faciles fieri excreationes: quemadmodum ab alijs alia in una quadam particula peculiariter perfici. Atqui uarie hunc sermonem in primo commentariorum iam antea nobis (ut dixi,) conscriptorum libro, sicut rursus in secundo alterum sumus executi, quod alii quidam putarent in compositione simplicium medicamentorum contrarias B inter se potestates omnino corrumpi. Etenim si aquam (inquunt,) feruentissimam cum frigidissima ueraueis, neutra illarum, qualis prius extirrit, permanet, sed tertia quadam ab utraque diuersa generabitur. At hic quoque uanam ipsorum nugacitatem ostendimus, qui ignorent exijs, quæ corpori admodum uentur non nulla pro imaris facultatibus, alia pro acquisitis qualitatibus functionem obire. Quis, u. cicutam aut papauer refrigerandi uim habere dubitat? Quin tu si recalcrafta ea uehementer animalis corpori offeras, non secus ac cauterium, ulcus concitabunt. Quemadmodum rursus, ubi sinapi in frigidæ aere cum aqua tritum, frigidissimo hyemis tempore, repente corpori raro ac imbecilli applices, horrebit nihilominus, quam si niue aut cryballo ipsum contigisses. Sed si id ipsum sinapi longiore temporis spatio corpori nostro admotum fuerit, principio sane exigui caloris sensum præbebit, dein maioris, postea tam euidentis ut igne uiri uideatur. E contrario uero cicutæ & papauer, calida exhibita, tantâ parient refrigerationem, ut stuporem corporibus quamlibet acuto sensu antea præditis inferant. Cum igitur id genus omnia in commentarijs, qui undecim numero sunt, de simplicium medicamentorum facultate definiuerimus, iam ad ipsam disciplinam utilem descendemus, in qua exercitatus, etiam si facultatum, quas polypharmacos Græci nominant, descriptiones minus attuleris, non desiderabis continuo C Ceterum hic liber obiter ostendit & empiricorum medicorum contentionem, qui ad insomnia, fortunam, & calum medicamenta composita prope uniuersa referunt, si paucissima quadam excipias, quæ communi omnium hominum ratione, quam epilogifinum ipsi uocant, inuenisse se dicunt. Quemadmodum, ubi eiusdem facultatis pharmaca inuicem miscuerimus, quæ alia in alio corpore melius aut peius functionem suam obijisse usu ac experimentis didicimus, rationi cõsonum cerè nobis esse uideatur. Empiricorum aliqui dicunt, (non enim omnes) componere plura huiusmodi, ut uel unum ex eis corporis curandi naturæ idoneum inueniatur. Quod in hoc utique recentissimo pharmaco, cui nomen inditum est Cephalicum, quasi capitale dixeris, accidisse serunt, mittis in eo omnibus ijs, quæ uel per se uel in carne implere cognoscuntur. Sed qua ratione ærugo cerato simplici mista medicamen sarcoticum, i. ad gignendam carnem idoneum faciat, cum neutrum ex illis nutriendæ carnis uim habeat, non item exponunt: si quidem ærugo ulceratam carnem erodit, ut potè acre, & calidum medicamentum: ceratum mite quidem est, nec mordax, uerum nouæ carnis loco fordes parit ulceribus. Nos uero diximus in tertio methodi medendi libro, quomodo uidelicet tum hoc, tum alia quæ ex contrariis eodem pacto constant, inuicem commisceantur; dicitur nunc quoque particularis exercitatio, morbi cuiusque apposito exemplo,

D *Quæ præseire conueniat eum, qui medicamenta probe composuitus sit.* Cap. 2.  
Expositum est alibi simplicium medicamentorum uires, nõ solum cuiusque generatim noscendas esse, ut quidam scripserunt, dicentes ea uel calefacere, uel refrigerare, uel siccare, uel humectare: uerum distinctè, membratimque, & ex quo sint ordine singula, uti nos docuimus. Nam non nulla quidem medicamina obliuere prorsus unumquodque prædictorum efficiunt, quædam manifestò, aliqua ualidè, sicut alia absolūtè. Non satis est ergo nouisse pharmacum hoc calefaciendi, aut refrigerandi uirtutem habere, sed quantum habeat, desinere oportet. Calefaciunt enim resinæ omnes, idque sibi commune habent, at tamen maioris minorisque rationem non exiguam in calore sortitæ sunt. Item succi plures non mediocriter ratione ad maius minusque facta differetes, exalfaciunt. Nam si panacis succum cyrenæo & medico conseras, uidebitur tibi hic nihil ceu ad illos esse. At quorsum attruēt sermo nemi ipsorum diuertere longius, cum eorum differentia, quibus in cibo utimur quotidie, possumus meminisse? Anethum igitur, & ruta, cepaque, omnia calefacientia magno inter se uariant discrimine. Quapropter in curarionibus quoque particule admodum refrigeratæ, medicamen quod impensè calefaciat admouebimus: illi uero, quod paululum a naturali habitu recessit, in modico calore præditum: sicut & insigniter refrigeratæ uehementissimè calefaciens adhibebitur. Merito igitur quatuor nos exalfacientium ordines statuimus, separantes è in modicè calidis ea quæ euidenti eiusmodi qualitate præcellunt:

lunt: tum quæ magna, tum quæ uehementi adeo, ut urere uideantur. In singulis autem illis quatuor ordinibus diuersis quædam esse uelut incipientis differentia, nõ nulla desinentis, & ei, quæ post hanc existit, propinqua, alia in medio constituta. Itaque sunt ex ijs, quæ propter caloris uim exulcerant quemadmodum etiam ex illis, quæ [exedentia seu putrefacta latine,] septica græce nominantur, alia simulatq; corpora contigerint, potestatem suam ostendunt: quædam duabus tribusue, aut quatuor horis opus habent: non nulla diem totum, uel etiam post eum noctem, uel maius dein spatium requirunt. Hæc iam ut in calefacientibus, ita quoque in refrigerantibus intelligere eum oportet, qui medicamē aliquod confecturus est. Pari modo & in ijs, quæ humectant exiccantque. Ceterum materia medicaminū quædam a plantis, quædam a metallis, non nulla ab agnatis proueniunt: quas omnes in tractatu de simplicibus medicamentis desinite expressas didicisti. Nam cum familiaribus hic mihi sermo potissimum est, qui precibus me adegerunt, hæc nunc propter librorum interitum demum prescribere. Iam uero ut simplicium medicaminum uniuersorum facultates ad amissim uobis cognoscenda sunt, quo ubiuis corporibus curationem desideratibus idonea ex ijs, quæ adiunt, facile possitis remedia componere, ita etiam omnium præter naturam affectuum differentias tenere expedit, quas primum quidem libro de morbo rum, altero de symptomatum differentijs, tertio post illos, in quo de causis morbos efficiētibus dissero, comprehensas habetis: ad hæc alijs tribus de symptomatum causis, uno insuper meo de plenitudine, nec non de febrium differentia commentario: postremo medendi methodo, in quibus affectiones actionem lædentes didicisti: item curationem harum primam esse, (quemadmodum etiam præseruationem,) causarum eas pauentium. Docti pariter estis, primum curationis scopum a morboris dispositionibus suggeri: ac cum his in patientis particula naturam indicari. Præterea aeris nos ambientis temperamentum, constitutionem, aetatem, tempus, locum, uitæ propositum, & in. i. consuetudines, plures egregij medici inspicunt: de quibus, ubi eorum usus fuerit, aliqua simul & hic nobis dicentur. Hæc itaque in memoria uos omnia sic exprompta habere expedit, si quouis loco medicamentorum, tum simplicium, tum compositorum copiam habere desideratis. Insuper quod ab uno interim aliquo sponte nato medicamine ac simplici morbus curari possit, interim uero compositi usus requiratur: ac quamobrem id agamus, rationem deinceps explicabimus.

Quis compositorum medicaminum usus.

Cap. 3.

SI solis simplicibus medicamentis uniuersos præter naturam affectus curare liceret, nullus utiq; compositi unquam usus foret. At hoc nunc ita comparatum non est, nam sæpe cum corpus aliquatenus calefacere uolumus, simplex nullum, quod præstare id queat, habemus: medicamentum enim curans affectioni, cui adhibetur, proportionem nimirum respondere oportet. Ergo si dispositio sit frigida, quatuor numeris a naturali recedens, curaturum ipsam pharmacum toridem gradibus mediocri symmetron calidius esse oportere quis ignorat? Porro cum interim tale simplex nullum adsit, si duo habeamus, quorum hoc numeris quinque, illud tribus calidius sit, ea si misuerimus, medium efficiemus, quatuor numeris symmetron exuperans. Iam quædam simplicia citra alterius mixturam ne in usu quidem esse possunt, ueluti cum emplastrum pharmacum apponere cuiquam uolumus, quippe simplex nullum ad talem usum idoneum est. Ergo neque bitumen, neque cera, neque resina, sicut neque pix, neque propolis, ac ladanum, multo minus ærugo, & cerussa, uel spuma argenti, uel molybdæna, uel aliud quodpiam metallicum in medicamen, simili modo nec herba sola emplastrum pharmacum efficere possunt. Quare primi emplastrorum auctores non temere ex oleo quoque metallica coquere excogitarunt, quæ lique fieri possint, liquefacere, ac siccas herbas contusas cribratasque eis adijcere. Rursus in alijs affectibus unum medicamentum solum ex ijs, quæ suapte natura proueniunt, usurpamus. Cui tamen non nulla adijcimus, aliquando uirtutem ipsius uehementiam obtundenda, interueni uisauitatis mitiganda gratia, quemadmodum Hippocrates in libro de uictus ratione in morbis acutis hæc uerbis inquit: Si subtransuerso sepro dolor sit, ad clauiculam uero non ascendat, emolliendus est uenter uel nigro ueratro, uel peplyo: ueratro quidem dauicum, uel fœli, uel cuminum, uel anisum, uel aliud quid odoriferum miscendo: peplyo autem silphij succum. Hæc dictione manifesto Hippocrates usum quidam pharmaci purgantem esse ostendit, sed in siuauitatem eius in portu, moramque in uentriculo, condimentum requirere: multa si quidem, quæ bibuntur pharmaca, tam sunt alijmentibus insuauia, ut stomachum subuertant, uomitumque prorsus cieant, quædam licet paululum in uentriculo manere possint, postea tamen euomantur, cum prauas eructationes mouerint. Quemadmodum uero purgantium ceu condimenta sunt eiusmodi medicamina, quorum Hippocrates meminit, ita dolorem leuantium quæ anodyna appellantur Græcis, alia uehementiam mitigant, ut cum papaueris succum, uel hyoscyami semen præbennus, uel mandragoræ radicis corticem. Quare & hic pharmacorum compositionis usus est. Maximus autem in morbis, qui contrarias simul facultates desiderant, uerbi gratia repellendi & digerendi, uel detergendi ac laeuigandi, uel incassandi simul & attenuandi humores: ac ueluti plurimi usus medicamenta, (Græci polychrestorata uocant, & optima,) diuersas in se potestates, ut indicabimus, continent. Verumis quoque medicamentorum compositionis usus est, cum unum aliquod illorum ad multas uentanas teras, uel exitialia pharmaca efficac habere uolumus, quæ usus etiam theriacam, ut uocant, antidoton comparamus, item mithridation, aliasque multas. Sunt porro & alia quædam utilitates minores quid prædictis, at tamen quæ crebro nos ad medicaminum compositionem descendere cogunt, quas uniuersas

hoc

A hoc in opere docebimini. Nunc enim ubi primū emplasti medicaminis & ad plura utilissimi a me confecti mentionem fecero, iam institutum aggrediar.

De emplastro pharmaco dia chalciticos, id est ex chalcitide confectio, quod phœnicinam appellatur.

Cap. 4.

Qua ratione seu industria composuerim emplastrum ex chalcitide, quod a palma quam phœnica Græci uocant, phœnicinam appello, medicamen glutinandis ulceribus, cicatrice obducendis, & phlegmonis curandis accommodum, (ubi liquefactum humidi cerati crassitudinem obtinet) animum exercere, tum permissis Empiricis suam ipsorum fateri incertiam, tum relictis quoque Theisali sectatoribus, qui optima pharmaca a medicis inuenta contrarijs constare facultatibus ignorant. Exercere inquam ingenium, ut eisdem mecum uentes methodis, medicamenta possitis conficere, ac sitis re ipsa persuasi uel ea, quæ a maioribus inuenta sunt, omnia ex ratione componi, nimirum quom Empiricorum incidentia (Græci uocant periprosim) nugatoria sit. Dicenda itaque iam est propositi medicamenti compositionis ratio. Oleum uetus, & adeps digerendi uim obtinent. Chalcitis & palmæ succus repellendi, adstringendique. Ex his igitur pharmacum composui, quo iam complures uti nouistis, ideo quod omnibus sui generis melius esse usu & experientia probatum iudicantur. Ex enim ratio compositionem inuenit, experientia de inuentorum uirtute decernit, ut etiam rationalium methodorum imperitis artificiose confecta fidem faciant. Porro cum modo dictis medicamentis argenti spumam miscui, quæ nihil magni adeo momenti adferre potest, neque repellentibus quod insuit, neque digerentibus, quod iam particulis phlegmone laborantibus infixum est: quippe siccaandi uirtutem habet, sed non ualidam. Quare ipsam ceu aptum medicamen in emplastri compositionem adiunxi: nam cum prædictis incoquitur, donec substantiam quæ non polluat, consequatur. Adipem uero insillum, & quam maxime fieri licet, metulissimum esse continet, tum oleum uetus similiter, quod cum sillis adipe propinquam uirtutem habere quodammodo didicisti: licet adeps paulo maiorem emolliendi calefaciendique uim obtineat. Didicisti quoque uirtute ipsa tenuiorum partium fieri, & digerere promptius: eo que phlegmonis, quæ magnum dolorem inferunt, magis blanda ac mitia esse ipsa recentia: ijs uero, quæ tales non sint, commodiora uetusta. Er quo phlegmone diuturnior, & contumacior, hoc magis uetera profunt, ac lo la curare ualent: modo præterea nihil adstrictæ parti insuat. Quod si quidquam influxerit, mistam esse medicamenti quoque uirtutem oportet, cuiusmodi habet a me compositum pharmacum. Itaque propterea chalcitidem & palmam digerentibus admiscui, non ignarus paucas omnino phlegmonas diuturnas existere, quibus nihil insuat. Nam ob humores in eas confluentes diutina esse solent. Dum autem hæc incipiunt & accrescunt, adstringentium refrigerantiumque medicaminum uirtus præpollere debet: ideoque hoc emplastrum pharmacum adusque humidi cerati spissitudinem liquefactum multis admodum utile redditur: interim uino adiecto, uel aceto, uel aqua il liquefens: non nunquam ex oleo immaturo, uel alio quopiam adstringente, quale est hispanum, & hispanicum: uel ex dulci aliquo astrictio nis experte, uel etiam nequisto. Ego quoque sæpe myrreo & melino, ubi ualidius adstringere res postulat, medicamentum liquefeci. Hæc igitur compositio medicaminis tali symmetria conficitur. Uetusti adipis, quem institores axungiam appellant, sint pondus duo, olei ueteris pondus tria, argenti spumæ tantundem chalcitidis pondus uncia iij. Hæc autem ita coquere oportet. Adipis membranula omnes eximuntur, reliquum contunditur, ut liquari facile possit: mox ad ignem liquefit, deinde per colum de stillatur ut purum fiat, nihilque membranæ habeat, pondus duo prædicta pendens: postea chalcitidis lætigata pondus triens cum olei tribus libris adipi miscetur, his & argenti spumæ pondus tria adijcuntur. Ac omnia ubi simul in mortario coierint, coniunguntur in cacabum, ac rudicula palmæ mouentur. Sufficiet autem tibi ramus unus mausculus, ut solida ligni parte mouendo uraris in modum spathæ dictæ. Vocant enim sic id, quo confecturas mouet, & nos perpicuitatis gratia similiter nominabimus. Quod autem solida rami parti continua est, in orbem purgatum, ac tenellos ramusculos utrinque procedentes abiectos decide, sed cortice prius exuro, ut segmenta iniecta pharmacum succo suo imbuant inficiantque. Igitur statim ab initio spatha utendum est, sed tenuia palmæ segmenta inijcere oportet, ubi medicamentum cerato similem consistentiam habuerit. Nam si a principio ea immittas, succus iniectorum, quem manere uolumus, ex decoctione consumetur. Insuper spathæ, qua medicamentum initio mouetur, pars in cacabo intincta postquam inaruerit, ut proprium succum non amplius seruet, amputa tam reijce, reliqua utere. Hanc rursus, cum medicamento intincta siccata fuerit, simili modo absecaro. Constare autem uobis arbitror, quod palmæ ramum nõ multis diebus ante abscissum arbore esse oportet, quippe temporis intervallo arefcit, & succum amittit. Prædie igitur per hycem auferatur: æstate, uel eodem ipso die, quo cocturus es pharmacum. Vbi autem sic coctum spissitudinem, ut non inquinaet, acquisierit medicamen, ipso uetus emplastro ad ulcera, quæ cicatricem ægre ducunt, dysleputota græce uocantur: ad cruenta ualeat oleo liquefactum: benefacit phlegmonis, podagris, articuloꝝ morbis, bubonibus, phymatis, ambustis, perionibus, tracturis ossium, contusionibus, omnibus deniq; affectibus, quos appellant rheumaticos. Iam uero & multi qui hernias absecant, post manus operâ statim ipsum cum irrigationibus & cataplasmatibus præparatum imponunt. Si uero chalcitidis uncia sex immittantur, quæ est selibra, medicamen ad magna uulnera glutinanda promptius, atque ad ea quæ cicatricem ægre ducunt, efficacius fiet. Sunt quidem in hoc etiam alia eiusdem potentia medicamenta, ipsi

tamen



tamen cum oleo liquefacto magis quam alijs omnibus in rheumaticis affectionibus fidendum est. Cum igitur plurima eiusmodi Romae existerent, nullum tam celebre probatumque fuit. Conducit, ut dixi, & podagricis, & articularum vitio laborantibus quolibet tempore, cum dolores intensi non sunt, qui per fustiones & cataplasmata lenescere postulent. Incipientibus igitur atque augetur etiamnum id genus vitij, liquefactum pharmacum refrigerari sinito, idque in pathomela de radens pilae inijecto, cui uinum superfunditur, quod ut recipiat, manibus ad pilam subigito. Erit autem uinum austerius, acate qui dem mediū, substantia non crassum, sed quam maxime fieri potest, dilucidius. Nam huiusmodi, utpote substantiae tenuioris in altum corpus penetrat: tantisper autem liquefacto medicamini ipsam infundito, manibus conterens, dum excipiat, misceturque, nec humidum adnaret, quod non contrito ac emollito pharmaco mislum sit. Ad haec etiam si non prius refrigeratum medicamentum de radens, liquefacto & adhuc calido uinum superfundum permiscere licet. Itaque in phlegmonon principij uim pulcherrimam ualidiorē esse oportet. In incrementis uero haec non nihil imminuenda, quae digerit uicibus augenda est. Cum autem in statum proprium, seu uigorem phlegmones tumor peruenerit, pares inuicem esse potestates conuenit repellendi & digerendi: nisi quis uehemens dolor pharmacum leniens requirat. Ceterum inclinante phlegmone digerendi uim augetur, ut profus nihil uini eo tempore miscatis. Praeterea dum id liquefit, si quando astrictoriam qualiterem satis excellere uolumus, hispanum oleum, uel hircinum, uel quod omphacinum seu omotribes, (latine immaturum seu crudum appellat,) iniiciendum est. Vbi aequales utraque facultates habere cupias, oleo dulci nec recenti, nec uetusto liquandum est. Si ut digerat experis, uetus oleum, uel cicutinum commode sumitur. Emplasti autem medicaminis in liquefendo huiusmodi fiat symmetria: Oleum paulo copiosius quam medicamentum esto, magisque acate uidelicet, ut libram unam absoluat, medicamenti uero decem uncias iniectis abunde suffecerit. Clarum est autem cuilibet hoc efficacius reddi emplastrum, quo plus medicamenti habuerit: tanto autem magis mitigare ac dolorem tollere, quanto liquidius fuerit ex rosaceo liquefactum. At cerati, quod inungi possit, consistentiam recipit, dum medicaminis pondus in olei selibra liquatum fuerit. Tale uero phlegmonon inclinationibus ex usu est. Item sedis, rectique intestini tumores phlegmonodas sponte abortos omnibus melius iuuat. Ipsum autem tunc liquefactum oportet cum oleo copiosiore, ut per cornu recti foraminis, cui uesica suis alligata sit, immittatur, uel in eiusmodi ulsare cohaeremus. Ad haec frequenter ipsum in his ex rosaceo liquefecimus, cacabo uasi, in quo liquescit, prius subiecto, qui calidam contineat, prunis uero ardentibus incumbat, aut flammam fumo carenti. Iam uero pro superioris symmetria modo liquatum, ut liquidum cerati spissitudinem habeat, & pudendi & podicis ulcera persanat, immo & alia omnia usque ad ulceratos peritiones, & ambusta. Etenim uniuersa statim inflammatione liberat, puraque reddit, & solida implet carne, praesertim ubi plus chalcitidis adiectum fuerit. Insuper nemo ignorat uinum quoque medicamento id effectu admissum esse. Quod si acetum acceperit, ambustis optime facit & statim, & postea quolibet tempore impositum, siue illa iam pustula, siue non habeant. Constat autem, si quis in aqua seruenti uisus fuerit, hanc etiam affectionem, pyricatōnem, id est ambustum igne, nominari. Porro si pharmacum ante imposeris quam phlegmone sit orta, nihil adeo ipsius generationem impedit prohibetque. Quapropter, ut dictum est, non nulli qui hernias secant, statim eo utuntur, neque prius uulnere madefacto. Ad haec contusionibus, fracturis, & quae libuscunquē plegis, si liquidum imponitur, accommodatissimum est remedium. Ligamentis autem circumdatam fasciarum inter quibus ruptae deligantur, caragmaticas Graeci uocant, oedemata omnia & inflationes mirifice iuuat. Cum malo succo corpus abundat, uel admodum sentiens est, quamprimum contusis & percussis partibus illud impones, hyoscyamus recens adijcitur, qui si non est recens propter anni tempus aut locum, nihilo magis ipsum desiderabis, si adungas cum qui per astatem repositus est, qualis etiam singulis annis ex Creta uobis Romam apponatur. Hoc magis adhuc dolori sedando opportunum, id est anodynon medicamen succus mandragorae mistus efficiet. Non autem uos laeret & hunc a Creta optimum fistilibus poculis afferri, cuius unciam unam librae olei emplastrum liquefactum miscere sufficit. Atque interim amplius, interim minus impones, prout dispositio postulat. Conducit autem in eiusmodi corporibus & pharmacum ex rosaceo liquefactum esse. Ceterum ex casu contusis partibus, uel ligno ac lapide percussis, et si ecchymosis quaedam contigerit, protinus ab initio medicamen liquatum imponi oportet, uino, ut docui, misto. Quod uinum die tertio, aut certe quarto, si particula inflammatione careat, auferri oportet, oleo autem ueteri emplastrum liquare. Nam si plus adstringantur ecchymomata, uix queant per halitum digerit. Hoc medicamento etiam inter aduersus erysipelata, praesertim phlegmonodis, & adhuc longe magis ad phlegmonas erysipelatos. Principio igitur impono ipsum liquatum ex rosaceo, quod oleo omotribes, id est erudo & salis experie conficit. Tale enim erysipelatis est accommodatissimum. Ita iam liquefacto solani succus in mortario miscetur, qui totus per totum accurate subigatur excipiatque: qui si non adest, psyllij: si aestas fuerit, etiam uuae acerbae cum portulacae, uel semperuini succo. Etenim uuae acerbae liquor per se plus quam oportet adstringit. Tanta autem astrictio erysipelata promouet, ut quae calorem ipsorum curam densando includat. Rursus portulacae succus, neque is solus praesentore potest exprimi. Opunum igitur est qui ex uua acerbis prius uinosa exprimitur, portulacae in pila committere, & sic iterum contundere, deinde ubi ex ambobus mistum exacte unitam fuerit, liquorem elicere. Simili modo etiam semper uini

A uini succum exprimes. Nam scortum neque ex hoc, quemadmodum neque ex coryledone succum copiosum exprimere quisquam potest. At mandragorae pomorum maturitate uigentium succum recens adiectus magis aptum medicamen efficiet, quae si tempus non admittat, illius quae a Creta, uel alio quopiam loco aduehatur, miscere non dubitabis, quin & hyoscyami succum miscere ei consueuimus, interim meconium, qui papaueris succus appellatur. Satius autem est unam cum hoc & glaucij quippiam superindere. At his multo imbecillior, sed acquisitu facilis lactuca succus est, cum agrestis, tum hortensis, quam uniuersi Graeci huius tempestatis non thridacinen, sed thridaca nominant, agrestem solum thridacinen appellantes. His rursus serenos, polygoni, trifolij, & auriculae muris succi minus ad refrigerandum efficaces sunt, quamquam & ipsi refrigerant: Sed euidentius lenticula palustribus locis proueniens. Horum omnium penuria, misceris acetum & aquam. Porro medicamenta haec uniuersa asceritias qualitates frigiditas habeant, uasis uidelicet aquae admodum frigidae, aut uini inuiscensibus: at qui ipsum quoque Phoenicium medicamentum simili modo refrigeratum erysipelatis aduocatur donec uehemens ipsorum ardor sublidat. Liquet autem subinde ea, quae aduentitia qualitate frigida erysipelatos affectibus succurrunt, immutanda esse, maxime ubi exactum erysipelas circa phlegmonem fuerit. Postea uero acris illa inflammatio quieuerit, aut nec perfectum plane erysipelas affixerit, sed uel erysipelatos phlegmone, uel phlegmonodes erysipelas, non adhuc externum frigus admoliamur, uerum a succis etiam in parte frigidis abstinebimus, eos medicamini liquefacto miscentes, qui mediocriter refrigerant. Atque ab his iam & lini seminis & chamamelis succum miscemus, ex eoque solo postea medicamine liquato utemur, nihil aliud praeterea immittentes. At si quando liquidum ex refrigerantium in erysipelas euaserit, non tale amplius erysipelas appellandum est, sed tunc abstineri non a uini mistura modo, sed rosaceo quoque & adstringentium oleorum oportet. Nam solum Phoenicium ueteri oleo liquefactum, quod liuorem contraxit, per halitum discutere potest: & tunc affectae partes aqua calida fouentur, & scarificantur. Vobis si fuerit usum hoc interdum facere, protinus Phoenicium liquefactum humidum medicamen, cui uinum adiectum sit, imponere conuenit, altero die uinum auferendum. Quod si iam plus impendio erysipelas refrigeratum ab immodice refrigerantibus medicis acceperimus, ut iam quoque nigricet, perfusione & scarificatione magis utemur, atque citra haec calcis uina quippiam liquido pharmaco immittemus. Si uero laborantes teneri sunt, lotam ipsam usurpabimus. Tunc prodest etiam succus coriandri pharmaco inditus, qui sane & cum cerato rosaceo iuuat non mediocriter. Ad haec sane similesque affectus alia pleraque medicamenta sequenti sermone dicentur, quaedam pari uirtute cum Phoenicino, nonnulla etiam efficaciae praedita. Aduersus autem rheumatismum, id est fluxio cum uicia, omnium optimum hoc medicamentum est, ac spe maiora frequenter praestitit. Cum itaque femur aliquando prope inguen eruda phlegmone totum id affligente suppurasset, crura ita nobis figurabatur, ut sanies ad inguen confluere. Facto autem ulcere, dum hoc longiore interuallo contingeret, fluxio quae in femur decubuerat, euacuata est: sed fistulosa quaedam dispositio sub femoris rotis cure orta est, ut ipsam iuxta patellam, quae genu pars epigonatis Graecis dicitur, diuidere cogitarem, quo sanari utrinque liber esset exitus, medicamentis autem liquidis inditus largius pertranseundi uia promptior. Vbi autem femur soluissem postero die, quo incidere ipsum decreueram, inuenta sunt omnia \* concocta, arida, madorisque expertia. Nemo igitur non nouit, quod rationi consentaneum erat & postero die, & sequentibus similiter uel pharmaco, quandoquidem particula quoridie coloratior ac omnino sanior quam esset reddebatur. Curato itaque hoc modo adolescente, postea multas rheumaticas affectiones hoc medicamine sanauit, quae quidem osculum simplex haberent, sed ut glutinari non possent, & fistulosum intus esset. Non uero ab ipsius pharmaci usu desistendum est, etiam si multis diebus euidens nullum praesidium afferre uideatur, ut quod postea uno interim die simul uniuersam utilitatem maximam ostendat. Quare bono animo hoc semper in rheumaticis affectionibus utamini, in tenera quidem carnis homine, uel puero aliquo, uel muliere, post praedictam symmetriam quatuor uncias chalcitidis immittentes: in ualido ac duro corpore, ex proportione, uel unciam unam uel duas apponentes, ut quinq; uel sex chalcitidis unciae sint, tres librae utriusque, nempe olei ueteris, & argenti spumae, uel uetusti adipis, quem in stitoris axungiam appellare diximus. Diluatur autem in rheumatismum uicij oleo dulci nec nouo nec ueteri, assumatque uinum austerrim aetatis mediae. Hoc pharmacum coarctum si alteram adimas, nihil faciet praedictorum. Nam neque ex adstringentibus solum, sine laxantibus ad rheumaticos affectus praclarum quidquam perficit, uel certe ad phlegmonas incipientes & augetur, (neque enim leniendi uim obtinebit;) neque ex solis relaxantibus discussorium, siue astrictione confectum, quae indurata habent emolliere. Porro laxabit perfecte, & mediocriter emolliet, si non admodum uetus oleum & adipem receperit. Quod itaque Mnaseus pharmacum condidit, aequalia inuicem continet tum oleum, tum argenti spumam, tum adipem, sed maxime phlegmonis incipientibus increfcentibusque est contrarium. Habet & nostrum uidelicet hoc pharmacum eadem omnia, quae Mnasei, & argenti spumam, & adipem, & oleum: uerum si nihil ex ijs, quae adstringunt acceperit, particulas effeminat, & robur earum dissoluit, ob quod etiam fluxioni sunt obnoxia. Didicistis enim non semper ob calorem immodicum, ut quidam arbitrantur, corporis particulas fluxionibus laborare, sed hoc quidem ipsis raro accidere, ab imbecillitate uero illarum id genus uitij progigni, quae ut plurimum

\* meminerunt  
ne quid hoc  
libro appli-  
catis, non uul-  
nera lapsa uer-  
unt.



ex intemperie frigida proficiscitur. Itaque si humectet eas quispiam calefaciatque medicamentis laxantibus, dissoluta prorsus & infirma sunt. Rursus si tumores in rheumaticis affectionibus fortiter adstringas, initio quidem proficere uidebitur, ceterum quod restat, contumax & scirrhusum faciet: nam magna ex parte tales affectus ne quidem ferunt nimis adstringentium impositionem, ut qui illis & dolore & tensione molestantur. At qui omnis dolor inflammata exacuit, irritatque, & fluxionibus occasionem præbet, quamuis rheumatica intemperie æger non afficiatur. Sed mihi nihil est Thessalum medicæ artis operum inexpertum, & qui affectiones ratione inuenire nequeat, omnem phlegmonarum curationem ignorare. Vobis autem, qui crebro tum Phœnicini huius, tum aliorum medicamentorum quæ contrarijs constant viribus, euidentissima in multis morbis auxilia uideritis, conandum est ipsis quoque, ubi iam composita interim desiderantur, eadem methodo ex illis, quæcunque regio præbet, conficere: cum phlegmonem suspicamini futuram, uel inceperit modo, quæ magis adstringunt: in augmento ipso, quæ minus: in statu & inclinatione, quæ magis relaxat & digerunt. Semper tamen utraq; miscetur & repellendi & discutiendi facultas, nisi quando fluxio prorsus confluxerit, & corpus uacuum fuerit, tunc ad digerentem, sicut in primis incurtibus ad repulsoiam uirtutem, cura est accessio.

*De emplastro quæ ex argenti spuma præparatur.*

Cap. 5.

Quoniam in emplastro mei Phœnicini confectura adipem uerustam, & oleum digerendi potestatem habet, dixi, chalcitidem uero & palmam colligendi, repellendique, hæc autem medicamen-  
 emplastrum sine argenti spuma præparare non possunt: ob id uisum mihi est de ipsius spumæ argenti usu deinceps uerba facere. Si quidem Phœnicini uiribus nec tam obesse quiddam, nec conducere, sed materiam ad emplastrum compositionem tantum idoneam rationem obtinere putandum est. Non absurdum itaque mihi apparet, si de eiusmodi medicamentis, exempli gratia de spuma argenti disputationem instituerem. Sunt non pauca quæ potestatem aut nullam aut exiguam admodum pharmaco, quod præparatur, simul afferunt, commoditatem uero materiam præbent, ut uel emplastrum, uel cerati speciem referat. Neque enim argenti spuma manifesto calida est, sicut nec frigida, nec humida, sed exiguam sic candi habet uirtutem in primo abscissu ab his, quæ ad amissim media sunt inter humida & sicca. Non tamen uis eius est obstruere, sicut nec aperire, item nec abstergere: quæ admodum nec inquinare uidentur, sed paulum a medijs ad crassius quodammodo recessit. Verum hoc quoque ex diuturna coctione deponit sua per ignis potentiam, & alterata. Porro sola per se cruda femorum attritus ex itinere iuuat, quo etiam parum exiccare cognoscitur. At neque acrem uel dulcem, neque acidam uel amaram, uel austeram, uel acerbam, uel omnino adstringentem facultatem ipsam habere gustus abinde testis est. Quemadmodum etiam ulcera nec ab ea derodi, nec calefieri, nec refrigerari, nec purgari, nec carne impleti, nec cum caro supercreuerit, tolli percipimus. Licet itaque nobis in uarium usum administrare argenti spumam, interim ex oleo & aqua coctionem eius ad usque emplastrum spissitudinem mollientibus, interdum ex oleo & aceto, aliquando ex oleo, & uino. Porro in quibuscumque istorum coquat, melius id medicamenti redditur, quod magis coctum fuerit, quod liquidiorum, quæ miscentur, copia continget. Est enim exiis pharmacis, quæ liquefieri possunt, etiam spuma argenti, dum tota funditur, sicut resina & cera, sed non statim ubi ignem contigerit. Unde multis imponit, qui nullo modo ipsam fundi existimant. Igitur si cum oxelæo coquat, liquefit citius, perinde ac cum æruginæ, quæ & ipsa fundi natura solet, uti chalcitis quoque & misy. Ipsorum itaque uelutime chalcitis funditur, tardius uero argenti spuma. At in horum medio sunt ærugo & misy, funditur & fori, sed longiore temporis intervallo, ut quod terrestre magis & faxura sit quam chalcitis & misy, sed de his iterum dicetur. Argenti autem spumam per oxelæum coquens occlus liquefacies, per hydrelæum tardius, tamen funditur sic quoque, si duplum eius sit uterque humor. Ego certe plus etiam quam duplum miscui frequenter, ut paulo post exponam. At qui melius est statim ab initio hæc tria in mortario miscere, argenti spumam, aquam, & oleum. Quod si candidum medicamen esse cares, oleum purius lucidiusque inijcitur, atque aquam simili ter puram ac candidam, coquatque in loco sub dno soli exposto, quia nihil aer pharmaco denigrat, sicut magnum ad albedinem adiuuentum adfert, sicut aqua etiam in huiusmodi aere aspersa. Ceterum obseruato, ne coctionem lignis, aut carbonibus peruri incipientibus molliaris. Nam fumis ei facile nigredinem conciliat. Perustis igitur antea carbonibus, eum exacte ardent, tunc coctionem aspiciare. Quod si illam per hos absolui non licuerit, in alio loco simili modo carbonibus præparatis cacabum superponito. Quæ ergo medicaminis candidi faciendi gratia obseruanda sunt, abunde satis indicantur est. Iam uero hoc sit glutinantius, quo plus, ut demonstratum est, liquoris affuerit. Quemadmodum si singulorum utrum pondus libram unam inijcias, firmius adhaerebit. At si argenti spuma non il liquefat, causa est potissimum, cur id facile decidat, sicut diutius adhaeret cum argenti spuma cocta funditur, alteraturque. Candidius sane erit, citiusque coquetur libris duabus aqua in tres utriusque puta spumæ argenti & olei iniectis. Atque hoc in paruis ulceribus uti consueuimus. Medicamenti quod aqua coquitur potestas nota est, si memineris eorum, quæ in commentario de simplicibus medicamentis dicta sunt.

*De emplastro, quod ex argenti spuma & hydrelæo conficitur.*

Cap. 6.

Aqua peculiaris substantia semper humectat & refrigerat. Ascitio autem calore assumpto, donec ipsum perferuat, ex calfacit; frigida facta, refrigerat. Oleum uero si recens sit, pharmaco non reuoluitur,

Al. f. d. 1.  
cap. 7. 3.

ritur, permanet enim humidum & modice frigidum, & quali maxime tenera corpora & uitiosis humoribus obnoxia indigent. Mulieres itaque & pueri, atque ex grandioribus mollem corporis habitum sortiri. (sunt autem hi & candidi cute,) eius generis medicamenta requirunt. Porro coctum ostendimus ex oleo copiosiore & aqua reddi tam glutinosum, ut ne quidem a lotis decidat. Et uero etiam ulceribus, quæ ad cicatricem ueniunt, multis diebus subsequenteribus pharmaco immutare expedit, quo melius & citius ita cicatrix ducatur. Notum est huiusmodi pharmaco pruritus, desquamata, & ut uno uerbo expediam, parua ulcera persanare, in quibus & subliquidum, ut uocant, ceratum, aliaque id genus quædam utiliora sunt ijs, quæ ualidam potestatem obtinent, qualia magnis uulneribus imponimus. De quorum omni uniuersali uirtute in tertio libro de morbis curandis dictum est, in quo generales communesque sermones (uniuersales nuncupant) de quaque ulceris differentiâ tradidi, ostendens quales medicamentorum, quibus illa curabuntur, uires esse conueniat. Sic uero particulares materias recensens, symmetrias miscendorum definiens, & modos, quibus si præparentur, reddantur optima, demonstrans. Ex hydrelæo itaque argenti spuma, sicuti comprehensum est, præparata, emplastrum tactu blandiorem, cuius auxilio, exulceratis partibus ne quid influat, impedit, & iam influxum denuo ad partes circumiacentes retrudit, ut res fiat huiusmodi, qualis cum spongiam aqua frigida humentem particulam cuiuspiam corporis imponimus. Nam illa rugosum contractumque totum locum facit, non tantum repellens quod influit, sed etiam quod in eo continetur, ad uicina elidens. Atque emplastrum modo commemoratum non ex prima facultate, sed per accidens exiccare dicitur. Nam proprie quidem & primario ea quæ digerunt, & temperamenta ad sicciorem statum perducunt, nominantur expellunt: ex accidenti uero etiam ea, quæ frigoris causa, id quod influit, propulsant, quod continetur expellunt. In summa nullum humectans uel primario, uel ex accidenti ulceribus commodum est, ut in tertio methodi mendendi libro demonstrauimus.

*De emplastro, quod ex argenti spuma & oxelæo componitur.*

Cap. 7.

De argenti spuma quæ ex hydrelæo præparatur, etiam hæc sufficiunt. Digrediendum modo est ad eam, quæ oxelæo constat. Itaque mediocriter exiccans medicamentum fit, si utriusque uispe olei & aceti duplo maior portio quam argenti spumæ miscetur. At si uetus quoque oleum sit, adhuc etiam magis exiccatur. Copiosior uero quam duplum sit utriusque mensura, ualentius facit pharmaco. Quapropter fistulas quæ nondum callum durum habent, curat. Ceterum spumæ argenti una pars inijcitur, illorum singulorum duæ. & s. Quinetiam tripla utriusque parte nonnunquam mista, toto die coxi medicamina siccandi potentia hoc pollet, curatque ulcera difficilia, & fistulas, quales dixi, iungit, uulnera cruentioraque, donec ad cicatricem perueniant. Aequum est & alia quædam eius opera commemorare, quæ forsitan ne quidem speraueris, quantum ad materiam humilitatem attinet. Nam cum febris solutio ex parotide suppurata cuida accidisset, parua relicta est fistula, quam post sex menses a principio in agro stro illo, quanta tunc mihi copia aderat, imponendum dedissem: huic cum ex emplastro negotijs medicis occupatus, oblitus sum eius qui pharmaco acceperat, sed post duos certe menses præter animi mei expectationem uenit incolumis. Immittentibus enim nobis nullum pilum per fistulam, ad articuli commissuram usque procedere uidebatur. Non multos post dies, cum alius puer forte fortuna eiusdem cum priore ætatis, eodemque morbo laborans mihi esset ostensus, emplastrum hoc inposui, quo ille pariter integræ sanitati restitutus est. Ab eo tempore plurimos eodæ uitio huius medicamenti uirtute liberaui, tum pueros, tum adolescentes, tum mulieres. Igitur si uos quoque uti eo ad huiusmodi affectus nolueritis, uetustissimum oleum, & acetum quam acerrimum ex uino uidelicet solo confectum inijcitorum, non ut quidam aqua mista ipsum præparant, sed purum sit quammaximè licet, ac pellucidum. Tale si quidem tenuius commodiusque ijs erit, ad quæ ipsum requirimus. Hoc pharmaco etiam musculos induratos subinde curauimus.

*De emplastro, quod ex argenti spuma & anelæo præparatur.*

Cap. 8.

Reliquum est, ut de argenti spuma dicam, quæ ex anelæo componitur, & eandem prædictis symmetriam ac uirtutis excessus pro humorum copia respondentem habet. Etenim æquali portione mista præparauimus, & duplo maiori utriusque liquidi mensuræ quam argenti spumæ, diuidium insuper, ac interdum & triplum addidi. Confeci autem nonnunquam ipsum & hoc modo. Per æstatem sole calido argenti spumam ex uino salerno contrebam singulis diebus quindecim continuis, uinâ rursum, si forte primum euaporarat, insundens. Post dictos dies coctum medicamen, exiccans abunde factum est, quo in rheumaticis quoque affectionibus perinde ac Palmeo, quod phœnicinum appellauimus, usus sum, ex oleo liquefaciens, ut in illo prædictum est. Ac femur iam diu induratum, ciuenteque uulnere eo sanatum, atque ad omnia fuit optimum. Itaque si salernum ad manum non habeas, aliud summo colore uehementer Lesbium, in Mylene paucum, in Eresso & Methymna copiosius meliusque proueniens. Item, quod salerno simile est, Imolite. Est & hoc tenuissimum, perlucidum, solum colore, dulce

dulce mediocriter, nimis, quam odoratum: pores inueteratum hoc usurpare ad quaecunque & salernio Euteris. Est porro & aliud uinum Timolite hinc tum colore, tum substantia simile, uerum neque dulce, neque odoratum. Habet autē uinum quandam adstringendi, sed dulcedine multo inferius est. Hæc itaque ex cocta spuma argenti sunt medicamenta.

*De cruda spuma argenti usu.*

Cap. 9.

**N**on cocta quidem, per se, ut annotauimus, acritus emendat. Ex aceto autem seu uino trita sicca, raque, ulceribus medetur, quæ ob humiditatem uix cicatricem recipiunt. Quod si mordacitatis expertem esse cupis, elota utitur.

*Quomodo lauare oporteat argenti spumam, & reliqua marullica.*

Cap. 10.

**F**acile eluitur, ut quæ statim propter immatam grauitatem liquoribus, in quibus laeuigatur, subsidat: unde rotam mordacitatem in aqua lota exiit, acuti uero sensus corpora parum adeo mordacæ percipiunt, si ex aceto uel uino eluatur. Porro conuenit diligenter toto die contritam, cum liquore per noctem relinquere: postero die mane illum auferre, alium mox superfundere: postea rursus terere simili ter, iterumque sequenti aurora liquorem emittere. Quod faciendum est, donec simul cum humore argenti spumæ uelut tenuissima quedam portio, (achnen hanc Græci uocant) appareat, cumque nihil amplius immat, nihil etiam magis effundendum est. Artamē conterere diebus pluribus, & si nihil ei infuset, idque sole feruenti, satius est. Ita enim accidit, ut medicamentum exiccat ualentius. Porro nouerunt omnes id ætate non solum in argenti spuma, uerum in alijs etiam quæ hoc modo præparantur, fieri commodius. Siquidem cadmia, æris squama, æris ustum: ad hæc item quod uocatur diphryges, cerussa, misy, sori, styximi, & omnes lapides: præterea calx perinde ut argenti spuma ex liquore aliquo prædicto eluuntur, laeuiganturque. Interdum ex marina præparationem ipsorum molior, de quibus in sermone processu rursus agetur. Nunc enim propositum mihi est emplastrum percerere, quæ Græci iunior res medici cum rho Græca litera in ultima syllaba & scribunt, & enunciant. Quemadmodum in Centurio & Melotride facere omnes conseruerunt. Siquidem in his prima nominū posicio uel sine rho facta fuisse a uerbo quidem certum, quod est pungere, Centurio nominato, ultima syllaba rho nou habente: Melotride uero composita ex mela & ore. i. specillo & aure. At cum hoc tempore prope omnes ea cum rho efferant, non peccaueris cum si simili modo, illis pronuncies, præsertim in Centrio. Quippe ostendimus in opere, quod contra illos, qui solococinum committentes corripunt, prodidimus, & ipsos Atticos uirōs ualentem usum & consuetudinem secutos fuisse. Nam alij quoque ante me indicauit Atticorum linguam permultum a proprietate sua decidisse: ac omnes, quorum eloquentiæ laus ac gloria maxima apud Græcos exat, suæ quenque tempestatis morem imitatos fuisse. Et nos itaque cum omnes inueniamus iam medicamentarios libros emplastri nomen cum rho scriptum habere, usum præualem sequemur.

*De medicamentis, quæ ex molybdæna conficiuntur.*

Cap. 11.

**R**elatum a me est superius quoque molybdænam & argenti spumam in eundem fere usum adhiberi. Omnia enim quæ ex argenti spuma componuntur, etiam ex molybdæna fieri possunt: sed facultate inuicem differunt tantum, ut molybdæna substantia crassioris frigidioris que sit: argenti spuma tenuioris, & inter calidam ac frigidam in medice. Ceterum colores medicamentorum, quæ inde præparantur, molybdæna non nihil euariæ, quatenus fusiores ipsos efficit. Quare & alborum emplastrorum, quæ non modo cerussam, sed argenti spumam quoque habent, nullum ex molybdæna constat. Quippe ex huius mixtura color albus emereus redditur. Potestas autem in albo emplastro, quod ex hydræo componitur, melior etiam euadit, præcipue in teneris corporibus, tantum abest ut pereat. Cum discutere quid uolumus, argenti spuma quam molybdæna potior est. Pari modo & in reliquis medicaminibus cunctis, quæ ex argenti spuma compositionis titulum sortita sunt, cum molybdænam adijcimus, color & uirtus tantum immutantur medicaminis, quantum paulo ante indicauimus.

*De emplastro albo, quæ ex argenti spuma & cerussa sunt.*

Cap. 12.

**V**el coloris causa medici cerussam argenti spumæ ad emplastra alba conficienda miscent: uel ut quandam adstringendi, ac refrigerandi tum medicamento concilient. Videntes autem & huiusmodi nigrescere, cum largius coctum fuerit, præsertim lignis, & ijs quoque fortasse humidis, nec in ære puro, mox ab igne tollere coguntur: ob quod ipsum nec aquam copiosam, nec oleum miscere. Merito igitur resnam ei adiungere excogitant, quo sequax ac sibi continuum fiat, uiscosum quid affluens, maxime cum liquida resina immittitur. At ex tali mixtura deterius efficitur pharmacum, cum mordax quiddam resina repræsentet, quod uero licet nihil admodum generosum: cuius usum maxime ulceribus esse necessarium didicistis. Quædam itaque uel insigniter mordaces sunt resinae, de quibus uel ueris iterum sermo futurus est. Mitissimæ uero duæ inter eas sunt, prima terebinthina, larinx altera nun cupatur. Has igitur miscere satius est, ubi id genus emplastri conficere cogitas. At multo leniora tactu omnia sunt, tum quæ resina constant, si ceræ quid adiectum sit: tum quæ ex cera, si resina non nihil admixtum habeant. Quamobrem cera quoque resina immittenda est, ut autem color emplastri albus sententur, albam ceram esse congruit. Est sane alba, quæ suapte natura prouenit, pontica. Sic enim nominari iam consuevit, licet aliunde ueniat, quod plurima in Ponto alba nascatur, alijs in regionibus paucissima. Ac candida quæ Tyrhenica nominata est, non sponte nascitur, quare nullam euidentem habet acrimoniam.

**A** acrimoniam. Quæ uero suo instinctu proueniunt, nõ nulla acres sunt, quas prius eluere oportet in hunc modum. Liquantur primum ad ignem, deinde in aqua fontis pura demergantur: ubi permouentur, expurganturque. Simili ratione & pix & resina, & quod phlysea dicitur, lauandum est. De quibus iterum exactius commentabimur. In præsentia, quoniam albi emplastri compositionem tradimus, reliqui eorum, quæ præcepta sunt, deinceps perceremus. Postquam ergo cerussa, spumæ quæ argenti coctis prius, usque dum medicamen ad amissum non inficiat, cera simul cum resina fuerit adiecta, candidam iam emplastrum si placet, habebitis: interim aquam injicientes, interim oleum duntaxat: idque nunc recens, nunc uetus. Prius enim iam audiistis, quam uirtutem aqua, & oleum uetus habeat. Nouistis item quod omphacinum oleum, & id quod colitur in Iberia, quæ nunc Hispania dicitur, adstringens quippiam pharmaco adicit. Histricum non modo exiguam adstrictionem, sed amaritudinem quoque refert. Proinde different tantum ex adstringentibus confectura alijs, quæ dulci oleo constant, quanto initio ulceris & sui potiora sunt omnia, quæ non nihil adstringens continent: in medijs, dulcia. Nam in principio medicamenta repellentia profunt ulceribus, ne phlegmone corripici incipiant. Inde quæ magis relaxent, si non phlegmone adsit, transpiratus gratia: quod si affuerit, etiam ob illam, ut citius dissoluatur. Enim uero clarum est de parua phlegmone uerba fieri. Siquidem exigua ulcera, in quibus albis hisce emplastris utitur, magna comitari phlegmone nõ potest, si error nullas accesserit. Ceterum & ulceribus, quæ iam ad cicatricem ueniunt, adstringendi qualiter uilem esse cui obscurum est? Tempus igitur iam postulat medicaminum, quæ emplastrum album utilissimum constituant, symmetriam exponere.

*Pondus emplastri.*

Æqua sit portio utriusque metallici, cerussæ & argenti spumæ: & hæc, si uideatur, esto singulorum pondus libra, olei uero mensura amborum simul pondus absoluat, uel ut Romani dicunt, sint pondus libra duæ, ceræ pondus libra, terebinthina, illius dimidium, hoc est pondus uncia tres. Quod si & thus adijcitas, primum dolori mitigando aptum magis erit, tum parua ulcera, quæ phlegmone infestata, ocys concoquet: sed ad cicatricem ducendam erit imbecillus. Nam carnem supererectentem promouet, quoniam thus carnem generat, ut in tertio quoque libro de morbis curandis legistis. Satius itaque est miscere & aluminis paululum, tum ad cicatricem ducendam, tum alterius causa, quandoquidem laxantia medicamenta plethoricis & uicioso succo obnoxys corporibus adhibita, affectis partibus fluxum concitant. Ex his autem omnibus compositum medicamen tumores præter naturam in molli corpore, qui nec magni adeo, nec dolorifici sunt, discutere poterit, præsertim cum thus abunde assumptum fuerit. Erat itaque in prædictis copiosum thus, si æquale ipsi terebinthina pondus accipiat: in eius dimidium, minorem digerendi tum medicamentum habebit. Magis autem cicatrici ducendæ erit idoneum, quam quod duplo copiosius id receperit. Iam si plenius adhuc digerere cupiatis, etiam piperis albi paululum adijcote, quod ulcerum cicatricem obducendæ nihil obesse potest. Sit igitur aluminis pondus uncia, piperis uero semuncia. Ratio siquidem est, huius tres denarios, aluminis sex miscere. Quoniam uero & alijs præstat alumen quod seipsum nominatur, & colore candidum est, id immittere expedit.

*Album emplastrum ex pipere, ut Attalus Herasque composuerunt.*

Cap. 13.

**I**uat seuum ulcera, & eorum, qui mollem habent cuticulam: denique omne ulcus curat quod & humidius est, & non facile cicatricem admittit. Ad hæc abrasa, quæ apofymata Græci uocant, ut cutis suspensa sit: interim nigrescens in cubito, tibia, & genu: quibus neque caro, sed membrana sola os ambiens subiecta est. Hisce igitur, ut omnia ordine recensent, medicamenti compositio constat: Argenti spumæ, cerussæ, utriusque pondus libra, olei duarum librarum mensura: nuncupatur enim a Romanis æquiuoce ponderalis: ut ita dicam, libra solidorum corporum mensura: mensuralis libra liquidorum: quæ copiosissima in tota urbe ex materia cornea constat. Præter hæc ceræ pondus sex libra, terebinthinae resinae pondus unciam trium, thuris uel dimidio ipsius resinae, uel æquali pondere, aluminis pondus denarium sex, piperis pondus denarium trium. Coctio manifesta est. Initio quidem metallica in sole coquantur, dum plane non inficiat, uel etiam paulo durius fiat: immittuntur autem tunc cera & resina. Deim cum omnia in unum coierint, thus primum, mox alumen & piper addentur. Inijcere autem conuenit cerussam, quam uocant rhodiacam, si emplastrum candidum eximie fieri cupias. Quinctiam in ciuitate Dicearchia olim, nunc Puteolia uocat non nulli, qui cerussam præparant, similem rhodiacæ albam facere consueuerunt. Porro quod in sole conficiendum sit emplastrum, & aqua admiscenda, ut albus simul & magis refrigerans fiat, antea discussum est. At si uis ad cicatricem ducendam commodius ipsum reddere, ab aqua in totum abstincto: olei autem ueteris pondus uncias duas ac dimidiam, immo etiam tres immittito. Hoc medicamentum non ex eorum numero est, quæ a me primo auctore composita sunt, sed iam annis multis ante a rege nostro Pergamenorum Attalo, uero omnigenorum medicaminum studio. Constat ratione prædicta. Ac magis adhuc admiraremur, siquid eiusdem speciei potuisset confici. Meminit eiusdem Heras quoque in medicamentorum libro, quem non nulli nartheca, id est promptuarium medicamentorum inscribunt, alij non dynamen. i. robur uirium, censens oleum uetus attribuent: quæ uero aquæ mensuram, uel dimidiam esse miscendam, Ceterum alia, quæ ad symmetriam nõ indicans, quorū unciam hemina siue pondus, siue mensura constituant. Etenim ponderales uncia grauitatē corporum, mensurales molē decernunt. Cui igitur pharmacum hoc seuum ulcera & tenerum



curare dicit, uerus est: uero omne uelus sanare scribit, amplius quam par est, ei condonat & tribu-  
it. Siquidem humidiora, eoq; minus ad cicatricem uenientia curat, cacoerthes nullum, sicur nec ullu uul-  
nus cruentum. Ille autem & hac omnia promittit, attamen de raris ipsum mederi scribens non falsus e.  
Subinde non tam de raris os, ut curis inde cum subiecta quadam carne dependeret, medicamento im-  
posito cum ipsa coaluisse uidi: & quod hoc maius est, interdum iam nigricant. Rursus aliud quam hoc  
etiam admirabilis, in cubiti gibbero, tibia, & genu, quibus nulla caro, sed os conuestiens membrana,  
uel larus tendo solus subiectus est. Quare ad abrasa optimum hoc medicamentum habueritis, ad sinus  
& abscessus, nec omnium optimum, nec bonitate optimorum secundum. Verum ad mediocres hos af-  
fectus in teneris, mulieribus, pueris, & senibus commendatur. Quare & hic plus, quam oportebat He-  
ras medicamento detulit: multo aut magis, cum laudaret ipsum, scribens ad morsus uniuersos esse reme-  
dio. Cur enim sermone appositum esse uult uniuersos? utrum si etiam ferarum morsus fuerit, an hominum uniuersum  
solum ratum, dicit? Atqui falsum est utrumq;: in feris quidem clarum est, quae enim ab efficacibus phar-  
macis uix curantur, haec nemo ab illo sanari posse dixerit. Quod si de hominibus dicat, & sic oratio in-  
certa indistinctaq; est adeo ut auditores magis offendat, quam iuuat. Itaq; persuasit aliquis cuida medi-  
co, ut emplastrum hoc adolecenti in praeratio digitorum indicis morlo imponeret: qui inde tam male ha-  
buit, ut in periculo esset, ne pars tota morsu coputresceret oborta iam putredine. Vix aut diuturna cu  
ratione glutinatus est. At cum non in neruum, sed carnem lesionem acceperit, nihil mirum est huiusmo-  
di medicamento saluum euasisse. Etenim hominum morsus alijs ulceribus admodum similes sunt, nisi  
quod morsum acceperit, iuuuosis humoribus abundet, aut diutius a cibo abstinerit, aut ira correptus  
sit, ut uniuersum corpus, & etiam dentes bile madaent. Neq; in his tamen eiusmodi quicquam mentione  
dignum medicamen facere uidebitur: atqui ei qui subito fuerit usus, satis erit, si nihil incommodi acce-  
perit prius, quam pharmacum aliquod talibus curandis peculiariter dedicatum morse particula impo-  
nerit, de quibus mox disputabitur. Nunc uero tantum dixisse sufficiet in ijs, quos sine homo quale dixi-  
mus, siue simia, siue canis, siue id genus animantium aliud momorderit.

Attalici secundum Andromachum albi narratio & compositio, quod minus ledit a rabiosis  
morsus, & neruos uulneratos.

Cap. 14.

**A**lba, quae oleo recenti & aqua citra pipereis atque thuris misturam conficiuntur, commoras par-  
tes uehementer offendunt: licet animantis salua quod momorderit, uel pauillum adeo uerus co-  
tineat. At minus illis omnibus Attalicum ledendi naturam obtinet, quod terebinthina, oleum uerus,  
thuris, & piper adiecta sint. Pari etiam modo in neruorum uulneribus reliqua alba magis nocet, sed mul-  
to minor offensa est ex hoc, quod quidem oleum uerus habet, aquam non item. Insuper hoc magis eue-  
niet, si tres uncias thuris integras, & non eius dimidium recipiat. Dicitur siquidem mihi est & antea,  
quod si & hoc pacto praeparemus, in huiusmodi albis alumen pharmaco male congruere. Nam opus  
est hic non adstringentibus, sed abunde extrahentibus, quae in alto neruos punctos affligunt, & uenena-  
tam animalium saluam. Heras hoc emplastrum ex rhodino, uel myrteo, uel myrrhino dilutum mederi  
& ambustis igne tradit: & si longe inferius sit etiam hic pharmacis, quae ambusta commode sanant, de  
quibus ipsis quoque rursus sermonem instituemus. Praestantiora enim in his sunt alia candida, quae ne-  
que thuris, neque resina habent. Quin & haec non parum ab ijs superantur, quae ambustis igne proprie  
auxiliantur, quemadmodum a me compositum eadem sanare dixi, si acetum adungas. Illud siquidem  
nullo non tempore commodum est. Quod autem ex pipere album constat, excoriatus adustioribus cu  
ad cicatricem perueniunt, utile est. Antea, per se nihil conducit: dilutum uero ex oleo myrteo prodest,  
non tamen aequali cum ijs medicamentis uirtute, quae ad ambusta igne proprie faciunt. Heras morsus  
etiam ipsum conuenire scribit. Sed hic quoque distinctione utamur oportet, siquidem in diuis & co-  
ctis difficilibus imbecillius est medicamentum: in mediocribus: maxime in senibus, pueris, mulieribus,  
& ut breuiter dicam, molli carne praeditis abunde sufficit. Insuper uaris aptum est, quemadmodum &  
hoc uere prodidit Heras. At de pustulis quae exanthemata Graecis dicuntur, indistincte pronunciauit. H  
Etenim ex harum numero mediocriter subduras perferat. Quae uero plus caloris, aut phlegmono-  
des quippiam referunt, irritat, praesertim initio. Post commemorata, deinceps in haec uerba Heras  
differuit: Fecit etiam ad duritiam trimessem, quae ex partu profecta erat, ac perspiratu discussit, no in-  
possibilia dicens. At conueniebat ipsum praescribere, cuiusnam durities esset, totiusne uulue, an certis  
folijs, uel orificij, uel cornuum, uel extranei cuiusdam corporis ei incumbentis. Tam uero id ip-  
sum emplastrum impensius, quam natura comparatum sit, laudat aduersus fistulas cum alias omnes,  
tum maxime quae in dactylio, id est podice oriuntur. Sic enim appellauit ipse, cum illud curare adfir-  
maret. Simili modo ad podagram, carbunculos, epinyctidas, condylomata, lepras, uittilignes, fugillata  
propositum emplastrum Heras extollit. Si itaque tanquam meliorum penuria eo usus quispiam medio-  
cre praesidium attulerit, uere praedicat: sin autem ut medicamen ad haec optimum adducit, manifesti me-  
daci arguitur, cum multa alia praestantiora inueniantur. Ceterum post ipsius laudes his uerbis prae-  
cipit. Vtere hoc maxime, quum uelus ab acerbis pharmacis, & ijs quae cruentis inponuntur uulneribus,  
(Graeci uocant enama) soluitur, & phlegmonem recipit: tu in abscessibus qui circa genu sunt. Hic quo-  
que fidei illius erat apponere pro abscessum quidem ratione, tenera carne praeditos, pueros, mulie-  
res, & senes. In ulceribus autem, species eorum adscribere, ut nos faciemus in sermone de malignis ul-  
ceribus.

Tomoderis

¶ Dicitur  
graece, sed for-  
te iurae hinc  
difficilibus ad  
pauendum hoc  
etiam magis  
quadrare uidi-  
tur.

ceribus. Nam istud, de quo nunc loquimur, emplastrum nulli taru cacoerthi seu maligno cicatricem ob-  
ducit. Verum distinguenda sunt ea, quae cicatricem aegre ducunt, a cacoerthibus. Neque enim omnia ca-  
coerthe difficulter cicatricem admittunt. At dicitur sermone procedenti de ipsorum differentia, & me-  
dicaminu quae utriusque sanandis dicata sunt. Quin ex solis metallicis album emplastrum praeparare li-  
cet, ut paulo ante in sola argenti spuma cocta aduonimus. Si enim spuma argenti cerussa commic-  
ratur, deinde olei, & aquae, utriusque duplum miscetur, & coctionem, ut nuper est preceptum, carboni-  
bus antea perustis in aere lucido peragas, cum glutinans, ac tenax, cum album colore medicamentum  
erit: maiore aucti refrigerandi uirtute praeditum, quam quod est ex sola argenti spuma coacta. Quae  
admodum enim molybdana frigidioris crassiorisque natura est, et si argenteae spumae eam admisceas,  
sic etiam cerussa, uel magis adhuc quam molybdana: quod si uerus oleum indatur, non parum lentoris  
& hoc medicamen habiturum est, ne uidelicet a corpore facile decidat, cauenduque fuerit impositu. At-  
qui si emplastrum candidum fieri postulat, oleum quam fieri potest purissimum simul & lucidissimum  
inijcitur: multa enim eius generis non sunt. Mitigans uero ac dolorem sedans erit pharmacu, & ad-  
pis aliquid intererit, ueluti ego facere conueni. Adeps uero asferinus sit, uel huius inopia gallinacens.  
Si neque hunc habemus, suillum inijciamus, non ignari quidem inquam esse asferin ad reliquos emi-  
nentiali: uentes aucti peioribus etiam, si quando optimi copia non conceditur: nam & cum cinnamo-  
mum desiderant, ad cassiam optimam descendimus. Verum in praedicta symmetria adipis pondus dimi-  
dio minus, quam utriusque metallici miscere sufficit: ut argenti spumae & cerussae singularum pars una  
ad sit, olei dupla, & aquae dupla, uel etiam paulo amplior, adipis pars dimidia. Ceterum quomodo dicit  
ijs, qui lance metiuntur, dupla, dimidia, & aequalia, ante paulum ostensum est, dum Romanae librae pon-  
deralis cum mensurali cognominacionem, quam uocant homonymiam seu equiuocationem, interpre-  
taret. Pharmacu hoc uarijs modis praeparari: siquidem quatuor partiu portionem iustis dimidiata adipis,  
interim quoque liquidorum utriusque unam & dimidiam adiunximus. Porro fiet ueluti exemplo sym-  
metria talis, argenti spumae pondo librae, cerussae pondo librae, olei, aquae, utriusque pondo librae. s. postre-  
mo adipis pondo librae. Est eum & pondo trientem adiecerim, sicut & aquae pondo libram integram.  
Quod autem idiora frequenter dicitur solent, & medici ipsis similes, obseruate ne interdum dicatis,  
nempe medicamentum quodlibet generosius fieri, si adiectum hoc fuerit, quodcumque. s. nominaue-  
rint. Non nulli ignorare se facentur, rogantque nos, qualisnam compositio praeparatioque sit optima,  
ignorantes aliam in alio affectu esse commodiorem, simpliciter uero & indefinite ne unam quide opti-  
mam. Huius itaque rei gratia ego simplicium pharmacorum uirtutes accurate pernoscere opera pre-  
tium esse uobis puto. Nam composito probe uti non possitis illorum ignari. Nimirum igitur in propo-  
sito hic albo emplastro recens adeps admixtus medicamentum efficit, quod dolorem magis adeo leuat,  
ut si & inflammatione laboret uelus, inuer ipsum: cicatrice obducenda minus reddet accommodatu.  
Quod citra adipem conficitur, facilius quidem cicatricem inducit, uerum non ex aequo sedat dolore.  
Dicitur quoque est prius, quod aqua admixta euidentius refrigeret, sed oleo uereri, magis discutiat. Ita-  
que qui eam facultatem adsecutus est, ut quo potissimum uelus indigeat, scire possit, is optime & ipse  
componet medicamenta, & iam compositis utetur. Atque ueluti me subinde medicorum, qui me in  
consilium aduocarunt, pharmacis multa curasse; a quibus illi sanitatis spere abiecerant. Optimum  
igitur medicamen dicitur est non sermone simplici, sed inter ea quae hoc aliquid facere pollicentur;  
quemadmodum ego Phoenicianum optimum esse reuli aduersus rheumatica, si eo iuxta praedictas di-  
stinctiones utamur.

De alijs emplastris albis.

Cap. 15.

**A**lba igitur ante commemorata, qua dixi ratione iam olim confecta sunt: post quae alia diuersa me  
dici posteri excogitarunt, quaedam adimenes, addentes, & immutantes: de quibus & ipsis praes-  
tat dicere, ut in uaria medicamentorum compositioe uos exerceamini. Scripsit itaq; Andromachus  
in libro, cui titulum fecit, Virtutes ad exteriora, hisce quodammodo uerbis. Album, quo utor. Argenti  
spumae pondo mina, cerussa tantundem, cereae pars quarta, resinae pars quarta, olei heminae tres, aquae  
heminae duae. Hactenus Andromachus, nec quibus conueniat adscribit, nec coctionis eius mentione  
fecit. Non nulli uiginti uncias minam continere tradunt, quidam sexdecim: atque medicamentu utro-  
que modo praeparari possit, non tamen recte mihi parem modum resinae & cereae inijcere uiderunt: nam At-  
talici compositio melior est, quae ceram resinae duplo copiosiore accipit. Constat autem, si resinae &  
cereae aequalis portio adiecta sit, emplastrum fore glutinantius, non tamen ex aequo suauis, gratumque  
ulceribus, sed acrimoniam habiturum. Quinetiam eo quod indicare uoluit, qualis immitti debeat re-  
sina, parum recte fecit. Nos autem haud ignari esse meliorem per omnia terebinthinam cum colo-  
phoniam, tum eam, quae phryete nominatur, illam inijciemus. At si & laucem habeamus, quid uti  
prohibet, cum sibi inuicem propere modum sint adsimiles? Olei heminae tres, atticae puto ipsum scri-  
bere, aut certe scripsisset libras. Atqui uideretur quispiam, quomodo Romanae degens pro libris hemi-  
nas nominauerit: eius nempe regionis illa sunt nomina, libra, sextarius, uncia. Ex multis pharmacis  
quodam conscriptis, priusquam Romanorum res eo potentia accretissent, conieci quam illi uocaret  
heminae, esse aequalem uncia nouem librae Romanae hodiernae. Nunquid & Andromachus tres hemi-  
nas censet adijciendas, tanquam singulae uncia nouem ualeant? eademque ratioe & aquae duas?  
QVINTA CLASSIS. M 2 Vos



Vos ergo si simplicis cuiusque potestatem cognitam ante habeatis, quomodo documq; preparato uti poteritis ad ea, quae compositionis modus promittit, alijs permittere inquirere, qualisnam confectio sit optima. Omnes enim optima sunt & non optima, quemadmodum nobis prius ostensum est. Postea Andromachus aliud subiungit huiusmodi. *Album aliud.* Argenti spumae pondo denarium centum sexaginta, cerussae pondo denarium ducentorum, cerae pondo denarium quinquaginta, terebinthinae pondo denarium xxiiij. olei heminae dimidium, aquae cyathos .vi. Hoc igitur emplastrum priori plus cerussa, quam argenti spumae habens, candidius euadet, magisque refrigerans quod ad hoc attinet, sed facile decidit, minusque adhærescit, licet xvi. vnc. & duas partes heminae habere statuamus, quæ admodum non nulli aiunt. Iuuat sane ipsum ad hæc terebinthinae mistura, ne friabile fiat pharmacum: quoniam omnino alipes, ut Graeci dicunt, id est pinguis expers, & aridum esset, pauco oleo, & aqua addita. Neque in hoc uero adscripsit Andromachus, uel coctionem, uel quid promittat. *Aliud album.* Aliud post hoc ponit tertium, quod eadem alia omnia cum Attalico ex pipere albo confecto continet. Adiecta autem sunt et hæc duo, orchis herbae pondo denarium octo, struthij pondo vnc. dracuma: aquam uero nequaquam huic pharmaco adiungit, sed thuris pondo denarium xxv. iniiciendum censet, non adscribens ut Heras consuevit. Non nulli autem, xxvi. f. immittunt: olei tamen & hic ille heminas duas imponit, eandem nobis obscuritatem relinquens, cuius supra memini. Accusauerit quis eum uehementer, quod pharmacorum pollicita seu titulum non praefixerit, quippe secundum cum primo & tertio eandem potentiam non obrinet. Herasque sane laudandus est, qui medicamentorum uirtutes adscripsit, utendique uodos, quos Andromachus in emplastris albis profusus omisit, raro ad quid ualeant apponens, quin nec quo pacto coquendum medicamentum sit, indicauit. Attamen nemo forsitan eum accusare possit, quod iam exercitatus in re medica, non idiotis scribat. Verum quod titulum praeterijt, uel uniuersales potestas, non mediocre peccatum est. Quid enim dicet, qui defensionem eius suscepit? forsitan quod peritis simplicium medicaminum uirtutum hæc tradiderit. Atqui illorum nullus Andromachum delatet, cum & ipse simili modo possit componere.

*Album Heras aduersus rabiosos morsus.*

Cap. 16.

**R**ursus ad Heram reuertamur, aliud candidum emplastrum post Attalicum ipsidem hisce uerbis scribentem: Candidum aduersus rabiosorum morsus, facit exacte etiam ad aquam expauescentes rabidi canis morsu, praeseruat enim statim a periculo uulnere impositum: item deuictis ualde carapotiu nucis auellanae magnitudine ex eo dandum est, idque diebus quadraginta. Mutat tamen colorem in splenis, redditurque nigrum, ualet & contra morsus hominum canumque, abrasa, & ulcera, quae cicatricem difficulter admittunt. Tollit etiam sugillata siliqua una, uulnera conglutinat, auferit phymata, & thagadidas. Est & pessus emolliens. Oportet tamen post diem soluere, & nigredinem ulceribus obortam spongia detergere. Idque tantisper faciendum est, donec nigredies amplius nulla appareat. Jam quoque idem cicatricem ducit, & ad omnia bonum est. Hæc praefatus Heras de eadem symmetria emplastrum his uerbis enarrat. *Album.* Cerae albæ ponticae pondo lib. ij. argenti spumae chrysididis pondo libram, cerussae tantundem, myrrhae pondo unc. ij. medullæ ceruinæ tantundem, thuris aromi, id est insecti pondo unciam, olei ueteris sextarium. Hæc sane symmetria eorum est, quæ emplastrum constituunt, coquendi uero modum deinceps ita scripsit: Argenti spuma ex oleo coquitur: ubi sorditum crassitudinem habere uidetur, cera, mox cerussa aspergitur, moueturque. Vnita iam nec polluentia ab igne tolluntur, & medulla inijcitur: postquam refrixerit medicamentum, myrrha & thus miscetur, deinde emollitum, subactumque manibus usui est. In hoc igitur Heras commendandus est, qui non reliquerit nobis, quomodo docunq; habet, emplastrum coquendum, sed ipse apposuerit. Proclit enim erat certissimam cum argenti spuma, ut in albis statim ab initio coquere, & nos id plerumque facere consueuimus, immo & ille ipse in alijs conscripsit. Verum in hoc ipsam secundo inijcere praecipit, non apponens causam, cur id agere praescribit, etiam ostendat non unum coquendi modum in omnibus esse similiter uilem, sed in quibusdam & duos & tres efficere licere, non modo colorem, uerum & facultatem immutantes medicaminum: quemadmodum in hoc nunc proposito cerussam cum argenti spuma coquere noluit, sciens ipsam & exactum candorem ex coctione perdere, & astrictiorem, quam habet cum refrigerandi uirtute, deponere. Forsitan igitur inquit aliquis, e quid cum emplastrum auctor primus, quicumque fuerit, digrens id esse uellet, conatus tamen est cerussam crudam in eo perseverare? Mihi sane uidetur huius gratia ad talem uelisse confecturam, ut medicamentum repulforia quoque uirtutis quippiam habeat, etenim eiusmodi nullam habentia, plethoricis corporibus nequaquam tuta sunt. Vt ergo conueniat & his, cerussam crudam mistam esse uerisimile est. Ceterum neminem laet magna de se propositum medicamentum promittere, inde quod myrrham & ceruinam medullam assumpsit, sicut & alia quoque eadem cum communibus his emplastris continet. Didicimus autem myrrham ualde siccam, tenuemque: admodum partium esse medicamentum: medullam rursus nullo inter ea, quæ mollientia uocantur, inferiorem. De hac facultate, quemadmodum & de alijs omnibus secundis in lib. v. simpl. pharmacorum dictum est. Videtur tamen non usque tantum medicamenti compositor, sed etiam albæ cerae ponticae, quæ uim habet medicamentosanæ, confidere, atque ideo plurimum eius immittere. Ceterum sextarij (hoc est Xessij) Romani Heram meminisse puto: nam apud Athenienses neque mensura, neque nomen hoc erat. Nunc ex quo Romani in imperare obi coeperunt, nomen sextarij apud omnes, quæ Graeca lingua utuntur, nationes

Græcus co-  
dex, quomodo  
hanc scio qui  
recte, habet.  
Sextarij si  
ueteris. i. con-  
decim & u.

**A**nes existit ipsa uero mensura Romanae equalis non est. Quippe alij aliam sextarij mensuram usurpant: Apud Romanos sextarius libram unam, sensu sem, & sextam illius partem pendet, ut omnes simul iunctæ uncia sint uiginti, quas plurimum cornibus metiuntur, incisis extra infens lineis quibusdam orbicularibus. Non nulli falso Romanum sextarium opinati sunt octodecim mensurales uncias capere. Videtur igitur & Heras cum hemina scribit, sextarij dimidium indicare: num uero nouem uncias ex librali cornu, ab decem inuuant, etiamnum ignoratur. Item ad rabiosos morsus aptum sit pharmacum siue bibicum, siue extrinsecus impositum, ratione cognoscere nemini licet. Indicauimus enim tota substantia proprietate eiusmodi medicamenta efficaciam habere, & ob id experientia iudicari. At experiri nunquam ausus sum hoc pharmacum, quam uim in rabidorum moribus ostenderet: quod certo sanans habere medicamentum ex cancri confectum. Cum autem hoc non adest, alia quoque non nullas quæ nunquam prospero successu nos frustrantur. Quare in tam periculoso affectu certis medicaminibus relicta curiosa experientia causa mori salutem prodere graue, & iniquum mihi uidebatur. Quæ quidem de rabiosis moribus hæc quoque dicta sufficiunt. Reliqua uero, quæ Heras de hoc emplastro retulit, ut in Attalico, partim sane uera praedicari, partim impendio magis ab eo extolli dixerim. Optimum enim est pharmacum, ut inter emplastra, quæ sugillatis dictis adiuuentur: inter ea uero, quæ eruenta uulnera glutinant, non in primis & optimis est. Summatim permultos inuenio non modo huius tempestatis medicos, sed etiam ueteres qui libros posteritati reliquerunt, hoc genus emplastra supra ueri fidem extrulisse, de quibus sequenti uolumine ageretur. In praesentiarum ad institutum reuertit, iterum Heras dicta examinabimus. Ait enim phymatis medicamentum illud mederi, nulla distinctione eorum apposita, quæ ego de Phoenicino protuli. Quædam siquidem calida sunt phymata, & cum uehementia quadam exiliunt: quædam frigida siccaque sunt: permulta alia inter hæc consistunt, alia quidem exacte media illorum, quæ diximus, alia a medio in utranque partem paulum inclinant: aliqua plus idem faciunt, non nulla summis uicina, uel a medijs quodammodo & summis pari spatio absunt. Quibus uniuersis emplastrum hoc conuenire non potest, nisi cum in illis quibusdam id uelit liquefacere, ut multi modi fiant, quibus eo utamur, quos explicasse ipsum, sicut in alijs factitauit, oportebat. Proinde par esse puto, ut hunc laudemus ob ea quæ tradidit, Andromachum accusemus. Ceterum de eo, quod emplastrum istud hominum, canumque moribus conferat, eisdem pnta a me rationes audire, quas & de Attalico pronunciaui. Similiter etiam de alijs, quæ pharmacum commendat, quemadmodum illud, ita hoc quoque bonum esse medicamentum dicēs, sed multum ab ijs, quæ optime ad unumquodque illorum faciunt, infectis esse, ut quis eo confidens

**C**eter utatur, ubi optima desint omnia. Hoc autem non paruum est in medicamentis, quemadmodum nec in uictus ratione, & omnibus quæ circa artem uersantur. Ego contempsit quidem id primum, ut neque dignum esse iudicarem Hippocrate, qui adhortatur nos ita omnia artis opera perficere, ut inuent, uel non offendant. Postea uero cognoui magnam uim habere, cum scilicet uiderem non nullos medicos in pharmacis se primum recte gessisse, ut in admirationem sui alios perducerent, eosdem postea in alijs prospero euentu frustratos, ut illi essent. Ideoque semper conatus sum eiusmodi uti praesidijs, quæ an profutura essent, non nunquam sane dubitabam, quod autem nihil afferrent incommodi, certo sciebam. Quæ igitur in Attalico emplastro atque hoc laudauit Heras, non quidem, ut dixi, magna sunt: sed ubi desiderantur, quæ id magnifice efficiant, nemo his utens manifestam lesionem inferret, & si nihil iuuerit. Atqui si quis hoc pharmaco uti uolet in phymatis, ab illis quæ in Phoenicino docui, ipse intelliget, alijs aliter ipsum liquefaciens. Tractabitur autem uberius deinceps & phymatum tota curatio, unde spero uos methodum exactam perfectamque medicaminum, quæ illa iuuare possunt, habitu ros. Vocetur autem uobis emplastrum hoc, Album ad rabiosos morsus, sicut illud quod ex albo constat pipere, Attalicum. Subiungit mox & aliud emplastrum Heras in hanc sententiam. **ALBUM**

**D**po seu brachiali proportionem respondet, ] discussit. Deinde eorum, quæ ipsi immittuntur symmetria, & postea coquendi modum praefatus, ad calcem hæc uerba apponit: Maxime facit ad cacœthe, passentia, contumacia, uniuersaliter ad omne ulcus. Porro cur eorum, quibus constat pharmacum, symmetria tertiam partem recitauerit, compertum non habeo, cum alij integram hoc modo tradiderint. Argenti spumae denarium pondo ducentorum, cerae denarium pondo quinquaginta, olei ueteris heminas. ij. cerussae denarium pondo octoginta, terebinthinae denarium pondo triginta duum, cineris buccinorum unum denarium pondo decem, thuris denarium pondo decem & nouem, & aquae cyathos. xij. Hæc omnia a me prolata pharmaca Heras ad tertiam partem immittit, sic: Argenti spumae denarium pondo sexaginta sex, obolos. iij. cerae denarium pondo sexdecim, obolos. iij. olei ueteris hemina, cerussae denarium pondo uigintifex, obolos. iij. terebinthinae resinae denarium pondo decem, obolos. iij. cineris buccinorum denarium pondo tria, obolos. ij. thuris denarium pondo sex, obolos. duos, aquae cyathos quatuor. Postea coctionem ita subdit: Argenti spumam, & cerussam cum aqua & oleo terito, deinde recepti olla igne non acuto coquito ferrea spatula sedulo mouens, ne adurantur. Vbi semicocta fuerint, eoram immittito, hæc liquefacta, resina & thus, ac tandem coquito, dum aliquatenus non inquinat. Posteaquam bene habere propemodum uidetur, buccinos iniectos reliquo retere concoquito. Cum perfectè coterint, in mortarium demittito, aqua exigua prius subiecta, & subacto utitor. Hoc medicamen-

tum, ut sine morfu discutiatur, preparatum est: quod & cerussa parum ad argenti spumam portionem habeat & cum hac ab initio coctum sit, ualideque excitet ob buccinorum cinerem additum. Nō dissimilis quodammodo facultas est & purpuris & ostreis concrematis. Notum est autem sine carnibus horum animalium testas concretari. Ac Heras quidem unum de facultatibus librum conscripsit. Asclepiades cognomento Pharmacion, decem, præter theriacas & gynecæ: apponens & ipse cuiusque pharmaci titulum in multis etiam coctionis, in quibusdam ostendi modum. Porro Andromachus multas uires collegit, & fere non pauciores ijs, quæ in decem libris Pharmacionis Asclepiadis habentur, tribus ipsas libris comprehendens. Primum pharmaca docet, quæ extrinsecus imponuntur: altero quæ intro assumuntur, & tertio quæ oculis adhibentur. Reprehendere autem ipsum iure possis, ut admonui, quod nec coacturas, nec usus rationem, nec quid promittant, adiecerit.

*Quæ Asclepiades alba scripsit.*

Cap. 17.

**A**D Asclepiadem igitur iam transgressus producimus in medium, quæ ipse alba emplastra ad finem tertij libri exteriorum tradidit. Nam inscribit eorum primam Marcellam, secundam, tertiam, quartam, quintam, ueluti alios interiorum quinque, primum Masonem, secundum, tertium, quartum, & quintum. Verum in tertiam Marcellam ad calcem alba emplastra adscripsit, prioris titulum esse ait, ad ambusta igne, abrasa, cutem teneram, quod emplastrum Acesin, id est medelam nominari dicit. Omnia uero simul quatuor, Argentum spumam, cerussam, oleum, aquam pari pondere incoqui oportere commemorat. Constatque hoc pharmacum fragile & alipes effici, hoc est pinguis expers, ut cuti sine deligatura adherere non possit. Nisi enim ut præfatus sum ante, metallica plenius cocta fuerint, tale emplastrum fieri necesse est. Coquantur largius, dum maiorem liquidorum mensuram in mistura continent. Huic aliud emplastrum Asclepiades subdit, eiusdem quidem tituli, sed non eiusdem coacturas neque enim æquale metallico rum pondus immittit, uerum cerussam argenti spumæ sesquiplam. Quin & seuum uulturnum adijcit, totam symmetriam sic faciens: Cerussæ denarium pondus centum uiginti, argenti spumæ denarium pondus octoginta, adipis uulturni denarium pondus triginta, ceræ denarium pondus uiginti quinque, olei heminas duas. Hoc pharmacum olei parum habet, seu ad metallicorum proportionem, si quis hemina statuat ualere uncias nouem Romanis, quæ in cornibus consuere liberalibus descriptæ sunt. Quoniam uero cerussa in ipso superat, eo que magis adstringens quam superius reddebatur, adipem auctorem admiscuit. Sciens autem bubulum adipem calidiorum esse suillo, & uehementius digerere, cauit perfecti bouis seuum indere. Quippe in omni humanitum genere iuuenilia perfectis humidiorum, minusque calidum adipem habent. Erunt igitur & hæc compositio difficilior quidem, ac simplicis albi emplastri quod ante scripsit, sed nihil utilior.

Ab his tertium aliud profert cicatricem ducens album, ex pari cum argenti spuma pondere, ceræ quarta illorum parte, & terebinthinæ rursus dimidio minore quam in cera. Oleum & aqua fere æqua portione metallicis mensuris utriusque simul indita sunt. Voluit enim medicamentum auctorem cerussæ, & argenti spumæ singulorum pondus denarium centum miscere, ceræ denarium pondus uiginti quinque, terebinthinæ denarium pondus duodecim, olei & aquæ cuiusque heminas duas. Itaque Attalici memores emplastra, quod metallica perinde ac istud continet, sicut etiam oleum simul cum aqua, ceram dupla portione ad eam, quæ in hoc medicamento additur, terebinthinam similiter scietis manifesto, quoniam discrimine medicamentum inter se uariant. Adiectum namque est illis & thus, alumen, ac piper. Quinetiam Asclepiades Attalici illius emplastri commemorat, non uocatis id Attalicum, imo nec piper admiscens. Alia uero omnia pariter ita scripsit ad uerbum. *Album, quod ad Masonem reseruitur, facit & ad duntur na ac difficilia. Argenti, spumæ, cerussæ, cuiusque denarium pondus centum, ceræ denarium pondus quinquaginta, terebinthinæ, thuris, singulorum denarium pondus uiginti quinque, aluminis fisci denarium pondus duodecim, olei heminas duas. Porro ne putetis differre, si drachmas centum alicubi inueniatis loco unius libræ scriptas, sed illud potius considerate utrum qui scripsit centum denarios, dimidium ceræ ipsi miscet, siue huius dimidium terebinthinæ, ut sint ceræ quidem denarij quinquaginta, terebinthinæ uiginti quinque, an aliam quædam symmetriam faciat. Si namque prædicta, nihil referet dicere libræ, & sili-bram, & tres uncias. Si quid libra denarios sex habet ad nonaginta, sili-bræ octo & quadraginta. Sic & huius rursus dimidium, iij. & xx. Quapropter eadem proportio seruatur nulla insigni differentia, siue centum drachmis metallicorum, siue nonaginta sex heminæ duæ olei miscantur. In hoc itaque non uariantur pharmaca, siue libra nominetur, siue denarij centum. Illa uero Asclepiadis scriptum pharmacum ab Attalico emplastro diuisum, quod Attalicum sex quidem drachmas aluminis fisci, piperis uero albi tres habeat. Asclepiadis album piper non habeat, sed duplum pondus fisci aluminis. Porro ualidius adstringere quodammodo, ideoque promptius cicatricem ducere Asclepiadis pharmacum, Attalici magis digerere omnes norunt. Unde, quod dixi & prius, qui rogant, utrum ipsorum præter, medicamentis uti uelint. Et enim ad cicatricem ducendam Asclepiadis, ad digerendum Attalici est melius. In uniuersum meminisse oportet, quod apud Hippocratem scriptum est in libro de Alimento, prauum uidelicet, & non prauum, noxium, & utile relatione ad aliquid dicit. Alia enim ratione pronunciaueris Attalicum hoc emplastro esse præstantius: alia ad multa utilius illud esse. Denique & Asclepiades ipse post hoc modo recitatum, scribens illud ipsum quod ex pipere fit, non uocat Attalicum sed Pamphilion, ignorans opinor primum ipsius inuentorem. Apponit autem nomen utentis,*

† Adhibet antiquis, magis que religerans.

**A**ris, ac unde acceperit, tum quid ualeat, his uerbis præfixit. *Aliud Pamphilion dictum pharmacum accommodatum. Facit ad uetera, uix sanabilia, carbunculos, epinyctidas, ichoras, psoricos affectus, sinus glutinari, facit ad abscessus, condylomata, & fere omnibus utilis est. Constat ipsum tradit ex cerussa, argenti spuma, cera, terebinthina, duabus heminis olei, eodem modo sicut & Heras. Ad hæc item fisco alumine, & albo pipere: aquæ uero non meminit in coactura, sed neque thuris. Quidam non quinque & uiginti, sed dimidium immittunt, quinetiam de aqua: cum enim olei ueteris heminas duas infundi scripsisset, postea aquæ duas uel unam adiecit. Ego & sine aqua medicamentum sæpius præparauit, & ad omnia alia melius fieri apparet, præterquam in teneris corporibus: nam in his aqua præstat adhibere, præsertim cum phlegmone tentantur ulcera. Inde aliud Asclepiades cum superioribus albis emplastris profert, quod rabiosos morsus sanare promittit, quemadmodum & quod apud Heram scriptum est, pollicebatur. Assumit & hoc præter simplex album, quod ex argenti spuma, cerussa, thure, cera condraginta, cerussa denarium pondus triginta, thuris denarium pondus decem, myrrhæ tantundem, medullæ ceruicæ duobus pauciores quam decem, ceræ albæ denarium pondus quinquaginta, olei ueteris sextarium. Primum horum omnium, quæ recitauit, prodidit Asclepiades, quod uocat rhodiacum, cui digereis & curans in mammis duritias, & ex his componitur, argenti spumæ, ceræ ponticæ singulorum pondus, cerussæ, adipis suilli elaborati, cuiusque sili-bræ, hoc est uncias sex, myrrhæ pondus uncias quatuor, onorum tostorum uittellis duobus, olei hemina una & semis. Illud etiam sili-bri benefacere consumat, non apponens quoniam liquefieri nescit, sed nobis coniectandum forsitan relinquens, interrim ex rosaceo uiguento. Interim myrreo, alias ex oleo quopiam liquandum esse.*

*Quomodo candida emplastra componenda sint aduersus ulcera cacothæ, id est maligna, & ea que cicatricem difficulter admittunt.*

Cap. 18.

**Q**uæ dysepulota, id est uix ad cicatricem uenientia, quæ item cacothæ, id est maligna appellatione distinguendum modo est: quia non solum in præsentem dispositionem, sed etiam in futuram, eodem modo præfinitio est futura: Quæ itaque ex humorum confluxu, uel multorum, uel acrium oriuntur, sine eo quod locus affectus huiusmodi iam dispositionem habuerit, ut licet bonum sit quod influit, tamen ipsum corumpat, dysepulota nomino. Quæ uero dictam dispositionem iam obtinent, præcipuo uocabulo cacothæ appello. Nunc igitur, quoniam priores me emplastra quadam alba, ut quæ dysepulotus cicatricem probe obducant, conscripserunt, propterea ego quoque alba scribo emplastra, quæ aduersus dysepulota omnia, & cacothæ non nulla, quæ non prauum admodum habent statum, componantur. Nam in illis denuo medicamenta accommodata dicentur. Primum & hæc methodum dicturus sum, quæ id genus emplastra complura conficere discitis. Duplex porro eius scopus est, alter omnium, quæ ratione componuntur, medicamentorum communis, alter peculiaris, colore ab his differens. Quæ igitur in commentario de simplicibus medicamentis cognouistis, sine ratione quidem ac morfu, ualide tamen adeo exiccantia, hæc in memoriam reducere. Omnino autem conueniebat, præterquam quod non mor dicent uel adstringunt manifesto, etiam detergere posse. Si quidem caua plurima eius generis uelera, tanquam ab exsione humorum malignorum facta apparent, cuiusque rei gratia carne impleri desiderant. Ostendimus autem in tertio therapeutices methodi libro, omnia quæ carnem generant, medicamenta detergendi facultatem habere. Multa etiam alia siccam obtinent uirtutem, huiusmodi ulceribus curandis accommodata. Sed age nunc repetamus ea, quæ aut compositi emplastra candorem uerti possunt, aut non adeo lardere. Hoc ex genere est cadmia, pompholyx, calx, ostrea concremata, purpura, buccina, & sepia pars ossis: parum officit color & æris squama, & ista chalcididis non solum, sed cineritium, uel subalbidum. Quomodo autem huiusmodi res præparanda sit rursus in Theriacæ antidoti sermone dicemus. Porro dictorum quodque si laetur, totam mordicationem amittere, quemadmodum cera, quæ medicamini conficiendo admiscenda est, tum resina. Ceterum quod cera tyrhenica uel pontica dicta ad candidi emplastra præparationem sit idonea, prius explicatum est: resina uero & quæ laryx uocatur, & terebinthina, aduersus ulcera maligniora magis ualent. Thuris quoque partem aliquam indere non ab re fuerit, ut ulcerum maleficorum dispositio coquatur, & ad suppurationem ueniat. At non solum ex prædictis medicamentis in unum quodque lauandum uenit, sed etiam metallica quam maxime in loco soli exposito, cum aqua, uel aceto, uel marina, uel uino lauigare oportet. Pura autem, & candida, & perspicua singula hæc erunt, candoris cuiusdam medicamento conciliandi gratia. De cerussa, oleo, coctionis modo, aere circumfluente, & igne, quomodo quodque eorum ad albedinem aliquid adferat, ante exposuimus. At quemadmodum in alijs, ita in his quoque facultatis aquæ, acetis, marinæ, uini, albiissimi peritum id in compositura miscere conuenit, quod maxime curando morbo profuturum est. Et enim in ulceribus prætumidis ac duris, (ochthode Græci appellant,) quæ oras crassas, & aliosis, multamque attentionem requirentes habent, ex aceto, & marina leuigata, magis, quam quæ per aquam, idonea sunt. In quibus autem acris & mordax est humidum, quod in ulcera, fertur, ex aqua terere potius singula metallica necesse est. Quemadmodum rursus ex uino magis, ubi copiosus humor ulceribus influens apparet. Hæc igitur singula quæ dixi, in unoquoque in nominato humore lauigata diebus pluribus, inieci frequenter pharmacis, quæ ex argenti spuma &

## Gal. de purgantium medica facultate.

cerussa confuit, eaq; expertus sum omnia cicatricem optime ducere. Verum scriptiones quasdam amicis quoq; dedimus qui huiusmodi pharmaca desiderarent, a quibus ipsis quoque in usum ac experientiam producta, quod titulo promittunt, tueri uidebantur. Itaque argenti spuma cum cerussa prius cocta, & medicamento prope ad non inquinantem consistentiam perueniente, iniicienda est laryx, uel terebinthina resina cum cera candida. His pulchre unitis adde metallica, quae huiusmodi symmetriam habent. Argenti spuma & cerussa pro consuetudine singulorum pondus coquatur cum olei libris duabus, frequenter etiam aquae selibra addita. Liquefit enim sic argenti spuma citius, & coctio aqua confuit, ut nihil ad humiditatem pharmaco aperte profuit, resinae pondus tres unciae, cerae duplum sufficit. Quamquam si duas resinae indideritis interim, quatuor cerae, sic quoq; compositiones non adeo differe inueniuntur. Thuris etiam pondus uncia semis satis facit post ceram & resinae iniecta, deinde tres aliorum unciae, quae drachmae quatuor sunt ad uiginti. Impones autem duorum, trium, plurium, ac omnium quae numerasti, quorum singulorum tibi copia contingat: ut si omnia habeas, aequam portionem cuiusque iniicias, cadmia dico, & pompholygis, buccinorum cineris, uel ostreorum, & aris squamae, singulorum denarii sex erunt, qui tres uncias absolunt. Quod si & calcem lotam misceas, singulorum drachmae quinque ponentur. Si uista chalcitidis, singulorum drachmae quatuor, ut ex omnibus sex conuinitis tres unciae fiant. Verum chalcitidis uista sit, elora, & colore cinereo, non qualem multi ex ijs, qui urunt eam, faciunt, ueluti si dicas ex pallido sanam. Si duo quaedam ex his habeas solum, tres uncias ex ambobus pōnito, hoc est utriusque unam ac semissem. Haec in praesentia ad alborum emplastrorum constitutionem ulceribus dyssepuloris curandis cognoscere uobis sufficit. Atque sub humida cerasa candida etiam ex ijs ipsis preparantur, differunt tamen ab emplastris, quod neq; argenti spuma, nec cerussa coquatur: adeps uero uel anserinus, uel gallinaceus, uel suillus, uel uirulinus indatur. Quod si uinum intro rim habeas uel acetum, quae albiissima lucidissimaq; sint, aquae loco ipsa admiscebis.

*Damocrates de albo emplastro.*

Cap. 19.

**Q**uoniam pharmacorum uirtutes metris transcriptae facilius memoria tenentur, & exactam ipsorum symmetriam perseruant, facius mihi uisum est & horum meminisse. Cum itaq; Damocrates praeter alia alba emplastra, etiam candidum scripserit quod commendat, apponam scripturam ipsidem illius uerbis, Iambico trimetro expressis.

Ar cum his habere emplastrum medicis conuenit

Album, efficax aduersus abulsam cutem,

Ambusta, ad ulcera, & per summa corporis

Occasionem citra manifestam aedita.

Ita consistit, cerussae libra sumitur,

Lithargyri trypherae eodem simul modo,

Et portio praeterea librae tertia,

Ceraeque purae ponticae quinque unciae,

Terebinthinae pondus uncia purissimae,

Thurisque mannae, uel thuris quinque unciae,

Candidi olei boni recentis \* selibra,

Aquae superfunderur his sextarius.

Oleum, cerussa, argenti spuma aqua coquitur.

Leni igne, agitatur sedulo rudicula.

Cum tota pulchre deficcata sic aqua,

Et leue medicamentum apparet, candidum,

Et molle, inficiens nec, terebinthina inditur,

Deinde cera succedet, thus postea.

Ab igne cum depones ollulam moue.

Cum mediocriter est refrigeratum pharmacum,

Mortario superfundas, atque excipe

In mulieribus, uel delicatis puerulis,

In senibus, habitu aut prauo iuuenibus simul.

Huic tertiam partem immisceto aluminis,

Quod prodidimus emplastrum non multo antea:

Ac utitur ad omnia recentia uulnera,

Ipsi uero rhodion liquefacto immisceas,

Paulum ac cerae, liparon habebis ac bonum:

Album uinum, parum austerum si affuderis.

Aluminis, cuius meminuit, compositio in quinto huius operis commentario.

## GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER SECVNDVS.

### ARGVMENTVM LIBRI.

Exponuntur emplastra uiridia, Melina, Gilua, ac ceteris coloribus praedita, tum quaedam quoque, quae Cephalica ac catagmatica appellantur.

*Qui auctores scripserint de componendis medicamentis, ac de ratione ipsorum componendorum exemplo medicamenti ex cera, rosacco, & erugine confecti.*

Cap. 1.



**V**M propositum opus hunc quoque cum alijs scopum teneat, ut si quando librum, quo medicaminum, quibus utimur, compositiones scriptas habemus, perdiderimus, ipsi nos perditis similia possimus conficere, necessarium est primum nos in uniuersum formulam quandam uia didicisse, qua propositum inueniamus: deinde per hanc uiam in multis particularibus exerceamur oportet, scientes citra talis studii exercitationem, nullum recte opus perfici. Et uero graue est, quod iam quibusdam accidit medicis duobus mihi cognitis, quorum alter dolore ex raliu scripturum interitu contrabescit uel perire: alter ab operibus medicis destitit. Verum exercitatis, iudicio meo, praeterquam pharmaca utilia componere, etiam a superioribus nobis medicis scriptorum arbitris esse licet, commodeque omnia ea, quae ab illis prodita sunt, usurpare, atque illa, quae ipsi methode inferius posita inuenierint. Melius igitur est experientis iam comprobata sumere eum, qui usus ipsorum rationem didicerit, licet, quod dixi, necessitas frequenter nos cogat, ut uel experientia incomperis ex tempore utamur. Itaque superiore libro quomodo ex argenti spuma sola emplastrum praepares docuimus, interim oleo tantum, interim aceto admisto, uel uino, uel huiusmodi alio: item ex quali ipsorum symmetria emplastrum fieri candidum possit, si probe coctum fuerit. Ceterum ex his emplastris quaedam ducenda cicatrici accommodata fieri uoluerimus, quaedam uulneribus cruentis glutinandis quaedam phlegmonis exiguis curandis, quaedam uulneribus quae cicatricem aegre admittunt, sanandis, si non caeothae sint: quaedam ad tumores praeter naturam, sed non magnos, neq; duros, discutiendos. Scriptum simul in eo est non multo post initium, & emplastrum a me compositum, quod Phoenicium nomino. Praesenti autem hoc libro de uiridibus & melinis, & giluis, & fuscis, & rufis agitur emplastris, quibus etiam adnumerantur quae dichroma, i. coloris ambigui dicuntur. Inter haec alia quaedam sunt medio inter haec nomine, ut ex candido melina, & ex nigro uiridia, & a similitudine sordium rhyode giace appellata, quasi strigmentosa, adde quae aerem imitantur, & coerulea: quaedam uero nomine prorsus carentia. Itaque similia inuicem uiribus deinceps scribere commodum est, ut qui in plura incidit, uel librum legit, id quod optimum corpori, eiusq; curando affectui sit, eligat. At colore similia tradere, eorum est qui similitudinem non artificialem attendunt: uerum quoniam potentes quidam uiri interdum nos iubent emplastrum sibi melinum conficere, quod ulcera glutinet, uel cicatricem ducat, uel indurata emolliat, uel aliud huiusmodi face re possit, coacti sunt non nulli recentiorum medicorum, ubi similia colore seriatim conscriberent, proprias cuiq; professiones apponere. Quamobrem ego mistam quandam disciplinam conabor cingere, a magis artificiosa auspiciatus. Scribo enim prius, quae caua ulcera carne implent, quorum plurima colore uiridia sunt: adnotans, quot ex his glutinantia sint, quotq; in maligna euadentibus medeantur, atq; huiusmodi aliud quiddam possint perficere. Deinde glutinantia non modo recentium ulcerum, sed etiam sinuum: ex his & plura sunt, quae ad usque cicatricem ulcera perducant. Atque horum omnium unam seriem facturus sum, melinorum aliam, barbarorum (ut uocant,) aliam, & fuscorum alia: nec non in reliquis coloribus similiter. Producam in alio quoq; uno libro similitudines absq; coloribus, quae ulcera cicatricem uix admittentia (dicuntur & chironia,) persanant. In alio rursum post istud, quae tum haec, tum alia quaedam curant, quae dicuntur & sunt usus multiplicis, ac post haec omnia, quid quid emplastrorum facultatum reliquum fuit uia ac ratione cognoscendum, percelsere conabor. Haec igitur uice procemij cuiusdam omnium emplastrorum, quae commemorabuntur, communis praefati ad ea, quae hoc libro scripta sunt, digrediemur: oratione quadam generali eis praeposita, tanquam nihil etiam mihi iam praedictum sit. Compositiones medicamentorum complurium laudabilium primus omnium, quos nouerim, Mantias Herophilens scripsit, cuius discipulus factus Heraclides Tarentinus non solum in pharmacorum usu uidetur imitatus illum, sed etiam in ea artis parte, quae uicibus ratione docet. Post quos alii sane quidam non paucis uoluminibus, sicut Maurias & Heraclides: sunt etiam qui uno, aut altero tantum ea conscripserint, quemadmodum Cappadox Heras, qui nec improbatum aliquod medicamentum tradidit, nec confecturas ipsorum omisit, & uniuersos particularium usus recensuit. Permulta pharmaca pluribus libris studiose scripserunt Musa, & Asclepiades, & Crito: uerum Andromachus unico libro medicinalia medicamenta ad exteriora corporis utilia, altero, quae interna curant, memoriae



memoriae prodidit. Item tertio his minore, oculorum remedia. Paucissimis autem ipsorum sum prapa-  
randi modus, cum utendi appositus est: neque uero horum quilibet, nec alius cuiusque pharmaci com-  
ponendi rationem docuit. Ob quod Empirici confidentius, licet absurda pronuntiant, ut qui pharmaco-  
rum compositionis inuentionem ad casum referunt: inde nimirum confidentiae occasione lumentes,  
quod nemo ex dogmaticis medicis confectionis eorum regulam absolute scripserit. Nam cum dogma-  
tici interrogati rationem, qua pharmaca singula composita sunt, quibus utuntur, nihil, quod dicant, ha-  
beant: perditisque illorum scripturionibus ipsi alia componere ex tempore non possunt, & ipsi merito con-  
temnantur, & Empiricis contradicendi maiorem praebent audaciam. Quod si affectus cuiuslibet eorum,  
quos curandos suscipiunt, naturam scirent, methodumque cognoscerent, qua & simplicium singulorum  
medicamina uires, & scopum curationis inuenirent, non utique compositionis rationem ignorarent.  
Vt exempli gratia, canum ulcus aperit, graece aperitaton, (nihil enim mali est, ut quidam uocant, bre-  
uoris disciplinae gratia sic nos quoque nominare.) quomodo quis sanare queat, consideremus: tan-  
quam si nondum aliquid ei curando aptum medicamen inuentum sit. Nam cum docti a ratione fueri-  
mus cauorum ulcerum curationem subministrari, nascente alia carne loco perditae, ex ea uidelicet quae  
subiecta est, cogitauimus fieri non posse hoc, si in ulcere sordes, aut copiosa humiditas insit. Verum sor-  
des medicamina detergentia auferunt, humorem exiccantia discutunt. Conuenit igitur huiusmodi  
pharmacorum materias cognoscere non simpliciter secundum genus, ut Dioscorides aliqui scripsit,  
sed uti nos in commentarijs de simplicibus medicamentis fecimus, non tantum apponentes uel caleface-  
re, uel refrigerare, uel huiusmodi aliquid aliud quoduis medicamentum facere, uerum etiam quod pri-  
ma distantia, uel secunda, uel tertia, uel quarta a medio tale existat. Frequenter etiam quod in horum  
media unaquaque, uel incipiente, uel desinente sit, ut duodecim pharmacorum quae per excellentiam  
quancumque proferuntur, ordines subsistant. Interdum enim uel medio criter calefaciens, uel exiccans:  
interdum quod uehementissime quoduis horum facere possit, requirimus. Qui autem simpliciter pati-  
culam calefactione indigere intelligit, non magis piper & sinapi quam thus accipiet. Haec sane & prius  
ostendimus, diximus uero & in tertio methodi Therapeutices commentario: quasi uero praescientes,  
ea ex demonstratione conuenienti, ad reliqua deducam, hunc praesentis sermonis summo initio. Quo-  
niam ulcera carne implenda, pharmaco exiccante & detergente medio criter sine morbo indigere de-  
monstrauimus, conuenit eiusmodi pharmacorum materiam quam sit in memoriam reducere. Indi-  
cata est autem in libro de simplicium medicamentorum facultatibus, insuper & conueniens singulorum  
ordo expositus est. Hoc etenim, sicut dixi admodum utile est, ut si quando fortiore quis pharmaco opus  
habeat, ad quod digrediat, cognoscat. Verum cum simplex nullum habemus, composito utimur, atque  
primum hinc nos habere ceram & aruginem, aliud nihil; quod cauo ulceri manifeste conducatur.  
thus dico, uim, aristolochiam, fatinam eriorum, radicem panacis, & quaecumque ex hoc sunt genera.  
Cum igitur sciamus ceram sola imposita sordidum ulcus euasurum, ut quod neque detergere, neque exic-  
care possit: arugine autem adiecta morsum & rosionem illatum iri atque phlegmonem excitandam: ho-  
rum sane utrumque deuitabimus: medium autem ex ambobus aliud conueniemus, imbecillius quidem:  
arugine, ualentius autem cera: sed quoniam haec paulo inferior est eo, quod commode queat adijci,  
arugo autem multum praecellit, multae cerae parum aruginis admiscebimus. Quantam ergo quantam  
hoc enim deinceps uenit dicendum, exacte quidem quantitate cuiusque ante experientiam inuenire  
nemo potest, consicere tamen, & iudicare, & componere pharmacum prima potest experientia nullam  
insigniter improspereum successum habiturum, quemadmodum ego aliquando feci in quodam uico, ubi  
cum neque ipse medicamentum, quod me sequeretur, haberem, neque alius ex ijs, qui ibidem agebant,  
copiam mihi facere possent, repperi solum ad compositionem idonea aruginem & ceram, quibus acce-  
pris, & ad ignem cera liquefacta cum oleo rosaceo, ut liquidum ceratum fieret, miscui ceram unciam  
unam aruginis, hoc est duodecimam partem: statuenim decimam, uel duodecimam miscere, suspica-  
tus quidem maiorem, ut acriorem cera futuram: mitiorem, tanquam imbecilliolem. Expertis autem  
nobis compositionem, uise sunt partes & decima & duodecima recte pro corporum differentia com-  
missae. Ostendimus enim, quod etiam usus attestatur, ualida corpora ualidiora sustinere medicamina,  
imbecilliora huiusmodi non ferre. Validiora dico corpora, quae temperamento sicciora sunt, ueluti agri-  
colatum naturam, & uenatorum: imbecilliora, molliora uel natura, uel uictus consuetudine, cuiusmodi  
sunt mulierum, eunuchorum, puerorum, & qui naturali temperamento sunt humidi, candido mollique  
corpore praediti. Dura igitur corpora ex copiosiore arugine cerato admista carnem recipiunt, molliora  
ra ex pauore. Vnde, ut frequenter dictum est, unum pharmacum omnibus nequaquam continere po-  
test corporibus, sed oportet medium esse, ceu ad mediam temperaturam aptatum: duci uero ad utranque  
eius medij partem, dum quotidiano usu & experientia probatur. Si enim quod res postulari effecisse ui-  
deatur, in eo manere conuenit: si paulum deficiat, angere ipsius uires, quemadmodum etiam adimere;  
cum praeter modum efficax fuerit: uelut in ipso hoc proposito pharmaco quod cerato & arugine con-  
stat, considerare prius oportet, ulcusne carne obductum sit an nondum, sed sordidum humoreque sit re-  
fertum: uel praeterquam quod carne impletum non est, mordicationis sensus aliquis laboranti ortus sit  
& calidior, uel rubicundae magis pars ulcerata apparuerit. Si igitur imbecillius uideatur, melle uel aru-  
gine admixtis potentiam eius adaugebis: si ualidius, oleum uel rosaceum miscabis, mollicens pharmacum;

cau-

forte pro  
est. i. med  
eris legedum  
iugis. i. lina  
mento exci-  
piendi.

A quod linamentis excipiendum est. Commode quidem ceratum & arugo sic miscentur, quae admodum  
a me non nunquam esse mista retuli. Confectura autem medicamentis haec est emplastri compo-  
si, (uiride a colore uocant) sanantis quidem & recencia uulnera, quaecumque non magna sunt, sed quod  
ex rhodino simul ad medicamentis pharmaci consistentiam potest liquefieri. Quin & resina, uel colopho-  
nia, & fricta nominata, uel terebinthina non nihil ipsum habere oportet. Ostendimus autem laticem  
uocatum terebinthinae quodammodo esse similem. Porro quauritas earum mixturae & hic coniectura-  
lis est. Si enim plus resinae quam ex usu sit admisceamus, donec manibus subigitur, molle appareat: in  
lincolum uero illitum, paulo post instar pellis durum erit, facile a corpore decidens. Sin minus iusto re-  
sinae cum cera mixtum sit, non habebit hoc quod echecollon, id est glutinans Graecis appellatum, ut di-  
strahendo eo, plurimum extendatur. Liqueat autem si alicui particulae imposueris, fore ut difficulter ag-  
glutinetur, & protinus ab ipsa delabatur. Liqueat autem si alicui particulae imposueris, fore ut difficulter ag-  
ueniens? Siquidem mihi fidem adhibes, par utriusque portio. Nec uero cera, nec resina sicca uetusque  
esto. Optimum siquidem ita amborum mixtionis coagmentum est, si ambo pinguis & mollia assaman-  
tur, si alterum excedat, semper resinam praepollere satius est: quare non nulli uel duplum huius pondus  
cerae admiscunt.

**B** Confectura simplicis emplastri uiridis Andromachi, & uirtus ipsius explicatio. Cap. 2.  
A sane uiride non nulli, sic enim ipsi nominant, ex dupla resinae portione confecerunt: duas qui-  
dem eiusdem libras, unam uero cerae, & binos olei cyathos immiscentes. Aeruginis autem alij  
duas, alij tres uncias huiusmodi cerae & resinae mixtionem immittunt. Sed etiam in preparatione, liquefa-  
ctis, quae liquari possunt, aeruginem inspergunt, quidam ubi refrigerauerint, mox raserint, in mortario  
mixturam moluntur. Porro qui medicamentum ciuentorum ulcerum glutinantius facere statuit, aru-  
ginem in pila prius cum aceto leuigatam iniiciunt, ceratum radentes. Proinde si quis uos roget, quale  
horum uiridum emplastrorum sit praestantissimum, succurrat id, quod identidem a me praedicatur, re-  
spondere omnia esse optima ei, qui affectus, quibus singula offeruntur, cognoscat, sicut & eos ignoran-  
ti omnia pessima. Mei etenim officij est dicere, id exiccare ualentius, quod acutum assumit. Constat au-  
tem, quod plus aeruginis continet, id tum ualidum esse, tum magis exiccans, tum sordida ulcera rectius  
purgare. Terminus ipsius est, ut haec citra morsum efficiat. Nam adeo ualens, ut iam puris ulceribus im-  
positum morsum pariat, nec ea unquam carne relebit, sed alio modo humida sordidaque reddet, sicut il-  
la, quae parum integre siccant detergentque. Iam uero ex acrioribus cauum magis uictis euadit, & rubi-  
cundius calidiusque est, cum aeger etiam ipse morsum eius percipit. Ne igitur quoduis medicamentum  
simpliciter laudate citra dispositionis, in qua commendatur, appositionem, nec in alio quoquam phar-  
maco, nec in ijs, quae modo nobis proponuntur id agendum est. Quos igitur uiridibus ordine suo de-  
scriptis affectus, quibus ea conueniunt, distinguere non piguit, minus peccant quam ijs, qui ne hoc qui-  
dem fecerunt. Qui uero sine distinctionibus ac indefinite scripserunt, cum ad alia transiunt, apponen-  
tes. Aliud uiride, disciplinam reddunt prauiusquam, si modo oportet omnino disciplinam uocare huius-  
modi descriptiones. Igitur Andromachus in libro, quem externorum inscribit, paulo post principium pri-  
mo fusca posuit, mox rufa, deinde nigra, postremo ad uiridia conuersus discipline huiusmodi initium fe-  
cit, praefixo nomine, Viridia, ac quod principem locum habet, scripsit his uerbis. Viride galli. Resinae  
strobilinae denarium pondus trecentum, cerae denarium pondus .c., aruginis rasae denarium pondus .l.  
thuris denarium pondus xxv. aceti, quantum satis est. Conueniebat igitur ipsum non nihil forsitan & de  
confectura dixisse, nam etiam thus simul cum arugine in lauorem redigi aceto affuso uelit, an solam  
aruginem. Vtrunque enim licet, atque in multis compositionibus non nulli hoc, quidam illo modo scripse-  
runt. Verum in hoc mentem eius conijcere possumus, nempe ambo cum aceto uelle conteri, thus puta  
& aruginem, Attamen in quibusdam affectibus medicamento sit utendum, significatum prorsus oportet  
rebat. Nunquid igitur, quoniam ante hoc duo quaedam emplastra scripserat, quorum priori praeposuit,  
ideo uiride istud sine appositione deinceps & malignas; secundo, Ad nomas quo utor, & alia pleraque,  
Ceterum aliud rursus huic subiungens simpliciter dixit: Viride Potamonis. Deinde aliud tertium uiride,  
& quartum quo utor. Ad haec quantum aliud, sextum, septimum, octauum, nonum, decimum, undeci-  
mum, duodecimum, decimumtertium, decimumquartum, decimumquintum, decimumsextum, undeci-  
mum, duodecimum, decimumtertium, decimumquartum, decimumquintum, decimumsextum recen-  
sunt uno duntaxat hoc nomine, Aliud, singulis praeposito, differentia quidem inter se omnia uiribus co-  
memorans, non tamen uniuersa ad putredines, nomas, & gangrenas idonea, quemadmodum ex ipsorum  
materia est cognoscere. Vnde etiam constat pro coloris, non uirium similitudine simul inuicem haec ip-  
sum conscripsisse. Itaque nos cuiusque eorum potestatem exponemus, a simplicium medicamentorum  
natura sumpto principio. Nam hoc longe utilissimum fuerit ijs, qui non solum in uniuersali compo-  
sitionis methodo, ac usum talium medicamentorum cupiant intelligere, sed etiam suo met ipsorum mar-  
te conficere posse, & quae a ueteribus citra distinctionem tradita sunt, qualemnam potestatem habeant,  
dignoscere. Quod igitur primum Andromachus prodidit, inspicimus proponentes considerantesque  
simplicia singula, quibus confectum est. Primum igitur resinae strobilinae in eo meminit, quae ut in com-  
mentarijs de simplicium medicamentorum facultatibus asserui, resinarum longe calidissima est, sicut re-  
rebinthina ambabus qualitatibus omnium moderatissima. Omnes siquidem resinae calefaciunt & exic-  
cant,

cant, sed ha magis, illa minus. Validissima igitur est strobilina, moderatissima, ut dixi, terebinthina. E. Quinetiam siccatur celerrime strobilina, & quod peculiari appellatione pitynon physema dicitur, resina quidem & ipsum genete, ceterum siccans, & calefaciens, & calefaciens, siccando autem a strobilina non superatur, calefaciendo plurimum. Ha ergo exiccata pinguis expertes sunt, ideoque emplastra bene adhaerentia conficere non habent, ut viscosa & liquida. Inter pitynon physema, id est piceam, & strobilinam resinam media calore abietina est, liquida tamen diutius perdurat, sicut etiam colophonia illa, quae thus redolet, & quae non nullis sola uocatur colophonia odoratu sita ueritate quandam referens, sicut abietina & colore medio praedita ut illa: nascitur autem admodum modica, atque ob id pretiosa est. Humidissima tamen omnium est altera laticis appellata differentia, nam haec quoque duplex quodammodo est, una quidem similis in omnibus terebinthinae: altera hac acrior, calidior, magis liquida, & odoratu grauior, & gustu amarior, calidiorque. Porro humida resina quae in continentibus pineam resinam subidet uasis siccilibus, consistentia & colore terebinthinae ad amissimam similis, odore & gustu diuersa, ingratior quidem olfactu, sicut etiam acrior & gustu mordacior. Quare satius est terebinthinam omnibus medicamentis, quae ulcera recte curabunt, admiscere, quoniam primum praecipuusque in eis scopus est, ut id, quod offertur, non mordeat. Igitur ad compositum emplastrum reuertamur, in quo Andromachus strobilinae resinam denarium pondi trecentorum, cerae denarijs centum missis iubet miscere, neque consistentiam, neque uirtutem exaete affectus uel ipse, uel qui id composuit. Neque enim glutinans erit, & acris fiet, auxilium uero ei ad utrumque conuulsi thus admiscens, uerum pro illorum copia paucum adeo, praesertim cum aruginis denarios quinquaginta immitat, octauam partem quadringentorum ex cera resinaque collectorum explentes. Atqui nemo hoc illi uicio ueretur, utpote cui consilium fuerit medicamentum conficere uehementer exiccans, cum & alioquin ipsum carni generanda, ac in medicis glutinandis uulneribus aptum reddere uolenti drachmas quinquaginta misceri recte possint, itaque lenius, ad carnem producendam commodius, ad haerendo pertinacius, & ad multa utilius fieri. Commendanda uero est thus commixtio, quod emplastri coaugmentum iuuat, anodynon enim est, & concoquit. Quare si aqua ipsius porrio, arugini fuisset conuulsa, hoc est denarium pondi quinquaginta, glutinantius, ut dixi, redditum fuisset, & mitius medicamentum. Quoniam uero uinginti quae adiecit, sicantem aruginis uim seruare curans, emplastrum ad glutinandum maiora uulnera, & ulceribus uix sanabilibus curandis idoneum factum est, quodque tale ipsum fore in animo habuerit, aceti quoque mixtura ionnit: penes nos itaque est & uehementius & lenius ipsum facere, uel plus aceti, uel minus miscens, sicut acius, uel minus mordax. Etenim ex acrioris mixtione, quemadmodum etiam copiosioris medicamen exiccabit fortius, & cruentorum erit glutinantius, si uinosum acetum sit adiectum. Porro praestat in compositione plusculis diebus aruginem ex aceto acris, in sole calido alluigere, quod enim in eo mordax est, mitescet, ubi usque nihil fiet minor. Thus autem initio admiscere necessarium non est, uerum huic dies unus satis est. Siquidem meminisse uos uero & huius quod toties repeto, fortium medicamentorum, cuiusmodi est arugo, misy, chalcitis, soris, aris squama, uel chalcathum, ex aceto diebus pluribus contritorum morsum obtundi, bonitatem augeri. Quoniam enim metallica, ut quae crassioribus natura constant partibus, potestatem suam in altum usque corporis, quod curatur, non extendunt, ideo ut tenuiora sunt, ipsi per triturae & acetum adhibendus est cultus. Haec enim cutiole ita attenuata ad intima usque penetrant. Accedit autem & aliud quoddam modum in huiusmodi medicamentorum preparationibus, quod diligenter elaborata corporis meatus nusquam inter eundem reuoluita pertrauserint, eiusque rei gratia & si calidioris naturae sint, sine morsu munere suo funguntur. Quin & inter humores ipsos in corpore generatos, reuoluit facile citra morsum perspirant: crassiores retenti, obstructiue molestant, ubi mordaces fuerint. Eadem ratio est in metallicis medicamentis combustis, sed illa ex ignis commercio non nihil mordax perferunt, quod per luationes deponunt, ac lenia prorsus redduntur. Quibus autem simile quippiam uestioni ex tritura cum aceto in sole facta ignis loco accidit, ea neque ex igne genitum calorem consequuntur, si tamen & quae coibusta sunt, ex aceto laeuigentur, multo praestantiora sunt. Igitur tum haec multorum medicamentorum communia, sunt cognita necessaria, tum usus ipsorum similiter, abus quidem in alijs affectibus: in causis uero ulceribus cum linamento excepta inponuntur. Propositum itaque emplastrum si ex rosaceo liquefaciens eo utaris, prodest sordidis & humidis ulceribus: aperistata uero, id est aperta mordicat, cuius rei causa miscendum ei est ceram liquidum ex cera & resina confectum, uel ex rosaceo, uel ex oleo liquefactum. Poteris inter rim & myrteo uti, atque horum mixtionis methodum quandam intelligas oportet. Olei sane nomen unum est, qualitas & facultas diuersa. Nam omphacinum frigidius, ex maturis oleis pressum calidius est. Temporis autem processu calefaciendi uim auget, sic etiam quod salem habet, quantum ex illo sumplerit, tanto calidius est, magisque siccatur quam quod ipsius expertus est. Quod surculos oleae, thallos Graeci nominant, continet, ualentius adstringit. Indicat autem tibi id quod est utilius & ulceris forma, & corporis aegri natura: ulceris quidem sanandi contrarijs, corporis autem ulcerati similibus. Quapropter medicamentum, quod linamento exceptum immittendum est, myrteo liquefacies, cum generata caro flaccidior, quam par est, apparet, praesertim ulcere ad cicatricem perueniente propemodum. Nam cum paucillum quiddam phlegmones in ambientibus particulis relinquitur, optatum est pharmacum ex rosaceo liquare. Rosaceum uero praestantissimum esse nouisti, quod solis rosis pluribus in oleo

**A** oleo citra salem preparato diutius maceratis confectum est. Si ergo haec quisquam in memoria prompta semper habeat, nec oblitus sit, ut praecipimus, omnium simplicium medicamentorum potentia, & uaria ipse emplastra uiridia componet, & singulis iam confectis optime uretur. Emplastrum igitur haec in sermone propositum, quod primum uiridium scripsit Andromachus, multifariam licet adpartare, partim pro strobilina resina aliquam aliam adijciendo, partim thus augendo, uel cum eo sicca aliquid quod carne explens, uel utrim, aristolochiam, erui farinam, atque huius generis alia admiscendo. Quia etiam, quod ora ulceris indurata emolliat, miscendo, compositionem uariare licet. Unde non nulli guttam ammoniaci, & chalbamm, non nulli medullam ceruinam, aut uirulinam, aut leuimum admiscuerunt: sicut curfus alij repellens aliquod, dum influxus conantur reprimere. Haec ratione igitur alij fistulam alumen, alij rotundum, alij gallam omphacinam, id est immaturam adiecerunt: quidam ladanum utraque uirtute praeditum, molliendi uidelicet & repellendi, ut labra emolliantur, & nihil ex superioribus infuat. Insuper qui uix sanabilia curare studuerunt, ut multiplex usus medicamentum esset, adiunxerunt enumeratis chrysocollam, uel diphryges, uel aes combustum, uel squamam, alijque aris, alijque monatis ferri. Et prope omnia modo enarrata, uiridium emplastrorum colorem seruant: alia uero isdem facultatibus praedita mista corrumpunt. Quare nec ego omnium meminisse pro qualibet facultate, sed illorum duntaxat, quae emplastri compositi colorem tuebuntur. Non enim de glutinatibus, uel ijs, quae carni alendae sunt, emplastris simpliciter, uerum de isdem uiridibus dicere etiam statuimus. Quamobrem haec modo narrata, & atramentum futurum, & chalcitis cruda, si breui mensura admiscantur, colorem pharmacorum in sermone praecedentium reseruant. Itaque de talium compositione abunde satis actum est. Uim uero ipsorum quoniam Andromachus omisit, a quo traditum esse conueniebat, nos apponemus, communem unam de talibus medicamentis usurpandis sermonem planum necessarium praesertim, deinde uniuersalem methodum interpretati, particulares, eorum causa, qui illam didicerunt, conuenit effingamus. Ar huiusmodi opus ad dialecticos pertinet in omnibus particularibus ipsis perscribere, sicut Heras, Crito, Asclepiades, alijque complures fecerunt. Atqui etiam terria disciplina species est, quam nos tractamus, neque in omnibus particularibus medicamentis usum scribentes, immo nec uniuersim communi methodi disciplinae soli totum concedentes, sed hanc quidem primam docentes, inde uero unum uel alterum, uel etiam tertium exemplum claritatis & exercitij discentium gratia accommodantes. Quemadmodum sane ea & nunc re ipsa ostendimus, ut iam in prioribus quoque fecimus. Nam quatenus medicamentum exiccat detergatque, cum ex simplicium facultate, quae id constituunt, inuenimus, inde simul dispositionem, cui conueniet, indispicemus. Vbi enim humiditas multa & copiosa sordes est, desiccans euidenter purgansque medicamentum applicare oportet. Vbi apertum (Graeci aperistaton uocant) ulcus est, carnis indigum, moderatissimum inter exiccantia detergentiaque competit. Verum minoris maiorisque in eo rationem ab aegri natura sumere conducit. Siquidem durioribus uel ex temperamento naturali, uel aetate, uel loco, uel studijs corporibus magis exiccantia exhibenda sunt, humidioribus minus. Quapropter primus cuiusque medicamenti lincolis excepti (emmoton Graecis appellatur) usus ex praedictis nuper scriptis coniecturali artificio sumitur. Secundus, ut etiam antea monuimus, ex signis in corpore curando apparentibus. Si namque cauum ulcus citra phlegmonem, & purum inueniatur, nihil nouum tentare oportet, si humidius uel sordidius, intendere desiccans, detergensque pharmacum ratio postulat: si cauum magis quam prius existit, soluere. Intenditur itaque mellis mixtione, mitigatur ex oleo & cerato, uel oleoso quoque, cuiusmodi est rosaceum, myrteum, & cyprinum, simpliciter preparata sine spissamentis, (lynmata Graeci uocant,) quae addunt odoris gratia, uel ut confecta diutius ab iniurijs immunia permaneant. Iam uero si contentiosus quisquam nos increpet, tanquam praeter id, quod ab initio instituumus, ad medicamentorum usus orationem deducamus, polliciti nos de eorum compositione uerba facturos, ille considerato, quod in usu etiam confectura quaedam sit, silentium sibi imponat. Prima enim pharmacodram, quae cerato miscetur, in eo confectio est, altera rosaceo, uel myrteo, uel cyprino, uel lentiscino oleo, uel melle appposito constat. Atque de his satis. Verum ad emplastra quae iam per experientiam abunde probata sunt traueamus. Haec igitur Andromachus memoratu digna medicamenta uluipare ipsa scientibus praescripsit. Unde cum talia sint, ea deligenda, quae ex paucioribus, paratue facillimis simplicibus componuntur, tum quae ad plura ualent, & proposito maxime scopo seruiunt. Res fieri exemplo ita dilucidior. Finge cauum ulcus apertum in sano corpore: tale uero ab emplastro uiridi, quod Lite uocatur, liquefacto ex rosaceo curabitur. Appellatur autem Lite quod ex arugine, cera, & resina conficitur. Ego sane, ut ostendi, aequam utriusque portionem misceo, aruginis decimam uel duodecimam, uel octauam. Est uidelicet duodecima, si cerae pondus, & resinae tantundem, aruginis uncias duas miscuerimus: decima, si duabus aruginis uncias, uiginti ambarum resinae & cerae, hoc est utriusque decem adijciantur. Quin etiam si octauam aruginis partem cerato ex cera & resina confecto apponamus, etiam sic bene habebit. Nam acius quidem magisque detergens huiusmodi medicamentum erit, non tamen inutile. Duris enim corporibus percommode adhibebitur. Melior euadet compositio, ubi octauam portionem aruginis confectura ex cera resinaque, immiscuerimus, arugine ex aceto quam acerimo diebus plusculis ante in laeuorem redacta. Praestantior erit, si etiam thuris partem dimidio maiore, quam fuit in arugine, indiderimus. Olei pares numero cyathos aruginis uncias adiunges,

Debet addi  
aliqui, uel quod  
simile.

alocem,



adunges, cum sine aceto & thure medicamen conficis. Quando autem thus, acetoque adijcis, si qui-  
dem fricta resina pinguior quodammodo molliorq; sit, ac aestate plurimum prepararis, misceris nihil:  
si uero dura, idque per hyemem conficis, cyathum unum infundes. Quod si liquidarum quamplurimam resina-  
rum cera misceris, oleo profus carere licet. Liquidissima quidem tertia cere portionem addes,  
minus liquida dimidiam. Fiet autem uidelicet huiusmodi quedam compositio. Ceram resinamq; liqua-  
tam, ubi refrigeraueris, arguginis parti nunc octaua, nunc decima, alias duodecimae commisceto: co-  
gnoscens duris corporibus primam symmetriam conuenire, mollibus tertiam, medijs mediam. Aera-  
ginem ex aceto laeuigabis, si lenius medicamentum uoles efficere, thuris pondus dimidium eius, quod  
arugo continet, adiungens: si hoc mitius, thus & aruginem aequali modo continuites. Atqui & resina-  
nam cum cera, ubi sine ratura refrigerauerimus, liquefactas, argugini thuri que in pila ex aceto tritis su-  
perfundimus. Hæ igitur primæ compositiones sunt uicidius emplastri, quod cruenta quidem uulnera  
non adeo magna glutinat, & reliqua ad usque cicatricem sanare potest, & carnem in eis producere, ex  
humido quodam oleoso liquatum. Voco autem oleosa, rosaceum, quo maxime ad illum, quem re-  
cti, modum confecto utendum est. Et post hoc myrteo, cyprino, & lentiscino. Sed ipsum oleum,  
ubi medicamento liquefcenti caloris quippiam adijcere cordi est, commune hoc misceris, in quibus  
refrigerare studes, id quod omotribes, hoc est immaturum appellatur: ubi adstringere, myrtem: ubi  
mitis facultatis aliquid, concoquens pura & repellens, rosaceum: in quibus modicam adstringendi  
uim cum maiore caliditate desideras, cyprinum & lentiscinum. Porro & pleræque alia ut dixi compo-  
sitiones erunt, dum medicamentis simplicibus modo commemoratis, uel carne explemtia, uel emol-  
liencia, uel adstringentia, uel que difficilia ulcera curant, commiscantur. Non nulli uero digerenti-  
a miscuerunt, sicut etiam cicatricem ducentia. Alijs autem quibusdam omnia commiscerunt, uel  
confecturam mutalem, uel medicamentum uarijs accommodam preparare contigit, quorum mate-  
rias cognoscens, tum iam uentis uti, tum similia componere ipsi poteritis. Adscibam tamen  
& ego non nulli celebria, ab ipso denuo, quæ Andromachus tradidit auspiciatus. Sunt itaque ordi-  
ne a præcedentibus, quæ uero ab ipso commendantur duntaxat adijciam. Quartum ergo  
post primum ita expressum est. *Viride, quo uitor.* Aeruginis rase denarium pondus nouem, chryso-  
collæ denarium pondus nouem, terebinthinae pondus minam unciarum sexdecim, ceræ minæ dimidium, ace-  
ti parum. Quid singula emplastra polliceantur, non (ut prius dixi,) præposuit Andromachus, sed ex  
simplicium medicamentorum materie, ex quibus propositum componit, nulli obscuro est uel ipsum  
per se, priusquam liquefat, ulceribus mederi posse, ac liquatum linamento exceptum immitti. Minam  
uero sexdecim unciarum inijcit, nam quæ triginti continet, ceu ad chrysocollæ & aeruginis æquam men-  
suram magna est. Post hoc uero alijs tribus seriatis productis, rursus aliud sic ad uerbum subiungit.  
*Aliud, quo uitor.* Aeruginis rase pondus, mannae unciæ decem, ego libram inijcio: ceræ, resinæ frictæ, re-  
sinæ liquide, singularum pondus quinque, olei cyathum, aceti quantum satis est: ego etiam guttæ ammo-  
niaci pondus unciæ decem pono. Post hæc Andromachus cessat. Liqueat autem, si prædictorum memi-  
nimus, etiam hoc ipsum emplastrum per similem superiorum facultatem obtinere. Deinde aliud scribens  
Andromachus, sic exoritur. *Aliud molochinum.* Ac postea simplicium pharmacorum symmetriam,  
unde ipsum conficit, his uerbis subscribit. Aeruginis rase pondus, picis pondus duo, mannae pondus, ce-  
ræ pondus duo, resinæ pondus duo, olei pondus, aceti quantum sufficiat. Hoc itaque superioribus simile  
est. Manifestum uero est utriusque & aeruginis, & mannae partem portionem ex aceto laeuigandam esse.  
Duplam horum, ceræ, picis, & resinæ, hoc est cuiusque pondus duo cum olei libra liquanda: & sic in la-  
uorem ex aceto redactis admiscere oportet, uti frequenter nobis dictum est, refrigerantes magis & ra-  
dentes quam infundentes, ne acere iam frigido encerides appellatas fieri contingat. Aliud ab hoc cele-  
bre emplastrum subnectit. *Viride becaquadrachmon.* Guttae ammoniaci denarium pondus octo, lica-  
mæ denarium pondus duodecim, mannae denarium pondus octo, resinæ sicca denarium pondus duode-  
cim, aeruginis denarium pondus octo, seui uiculi denarium pondus quatuordecim, resinæ terebin-  
thinae denarium pondus octo, ceræ denarium pondus triginta, olei quartam cyathum partem, aceti  
quantum satis est. Hoc & magna uulnera glutinare potest & sordida ulcera purgare, ubi ceratum inter  
liquefendum adsumpsit, carni producendæ est. Priusquam uero liquefactum sit, crassas ulcerum oras  
sanare, & sinus uingere: in totum digerere & repellere potest: nam ex contrarijs facultatibus mistum  
est. Quod si uideat nixide nunc commemorato similis & potentia & usus, huiusmodi symmetriam ob-  
tinet. Terebinthinae pondus minam, serapiadis herbae denarium pondus uiginti quinque, aeruginis rase  
denarium pondus decem, seui uiculi denarium pondus uiginti quinque, ceræ denarium pondus  
uiginti quinque, thuris denarium pondus duodecim, cyprinum aridis adijcitur. Ac emplastrum quod  
ab alijs his nuncupatur, ipse citra hanc appellationem in hunc modum conscripsit. *Viride Epigon.*  
Quam omnes eius commemorat nihilominus & nunc simplicium in ipso medicamentorum symme-  
triam adducturus sum: quoniam nonnulli in eis dissentiunt. Tubet enim mouere artis est, salis ammo-  
niaci, aeris liquamæ, aeruginis, guttae ammoniaci, aristolochia, & thuris, singulorum denarium pondus  
octo, hoc est unciam: aloes uicem, myrtha, chalbani, singulorum sesquiplum, hoc est unciam semissem,  
quod perinde est, ac si dicas omnium unciæ undecim & s. aluminis rotundi denarium pondus sex. Mi-  
scet etiam resinæ colophonie denarium pondus ducentorum, ceræ dimidium, hoc est centum, olei hēmi-  
nae

His ab Epi-  
gono.

Chalbanum  
in hac co-  
positione, mē-  
dit ponitur.

A nae dimidium. Quosdam ait quartam partem miscere, aceti quantum satis est, dracontij radice un-  
cia dimidium, quod est denarium pondus quatuor. In sine autem hoc adiecit, quod in Isidis scrip-  
tura non continetur, nam Epigonus id apposuit, atque hac ratione [Epigoni Isidis] differt. Iam uero post  
nuper relata addidit Andromachus uiride Passionis hac symmetria. Resinæ colophonie denarium  
pondus trecentorum, ceræ denarium pondus centum quinquaginta, aeruginis denarium pondus octo,  
aluminis rotundi denarium pondus octo, salis ammoniaci denarium pondus octo, olei dimidium  
cyathi, aceti quantum sufficit. Hoc medicamentum, quia saltem ammoniacum prius assumpsit, magis  
quam superiora extrahit, magisque digerit, in alijs omnibus cum illis conuenit. Fortius autem magisq;  
ad multa uile præcepto post medium unum recenfer Andromachus, quod *Viride Alamonis* nomina-  
uit in hac symmetria. Terebinthinae denarium pondus ducentorum, ceræ denarium pondus centum  
quinquaginta, aeris liquamæ denarium pondus decem & octo, aeruginis rase denarium pondus sexdecim,  
aluminis rotundi denarium pondus sexdecim [chalbani denarium pondus sexdecim,] thuris denarium  
pondus decem, salis ammoniaci denarium pondus duodecim, aeris combusti denarium pondus sexdecim,  
aristolochia denarium pondus decem, aloes Indicae denarium pondus duodecim, myrthæ denarium pon-  
dus sexdecim, guttae ammoniaci denarium pondus decem & octo, chalbani denarium pondus duodecim,  
alijs octo, olei heminae dimidium, aceti tantundem. Aliud inde scribit, cui titulus *Athena*. id est Minc-  
ua, sicut ipse ad calcem refert. Porro simplicium eius medicaminum symmetria, unde componitur, in  
hunc modum habet. Ceræ denarium pondus ducentorum quinquaginta, terebinthinae denarium pon-  
dus ducentorum, frictæ denarium pondus centum, seui uiculi denarium pondus quinquaginta, chalbani  
denarium pondus uiginti quatuor, mannae denarium pondus uiginti quatuor, salis ammoniaci denarium  
pondus duodecim, aeris uiti denarium pondus duodecim, aloes denarium pondus duodecim, aeris squame  
denarium pondus uiginti quatuor, aluminis rotundi denarium pondus duodecim, & filii denarium pon-  
dus octo, chalcanti denarium pondus octo, misyos denarium pondus octo, opopanax denarium pon-  
dus octo, aeruginis rase denarium pondus sex, guttae ammoniaci denarium pondus sex, minij sinopici de-  
narium pondus trium, aceri herinas tres, olei heminas duas: minium initio inditur. *Athena*, hoc est Mi-  
nerua uocatur hoc emplastrum, utilissimum multis, ut indicauimus. Quomodo autem usui erunt em-  
plastra multis utilia, in sermone de ijs futuro significabitur. Ab hoc deinceps aliud uiride his uerbis  
conscripsit. *Viride ex cyprino Aphrode.* Ceræ denarium pondus uiginti quatuor, resinæ aridae denarium  
pondus duodecim, aeruginis rase denarium pondus octo: *Aphrode* denarium pondus duodecim, man-  
nae denarium pondus octo, cyprini dimidium acerbali: contunditur autem cum eo, & difficilibus cura-  
tu ulceribus potest conducere. Atque hæc causa est, cur ipsum scripserit, tum quod paucis constet, tum  
quod utilissimum esse possit. Cum autem multa deinceps uiridia alia multiplicis mixtura & utilitatis  
adducat Andromachus, uisum mihi est ea relinquere, & ut ipsi uocant, *Litas* duntaxat percensere. Is igitur  
sic ad uerbum scribit. *Aliud uiride Lite, quo uitor.* Resinæ pondus libras duodecim, ceræ pondus libras  
octo, aeruginis rase pondus libras octo, seui uiculi pondus libras duas, aceti pondus libram. Ego autem  
manna libram inijcio. Liqueat igitur acetum cum duabus aeruginis libris, & libra thuris esse laeuigan-  
dum, sicut antea præcepi, deinde liquabilia his miscenda: dico autem seui libras octo cum ceræ octo,  
& resinæ duodecim. Emplastrum hoc *Lite* ad amissum foret, nisi adipem assumpsisset, & mannam. Ita  
namque arugo decima amborum simul portio esset, resinæ uidelicet & ceræ. Quod si resina dura fuerit,  
omnino olei quid addendum putabis, uti prius expositum est. Quoniam uero seuum uiculinam  
recepit, nec amplius exacte est *Lite*, ut quod molliens, & concoquens medicamentum acceperit. Mul-  
to autem magis, si etiam mannam assumpserit: quæ concoquit purique mouendo est, & carnis gignen-  
dæ quandam uim obtinet.

D

Communis sermo de emplastris colore similibus.

Cap. 3.

Quod sane medicamenta non secundum coloris, sed facultatis similitudinem una scribi conueniat,  
manifestum plane est. Ut ergo Andromachus, sic alij quoque non nulli ordine tradunt emplastra,  
non solum uiridia, sed etiam melina, fusca, & candida. Quo igitur modo fiant candida, priori uolumine  
dictum est. Viridium uero compositionis, licet antea exposita, nunc quoque mentionem faciemus.

Quomodo uiridia fiant.

Cap. 4.

Aerugo non pauca ijs immittitur, ut & aliorum colorem uincat, & omnia in suum permutet. Por-  
ro conijcere oportet eum, qui tale emplastrum conficit, præter aeruginis quantitatem etiam colo-  
rem illorum, quæ ipsi commiscantur, ad hæc coctionis rationem: in ijs quæ miscantur quidem, colores  
pertinaces uitare: cuiusmodi flaua & rufa, & nigra medicamenta obtinent. Dico autem flaua & rufa,  
qualia sunt melites, chalcitis combusta, auripigmentum, sandaracha. Nigra uero, quod genus sunt pix,  
bitumen, terra ampelitis, lapis gagares. At inter coquendum non oportet aeruginem super ignem coe-  
uuntibus committere, ueniam ubi in mortario unitas facta est, admiscere, si colore uiride medicamentum  
permanere desideras: si autem melinum uoles emplastrum conficere, intelligito in coctione aerugi-  
nem primum in hunc colorem perducere: postea in giluum, ut emplastrum, quod a duplici colore Grae-  
ce



ce dichromon appellant, euadat. Etenim a coëtionis tempore paucis diebus post, in summo quidem Emplastrum fuscus magis redditur color, in imum uero giluus currit. Quoniam uero de ipsorum colore quæ conueniebant diximus, rursum ad facultatis sermonem reuertemur memoria repentes, unde primum hoc in libro exordium sumpserimus. Agere autem cœpiamus, siquid meminimus, de medicamentis carnem generantibus: quæ uero potestatis scopus est, ut mediocriter & sine morfu detergeant exiccantque. At speciales confecturæ pro diuersa simplicium pharmacorum materie differunt. Ceterum nemo ignorat ea, quæ proprie & primario sarcotica, id est carnem progignentia nominantur, a petra ulcera carne implete. Hoc est, quæ caua quidem sunt, non tamen sordes, aut inflammationem cõiunctam habent, magis uero etiam nec prauorum humorum influxionem, neq; carnem in cauo ulcere intemperatam. Nam prædictorum aliquod cavitati si immistum est, prius illud curandum. Scopis uero curationis ipsorum sunt, sordidus quidem detergentia pharmaca adhibere, eis uero, quæ ex influxione humorum propemunt, exiccantia, atque repellentia id, quod insuit. At si multum & contumax existat, suoris causa prius amputanda est. Constat autem & inflammationum partium phlegmonem sanandam esse, carnem autem intemperatam habentium hanc ad temperiem reducendam. Porro intemperata illa cõ fiat quatuor sane modis, simplicibus, quatuor item compositis, per contrarias qualitates succurreret. Sed de his & postea: nunc autem de medicamentis uehementer detergentibus agemus.

De pharmaci uehementer abstergentibus.

Cap. 5.

Quod hæc ex prædictorum genere sint, quæ ob moderatam detersionem cauis ulceribus, puris, aperitis, sine omni morfu admouebantur, antea diximus. Inrensam uero detergenti uitentem obrirent, quæ copiosas sordes auferunt. Quare nonnulla ex prædictis uiridibus medicamentis una res solam, nempe aruginis copia ab his, quæ simpliciter carnem producant, euariant. Quædam & aliorum uehementer detergentium mixtura, sicut uocatum Ius, & Macharionis emplastrum, quod nos promore usurpamus, oleosum ex usu nuncupant. Vbi enim sinum carnis implere proponimus, copiosiore oleo liquefacientes per cornu recti foraminis modo cylliteris porcinæ uelica coniuncti ipsum infundimus. Quin & uocatis pyulcis, hoc est pus trahentibus, in eo uimur. Etenim horum et ij, quibus latus foramen est, ad huiusmodi administrationem commodi sunt. Cui uero non est perspicuum sinus oppletos sordibus ex meraciore hoc medicamento purgari, id est oleo pauciore adhibito, rursus puriores ex humectato magis olei uerberioris mixtura. Itaq; si paruæ adhuc phlegmones sinum infectatis suspicio quæpiam existat, medicamentum ex rosaceo protus liquefiat. Sin a phlegmone fuerit liber, ex oleo, effici citra mordicationem ueteris mixturam sustinerit, illo pharmacum liquebit. Ceterum in huiusmodi vsum non solum hoc, sed Macharionis quoque emplastrum & Ius, atque alia faciunt, quæ maiores nostri perscribere, cerato mista, cauis uiceribus carnem inducere. Omnia namque hæc sine cerati mixtura ex oleo & rosaceo liquefacta sinibus immittuntur, eo quod consistencia, quæ linamento excipitur, (enumozon systerin Greci uocant) sinibus illini non potest. Pari modo & medicamentum siccum, quod combusta charta constat, rosaceo copiosiore diluentes ipsi infundimus. Quemadmodum uero sinus liquidioribus pharmacis indigent, dum crassiora imponi nequeunt, ita quæ in summo caua uicera affligunt, crassius medicamentum desiderant, hæc uidelicet occasione, quod liquida statim ab eis decidunt, & linamenta licca relinquunt. Merito igitur in id genus uitis ceratum ualide abstergentibus admiscemus, in sinibus oleum uel rosacei plurimum. Atqui hæc in eum modum abstergentia pharmaca omnino etiam digerunt, ideoque uehementer exiccant, ac commune quoddam ipsorum genus efficitur, quod Greci polychrestum, id est multiplicis usus appellant. Accedunt huic generi emplastra admodum acria, qualia sunt ea, quæ dihalon, id est ex salibus nominantur: quæ non offerenda sunt ubi carne quidquam expleri cogitamus. Nam præterea alia hoc quoque sal exinium habet, ut adstringat magis quam purget: siccare uero nihilominus quam aphronitrum ac nitrum potest. Sed illa adstringendi facultatem non agnoscunt, sicut nec Alia petra flos. Atque huius rei gratia discutere, & ceratis admista uicerum sordes tollere nata sunt. Sal propter adstringendi potestatem hoc efficere non potest. Proinde cum hæc in memoria habeatis, & methodum compositionis ususque omnium eiusmodi medicamentorum audieritis, deinceps illa quæ a clarissimis medicis propter optimorum medicaminum cognitionem usi atque experientis probata sunt, enumerabo. Primum sane Mantia, atque eius discipuli Tarentini Heraclidis scætoris permulta pharmaca, quæ subsequens annis per experientiam probantes distinxerunt, & præstantissima eorum in se denuo literis mandarunt: quæ uero minus efficacia habere uidebantur, omiserunt. Iure igitur & ego maiorem facio mentionem eorum, qui illis successerunt. Sunt autem inter eos, qui in medicaminum experientia restitisse se gessisse uidentur, Petronius, Musa, Heras, Andromachus, Asclepiades, & Crito. Iam uero Archigenis & Philippi studiosi non pauca medicamentorum prodidit. Quinetiam liber unus est Menocrotis, cui nomen inditum est, Insignium pharmacorum autocrator hologrammatos, quasi dicas imperator integris litteris descriptus. Quæ ergo pulcherrima ipsis tradita sunt medicamina, & commendantur, quorumque nos inter omnia relata experientiam habemus, quibus præceptores nostri usi sunt, ad hæc si quod & nobis inuentum sit, deinceps adducam, quo singula genere contineantur, exponens. Nunc autem uiridibus & elatis melina protinus subiungam.

Melina

Melina emplastrum.

Cap. 6.

Quemadmodum uiridium emplastrorum plurima propter aruginem præpoilentem talia sunt, præsertim quæ sunt ex ipsis coloratiora, ita quoque melina. Sed uiridia aruginem incoctam habent: melina uero coctam quidem, sed mediocriter. Nam si amplius coquas, bicolora (Graeci dichroma) emplastra quibusdam appellata, quibusdam gilua efficiet. Solent medici uiridia similititer melina & rufa nominare, quæ non adeo magna uulnera glutinant, & ulceribus cicatricem obducunt: quæ mos est medicis appellare aperistata, quasi dicas aperta. Item ex rosaceo liquefacta canis carnem gignunt. Multiplicis usus sunt inter ea quæ plura pollicentur. Quædam multa non promittunt, sed in unum mentione dignum, uidelicet uel ulcera cacothæ bene curare, uel plus digerere, uel meliceridas, uel duritias emollire, uel huiusmodi quid non contemnendum, nec curatu facile. Andromachus itaque quatuordecim melina conscripsit, ex quorum numero quinque aruginem habent, reliqua sine hac confecta sunt. Porro ex his, quæ arugine constant, unum quidem primum inter quatuordecim positum est, alscium uero quartum, post hoc aliud sextum, inde septimum, & decimum. Quibus ergo nihil eximij apposuit, omnia simul & conglutinant ulcera, & cicatricem inducunt. Quæ si ex rosaceo liquefiat, carnem procreant. Quin & mediocibus phlegmonis moderantur, sicut mediocres etiam duritias emolliunt, atque hoc faciunt euidentius, quæ guttam ammoniaci continent. His adhuc ipsis magis, quæ copiosiore reliquorum proportione eam assumpserunt: in quibusdam uero apposuit ipse, tenerum, hoc est teneræ cuti conueniens, uidelicet: & cui præfixit epispasticum & exipoticum, id est atrahens & euens, inuit membrorum doloribus, synanchæ, & lateris cruciatui beneficere, uel interiores abscessus discutere: magis quoddam testimonium bis adferens, quam simpliciter sermone scripsit. Igitur omnia ipsa deinceps subiiciam.

Melina Andromachi.

Cap. 7.

Melinum quo uitor. Spumæ argenti denariorum pondo centum quatuor, olei tres cyathos, ceræ denariorum pondo quadraginta octo, colophonis denariorum pondo quadraginta octo, guttæ ammoniaci denariorum pondo uiginti quatuor, aruginis rase, chalbani, myrrhæ, singulorum denariorum pondo octo. Aliud, Spumæ argenti denariorum pondo centum, olei tres cyathos, resine colophonis denariorum pondo sexaginta quatuor, guttæ ammoniaci denariorum pondo quadraginta, cerussæ denariorum pondo sex, ceræ tyrrhenicæ denariorum pondo sexdecim, resine pityniæ liccæ denariorum pondo sexdecim, guttæ ammoniaci denariorum pondo duorum, olei heminam. Aliud, Spumæ argenti denariorum pondo centum, colophonis denariorum pondo sexaginta quatuor, alij quadraginta octo, ceræ denariorum pondo octoginta quatuor, chalbani, myrrhæ, aruginis, singulorum denariorum pondo octo, opopanacis denariorum pondo sex, olei heminam æstate, per hunc uero tres cyathos. Aliud, Spumæ argenti denariorum pondo centum, resine pityniæ, denariorum pondo centum, ceræ denariorum pondo duodecim, olei tres cyathos, unum salerni heminæ dimidium. Spuma argenti ex oino lauis fit, donec siccata fuerit, deinde coquitur. Aliud, Spumæ argenti denariorum pondo centum, olei ueteris heminas .lxx. ceræ denariorum pondo centum, aruginis scolectiæ denariorum pondo uiginti quinque, chamaeleontis nigri denariorum pondo duodecim ac semilem, chrysolcollæ denariorum pondo quadraginta. Aliud, Spumæ argenti denariorum pondo ducentorum, olei ueteris heminas tres, ceræ denariorum pondo centum sexaginta octo, guttæ ammoniaci denariorum pondo centum, myrrhæ denariorum pondo quatuor, aruginis denariorum pondo octo, resine colophonis denariorum pondo centum uiginti octo, chalbani denariorum pondo uiginti, chamaeleontis atrii denariorum pondo octo, alij propolis denariorum pondo octo pro chamaeleonte. Aliud, Olei ueteris, in quo chamaeleon feruifacetus sit quam copiosissimus, sextarium, spumæ argenti pondo. Vbi ebullierit, argenti spumam inspergito, & coquito. Aliud ad nomas, id est ulcera depersecuta. Sandarachæ denariorum pondo trium, aluminis fissi denariorum pondo quatuor, thuris denariorum pondo quatuor, myrrhæ denariorum pondo quatuor, guttæ ammoniaci denariorum pondo octodecim, ceræ denariorum pondo octodecim, terebinthinæ denariorum pondo sex, adipis suilli denariorum pondo duum, mellis decimam sextam heminæ portionem. Aliud, Spumæ argenti denariorum pondo centum octo, ceræ denariorum pondo centum octo, alibi centum inuenio, guttæ ammoniaci denariorum pondo quinquaginta, terebinthinæ denariorum pondo quadraginta, aristolochiæ denariorum pondo uiginti quinque, zæ radice denariorum pondo octo, aruginis scolectiæ denariorum pondo sexdecim, aluminis fissi denariorum pondo sexdecim, olei ueteris binas heminas. Aliud simplex. Spumæ argenti denariorum pondo centum, axungie denariorum pondo septuaginta quinque, olei ueteris pondo denariorum .lxxv. Ad molli carne præditos facit, & digerit. Aliud melinum emollit. Diophantis, Aphya nominatur, atrahens & euens, quo articuli curantur. Visci elaborati pondo, ceræ pondo, resine terebinthinæ pondo, chalbani uncias tres, liquefactis uitor. Aliud saltem, ad omnem dolorem, & anginam synanchen cum abscurbitula, & ad lateris affectum. Spumæ argenti pondo duo, olei ueteris uncias octo, simul coquito. Aliud melinum Heraclidis, interiores abscessus sine dolore discutit. Spumæ argenti denariorum pondo centum, cerussæ denariorum pondo centum, ceræ denariorum pondo octoginta, resine aridæ denariorum pondo sexaginta, guttæ ammoniaci de-

QUINTA CLASSIS.

N denariorum

nariorum pondo quinquaginta, galbani denariorum pondo sexdecim, olei ueteris heminas duas. Et autem Rusticus ille familiaris Isidori, Spumae argenti denariorum pondo quinquaginta, cerussa de nariorum pondo quinquaginta, guttae ammoniaci denariorum pondo octo, cera denariorum pondo uiginquinque, resina arida denariorum pondo triginta, yllini in sacculis ex corio recondita denario- rum pondo quindecim, galbani denariorum pondo octo, olei tres cyathos. Inter haec emplastra, nul- lius coctionem scripsit Andromachus: ego uero ad colorem ipsorum pertinere dixi, scilicet neq; argu- ginem crudam esse oportere, ut in uiridibus neq; nimis coctam, sicut in ijs, quae duplicis coloris & gil- ua nominantur. Verum ubi iam cacabus ab igne auferendus prope modum est, injici arugo debet. Deinde cum mutat colorem, & melinum redidit, medicamentum tollere iam ab igne tempus est, si iam non inquinet. Sin minus, paululum super ignem lentissimum remorari sic tollemus. Nam in ad- modum uehementer facile in giluum degenerat. Cuius rei gratia quoq; duo insignia emplastra melina, alterum Menceri, alterum Serapionis subiungam: quorum coquendi rationem plerique tradidere, & uos confectura eorum, quae Andromachus scripsit, exemplum habebitis.

Menceri melinum.

Cap. 8.

Spumae argenti pondo quatuor, olei pondo tria, cerebinthinae pellucidae pondo duo, cerae pondo, Argenti spuma ex oleo ad multam spissitudinem usq; incoquitur, deinde resina, ceraq; injicitur. Cum pulchre soluta haec fuerint, cacabus deponitur, & refrigerari bene finitur. Post illa arugo immittitur, & ubi infra motum fuerit, de nouo super ignem lenem coquitur, donec melinum colorem repraesentet. Postremo chalbanum, & thus, laeua facta, ac in mortarium demissa, ubi ammoniacum ex aceto in lae uorem redactum est, ut sordium imaginem habeat, statimq; manibus subacta excipiuntur, & aceto mo- dico affuso in sequentem diem usque relinquuntur, ac tunc rursus emollita reponantur.

Melinum Serapionis ad uulnera, & ad resoluendum, pugilibus utilissimum.

Cap. 9.

Spumae argenti denariorum pondo centum, guttae ammoniaci denariorum pondo uiginiocto, ce- rae denariorum pondo quinquaginta sex, arguinis cypriae denariorum pondo nouem, myrrhae de- narij pondo unius, colophonae denariorum pondo quinquaginta sex, chalbani denariorum pondo no- uem, olei tres cyathos: aestate cyathum & dimidium. Argenti spumam ac oleum coquito, cum inal- terata sunt, ammoniacum, deinde ceram; postquam deposueris cacabum, chalbanum, arguinem, & reliqua addito, atque molliter incoquito. Huiusmodi coquendi modos melinorum, quae scripsimus, emplastrorum multi me priores tradidere, iuxta quorum similitudinem etiam alia melina coquere po- teritis. Argenti spumam sane primum injicere conuenit, mox resinas & ammoniacum, deinde chal- banum & arguinem, postea si uel thus, uel myrrham, uel aloen capiat, haec immittenda sunt, cum me- dicamentum ab igne tollitur, quippe coctionem non ferentia. Praediximus autem lente coquenda esse, praesertim cum arugo indita fuerit. Quin & ipsam miscendam, ubi cacabum in terram deposueris, ac parum refrigeraueris, idq; magis, si uas paruum sit, in quo coquitur. Nam effervescenti immis- sa arugo, frequenter ex ipso uate diffundi medicamentum cogit. Porro in Menceri primo melino, quod ideo pyeticon, id est pugillatorium, (ut ita dixerim) uocat, quoniam pugiles potissimum medicamen- to eo utantur, ammoniacum quoq; ex aceto laeue in mortario fieri posse, alijs omnibus in cacabo mi- stis, deinde ex ipso defusus, prius instituti sumus.

Melina Herae emplastra.

Cap. 10.

Ad strumas Herae. Quae ab Hera conscripta sunt, hunc in modum habent. Melinum ad ueteres sinus, & si in uacua perforati sunt. Idem etiam discutit strumas quae in pueris nuper ortae sunt. Fa- cit etiam ad artus e loco motos. Argenti spumae chrysidis denarium pondo centum, resinae pityinae siccae tantundem, cerae ponticae denarium pondo duodecim & scrupulos duos, olei tres cyathos, ui- ni salerni tantundem. Argenti spuma ex uino laeuigatur, donec rursus siccescat. Post una cum oleo sic coquitur, quousque mutata fuerit, & tunc resina laeuis additur, ac cera coquitur, donec non inquie- ret. Menceri, coloris aurei, ad tenues, maxime dummosos facit. Aptum est abrasis, & omni inueterato & recenti ulcere, si idem combustus. Est etiam malagma, discutit phymatas, parotidas, strumas, & omnes duritias. Valet etiam ad rhagadas, & ad conylinomata. Valde generosum est. Argenti spumae denariorum pondo centum, olei uete- ris denariorum pondo centum, resinae pityinae aridae denariorum pondo quinquaginta, uel centum, & cerae denariorum pondo quinquaginta. Argenti spumam cum oleo coquito, donec unitas fieri in- ceperit: mox resinam laeuem indito: haec liquata ceram: ubi bene habuerit medicamen, in mortarium oleo prius inunctum demittito, & de nouo tritum excipito. Est autem glutinans, nec polluit. Hygijni emplastrum ad uulnera hominibus, cinat ulcera uis uicatricem ducentia, & paronychia: hoc melius emplastrum non ex- it. Argenti spumae chrysidis minam, cerae tantundem, chamaeleontis nigri radice denariorum pon- do triginta sex, arguinis rase denariorum pondo octodecim, chrysocollae denariorum pondo quadra- ginta, olei ueteris heminas tres. Argenti spuma cum oleo igne non acti coquitur, usque dum effruesce- re inceperit: deinde arugo inspergitur, cacabo deposito, atq; iterum repolito emplastrum permouet- ur, quousque proprium colorem receperit: postea cera, quae ubi bene se habuerint, chrysocollam & cha- meleonem assument. Demisso iam in mortario acetum superfunditur. Itaq; praedictis affectibus bene facit et chrysocolla admissa, aut sine hac mitigatissimum est, & praecipue ad heruorum puncturas ualet, icidem ubi a musculis uel neruis abluere quid oportet. Horum trium emplastrorum, quae Herae con-

Al. quad- ginta.

Al. oleum ris hemina & c.

Al. galba pinguis.

\*

Al. cedi qui quaginta.

A scripsit, primum ex uino & coctionem & titulum habet: multiq; nostri tam praecipitores quam ami- ci eo sine arguine uidelicet preparato utantur: scripro autem ab Andromacho & fere omnibus, qui ua- ria emplastra composuerunt. Proinde non pauci illorum incurio se ipsum conscienter, contemptu em- plastro parant. Optimum uero est, si uti tradidimus, ex uino salerno conficiatur, cuius penuria giluum- uetus, tenue substantia, quatenus potest giluum hoc esse, immiscebimus. Nam candida hoc pecul iari- ter habent, ut pelluceant. Porro praestantissima apud nos sunt in Asia tria, Tmolite uocatum, Lesbium, ac celebratissimum apud ueteres Ariusium, in Chio proueniens, quo omnes ad optima medicamenta, praesertim anudotos, sicut nunc salerno, urebantur. Huiusmodi igitur uinum si in argenti spumam sub- canicula aesta, uel sole alioq; calido matramus, deinde teramus, uel sine sole etiam diu teramus, ut hu- mo: siccescat, ipsa quoque argenti spuma relinquatur, uel omnino madoris experte & sicca, uel prope fiat, medicamentum optimum euadit. Vnus sane ex praecipitoribus meis, postquam in uino salerno tritum exiccasset, hoc modo ipsam praeparabat. Oleum alio, uinum item alio uase calefaciens, paulatim argen- ti spumam superfundebat interuino, in quo laeuigata, probeque permixta oleum adhibebat: interdum ab oleo aulpicarus ad uinum transibat. Alteris autem uicibus hoc saepius agenda utrunque consume- bat, & sic ex mortario in cacabum demittens, pityinam resinam, quam proprie phytisma Graeci uocant, B laeuem ad amissum factam addebat, mox ceram, & sensim, quoad non inficeret, decoquebat. Utebatur eo & ad sinus diuinos illinens prius sanguine columbae non domesticae, sed ex eis, quae in turribus ni- dum collocant, (boscadus quidam nominant,) quas apud nos in agris extruunt: non nulli has agrestes uocant. Pari modo magnis uulneribus, recentibus, huiusmodi sanguine columbino illinens, medica- mentum imponebat non mediocri eius confidentia. Vini autem heminam & s. iudebat, non ut Herae & Andromachus, semissem tantum. Atque huius occasione medicamen longe melius factum est. Ce- terum ubi quis uoles boni odoris efficere, opopanax semunciam, quod est denarios quatuor misce- bis. Coloris gratia ceram candidam ponticam adicies. Hoc medicamentum ulcera uel ad usque cicat- tricem probe perducit.

Critonis melina medicamenta.

Cap. 11.

Qua Crito melina scripsit, Buxea nominat. Buxeam ad recentia uulnera idem cicatricem obdu- cit & extrahit. Spumae argenti pondo quatuor, cerae pondo totidem, cerebinthinae pondo un- cias octo, arguinis tantundem, olei ueteris sextarios duos, aceti sextarij dimidium. Spumam ar- genteam, oleum, arguinem, acetum, una super ignem lentum incoquito. Vbi uero coitura sunt, resina- ceraque adiungatur, & in unum redactis ad recentia uulnera potissimum utitur. Scripsit & alius ante hoc Crito, quod Buxeam uocat: simplex quidem quantum ad mistorum numerum pertinet, magnu ue- ro pollicitis. Scripsit igitur de ipso ad uerbum hoc modo. Emplastrum ex chamaeleonte, & ad miasationem quae Ty- ria cicatricem uulneribus difficillimis, callosis, & inueteratis maxime inducit. Medetur etiam rhagadys digitorum, con- dylomatis, & duritis. Spumae argenteae pondo minam, cerae pondo minas sex, arguinis pondo minas quatuor, chamaeleontis pondo minas octo, olei pondo minam. Oleo spumam argenteam coquito rudi- cula mouens, donec consistat, & fiat melinum. Post hoc arguinem inspergito, inde ceram adijcito. Por- ro ubi diligenter liquata ab igne tuleris, chamaeleontem indito: cum unitas facta est, in mortarium de- mittito, ubi subacta, excipito. Iam uero & alia quaedam emplastra Crito tradidit in quarto medica- mentum uoluntine, Buxea quidem, ut ipse nuncupat: Melina uero, ut alij. Attamen non nulla ex ijs cerae arguinem componuntur, non nulla arguinem quidem assument: sed in alio pharmacorum genere pro- facultatis seu uirtutis similitudine dicuntur, in Epuloticis, Epuloticis in ijs quae succis constant, ex hui- usmodi composita in mollientibus, illa quae molliore nata sunt: quemadmodum & Mnasi emplastrum multi- fariam ab eo in hoc opere conficitur. Nunc igitur ad glutinantia ire iam tempus est, colore inuicem, & amelinis differentia.

De giluis emplastris, quae & dichromasid est duplicis coloris dicuntur.

Cap. 12.

Quaedam ex eadem materia constant, quae arguinem habentia melina, sicut prius quoque dixi- mus, hoc solo differentia, quod diutius coquantur. Omnia siquidem propter crudam arguinem uiridia, sunt melina, ubi mediocriter ipsa cocta fuerit: gilua, ubi liberalius. Manifestum igitur melina giluaque oleum copiosius quam uiridia necessario habere, etsi reliqua omnia eadem recipient. Atque huius gratia primum spuma argenti cacabo injicienda est, in quo tantisper coquitur, dum sor- diam crassitudinem consequatur: mox arugo, deinde si metallicum aliquod, ceu aes combustum, eiusq; squama, immittatur. Ac quando spissitudinem acceperint, tunc ceram & resinam, si haec etiam medica- mentum recipiat, indere conuenit: postremo thus, myrrham, aloen, aliaque id genus: sicut celeberrimum giluum, quod ex dictamno uocatur, Sacrum & ipsum appellatum, uelut illis: quoniam aiunt ea ex- sacris Aegypti locis esse allata. Vsum igitur hoc praestat multiplicem, proinde in sequenti sermone si- mul cum ijs, quae ad plura ualent, paulo post describetur. In praesentiarum de alijs giluis, tu omnino sim- plicibus, cum ijs quae inter haec & polychresta, id est multiplicitate uaria consistunt, uerba facturi sumus. Ut igitur uiridia emplastra simplicia ex cera, resina, oleo, & arguine conficiantur iuxta dictam illic symmetriam, sic gilua ex argenti spuma & oleo copiosiore, quam in uiridibus, sumpto componentur. Itaq; si emplastrum largius uoles coquere, augeasque oleum, medicamen habita us es, quod magis sic-

QUINTA CLASSIS.

N 2 cet,



cet, ideoque unguentorum cruentorum glutinancius: sin autem mediocriter, tantam olei mensuram quam argenti spumæ pondus esse sufficit. Libram enim olei mensuralem Romanorum in argenti spumæ libram ponderalem iniicemus. Tam si pharmacum plenius incoquere placet, non solum unam librâ & s. sed etiam duas & plures imittemus. Porro inter hæc gilia emplastra sic preparata plus siccant quæ nec resnam, nec ceram omnino habent, sed ex solis, ut uocant, metallicis conficiuntur. Quemadmodum alij quoque non nulli ex prioribus talia scripserunt. Ceterum quo ego semper mea industria composito utor, in hunc modum coquitur. *Gilium ex metallicis.* Argenti spumæ cum oleo prius coctæ metallica ex aceto læuigata immitto, & sic coquo, donec non inficiat. Adde his olei libras quatuor. Hoc autem quanto uetustius, tanto erit melius, magisque si id fuerit sabinum. Argentæ spumæ libras tres, acetii quàm acerrimi libras duas. Horum trium metallicorum, squamæ æris nigri, æruginis, chalcididis, singulorum æquale pondus, nimirum uncias duas, hoc est denariorum pondus sexdecim. At cum uetus oleum existit, crassumque, ex uetustate, quatuor libras & s. immitto. Nos & quinque interim, idque per hyemem indidimus, non ignari hyeme plus olei, quàm per æstatem immiscendū. At argenti spumam prius uidelicet coques donec sordium crassitudinem recipiat. Quod si & oleum ei cinam habeas, id pro uetere usin pato. Medicamentum hoc craenta uulnera facile glutinat, magisque in duris corporibus quàm mollibus, cuiusmodi sunt mulierum, puerorum, & eunehorum: dilutum quoque ex oleo cicino uel ueteri, ac linteo exceptum impositumque, mirum est, quàm ulcera curatu difficillima concoquat, quæ prius nequaquam faciunt. Ad hæc sinus conglutinat, & fistulas adstringit, exiccac, & prorsus claudit. Arque ubi iam ipsum hæc pulchre uelis efficere, metallica pluribus diebus aceto longe acerrimo conterito, ac potius in sole: pari modo argenti spumam tritam exiccacatamque, & oleo postea militam eo, quo dixi, modo incoquito. Attamen ad ulcera, quibus cicatrix difficulter induci potest, metallica sic elaborari, & argenti spumam ita conterere non est necessum. Etenim si ne his quoque epuloricoetron, quasi dicas cicatrici ducendæ promptius illud euadit. Adijciatur autem tunc ei diphyrgis, & chrysolilla, singulorum uncia. Ar hæc non simul cum squama & æruginem committuntur, uti nec ubi iam coctum medicamentum fuerit omnino, sed eo, quod intercedit, tempore. Tantam enim huiusmodi pharmaca coctionem requirunt, ut exacte cum prioribus in unum coeant: quod mediocri intervallo accidit, neque multo ante, nec paulo minus, quàm cacabus ab igne tollatur. Solum itaque hoc emplastrum fistulas, sinus, & magna uulnera glutinare potest. Iuuat ipsum spongia recens, non dura, ueteri uino respersa. Deligatura in sinibus ab imo fiat, ligamento ad orificium perueniente, sicut in sermone de fistulis clarius ostendetur.

De ijs, quæ cicatricem obducunt.

Cap. 13.

**E**mplastra cicatricem inducentia, siue synulotica, siue epulotica nominare uelis, sicut etiam alia medicamenta epipasta, id est quæ insperguntur, & quæ linamentorum usu apponuntur, nihil ut ad curationes eorum, differentia adfert, si qualis quodque facultatis medicamentum huiusmodi esse debeat memineris: quam simul cum reliquis omnibus in Therapeutices methodi libris explicauimus. Quanto enim glutinancia sarcotica, id est carnem generantibus siccare magis ostensa sunt, tanto glutinantibus epulotica. Nam ipsorum beneficio carnem cauis ulceribus generatam cutem reddere statimimus, ob quod etiam tale pharmacorum genus, siue illud inendum, siue inspergendum sit, adstringere oportet. Hic autem illorum duntaxat emplastrorum mentionem facere cogitamus, liquidem ea quæ linamentis excepta imponuntur pharmaca, ex his, rosaceo uel myrteo liquatis sunt. Arque myrteum rosaceo hoc magis conducit, quo uehementius adstringit: at si neutrum habeas, ex cyprino, lentiscino, & melino liquanda sunt: si his quoque careas, ex omphacino, uel eo quod ab Hispania portatur, Hispanum nominant: ubi nec huius copia adit, reneros oliuarum succulos contatos alij cuiquam uulgari oleo admiscebis. Quod si hos etiam desideres, præstat oleo uetere liquefacere. Hinc enim medicamentum siccandi uirtute augebis. Proinde plerique medicorum a pharmacis, quæ optimi quique medici longi temporis experientia satis probarunt, eoque nobilia reddiderunt, hac ratione solum abstinent, ut ipsi melius quippiam præter maiores habere uideantur. Attamen sciendum est his ipsis celebribus medicamentis, quæ ab omnibus laudantur, haud facile aliorum ullum reperiri, quod sit præstantius. Ab antiquo igitur laudata sunt, tum quod ex cadmia, tum quod ex ladano inscribitur, ad cicatricem ducendam utrumque esse præstantissimum. Quamquam apud omnes mixtura simplicium pharmacorum symmetriam eandem non sit inuenire. Quapropter uisum mihi est eas, quæ cuique scriptori placent, describere, auspiciati a proditis ab Asclepiade in tertio de exterioribus commentario, quæ Marcellæ inscribit.

De epuloticis emplastris Asclepiades sic memorie prodidit.

Cap. 14.

**P**osteaquam ulcera particularia sine alia dispositione ad cicatricem iam tendunt, utendum est ijs compositionibus, quæ infra scribuntur. *Emplastrum ex cadmia, ad cicatricem ducendam.* Hoc Lucius Carbergæ et, id est præceptor uetus est. Cadmia usta & ex uino preparata, chalcididis tostæ, singulorum denariorum pondus sexdecim, cere denariorum pondus octoginta, picis colophoniceæ pondus uncias octo, uini Italici quod satis est. Chalcididis, & cadmia ex uino terantur, ut humidum cerati spissitudinem habeant, ceram & resnam perfractam in uas fictile immittito, atque his [olei myrtei] pondus libram adijcero,

† Al. myrte

**A**dijcero, deinde carbonibus superposito mouens sine requie: cum soluta fuerint, ab igne tollito, ubi re fixerint, radiro, læuigatisque indito, ac mista excipito, in usum oleo myrteo subigito: temperatura dispositioni respondeat. *Aliud ex cadmia.* Cadmiæ tostæ, chalcididis tostæ, diphyrgis, singulorum denariorum pondus sexdecim, cere, resina frictæ, olei myrtei, singulorum pondus sibi libram, uini Italici quantum satis est. Prepara quomodo dictum est, ac utitor nunc diluto, nunc uero pharmaco. *Aliud.* Argenti spumæ, cerussæ, cadmiæ, diphyrgis, resine, singulorum denariorum pondus octo, chalcididis denariorum pondus duorum, cere denariorum pondus octo, myrtei olei quod sufficit, uini animæ quod satis est. *Aliud Euphrasioris.* Diphyrgis, misyos tostis, singulorum denariorum pondus octo, chalcididis tostæ, molybdænæ, singulorum denariorum pondus duorum, cadmiæ denarij pondus unius, cere denariorum pondus sex, colophoniceæ pondus uncias tres, myrtei libras tres, uini Italici quod satis est. *Aliud ex ladano accommodatum medicamentum, non solum cicatricem ducens, sed etiam alios excidens, & in leuata instaurans.* Chalcididis, argenti spumæ, ladani singulorum denariorum pondus uiginti quatuor, bituminis denariorum pondus octo, cere denariorum pondus septuaginta duum, myrtei heminam, alij drach. decem & octo, uini heminam. Prepara in modum prædictum, cum res exigit, & splenio, & diluto utitor.

**\* Aliud.** Argenti spumæ denariorum pondus centum, picis denariorum pondus quinquaginta, ladani denariorum pondus uiginti quinque, æruginis rasæ, æris combusti singulorum denariorum pondus octo, olei myrtei libras duas, æris squamæ denariorum pondus quatuor, conficito ac utitor. *Aliud quod pyricanton dicitur, ex arabis uirentibus medicamentum accommodatum.* Olei heminam, aluminis fissi, manne thuris, argenti spumæ, chalbanis, singulorum denarij pondus unius cere denariorum pondus uiginti quatuor, anchusæ denariorum pondus octo, medullæ ceruinæ, adipis suillæ, æruginis, cerussæ, singulorum denariorum pondus duum, onorum reium lutea. Quæ liquari possunt, siccis immiscuntur. Hoc pharmaco alias dilato, alias uero utitor. *Aliud medicamentum accommodatum, facit ad uetera, ac sanata difficilia.* Cerussæ, argenti spumæ, aluminis fissi, manne, chalbanis, thuris, medullæ ceruinæ & uitulinæ, singulorum denarij pondus quatuor, cere, anchusæ, onorum luteorum, singulorum denarij pondus octo, olei heminas quatuor. Medullas diligenter mundito, & liquato cum his quæ liquefieri possunt, mouens anchusæ, ex qua possunt ea colorari, deinde ab igne sublata, & in aliud uas connecta refrigerari sinis, de rassa siccis immisceto, deinde in usum excipito. *Candidum, quod magnum dicitur, medicamentum accommodatum.* Vales & ad diuturna uulnera, & quæ uix cicatricem recipiunt, ærem scabiosam affert, & beneficium & sedis uulnere rosaceo dilatum. Argenti spumæ denarij pondus centum, cere denarij pondus quinquaginta, cerussæ denarij pondus centum, terebinthinæ denarij pondus uiginti quinque, thuris denarij pondus octo, uiginti quinque, aluminis fissi denarij pondus duodecim, olei heminas duas. Componito simili modo, & utitor interim emplastro, interim diluto medicamine. *Aliud, cui nomen est pampilionis, ad idem insuper sinus glutinat, & fistulas callum excidit.* Vales ad ueterem fluxiones, tum ad diuturna, & dyspepota, scabieque sanas, tollit singulata, benefacit caput dolentibus, & oculorum epiphoris fronti impositum, nec minus sedi conuenit, diluunt rosaceo uel myrteo. Ceterum in hunc modum componitur. Argenti spumæ denarij pondus centum, cere denarij pondus quinquaginta, terebinthinæ denarij pondus uiginti quinque, thuris denarij pondus uiginti quinque, cerussæ denarij pondus centum, aluminis fissi denarij pondus sexdecim, pipæris albi denarij pondus unum, olei ueteris heminas duas. Liquato, ut dictum est, nunc diluto medicamine, nunc emplastrum modo utens. Nam in capitis manantibus ulceribus, quæ achores Græcis dicuntur, & oculorum asperitatibus, uel in ijs quas epinyctidas uocant, uel in uulnere diluuntur pharmaco myrteo, uel lentiscino illuntur. *Aliud Telamonis pharmaco accommodatum, facit & ad carbunculos, sinus exccat immissum uel insillatum.* Ad hæc cicatricem probe induit. Piryinæ, cere, calcis uiuæ, argenti spumæ, singulorum denarij pondus quinquaginta, cerussæ denarij pondus uiginti quinque, olei res cyathos. Argenti spumam oleumque, dum in unum coeant, incoquito, mox ceram, inde resnam. Porro calcis & cerussæ in leuorem redactis liquabilia indito. Dum uteris, oleo cineri calido superposito medicamen confringe in

**D**do iniicito. Vbi incaluerit, mortario superfundito, & diligenter subigito, donec sordium spissitudo fiat. Ab igne depolito utitor tanquam maximo pharmaco, alias penis illinens, alias insillans. Ceterum carbunculis uocatis linteo illicium adhibeto. *Aliud Moschionis, celebre ad qualibet a collo uindicanda, & cicatrice obducenda. Idem & sed prodest insigniter.* Argenti spumæ, cerussæ, calcis uiuæ, singulorum denarij pondus octo, medullæ ceruinæ, cere, utriusque denarij pondus sexdecim, olei myrtei quantum satis est. Quæ liquari possunt, aridis immiscuntur, & mollita curiose in pastillos digeruntur, cum uti uoles, prius aqua uel lacte diluetur quantum lubet, ut sordium crassitudinem habeat. Deinde rosacei quod sufficit, immittitur, uel myrtei. Contusum diligenter in plumbeam pyxidem reponitur, nisi est, quemadmodum prædiximus.

Epulotica Andromachi.

Cap. 15.

**C**admiæ pondus libram, chalcididis uisæ pondus libram, cere pondus libram, resine aridæ pondus libras tres, myrtei pondus libras tres, uinum siccis immiscetur. *Aliud ex ladano.* Argenti spumæ denarij pondus quadraginta, ladani denarij pondus uiginti duum, chalcididis denarij pondus octo, aluminis fustilis denarij pondus duodecim, cere denarij pondus centum, squamæ denarij pondus

QUINTA CLASSIS.

N 3 pondus



pondo octo, bituminis denariorum pondō triginta duum, myrrei quartam heminae partem. Vinum salernum sicca: adijciuntur. *Aliter ut Alemonis, quod preparant.* Ladani denarium pondō octo, hyssopi denarium pondō quatuor, propolis denarium pondō octo, bituminis denarium pondō octo, argenti spumae denarium pondō quatuor, aris squamae denarium pondō quatuor, misyos crudi denarium pondō quatuor, cere denarium pondō uiginti quatuor, myrrei octauam minae portionem. *Aliud ex heredis.* Cerussae denarium pondō quinquaginta, argenti spumae denarium pondō quinquaginta, hordei combusti non triti sextarium, cere denarium pondō quinquaginta, olei sextarium, postremum hordeū adijciuntur. *Aliud ad ducendam cicatricem.* Cadmia pondō uncias duas, chalcitidis, cere, terebinthinae singulorum pondō uncias quatuor, hyssopi pondō unciam, myrri pondō uncias quatuor, chalcanti pondō uncias quatuor, uinum sicca: affunditur. *Aliud ad idem.* Resinae aridae denarium pondō xvij. diphuygis denarium pondō quatuor, argenti spumae denarium pondō sexdecim, cere denarium pondō decem, olei heminas quatuor. Post haec Andromachus alia emplastra sex percensuit cicatricē aegre ducentibus accommodata, quae sane hic nunc adscribere uisum non est. Dicuntur enim simul cū illis quae ulcera curatu difficilia sanant, in quarto huius operis uolumine. Cum autem Andromachus ibidem ante praedicta modo epulotica alia quaedam tradiderit, non praeponebat, quod apertis ulceribus cicatricē induceret, praesertim in pueris mulieribus, & eunuchis, summam in omnibus qui teneram habent carnem, statim haec quoque huc adijcere. Titulum ipsi a colore Andromachus indidit, ut qui de ijs hunc in modum ad uerbum scripsit. *Candida Andromachi epulotica. Album quo utitur.* Argenti spumae pondō minam, cerussae tantundem, cere, resinae, singulorum quatuor, olei heminas tres, aquae heminam. *Aliud.* Argenti spumae denarium pondō centum sexaginta, cerussae denarium pondō ducentorū, cere drachmas quinquaginta, terebinthinae denarium pondō uiginti quatuor, olei ueteris heminae dimidium, aquae cyathos sex. *Aliud.* Argenti spumae denarium pondō centum, cerussae, cere, singulorum denarium pondō quinquaginta, terebinthinae denarium pondō uiginti quinque, aluminis fusti denarium pondō sex, piperis albi denarium pondō trium, orchos herbae denarium pondō octo, olei ueteris cyathos duos, aliter denarium pondō duum, aquae heminas duas. *Aliud.* Argenti spumae denarium pondō uiginti quinque, cere denarium pondō quinquaginta septem, adipis suilli denarium pondō triginta septem, myrri denarium pondō duum, ouorum coctorum uittellos quatuor, alij crudorum. *Medicamentum uirtus appellatum.* Strigenti puri heminas duodecim, argenti spumae pondō minas tres, squamae denarium pondō sex, alij denarium pondō sexdecim, resinae colophonae pondō minas, sex alij denarium pondō quinquaginta, cere pondō minam, quidam minas quadraginta quinque, marinae aquae heminas tres.

*Andromachi papacea, uniuersale remedium.*

Argenti spumae denarium pondō centum quinquaginta, cere denarium pondō quadraginta, terebinthinae denarium pondō quinquaginta trium, aquae marinae ueteris heminas duas, strigenti heminas sex, squamae denarium pondō sexdecim, ricini heminas duas, cerussae denarium pondō octoginta guttae ammoniaci denarium pondō uiginti quatuor, seu uittulini denarium pondō octoginta, calcis uiuae denarium pondō uiginti quatuor, arilolochiae denarium pondō uiginti quinque. Coquito ut didicisti, *Candidum Telephani.* Argenti spumae denarium pondō octoginta, cerussae denarium pondō centum uiginti, myrri denarium pondō trium, obolos duos, sagapeni denarium pondō quinque, thuris denarium pondō sex, obolos quatuor, olei heminas duas, & s. omnia simul incoquito. *Aliud.* Cerae candidae pondō libram, myrri pondō unciam, thuris tantundem, medullae ceruinae pondō uncias duas, adipis hynae pondō uncias duas, coaguli cerui uel hoedi pondō uncias duas, niri pondō uncias duas, chalbani pondō unciam, guttae ammoniaci pondō uncias quatuor, argenti spumae libram, s. cerussae denarium pondō sex, olei ueteris heminam, s. marinae aquae tres cyathos. Cauniace dicitur. *Aliud.* Argenti spumae denarium pondō ducentorum, cere denarium pondō quinquaginta duum, olei heminas tres, cerussae denarium pondō octoginta, terebinthinae denarium pondō triginta duum, buccinorum cineris denarium pondō decem, thuris denarium pondō nouendecim, aquae sextarium. *Aliud.* Adipis suilli recentis denarium pondō octoginta octo, cere candidae denarium pondō quadraginta octo, cerussae denarium pondō duodecim, argenti spumae denarium pondō duodecim. Facit ad herpes, carbunculos, condylomata, rhagadas, phlegmonem prorsus arceat, ut Heras Cappadox meminisse. In hoc igitur recte fecit, quod non simpliciter cere scripsit, sed candidae adiecit. Nam sic fieri possit, uti uis, colore candidum. Post haec autem aliud commemorans, neque cere, neque uini candorem apposuit, sed nos adiungere oportet, si emplastrum candidum reddere statuerimus. Porro compositio eius his uerbis ab ipso Andromacho tradita est. *Aliud ex uno, Publy.* Cadmia pondō libram, uncias nouem, argenti spumae pondō libras duas, cerussae tantundem, uini graeci sextarios duos, rosacei pondō libras quinque, cere pondō libras tres, oua cruda numero duodecim, thuris pondō uncias tres. Haec incoquito. Candidorum emplastrorum coquendi rationes in priori commentario percensui, simulque methodum non coquendi modo, sed etiam eorum compositionis ostendi. Et fortasse nihil amplius eiusmodi emplastrorum doctrinae adijciendum restat, sed quia hic liber non solum de carne generantibus emplastris, quae quidem ut plurimum uiridia sunt, uerum etiam de glutinantium, & epuloticorum omnium ratione egit, quae ulcera malignitate, carencia cicatrice obducunt, quoniamque melina ac

gilua

Agilua percutri, ideo candida quoque emplastra, quorum in illo libro mentionem nullam fecimus, in hoc producere uisum est. Ceterum ut nihil praesenti commentario desit, non pigebit adijcere emplastra, quae ab ipsis cephalica, & catagmatica, id est capiti, fracturisque medentia nominantur, & magna uulnera, sinusque glutinant: cum uero diluta fuerint, linamentis excipiuntur, & sunt sarcotica, id est carnem progignentia.

*De catagmaticis & cephalicis, ad fracturas & caput accommodatis emplastris.*

Cap. 16.

**Q**ui plurima ac optima pharmaca prodiderit, (antea omnes nominatim citauimus.) genus quoddam emplastrorum cephalicum & catagmaticum uocant, a caluarie fracturis potissimum nomine imponentes. Sunt autem talia abstergendi, digerendi, & siccandi potestate praedita. Plerique paululum ex adstringentibus pharmacis eis admiscuerunt, idque duplicis usus gratia sicut diximus, nempe ut id, quod affectis partibus influit, repelleretur, & abstergentium facultatem in profundum usque deduceret. Porro docuimus nos antea, nisi adstringentia elaborentur mitura, quoad usque in puluerem redigantur, noxam magis quam praesidium esse allatura ijs, quae trahendi uim obtinent. At optime elaborari ostendimus eas, si ex aceto acri leuius fiant. Itaque huiusmodi pharmacorum seriem ab ijs, quae Asclepiades tradidit, iam auspicabimur.

**B**

*De emplastris ad fracturas idoneis ab Asclepiade traditis.*

Cap. 17.

**P**rimum in tertio extraxerunt medicamentorum his uerbis prescripsit. *Nigrum Ariston, optimum catagmaticum.* Hoc pharmaco usus sum in fracturis ossium multorum, ita ut eorum plura mouerentur ac innatarent, omnesque hortarantur innatantia illa ossa auferri. At hoc Aristum id fecit, quod praeter omnium opinionem est uisum. Nam sicut antea & ab alijs ossibus separata ita copulauit, ut alijs confertum inueniret. Haec recipit, Argenti spumae, bituminis, singulorum denarium pondō ducentorum, picis aridae, cere, singulorum denarium pondō centum, resinae terebinthinae, denarium pondō quinquaginta, aluminis scissilis, propolis, singulorum denarium pondō triginta, guttae ammoniaci denarium pondō uiginti quatuor, argenti denarium pondō decem, olei sextarios quatuor, preparato ut praedictum est. Alia praeposito generi similia in eodem libro Asclepiades conscripsit in haec uerba. *Aliud Pirrhonius ad fracturas quo Helenus usus est.* Valet etiam ad uulnera ex ictu, cum exhibebis, spongia calida madefacta splenium relaxare oportet. Nam medicamentum ualide glutinat, benefacit idem ad strumas & fistulas: in sinibus autem & fistulis splenium excinderet conuenit, hoc est in orificio, ut humor, qui excernitur locum habeat. Item simul cum medicamento lauandum est, preparatur hoc pacto. Bituminis iudaici pondō libras quinque, unc. iij. picis brutiae siccae pares portiones, resinae frigidae pondō libras octo, cere pondō libras quatuor, thuris libras quatuor, squamae rubrae pondō libram unc. iij. olei per aestate pondō libram, hyme pondō libram & s. aceri heminam. Quae liquari possunt, si quefacito, thus & squamam ex aceto tria reliquis admisceto, attendens ne ebulliant, mouensque in mortarium demittito, contusa & subacta excipito, ac utitur. In alio exemplari squamam rubrae pondō libram, s. offendi. Liqueat autem efficacius esse, quod copiosorem squamam receperit. *Muscionis pharmacum,* ad fracturas recentia uulnera, & nervos praesilos confectum: item ad diuisa cum contusione, bene facit etiam fracturis cum uulnere. Etenim uulneribus succurrit, & ossa cum deligatura conuenienter impositum ad callum perducit, nec minus incipientibus hydropicis, & testium contusionibus prodest, emolletias circa anam reprimat, & rhagadas butyro dilutum sanat, & faucium tumores, quos Graeci bronchoceas appellant: dissoluit omnem duriciam, insuper ualet ad luxatum & peruersum articulum, itidem ad callosos excessus in manibus, pedibusque, quos clauos appellamus, ita ualet, ut sine exulceratione auferat. In summa pharmacum est longe utilissimum. Hoc modo conficitur. Argenti spumae pondō minam, (Minam uero in hoc pharmaco habet denarios centum, sexaginta.) picis denarium pondō centum sexaginta, seu uittulini denarium pondō centum sexaginta, resinae terebinthinae denarium pondō octoginta, **D** mannae thuris denarium pondō octoginta, cere denarium pondō quadraginta, argenti denarium pondō octo, opopanax denarium pondō octo, chalbani denarium pondō octo, olei cicini heminam, aceti tantundem, liquoris sycamini heminam, picis liquidae heminae dimidium. Argenti spuma laeuissima & cicinum oleum in uas fictile arcumve iniecta, & super ignem posita incoquantur. Posteaquam ebullierint, seuum & manna thuris adduntur, mouenturque continue: cum coierint, pix, cera, resina admiscuntur, & coctis quoad usque non polluant, chalbani aspergitur, deinde terugo, & opopanax ex aceto resoluta: liquor uero siccomori, & pix liquida in alterum uas transfusa coquantur, ubi coierint, priorum pharmaco admiscuntur, rursusque supra ignem posita, usque dum non inquinent, coquantur, & in uinum demersa relinquuntur triduum, inde subactis utimur in linteolum illucentes. Oportet autem post medicamentum impositionem uitam resperam uino exprinere, & tunc pharmaco circumdare. Quemadmodum uero Lucius praceptor noster preparauit, ita habet. Adeps & oleum prius liquantur, ubi dissoluta fuerint, manna thuris laeuissima, & argenti spuma inspergitur. His in uinum coactis sequentia facimus. Atque tum in hoc pharmaco, tum in eo, quod proxime subscribitur, minam denarijs centum sexaginta ualere ait. Unde clarum est Alexandriae minam ipsum intelligere, quae uncias uiginti pendet, & singulae unciae denarios octo habent. Sic enim accidet minam centum sexaginta denarios continere. *Aliud Claudij Philoxeni apellum (forte quasi inuicis conuenientem)*

QUINTA CLASSIS.

N 4 inscriptum.

*inscriptum, ad cryenta, & fracturas, facit etiam ad prædicta vitia.* Argenti spumæ mina, quæ valet drachmas E centumsexaginta, seu vitulini drach. centumsexaginta, thuris drach. octoginta, opopanax, resine terebinthinæ drach. lxxx. cere drach. xl. aruginis, aluminis scissilis, chrysocollæ, chalban, singulorum drach. xij. olei ricini heminam, aceti quantum sit satis. Postremum thus, & aruginem, & opopanax, & alumen, & chrysocollam, & id genus reliqua prius aceto dissoluta & curiose leuigata iniunguntur. In alia scriptura sic habet, Argenti spumæ drach. centumsexaginta, picis drach. centumsexaginta, seu vitulini drach. centumsexaginta, resine terebinthinæ drach. octoginta, mannæ thuris drach. octoginta, cere drach. quadraginta, opopanax, aruginis rasæ, utriusque drach. sexdecim, chrysocollæ, aluminis scissilis utriusque drach. duodecim, guttæ ammoniaci drach. sex, ciceos heminam, aceti tantundem, ut catagmatica componitur. *Oenanthe catagmaticum accommodatum pharmaco ad idem.* Argenti spumæ denarium pondo centumsexaginta, picis uinariæ denarium pondo centumsexaginta, hanc ex Italicis dolijs defluentem capimus, resine terebinthinæ denarium pondo octoginta, thuris denarium pondo octoginta, seu vitulini elaborati denarium pondo octoginta, medullæ ceruinæ elaboratæ denarium pondo octoginta, cere denarium pondo xxx. cenanthæ siccæ, symphyti radices, centaurij comæ, singulorum pondo libram, aruginis rasæ, opopanax, singulorum denarium pondo octo, papaueris succi, myrrhæ, aloes, chalban, singulorum denarium pondo octo, aceri heminas tres, olei ricini heminam. F Symphyton, cenanthen, centaurion, non minarim contusa, ac in acetum iniecta ad tertias coquimus, & humore expresso ad pharmaci confecturam utimur. Prodest medicamentum etiam podagricis. Alibi sic scriptum est. Argenti spumæ, picis uinariæ, singulorum denarium pondo centumsexaginta, medullæ ceruinæ, resine terebinthinæ, seu vitulini, thuris, symphyti radices, succi sycamini, singulorum denarium pondo octoginta, cenanthæ aridæ, centaurij, singulorum pondo, cere denarium pondo quadraginta, aruginis, opopanax, styracis, papaueris succi, mandragoræ succi, myrrhæ, aloes, chalban, chrysocollæ, aluminis scissilis, singulorum denarium pondo duodecim, aceti sextarios tres, olei ricini libram. Preparato quemadmodum prædiximus, & in uinum italicum demergito, ut in catagmatico Moschionis fecimus.

*De emplastris, quæ proprie cephalica nominantur.*

Cap. 18.

**C**apitis fracturam, quæ ad crassæ membranæ duplicaturam usque peruenere, emplastra cephalica dici consueuerunt. Eorum uirtus est, ut ossium squamas sursum attrahant ac in pristinum locum reuocent, & fragmenta tum in capite tum in alijs corporis ossibus educant. Non nulli communi genere hæc etiam uocant catagmatica, proprie uero nuncupatis fortiora sunt. Siquidem catagmatica ab eis dicta purgandi, siccandi que facultatem habent: hæc autem acrimoniam etiam quandam fortissima sunt, ut ex alto in superficiem extrinsecam non ossa modo, sed his multo magis quoque humorem crassum aliquem, & viscosum, uel omnino deprauatum attrahant. Meminit huiusmodi emplastrorum Aselepiades in tertio libro de exteriorum medicamentis, quæ sane in quarto huius operis libro tractamus. Quoniam uero ad cacothæcæ ulcera, & chironia quædam ipsorum conuenire dixit, tum quod ad Deileontem auctorem refert cephalicum, tum hoc sequens ex nigro uiride cephalicum, tum post hæc Philotæ cephalicum, tum deinde Ilin, quod & ipsum cephalicum appellat, aliaque non nulla huiusmodi, huius generis esse putandum est: ideo nunc quoque ipsa non apposui, sed ad catagmatica & cephalica ab alijs medicis memoratæ mandata transgrediar, ubi generalem utriusque potentiam exposuerim. Quæ uero & antea, & in hoc libro protulimus, & in opere de simplicium medicamentorum facultate, in memoriam reducentes cognoscere uos expedit, cephalica catagmaticis esse ualentiora, eoque cum cerato carnem producere natura sunt apta. Quapropter & sarcoticis alio quodammodo genere similia sunt. Nam ubi ex cerato uim remiserint, sarcotica sunt, quæ linamentis excipiuntur, adiecto uidelicet interrim oleo, aliâ rosaceo, non nunquam alio quodam huiusmodi.

*De quibus Heras catagmaticis & cephalicis scripsit.*

Cap. 19.

**P**rimum id genus emplastrorum Ilin uocatum Heras scripsit, medicamentum ad satis multa idoneum, deinde quod ex herbis appellant, quod & ipsum multiplicis esse usus attestatur id, nempe quod cephalicum existat. Quin & quod confectum ex scylla scriptum deinceps est, cum multi satis usus pharmacum existat, idem pollicetur. Insuper post hæc omnia aliud emplastrum manifesto his uerbis exposuit. *Aliud cephalicum.* Ad capitis fracturas facit, ossa facile reducit, & squamas separat, reliquaque omnia facit, quæ & ante ipsum pastillus. Squamæ æris rubri denarium pondo. xxv. aluminis denarium pondo uiginti, aristolochiæ daçtylitidis denarium pondo uiginti, guttæ ammoniaci denarium pondo uiginti, thuris denarium pondo uiginti, myrrhæ denarium pondo duodecim, seu taurini pondo libras quatuor, cere libras quatuor, terebinthinæ pondo libras. iij. pitiyæ siccæ pondo libras quatuor, olei heminam, aceti quantum sit satis est. Sicca ad leuorem terito, quot sufficit, diebus sub æstu caniculæ: ammoniacum madefactum prius aceto infundito, demum quæ liquari possint rasæ, ac in unam coactis utitur. In quibusdam exemplaribus adscriptum est, olei ueteris. At cū hoc ipsum emplastrum dixerit efficere, quæ & ante ipsum pastillus, uisum mihi est illius quoque compositionem subscribere, quæ secundum Heræ ipsius uerba ita habet. *Pastillus cephalicus triplex matura confians.* Facit ad capitis fracturas, item ad phymata, fistulas, podagras, callos, coxendices. Terræ erithriadis pondo minas \* duodecim, squamæ æris rubri pondo minas quatuor, ichthyocollæ ponda

hera reperi  
minia una.

Al. pondo  
minam.

Al. heminam.

**A**do minas quatuor. Erithria & squama seorsum teruntur, deinde simul acetum acre affunditur, ut mellis crassitudinem habeant, & leuigantur, resiccaris acetum rursus admouetur, hoc fit diebus uiginti sub caniculæ æstibus: post ichthyocolla ex aceti hemina confringitur, & lento igne liquatur, mox terra squamaque additur, quæ in uas aris rubri coniecta soli octo diebus exponitur, bis quotidie mouentur, donec coeuerint: post hæc exempta paulatim in mortario conteruntur aceto affuso, aliquodum consistit: inde pastilli finguntur, & collyria, tum longitudine, tum crassitie inæqualia, & refrigerata reponuntur. In usu ad unam medicamenti partem ex aceto leuissimam factam tres cerati rosacei portiones admiscero, untor platysmatæ primum, mox splenio in capitis fractura, desuper lanis succidis ex aceto adiectis. Porro collyrio fistulis inposito, splenium ex hoc cum cerato superdandum est. *Aliud eiusdem ad multa ualens.* Posuit aliud quoque multiplicis usus emplastrum ad fracturas quoque conueniens, de quo sic ad uerbum inquit: Emplastrum ad fracturas artuum cum uulnere, & sine uulnere, itæ ad male curata, & sinus. Picis aridæ pondo minam, argenti spumæ tantundem, mannæ, [eius dimidiū] seu vitulini pondo minam, cere tyrrhenicæ pondo minas quatuor, opopanax denarium pondo octo, aruginis rasæ pondo minas sexdecim, aris cyprii decimam sextam minæ portionem, chalban denarij pondo unitis, terebinthinæ minæ dimidium, ricini, uel olei ueteris heminam, aceti heminam dimidium.

**B** Argenti spumam, oleum & seuum leno igne incoquito, ubi colorem matauerint, picem, resinam, chalbanum adiecit: postea coquito donec cocant: & tunc subtracto igne sinens paululū refrigerari, mannam, mox opopanax, & aruginem ex aceto tritam in ollam fundito, ac ubi tantillum incoxeris, dum bene habet, tollito. Utimur facultate, frigidam affundentes æstare, hyeme gelu adimentes. Ceterum ubi medicamentum tenerius facere animus est, uel ut os maturius abscedat, medulla cerui ipsam diluimus. Iam uero in hoc pharmaco Heras minam sexdecim mciarum esse uelle plane ostenditur, aliâ enim decimam sextam minam partem non scripsisset. *Aliud.* Huic deinceps aliud ad eadem huius uerbis Heras subdidit. *Emplastrum phlegmonas accens.* Ad puncturas neruorum, ac fracturas. Hoc frequenter & ad articulos luxatos ipso die nisi sumus, tum in fracturis, item in contorsione tali, uel genu: discutit humores incoctos circa genua summe se attollentes, præsertim si partes affectæ duobus uel tribus diebus ante, erui farina oxymelite madefacta illita sint. Summatim ad omnem conuulsionem, & rupturam ualet, nam mirifice phlegmonem arcer. Argenti spumæ denarium pondo uiginti, quinque, bituminis aridi denarium pondo centum, picis aridæ denarium pondo quinquaginta, cere denarij pondo quinquaginta, resine pitiyæ denarium pondo uiginti, quinque, guttæ ammoniaci denarium pondo quindecim, aluminis scissilis denarium pondo quindecim, aruginis denarium pondo quindecim, propolis denarium pondo quindecim, olei ueteris libras tres. Argenti spuma cum oleo coquitur, & ubi conuenire ceperint, bitumen adiecit, usque dum probe liquefactum fuerit incoquitur, (liquatur enim pedetentim.) dein pix, postea resina, cera, ammoniacum, propolis adduntur. Singula autem adhibe cōtorquendo, ignemque subtrahendo, quibus sic spissatis, ut non amplius inquinent, aruginem, ac scissile alumen adiungito: tum feruore remisso, in ollam, in qua frigida sit, transfundito. Hoc, postquam fractura reliqua callum cepit frustulis pluribus immarantibus, usi sumus, idque paucis diebus eo rem perduxit, ut callus etiam dum frustula comprehendere. Valde est in multis usui. Inde aliud quoque deinceps eiusdem generis cum prædictis emplastris in hunc modum Heras recensuit. *Emplastrum ad fracturas, & ad hydropicos.* Picis aridæ pondo minam, picis liquidæ heminæ dimidium, liquoris sycamori heminam, argenti spumæ pondo minam, thuris pondo minam, chalban denarium pondo octo, terebinthinæ minæ dimidium, adipis uitulini pondo minam, cere pondo minam, opopanax denarij pondo octo, aruginis rasæ denarium pondo octo, ricini non adulterati heminas quatuor, aceti acris heminam. Argenti spuma, & thus cū ricino, & seuo leniter incoquantur, deinde pix adiecitur, cera, resina, chalbanum purgatum & paucis aceto diluatur. Reliqui aceti tertia pars arugini, duæ opopanax admiscuntur, & hæc immittuntur. In aliâ autē ollulâ picis liquidæ, sycamori, & ricini liquoris pars octaua, ac arugo densetur:

**D** deinde mediocriter coquantur, ut unitas fiat, cum bene unita uidebuntur, in uino reponitur pharmacum. Hoc multis hydropicis succurrimus, iniicientes ipsum, ac moroso minus uictu regentes, solumque ut bene concoquerent, prouidentes. Cum uero profecisse se multum ægri sentiunt, descendimus ad emplastrum ei subiunctum, quod ex salibus dicitur.

*Catagmaticum Andromachi.*

Cap. 20.

**P**rimum Catagmaticum Andromachus ita scripsit. *Catagmaticum, quo continetur.* Argenti spumæ pondo minam, picis pondo minam, cere pondo minam, seu taurini pondo minam, thuris pondo minam, picis liquidæ heminæ dimidium, liquoris sycamini heminam, terebinthinæ pondo minam, opopanax denarium pondo octo, chalban, denarium pondo octo, aruginis denarium pondo octo, ricini heminam. Non nulli etiam butyri pondo minam addunt, guttæ ammoniaci denarium pondo uiginti, quinque, ex uino austero diluuntur. Mox post hoc aliud hæc sententia scribit. *Aliud Catagmaticum.* Argenti spumæ pondo minam, cere minæ dimidium, alij quartam partem, picis pondo minam, terebinthinæ pondo minam, seu vitulini pondo minam, opopanax denarium pondo octo, aruginis denarium pondo octo, chalban denarium pondo octo, alij sex, ricini heminam, aceti tantundem. Gallus iniect scissilis denarium pondo duodecim, chrysocollæ denarium pondo duodecim. Aliud superioribus catagmaticum

Al. xx.  
libra xx.

Al. ii.  
i Al. in libro



catagmaticum hoc modo Andromachus subnequit. *Nigrum catagmaticum.* Argenti spumæ denarium B pondo ducentorum, bituminis denarium pondo ducentorum, picis denarium pondo centum, ceræ denarium pondo centum, scissilis denarium pondo triginta, propoleos denarium pondo triginta, terebinthinæ denarium pondo quinquaginta, guttæ ammoniaci denarium pondo uiginti quatuor, aruginis rarisæ denarium pondo decem, olei sextar. iij. alij duos adijciunt. Veteres etiam lapidis pyritæ denarium pondo sexaginta. Hæc igitur ab Andromacho ordine scripta sunt, seorsim uero inter uiridia postremū emplastrum quoddam his uerbis expressum inuenio. *Aliud uiride cephalicum ex collectanis Aphrodis.* Squamæ denarium pondo quadraginta, terræ crethriadis denarium pondo uiginti, aristolochiæ denarium pondo triginta, ichtyocollæ denarium pondo sexdecim, salis ammoniaci denarium pondo duodecim, misyos denarium pondo duodecim, myrrhæ denarium pondo duodecim, thuris denarium pondo triginta sex, aris uisti denarium pondo sexdecim, aluminis fissi denarium pondo duodecim, rotundi denarium pondo sexdecim, byroniæ denarium pondo duodecim, chamæleontis nigri denarium pondo duodecim, resine usæ denarium pondo octodecim, guttæ ammoniaci denarium pondo octodecim, argenti spumæ denarium pondo duodecim, \*illyridis denarium pondo duodecim, chalcanti denarium pondo duodecim, fellis taurini tres cyathos, aceti congiuum. Sub canaliculæ astu pastillos fingito, qui singuli denarios quatuor pendant, ceræ quartam partem miscero, aceti heminas sex, olei \*tantundem.

*De emplastris glutinantibus.*

Cap. 21.

**Q**uidam hæc sanguinaria & uulneraria, id est cruentis & uulneribus adhibenda nuncupant. Opus eorum est coniungere diuisas partes, & conglutinare, ut in pristinam unitatem particula reducatur. Verum non modo cruenta protinus glutinantur, ubi sanguinem ex diuisione profluentem adhuc spongia deterferimus, deinde futuris aut fibulis coarctauerimus: sed etiam sinus ueteres, cum ab omni inflammatione immunes, & puros medicamentis appositis effecerimus, committitur, coeuntque. Dicitur est in Therapeuticis methodi libris medicamentum primario, atque ex sese, sordis deteriorum appellari, secundaria uero ratione carnem producentem & glutinans. Non enim tanquam ipsam carnem generet aut uniat, neque tanquam hæc natura solius opera non sint, sed quod talibus impositis medicamentis ulcera carne replentur ac coeunt, appellationem hanc sortita sunt. Opus ipsorum proprium est affectam partem recrementis uacinare, ne uidelicet sanies carnis generationem, glutinationemque impediat. Indicatum porro est glutinatoria carne explentibus esse sicciora, item quæ carne explet detergendi uim omnis morbus expertem referre. Glutinantibus autem non absterforijs profus, uerum desiccantibus solum esse licet. At cum cicatricem quoque ducentia pharmaca multo his, (præterquam quod abunde adstringunt,) sicciora sint, statuamus demum & quæ glutinant & quæ coniungunt, moderatius istis exicare. Finis autem glutinantium est nullam inter coitura subnasci humiditatem permittere. Cicatricem uero contrahentium non hanc tantum impedire, sed etiam nam consistentem in ijs, quæ mox cicatricem ducent, consumere, adhæc callum obducere, & adstringendo indurare. Quæ carne implent, sanguinem ad refectionem idoneum, tum pro quantitate tum pro qualitate uentur, ac tantum talemque, quanto natura & quali ad carnis generationem indiget. Ceterum mordicationis profus expertis medicamen purum ulcus seruat, si quidem tale acceperit: si uero sordidum, necesse est tantum pro sua ipsius potestate detergens sit, quantum crassitudinis sordes habuerit, quin etiam carnem recens iunctam mordere & exedare debebit. Vnde palam colligitur id, cum tale existat, ulceri carnem non esse inducendum, nec cauitatem carnis repletur, sed quod potius colliquabit imminuetque. Atque huius rei causa medicamentum, quod sordibus copiosis repurgandis est, quo de antea dixi, non semper carnem potest gignere, nisi uel ex uberiore oleo, uel rosaceo liquatum, sicut quod oleosum & quod ex chaita inscribitur, deterfionis uehementiam remittat, uel ex cerati mixtura mordicationem deponat. Huiusmodi sunt plures multiplicis usus medicamenta, quemadmodum Macharionis emplastrum, & Ius. Scopus igitur singulorum id genus in Therapeuticæ methodi libris declaratus est, simplex facultatum materia in alio opere priorum, composita in presenti tractatur. Ac primum sane in eo meminit oportet naturæ corporum, quæ curanda susceperis. Nam humida, eoque mollia, quemadmodum mulierum, puerorum, eunuchorum, & qui muliebriter degunt, imbecillioribus medicamentis indigent: uirorum corpora, potissimum qui ex uirilibus membris & sole durum corporis habitum conciliarunt, ab imbecillibus nihil periculi sentiunt. Quapropter nec glutinantia utrorumque corporum cõmunia sunt, sed quæ ex argenti spuma, oleo, & aceto præparantur (in priori libro de ipsis egimus,) imbecillam mollemque carnem glutinant. Quæ bituminae, arugine, squama, aloe, & myrrha constant, robustam & durum. Itaque bitumen ipsum per se in harum uirtutum scopo cõtinetur. At nulla ratione solum ex oleo liquatum usurpare poteris, ut quod friabilius sit, quam medicamento emplastrum forma faciendo conueniat. Ut igitur emplastrum fiat, ceram & resinam ei admiscemus, a quibus de nouo uirtutem eius solutam iri scientes, interdum æs, uel eius squamam, sæpe aloe uel myrrham, uel in summa sicca aliquod medicamentum non inepte adijciunt.

*Ex bitumine Barbara.*

Cap. 22.

**P**rima hæc quoque ab Andromacho scripta apponam ipsis illius uerbis.

*Barbara Andromachi.*

*Barbarum, quo utor.* Ceræ, picis, resinæ, bituminis, singulorum denarium pondo ducentorum thuris drach.

**A** drach. uiginti quatuor, olei heminas. Aliud, Picis pondo lib. ij. bituminis, ceræ, singulorum pondo libram, guttæ ammoniaci, manna, singulorum pondo unc. sex. cerussæ pondo unc. iij. olei hemina dimidium, aceti heminas quatuor. hoc Aphrodis admiratus est. *Aliud nigrum.* Picis aridæ, resinæ aridæ, bituminis, singulorum pondo libram, cerussæ pondo unc. vi. manna, aramenti sutorij, aruginis rarisæ, singulorum pondo unc. iij. olei hemina dimidium, aceti tantundem. *Aliud ex emplastris Galli.* Seni capri denarium pondo triginta, aruginis denarium pondo \*octo, ceræ denarium pondo quinquaginta, aristolochiæ, bituminis, picis, singulorum denarium pondo uiginti quinque, guttæ ammoniaci denarium pondo duodecim, chalbani denarium pondo duodecim. s. silphij denarium pondo \*octo, manna denarium pondo duodecim, præparato. *Aliud, quod iuuicium dicitur.* Ceræ denarium pondo centum, sicut taurini denarium pondo triginta, bituminis denarium pondo uiginti quinque, picis denarium pondo uiginti quinque, terebinthinæ denarium pondo uiginti quinque, niri denarium pondo uiginti duum, s. aristolochiæ denarium pondo \*duodecim, chalbani denarium pondo octo, myrrhæ denarium pondo octodecim, thuris denarium pondo duodecim. s. ammoniaci denarium pondo octo, amomi drach. \*octo, cardamomi denarium pondo duodecim, opoponacis denarium pondo octo, medullæ ceruinæ denarium pondo quindecim, aruginis denarium pondo duodecim, aloes denarium pondo octo, bellij denarium pondo sexdecim, olei heminas duas. Ego uero adieci propoleos denarium pondo duodecim.

**B** *Aliud, quod cruentis uulneribus imponitur saluum.* Argenti spumæ, bituminis, ceræ, picis brutæ, singulorum denarium pondo quinquaginta, resinæ frictæ denarium pondo quindecim, aris squamæ denarium pondo duodecim, thuris denarium pondo quatuordecim, chalbani denarium pondo octo, chalcitidis denarium pondo quatuor, aloes denarium pondo sex, gallæ denarium pondo quatuor, myrrhæ denarium pondo quatuor, aristolochiæ longæ denarium pondo sex, aristolochiæ rotundæ denarium pondo quatuor, olei ueteris heminas quatuor, nos olei heminas tres.

*Barbara Hera.*

Quod Heras conscripsit barbarum, sic habet. *Nigrum emplastrum.* Ad cruenta uulnera, ad diuisiones notatu dignas, maxime capitis, ad fistulas, sinus, fracturas. Conuenit etiam hepaticis, & lienosis, citra inflammationem glutinat, benefacit etiã neruis, charilagibus, & ossibus præcisis. Cohibet etiam mirifice sanguinem erumpentem. Insuper ualet ad tubos & sinus, glutinat enim insigniter. Item in abscessibus humore ablato hoc imponitur. Est etiam ad sanguinem cohibendum præstantissimum, præsertim in ijs, qui sanguinem reijciunt: duas uero in pelles illinito, & unam pectori & lateribus imposito, alteram dorso, præter opinionem sanguinem silit, ualet insuper ad canum hominumque morsus, in totum phlegmonem arceat. Idem ea, quæ uulneribus adhibentur, superat, ut experientia indicauit. Hæc me diebus septem soluitur, per ætatem quinque, si uero necessitas urgeat, tribus. Ceræ, picis, bituminis, pityinæ, singulorum pondo libram, manna pondo uncias sex, cerussæ pondo uncias quatuor, chalcanti pondo uncias quatuor, opoponacis pondo unc. ij. olei \*semunciam, alij selibram, aceti heminas duas. Ceterum, bitumen, oleum, ac etiam paululum relinquens, in olla recenti liquato, deinde picem & resinam adijcitur, in minima frustra diligenter concidito. Vbi semicoctum fuerit, tollito ollam, & aliquandiu refrigerato, atramentum sutorium percolatum, læuigatumque ex duabus aceti heminis paulatim inspergito, ne effereuiscat; quando autem effundis, leuiter ignem subministrato mouens, cum non inquinat, cacabum deponito, opoponacem in reliqui aceti parte pridie madefactum infundito, ut dissoluatur: mox cerussam mannamque una pariter trita inspergito, & paululum tepesciens, ut in unum coeant, obserua ne opopanax, & manna aduantur: resusa in mortarium ibi refrigerari sinito, ac rursus subacta reponito, atque utitor. Porro manifestum est etiam alia barbarum, quæ tum Andromachus, tum reliqui tradiderunt, eodem modo confici oportere. Quidam opoponacem cacabo nõ inijciunt, sed leui ex aceto factu liquata in mortario superfundunt. Cum eo non nulli miscent mannam & cerussam, quemadmodum ego quoque sæpius feci in mortario terens ex aceto, & quæ liquari possunt, liquefacta infundens. Subinde uero atramentum sutorium duntaxat cum opoponacis læue factum cacabo indidi, mannam cerussamque inspergens.

**D** *Aliud barbarum, Hera.* Heras soli huic præscripsit, barbarum, ego uero antecessens etiam similiter appellauit, est nigrum ab ipso nuncupatum: quoniam plerique ex recentioribus medicis emplastra ex bitumine, barbarum nominare consueuerunt. Heras de ipso sic ad uerbum. *Barbarum ad recentia uulnera, sinus, canna hominumque morsus, sordylomata inflammata, ad articulorum uitia omnia in principio, & podagram.* Ceræ, picis, resinæ frictæ, bituminis iudaici, singulorum pondo minam, argenti spumæ denarium pondo decem, cerussæ denarium pondo quinque, aruginis denarium pondo quinque, opoponacis denarium pondo quatuor, olei hemina, aceti \*cyathum. Cera, pix, bitumen, resina incoquantur, donec illiquata fuerint. Deinde reliqua ex oleo trita inijciuntur. His ablatis ab igne, & aliquantulum refrigeratis acetum paulatim insillatur. Talis sane barbarorum emplastrorum formula est. Ego ubi paucis exposuero quomodo ipse utax, sermonem de eis finiam. Sunt autem duo, unum ad maxima uulnera, alterum ad minima. Quod itaque ad maxima adhibetur, hæc recipit.

*Barbarum Galeni.*

Picis pondo libras octo, ceræ pondo libras sex & uncias octo, pityinæ pondo libras quinque & uncias quatuor, bituminis pondo libras quatuor, olei pondo libram & uncias sex, argenti spumæ, cerussæ, aruginis, singulorum denarium pondo uiginti quatuor, thuris pondo selibram, aluminis liquidi denarium

Al. r.

Al. r.

Al. r. & c.

Al. r.

\* At. legio  
et p. p. p. p.  
et p. p. p. p.  
est in alio  
ueni sicut  
ignem non  
perit.

\* At. hemina  
dimidium.

Al. semini-  
am.

Al. hemina.



rium pondo duodecim, sillipondo uncias quatuor, opopanax, squamae, chalbani, singulorum denarium pondo duodecim, aloes, opij, myrrha, singulorum denarium pondo quatuor, terebinthina pondo uncias uiginti quatuor, mandragora succi denarium pondo sex, aceti herminas sex, quae ualent libras quinque: *Simpliciorum Barbari Symmetria est talis.* Picis, ceræ, resinae pityinae, resinae frictæ, bituminis, horum quinque, singulorum pondo libram, argenti spumæ denarium pondo decem, cerussæ denarij pondo quinque, argentinis denarium pondo quinque, opopanax denarium pondo trium, olei hyeme pondo uncias nouem, astate pondo uncias sex. Quae liquari possunt, siccis in mortario aceto acri lauigatis affunduntur. Quod si sedando dolori aptius uoles medicamentum reddere, hyoscyami succi denarij pondo unius, sive in opij tantundem admiscero.

## GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER TERTIVS.

### ARGVMENTVM LIBRI.

De medicamentis, quae ad uulneratos, punctos, contusos, ac quocunque pacto affectos neruos adhibentur.

De uulneribus neruorum.

Cap. 1.



**H**æc amici cõmentaria uobis paro, qui iam ex ipsius medicinae operibus comperistis, quàm efficax sit nostra neruorum uulneratorij curatio, nempe ex qua omnes seruati sunt, non autem manci, nec claudi redditi, quæ aliter curatis accidere conspexistis, quemadmodum etiam non nullos conuulsione correptos, uel cum dolore, uel putredine, uel febre mortuos. Par autem est hosce libros ad aliorum quoque manus peruenturos, qui scriptis bene uti non possunt, uel quia a præceptore medicæ artis speculationem non didicerunt, sed omnino iudes, quasi uix initiati & prorsus in exercitatu pernanerit, aut quia perperam edocui, adhæserunt ijs, qui composita medicamenta solo usu citra rationem esse inuenta afferunt. Etenim ij manifesto contentione sua errant. Altero modo non minus prædictis errant ij, qui nullum pharmacum ex simplicibus facultate contrarijs conuici oportere arbitratur. Verum hos medicamenta superiore libro citata coarguunt, ut quæ magnas ipsorum uires ex contrarijs inuicem simplicibus compositis ostentent, immo etiam in libris hunc subsecutus præstantissima pharmaca ex contrarijs uirtutibus composita indicabuntur. Nunc de nostra curandiaratione, quam in neruorum uulneribus excogitauimus, toto hoc libro differemus, ostendentes quantam eiusdem facultatis medicaminum copiam, tum ex generalis sanandi scopi indeptione, tum ex simplicium uirtutis cognitione inuenerimus.

Quis communis uulneratorum neruorum curationis modus, & quæ medicamenta specialia.

Cap. 2.

**S**pectauimus omnes præceptores præsidio, quod iam recentiores medici sanguinarium, seu cruentis sopitans, (Græcis enamon dicitur) & glutinatorium appellare solent, uti. Nam initio medicamentum aliquod ex enemis imponentes, uulneris oras committere seu glutinare moliebantur. Si uero phlegmone eas obfederat, calida aqua liberaliter fovebant oleum affundentes, ac tritici farinam ex hydrelæo decoctam, epiplasma applicabant. Quin etiam gladiatores in patella uulneratos, supraque hanc in latro tenuique tendine, pari modo ab ipsis curatos uidi, forsitan melius dicas non curatos, sed perditos. Hi paucissimi enim illorum, & ij claudi superuixerunt. Et uero etiam permultos in manu surama tendentes, per quos digiti flectuntur extendunturque, uel contusos, uel minimo punctu læsos, putrescentes adeo conspexi, ut coctis præstitim diutius in aqua similes apparerent. Non enim secus exoliuntur, & consistencia emollescunt, qui superiores sanandi modum experiuntur. Itaque ipsum reprobaui, ut qui partem uulneratam putrefaceret. Quoniam uero putrescentia omnia ab humiditate ac caliditate id pati prænolescant, curationem per siccantia refrigerantiaque molendam esse deprendi. Rursum apud me contemplatus frigidum uere ab Hippocrate neruis iniunctum dici, optimum fore neruorum uulneribus medicamentum intellexi, quod & liceret, & inter calidum esset ac frigidum, uel non multum a medio ad calorem recederet, calidum uero etiam esse satis posse, modo liccandi potestate polleat. Etenim calor citra humiditatem putrefacere nihil habet. Insuper illud quoque cum cogitando adinuenissent multum referre, nuda partu affecta medicamentum offeras, an per alia corpora ei præposita, conuenire aduertri alijs in nudato neruo uti pharmacis, alijs cum punctus fuerit, partibus, quæ ipsi præiacent, illatis. Vbi etenim nudo neruo medicamentum adferas, ibi prædictam auxilium integram indicationem affumi conuenit: præpositis autem partibus saluis, tenuius pharmacum inueniendum est, cuius uirtus interiacentes particulas permeando non dissoluatur, sed in altum penetret. Hoc autem

**A**fficere tale pharmacum posse, si ualide siccet, & si non calore & frigiditate medium sit ac Symmetron, neque offendere, dum efficacia ipsius calefaciendi uel refrigerandi in particulis, quæ neruoso corpori præpositæ sunt, penetrandis imbecillior est reddita. Atqui inuento iam præsidiorum scopo in substantia eorum tenuitate, deinceps materia mentionem facere oportet. Plurima igitur, quæ calefaciunt, tenuiorum esse partium, permulta rursus, quæ refrigerant, crassiorum in simplicium medicamentorum speculatione didicimus. Quippe una solum inter ea qualitas acida cum tenui substantia non nunquam fit, eoque inter omnia, quæ refrigerandi uim obtinent, tenuiorum partium acetum est acerrimum, quod etiam caloris exigui particeps esse demonstraui. Calefacientium uero liquores prohi tenuissimam habent substantiam, & apud omnes iam homines Cyrenæns primas tenere cognoscitur, qui si non adsit, etiam medico utimur, & ijs, quæ cum ipsis ab orientalibus plagis afferuntur, cuiusmodi est, quod sagapenum appellamus. Hoc genere comprehenditur & liquor euphorbij in obtiduis orbis regionibus natus, siue liquorem ipsum, siue aliud quid nominare uelis, nobis in toto cõmentario euphorbij hoc medicamentum uocare sufficet, quemadmodum iam omnes consueuerunt. Quinimmo & inter ea, quæ in nostra regione proueniunt, & panacis, & tithymallorum liquores subtili facultate præditi sunt. Et uero etiam omnes nominati liquores generose calefaciunt, opobalsami uero, qui subtilis & ipse est, non admodum calefacit. Ex terrestribus autem nitri spuma tenuem substantiam habet, ite, quod ex aqua facile soluitur aphronitrum, si ad corpora terrestria uidelicet relatione fieri inuadimus. Sublequitur nitrum nomen herenicium, & alia petra, cuius flos etiam omnium terrestria est libidinis. Porro ex metallis auripigmentum & sulfur, tum subtilia, tum calida sunt, quibus succedit misy, æris squama, & chalcitis, paululum simul adstringentia. Quare ista quoque chalcitide frequenter in subtiliorum medicamentorum compositionibus utimur. Citra calorem uero masticum tenuium partium metallica sunt spodium & pompholyx, adde quod uocatur pioricum, subtilis ualde est & chrysocolla. Ceterum inter succos laurinum simul cum eo quod ualde calefacit ut ad realium, tenuē esse dicimus. Nihil enim minus eo calefacit facultate cedrinus, calore tamen qui sensibus subicitur, propter substantiæ suæ tenuitatem, illi cedit. Eiusdem cum cedrino generis est licetia, quæ stacte, id est stillaritia dicitur, atque inter hanc ipsam, ea quæ ex materia subtili ista sit, cedrinum uel uirtute superat. Ex malo igitur & ficu, ea, quæ magis agresti, quam uocant caprificum, item ex alijs uillis combustis huiusmodi lixiuam conficimus. Præstantissimus est ex tithymallis, qui characias uocatur, Ceterum ex seminibus frumentarijs, uti nominant, subtilissimum est eruum, sine insigni calefaciendi potestate: lolium uero cum insigni, hordeum nequaquam calefacit. Mediam inter ea materiam obtinet, qualitatibus amara, quæ multum tenuibus substantia cedunt, crassi licet nihil habentia. Non nulla ipsorum a medijs rutilum declinarunt, alia ad calorem, alia ad frigiditatem, quorum omnium materias in opere de simplicibus medicamentis executus sum, quemadmodum etiam omnium nucum, (Græcis acrodrya dicuntur,) in quarum numero sunt amygdalæ amara & pistacia. At stirpium materia in præsentia non memini, redire enim ad principium cogito, atque exponere quando, quoque modo singula per rationem nobis inuenta usurpauerimus. Hinc enim puro bonæ indolis iuuenes incitarum iis, ut medicamentorum materiam cognoscant ipsimet insipientes, non sentel aut bis, sed frequenter. Quoniam sensibilium rerum cognitio sedula inspectione confirmatur: cuius rei indicium est euidentissimū, quod gemini per omnia similes esse nobis uideantur: differentes autem ijs, qui ipsos inspicere consueuerunt. Itaque herbarum, fructuum, & arborum materiam prius, quam è terra eximantur, conreplari pulcherrimum est, dum fructus uidelicet futuri sunt, dum eduntur, dum auferunt, & dum nigenti. Hæc siquidem continua eorum speculatio docebit te, quando potissimum ipsos commode decerpas, ac in siccis domunculis repositos custodias, ne a solis radijs exurantur, neque ab humiditate ex tecto uel muris madesiant. Id optime fiet, si domus neque sub terra neque sine, neque alijs uiciis, neque sub tegulis, sed est a meridie spectantia habeant, prope quæ tamen medicamenta reponi non debent. Amici uos admoneo, ut in hoc quoque me sequamini, si artis opera pulchre obire uelit: nouistis enim, quomodo ex omni natione præstantissima quotannis medicamenta mihi adferantur, eo quod perditu illi omnigenarum rerum coemptores, (græce rhopopolas uocant,) uarijs modis ea contaminant. Præstititator san non hos solum, sed multo magis etiam mercatores qui illa aduehant inculcare, atque his multo magis ipsos herbarios, item nihil minus eos, qui radicum liquores, succos, fructus, flores, & germina ex montibus in urbes conferunt: hi siquidem omnium primi in eis dolum exercent. Quisquis igitur auxiliorum undique copiam habere uolet, omnis stirpium materiae, animalium, metallorum, & abique metallica natura terrestrium corporum, quæ ad medicinam usum ducimus, expertus esto, ut ex eis & exqui sita, & non ha cognoscat: deinde in cõmentario meo, quem de simplicium medicamentorum uirtute prodidi, sese exerceat. Nisi enim hoc modo instructus ad præsentis operis præsidia ueular, uerboreus quidem medendi modum sciet, opus uero nullum ipsi dignum periciet. Eingat namq, ipsa, quæ de neruorum uulneribus prædixi, quædam aliquis cognoscere, adulterata uero medicamenta per ignorantiam compositioni iniicere, uel neque omnino exacte facultates ipsorum intelligere, an non erit necessarium frequentius hunc errare, quam recte agere? mihi quidem uel admodum uidetur. Jam uero accurate uirtutes cognoscere ab eo multum differt, quod est cognoscere. Etenim solum cognoscere, licet est, a medicamentum siccare, uel humectare, uel refrigerare, uel calefacere suapte natura nos possit accurate

uero cognoscere praeter hoc etiam uirtutis quantitatem sciuisse est. Quaedam enim pharmaca calorem & repidum generant corporibus nostris admodum, quaedam moderatum, quaedam modum alia hoc paulo ualidiora, non nulla iam sic feruentem, ut urere possint. Conuenit igitur medicum non modo affectus qualitatem, sed etiam ipsius, ut ita dicam, quantitatem coniectasse. Nam haud ita proprie quantitas in qualitate dicitur, quamquam dicatur tamen, ut febris magna & parua. Ac tantus uisus est eorum, quae sic dicuntur, ut iam propriam uim obtineant ipsa, perinde ac pyxis, excusor, pictor, quercus incisor. In totum quae ex uocato a grammaticis abusi inceptum, deinde uero propria dici credita sunt. Haec quidem attulimus propter eos, qui parum opportuno tempore de sermone proprietate arguantur. Quod autem dicere delij, tale est, nempe quod exicari desiderat, non simpliciter siccantem indiget medicamento, sed conuenienti mensura. Copiosa quidem humiditate auctum, indigniter exiccantem: parua, parum hoc faciente: quemadmodum multa, admodum resiccantem, non tamen extreme, neque in summo. Siccitatis enim quantitatem, humiditatis copiam respondere conuenit. Ego itaque dum communem neruorum uulnerum curationis modum inmutare primum ausus sum, conieci in quantam humiditatem caliditatemque affecta pars recidisset. Et cum adulescens quidam mihi ostensus esset in primo articulo medij dextrae manus digiti, totum circa neruum locum humentem adeo ex contusione habens, ut iam compulseret: partem sane putrescentem cataplasmate ex lixiua stillaritia & hordei farina (sic autem uosli me omen Iulianus Graecis dictam nominare) foui: non putrescentem uero, sed intus dolentemque oleo calente liberaliter perfudi: inde cum lana sicca madorem exhaulisset, ceratum tam humidum illeni: quam in fracturis utimur, cui euphorbium sit admissum. Confectum autem mihi fuerat hoc quoque mea industria huiusmodi occasione. Profectus ad me quispian hyeme uehementi, ostendensque genu facile dicebat rigore id affici, statim uero calefacientibus inuari. Rogabat igitur huiusmodi aliquid medicamentum darem, ut qui profectus in frigore inalegeret doleretque uehementius quam alias. Nunc igitur, inquit, loturas discendo, mittam autem ex balneo qui medicamentum accipiat. Haec cum dixisset abiit, at ego cum tale nullum medicamentum ad manus haberem, euphorbium cum oleo trui, & ceram liquatam immisi, paulo post cum amicus pharmaco ferendo puerum misisset, exhibui. Dolore protinus cessante, inde in alijs particulis similiter affectis uti praecipimus, de quibus mox dicitur. Nunc ad nerui uulnera sermone redeo propter eos, qui nihil, quod ego nunc dico, intelligunt: nitio autem uerunt dictiunculas: quos inuenire angurior neurotrotus (quasi neruis faucis dicas) perperam eos nominari, qui in tendonibus uulnus acceperint. Tendones enim ipsi puto uocari, qui extra manum tori carpo, id est brachiali, & digiti super tarsi sunt. Quamquam sane non ignorem manifestius, magisque proprie tenontrotus (id est in tendonibus uulneratos) ipsos nominari. Tamen cum omnes in neruis sciarios nuncupare soleant, & ego ne quis inuolare me appellatione dicat, consuetam pro uera suscepi, etsi nec illa sine ratione abire in consuetudinem potuerit plerisque medicis tendones etiam neruorum nomine iam uocantibus. Verum siue in neruis, siue in tendonibus uulneratos appellasse mauis, neque ob has uoces incolumes erunt, neque contusione laborabunt, quemadmodum neque manci fiunt, nec morientur. Appellatio siquidem nec seruauit hominem unquam, nec perdidit, sed medicamentorum facultas utrunque efficit. Atque ego haec inmutans, putrescentes, conuulsos, mancos, non nullos etiam peruenies, sanos uiuosque reddo. Nam neruos contusos habentes sicut ille habuerat, neurotrotos (id est in neruis uulneratos) non neurochlastos (id est in neruis contusos) nuncupare anteceperunt. Ceterum curatio communis est, & periculum aequale amborum, nempe contusorum & uulneratorum uel neruis, uel tendonibus. Itaque homo ille circa primum medij digiti articulum orta, cum superiacentium tentione doloreque infestaretur, multo melius habere coepit die postero, quo uice hordei farinae, cruorum farinam stactae lixiuae commiscuimus. Ac tertio sane cum similiter etiam curaretur, iam quidem in alijs particulis dolorem omnino non perceperat, ex contusione uero neruolum quoddam corpus crasse membranae pertimile exertum est: quod mediocriter me commouente facile totum semipueridum excidit. Videbatur omnibus contemplantibus hoc corpus neruus locus esse qui compulsiuisset, ut qui ignorarent, quo pacto tendones hi neruosis membranis conuelati per brachiale procedunt, & super totos digitos extenduntur. Mihi uero purridum ex contusione attollenti tendo saluus apparuit. Cum igitur uel passillo uno, uel trochisco, uel utenque uocasse libet, quorum in numero est & ille Polyidas, soluto ex hepsemate, uel sirao, id est sapa, (nam & hoc pro arbitrio nominare liceat) apparentem nerui particulam prius iunxisset: rursus eodem modo & cataplasmate, & mictione ex euphorbio in istis locis sicut prius, utroque usus sum. Quarto iam die omnia \*composita circa cotusum quidem antea, ulceratum uero tunc primum digiti articulum intus considerabam, quorsum a cataplasmate transgrederer. Visum igitur est si neruus inflammatione prorsus uacaret, ad cicatricem ductentia transire: si uero phlegmone ipsius scirrhosum quidquam remaneret, aliquid ex abunde siccantibus exhibere. Quoniam igitur non nihil ex ea reliquum esse uidebatur, medicamentum ex draconculi radice confectum prius usurpauit, quod alia eadem cum aegyptio pharmaco, quae Iis uocatur, continet: assumpsit autem draconculi radicem. Ab hoc uero deinceps Minerva dicta usus: inde ad ea, quae cicatricem ducunt, perrexi. At cum alium curarem passillo sapa diluto nudatas uulneris partes illinens, euphorbium extrinsecus imponebam, tantum cereae ac resinam miscens, unde emplastrum crasso uero simul fieret, & euphorbij uires conseruarentur. Ceteri si quomodo ad hos scopos respiciens medicamentum componas,

A componas, deinceps declarabimus. Etenim aliud quoque ex aceto pharmacum confecimus, hoc spectantes, ut ipsius spissitudo, & subtilis aceti uirtus cum refrigerantis facultatis exolutione incolumis permaneat. De his sane, quomodo composita sint, post paulum tractabitur. Nunc quia neruis uulneratis medendi modum ex rationali indicatione iugatorio illo empiricorum casu repudiatu inueni, totam cogito ipsam dicere, ita ut nullam distinctionem praeferam, sermone ab initio rursus repetens. Quando igitur uulneratum aliquem protinus suscipio, interim per liquida pharmaca curationem molior, interim emplastris, lanam extrinsecus quam mollissimam oleo calente imbutam applicans. Quod si medicamentum ex aceto usurpem, aceti partem oleo admisceo, ac bis rerve quotidie soluo, & oleo calente foueo. Si noctes longae fuerint, etiam in his soluere consueui, idque magis facio, dum ulcus a medicamentis mordetur. Nam ubi initio tali medicamento utenti aeger nec se morderi, nec dolere, nec tensionem percipere mihi dicat, die soluo & foueo mane seruel, & uespera iterum. Oleum uero quo fouemus, satis calens esto, uerum ita, ne uulneratum partem offendar. Sicut enim frigidum huiusmodi affectibus maxime est contrarium, sic tepens non omnino uale. Namque in primo de simplicibus medicamentis uolumine didicimus, ut aqua in eo, quod calens aut frigida sit, maxime contraria facere nata est: ita quoque oleum. Nam frigidum corpori admotum, perspiratum quodammodo ipsius obstruit, immo prohibet: calidum uero digerit ac extenuat. Quod tibi etiam ex carnibus in eo coctis licet condiscere: similiter enim ut praerancidas friabiles efficit, etsi protinus cum animans maceratum est, in eo coquas, aut sarragine frigas: propter quod & ego sumentum ex oleo satis calente usurpare malui, repidum semper utans, adhuc autem magis frigidum. Porro ab aquae usu in tota curatione ita tempero, ut ne attingat quidem ulcus: proinde cum sanguis initio statim a uulnerata parte eluendus est, ex oleo id facere expedit. Vbi autem iam aegri medio criter habentes lauacro utuntur, neque tunc affectum locum in aquam demergere ipsis concedendum. Magna siquidem ex parte nerui in manibus uulnerantur. Memini cuiusdam ex huiusmodi uulneratis, qui cum diem quartum circa omnem dolorem ageret, partemque affectam absque phlegmone uideret, multo in frigore domo egressus ad opus quoddam necessarium, eique diu immoratus domum redijt membro uulnere ad uerticem usque, resso, idque cum ingenti ipsius dolore. Postquam uero quodam me accersente profectus ad eum, uidi quibus in malis esset, oleum ex itinere refrigeratum a particula auferri iussi, calente uero totum membrum foni: deinde uerticem partem aduersam lanis oleo respersis, & medicamentum liquido ex euphorbio simul cum castorio hominem statim mitigauit, & somno accedente usque ad uesperam omnia cessarunt symptomata. Prae omnibus igitur danda opera est, ut lana permaneat calida, siue oleo tantum, siue oxelaeo, hoc est aceto & oleo quoque imbuta fuerit: sic hoc si alia lana sicca extrinsecus circumponantur, & aeger intra tectum, cum hyems fuerit, ad quintum usque uel septimum morbi diem seclē contineat. Nam si eoulsque nec phlegmone aliqua tentetur, uacuetque prorsus dolore, & nullam sentiat tensionem, in posterum tutus erit. Curabis autem ne in aceto uiuolum aliquid appareat, quemadmodum oleum quoque ut omni astrictione uacuet. Neque igitur quod crudum uel immaturum dicitur, adhibebis: neque id quod ab Hispania uehitur, ac uocant Hispanum: immo nec aliud quodlibet ex his quae olea furculos habent. Optimum oleum est teque, quale in Italia sabinum. Alibi uero in nationibus Romano Imperio subiectis, quae nullam adstringendi uim obtinent. Iam uero qualis res sit rationalis indicario, & quanto ditior quam nuda experientia circa methodum, uel hinc condiscas. Cum permultis neruorum uulneribus saepe in itinere, in nauigio, in agro, uel in ciuitate, sed procul a meis aedibus incidissent, nec medicamenti ex euphorbio copia adesset, nec illius, quod ex aceto conficitur, nec alterius, pharmaca, quorum forte fortuna eo loco facultas erat, uulneri imponentes propositum semper sumus affecuti. Noui etenim me ipsum in agro propolim recentem, liquidam & pinguem, quam agricola habebat, uulneri imposuisse, interim fermentum solum, interim ambo commista. At fermentum quam uetustissimum esse, propolim uero contra habere conuenit, quantum ad tempus attinet. Sin autem uetustior sit, ex oleo iuxta ignem, uel in sole emollitur. Rursus in alio quodam rustico succum rithymalli fermento mistam imposti, quem prope ipsius cortem succreuisse conspexeram. Quippe fermentum ut recens contemnebam. Non nunquam & propolim ex oleo liquefactam feruente subegi, sed prius aceto quam acerrimo dissoluto. Praestat oleum esse uetus in huiusmodi mitionibus puta ex oxymelite & fabarum farina, uel eruorum, uel lolij, uel ciceris, uel lupinorum amarorum, uel reuorum polenta puluere, uel hordeacea farina, quibus in urbibus usus sum cataplasma ris, non solum in his, quos iam phlegmone prehenderat, sed etiam protinus ab initio. In agro cum & picem liquidam apud fabrum inuenissem, fermento mistam imposui. Item apud alium eruorum farinam illo libatam: cuius penuria etiam praedictarum quauis misceri potest. Quam etiam oxelaeo foueo, quod caleret, lana exceptum statim, dum aliud nihil haberem, obtuli, confusus aceto abunde acris & uetusto. In alio refrigerato, quod ante horam unam, uel longius etiam tempus neruus contusus esset, quousque mihi quoddam idoneum medicamentum adferretur, expectaui, partem oleo foueri praecipiens: interim aceto prius admisso, quoniam aer per aestatem calidissimus erat, mistura ex utroque diutissime foui, donec aliud medicamentum allatum fuit. Singulis autem praedictis farinis permistam quoque, statim saepe illeui, & mox a principio, & postea, cum homo medicamine quodam, quod cruentis imponitur, non probe usque esset. Haec itaque omnia, quomodo documque applices, medicamina calida qualitatibus offeras. Et uero etiam cum domo mea egredi festinans aliquando, medicamentum nullum in promptu

Al. 12. 13. f

\*composita  
sunt.

compositum



compositum haberem, dedi cuidam familiari uetus euphorbium: inuixique laue factum ex oleo ueteri, donec humidum cerati spissitudinem haberet, tendinis puncturam in manu admoheret. Reuersus igitur interrogauit uulneratum, multum ne caloris in parte affecta sentiret: ille medicamentum quendam respondit se percipere. Rursus igitur quaesui, an mordicationem a medicamento in uulnere sentiret: ille eum se non morderi, sed ueluti pruritus quendam sentire dixisset, pharmacum ad noctem usque adhuc retere permisi. Quoniam uero cum imposita abstulisset, calor in affecto loco mediocriter mihi apparuit, neque punctura hians, satius mihi uisum est eodem uti medicamento: & uero cum uulneratus altero die prospere haberet, item tertio, & quarto, ad finem usque idem pharmacum usurpauit: quod contemplantus quidam, in alio uulnerato similiter recenti euphorbio in eundem modum uisus est. Quare necessario calor agrum multus, & conuulsus, & dolor in ulcere subsecutus est, adeo ut homo ad me ductus sit, tanquam hoc praeter omnium opinionem accidisset. Atque ego statim reintellecta, quod impositum erat abiecti: foru autem per oleum ipsi adhibito medicamento ex aceto impositum, quod si non in prociectu fuisset, pharmacum ex euphorbio copiosius ceram participans admonissem. Quapropter non oportet, uti paulo ante diximus, probatorum medicaminum facultates ac species ignorare, nec quae celeriter uirtutem mutant: tum quae rursus diutino tempore conseruant. Nam ex his, quae caducum ac statim euanescentem calorem habent, euphorbium est. Id autem cognoscitur, etiam si non manibus, colore contemplantus: quippe non ut ab initio cinereum, uerum suppalidum & sublauium reddunt inueterascens. Statim etiam lacum abunde uidetur tunc, & nix inter laeuigandum ex oleo recenti protinus imbibito dissoluitur. At subito ipsum oleo miscendum non est, sed prius in mortario sensim terendum, ne dilatescat. Quid item opus est dicam, quod etiam gustanti tibi recens, percipitur feruentissimum, ut linguam adurat, uetus autem exigua efficiat caliditatem? Lam alijs quoque multis pharmacis euanidam potentiam pauculis annis habere contingit, attamen euphorbium post thapsiam: haec enim anno admodum imbecillis redditur, ut bimula prius expiraret: euphorbium uero cum principio bonum fuerit, & probe repositum asseruatumque, etiam anno tertio adhuc uim aliquam retinet, interit & quarto: quinto autem & sexto iam exoluitur, demum procedente tempore in totum elaque scit. Porro id, quo me aliqui cum inueterato oleo sine cera usum esse dixi, quinq; annorum aut sex erat euphorbium. Unde usum ipsius mensura comprehendere nemo potest. Nam recens oleo decuplo cum cera tripla commiscetur, ueterascens copiosius ei immittendum est: trimum uero & quadrimum, uel duplicatum prioris pondus, uel aequale cera. Cum igitur pharmacum consistentia simile ac opis dictis uocationibus habere uolueris, (quae spissitudo liquidi etiam cerati est.) oleum cera quadruplum esse curabis. Vbi uero ad emplastri speciem fiet, ceram omnino aequalem oleo miscere oportet, maxime si sicca fuerit, & uetusta: sicut recens & pinguis pauciore oleo indiget, ut ceratum in emplastri modum efficiat, idque magis adhuc per aestatem. Itaque si ceratum emplastri formula facere statueris, cera ex oleo liquefacta, qua dixi symmerria, sextam recentis euphorbij partem admiscebis, ut illius una sit drachma, cera sex, olei item sex uel quinque. Sed quoniam cera glutinans ac uiscosa non est, quemadmodum resina & pix: ideo hanc uel illam, uel utriusque partem cerato admisceo. Clarum igitur est, dum haec miscentur, non amplius oleum pari illis portione affundendum. Etenim cera ad liquiditatem multo pingui indiget: ac resinae quae quidem aridae proflis sunt, pauca: liquida & sicca quandam substantiam ad emplastri crassitudinem assumere possunt. In ceris igitur non magna humiditatis ac siccitatis differentia est: in resinis, sicut etiam in picis genere, contra, arida ab humidis per multum differunt. Omnium ergo resinarum siccissima est, quam nonnulli frictam, alij colophoniam appellant. Huic succedit, quae ex fructibus impura, nec fricta sumitur: quam si purges, in frictam mutabitur. His ambabus siccior est, quae dicitur pitynon phlyema, (ac si dicas picea germinatio.) Hanc sane uel squalidam, in praesentis emplastri compositionem non esse idoneam ratus abiecti. Uisus autem sum fricta & liquidis. lam uero ex his quoque nonnullae diutius liquidae permanent, quemadmodum terebinthina: aliae cito marcescunt, sicut strobilina: media utriusque est abietina. Quinetiam facultate calidior est quidem strobilina, mox uero abietina, deinde terebinthina: cupressi resinam miscere non ausus sum, ut quae non nihil adstringeret. Putabit forsitan aliquis nobiscum dissentire Dioscoridem Anazarbeum in sermone de resinis haec uerba scribentem primo de medica materia commentario. Ex omnibus resinis principatus terebinthinae datur, post eam lentiscinae, tum ei quae de picea raditur, & abiete: post quas pinea, strobilinaeque numerantur. In his enim Dioscorides tanquam de infima strobilina, optima uero terebinthina sentire uidetur. Verum ego ex his tribus resinis strobilina, abietina, terebinthina, principem certe strobilinae calore, secundam abietinae, postremam terebinthinae esse dixi. Quemadmodum igitur, qui inter Italiae uina austeram optimum ponit uinum Italicum, alijs ad qualitatem unam sermonem referens, alius absolute de tota ipsorum substantia pronuncians, uerus deprehenditur. Eadem ratione etiam inter resinas optimam, tanquam medicamentum in multiplices usus accommodatum, merito terebinthinae affirmaueris, non tamen caliditate primas obtinere. Itaque ut aerebam, licet tibi quamlibet resinam cera miscenti simplex ceratum glutinantius efficere, quod ex oleo & cera duntaxat componimus. Hic uero experientiae quoque utilitas est, quae de coniectura nostra decernat. Potes enim ubi tripliciter ceram terebinthinae commiscueris, intelligere, emplastri ne spissitudinem iam medicamentum acceperit, an adhuc siccior sit, ac copiosorem insuper resinam desideret. Quapropter ubi hunc in modum experienti

experienti tibi medio ceter habere uisum fuerit, miscebis tunc medicamento, quod conficis, duodecimam partem euphorbij. At si ignores euphorbium exacte sit calidum, an non nihil a tali discedat, post confectionem lineo paululum illius medicamenti illitum tuae ipsius tibiae uel cubito horis aliquot imposito: postea si modice calefacere deprehendis, bene temperatum esse medicamentum arbitraberis. Quod si uel nullum sensibilem calorem dat, uel iusto feruentiorem, integrum est aut pharmacum remittere, aut intendere: remittere quidem mistura cerati, intendere apposito euphorbio. Atqui si propolis pinguem habearis, cum omnibus resinis aptiore fore tibi intelligito, ut quae vaporosam spiritus trasfitem, humoresque superfluos elicere, ac ex alto foras ducitare supra queat natura. Siquidem resinae cum cera emplastri spissitudinis gratia, non tanquam curationis consilio assumuntur, propolis autem curationis ipsius scopo continetur: atque hac aliquando sola, ut dixi, recenti, quantum ad humiditatem attinet, uisus sum in agricola quodam duro corpore: ac mirum est, quomodo sola adhaerere finem adhibita adhaerit, adeo ut nullius pharmaci praeterea uenerit necessitas. Alteri qui puncturam profundam haberet, cithymalli cuiusdam exiguum quid liquoris admiscui: mollioribus uero corporibus medicamentum tactu durius apparet, nisi olei mistura uehementer ipsum molliat. Quin & alia medicamenta omnia quae neruorum uulneribus adhibentur, liquida & mollia esse conuenit. Mollitiam igitur quoduis oleum conciliare, robur uero medicamento uetus oleum uereri potest. Vt autem propolis in agro non nunquam accommodauit, tanquam melius pharmacum ijs quae tum affuerant eligens, ita feruentum rursus in alio admouit medicamento inopia, quoniam hoc quoque in alio fixa extrahere & discurrere sciebam. Quanto autem uetustius fermentum, tanto est praestantius. Porro huiusmodi res non solum facile in agris reperiuntur, sed etiam sulphur uiuum, quo non nunquam & ipso sum uisus miscens cum terrapharmaco. Huic igitur & aphyronitrum, & berenicium litrum, & aphyronitrum non la pidosum, sed uere aphyronitrum, quod spumae consistentiam habet, adiciens frequenter usurpauit, non modo in agris aliorum penuria, sed etiam praesentibus enumeratis medicamentis hoc nomine, ut animi sensum experientia explorarem, probaremque: ac uulneratus talis rei solo usu conualuit, foris uidelicet oleo. Hoc enim commune tibi esto in omnibus medicamentis, quae hic dicuntur, neruorum uulneribus conducere. lam uero & quod a medicis uocatur arsenicum, ab ijs autem, qui uicem omnia uolunt proficere, arsenicum adiuuati terrapharmaco, quod animo conceperam experientia uolens pertentare: rursus eum id non adesse, sandaracham, uti uocant, sicut calcem restitutam & uiam, lotam & illotam, minus autem uix, plus restincta, & plus adhuc lota adieci. Ceterum de exacta cuiusque componenda quantitate paulo post dicemus, ubi haec simplicia omnia, usque ipsorum distinctio- nes reuulerimus. In hoc enim sermone propter empiricos, qui ex periprofi (id est incidentia seu casu) plurima compositorum medicaminum inuenta esse putant, uisum mihi est commemorare neruorum uulnerum curandi rationem a me citra casum repertam inde, quod sanationis ipsorum scopum, & simplicium pharmacorum facultates cognoscerem. Etenim ex casu unum aliquod simplex medicamentum inuenitur, rationalis autem methodus plurima simul inuenit, & uarias ipsorum compositiones. Quae igitur ex alto humores educere digerereque natura possunt, neruorum uulneribus ex usu sunt: Quandoquidem uero non nulla caliditatem immoderatam, uel mordacem uehementer acrimoniam, uel acidam qualitatem coniunctas habent: alia ipsis pharmaca admisceri ratio est, quae praedictos excessus sine uirtutis offensa temperare queant. At hoc fieri recte non potest, nisi cuiusque medicamento non modo qualitatis genus, sed etiam quantitatem in eo cognoscas. Quaedam namque, ut ostendimus in commentario de simplicibus medicamentis, in primo calefacientium ordine collocantur, a temperatis paululum abscedentia, alia in secundo magis inde declinantia, alia tertio, nonnulla quarto, quae urere iam queant. Igitur pro uehementiae uirtutis cuiusque pharmaci proportione, miscendorum facultas inuenitur, modo simplicium omnium temperamenta intelligas. Empiricorum haereticorum sola genere consimilia propter uniuscuiusque medicamento naturam ignorantiam miscet: & qui hanc nouerunt, sola eadem miscent, quia de excessus quantitatem certo non cognoscunt. Quod itaque ipse primum preparauit medicamentum, ex multis eiusdem generis compositum est, quoniam nondum cuiusque uirtutis quantitate exacte pernoscebam. Inieci etenim non nihil arsenici, sulfuris, misyos, calcis lotae & illotae, & pompholygis, similiter spodij, item squamae aris, chalcididis ustrae, lotae & illotae, ad haec non ustrae. Haec igitur prius in aceto quam acerrimo diebus multis, sole aestiuo leuia reddidi. Quae superfundi his debebant, cera erat necessario, & mellis non nihil prius expurgati: resinae prope modum omnes, propolis, pix, & iadanum. Liquida cyprini, susinum, opobalsamum, amaracnum, glencinum, cedrinum, & oleum ricinum & uetustum. Ex singulis autem liquoribus, quos non multo ante recensui, paulum aliquid: postremo alias adliud auferens experientiae gratia, nihilo simpliciora singula, quibus in hunc diem utor, inferiora esse animaduerti: ipsorum autem symmetriae mox ponentur. Itaque ex aceto, & liquoribus talia confeci, cere, resinarum, propolis, & picis non nihil adiungens, pari modo ex colubarum stercore & herbis tenuium partium. Minus ergo molesta sunt liquida pharmaca cum alijs, tum neruorum maxime uulneribus: uti mur etiam emplastri modo compositus propter eos, qui se lauare uolunt. Lanis enim ablatis ac tali pharmaco solo adherente minore cum molestia lauant. Praedictum enim est neque tunc uulnere effecta partem aquis respargendam, si in manu id contigerit, pes uero, si is laesus sit, non madefieri qui potest?



Sed tunc a balneo primis quatuor diebus abstinendum est. Quoniam uero omnium huius tempestatis hominum, & eorum iam etiam, qui ruri degunt, fortitudo perijt, qui lauare se quotidie consueuerunt, equidem qui non adeo delictis affluunt, (sunt hi maxime pauperes.) ut plurimum obtemperantes nobis habemus: diuites uero & praesertim potentes admodum illos, uel egre obtemperantes, uel profus immorigeros experimus. Optimum igitur fuerit nec ipsis mederi: uerum cum, nescio quo modo, alius ob aliam causam quidam nostrum inuiri, quidam ultro ipsorum mollitiem tolerare coguntur, tale quippiam factitare consueui: vulneratae parti pharmacum aliquod in emplastrum modum imponens, extrinsecus iterum multiplices pannos oleo tinctos plures superinjicio: quibus rursus extrinsecus fasciam ex linteis accommodo, quam deinde in ipso rursus balneo, cum aeger in solium est ingressurus, oleo prius perfundo: & loto uidelicet iam omnia imposta aufero, utoque praedicto totius curationis genere. At uero pater omnibus eum, qui pulchre neruorum uulneribus prospecturus est, etiam particularum naturae peritum esse oportere. Nam antea comprehensum est tendines pariter, in quos musculi plurimi desinunt, non mediocriter condolefcere, primum quidem conuulsionem generantes, dein putrescentes & ipsos uicinas simul partes inuertas inficere. Non nulli autem eorum ceu membranae tentes laetique sunt, quales in femorum terminis ad genua spectantibus, tum intra manus, infraque pedes subtentis sunt. Omnes enim qui in manibus pedibusque sunt, satis quidem coeuntes cutem contingunt: qui uero in parellam perueniunt, a circumposita cure cata darim (id est per excoriationem) abscedunt. Mihi etiam hoc forte fortuna contigit: etenim neruorum uulnerum curationem iuuenis adhuc, cum primū ex Alexandria in patriam reueteret, annos uigintiocto natus excogitauit. Quia uero singula pharmaca, quae adiuueneram, medicis amicis non solum ciuibus sed etiam uicinis exhibueram, ut omnia usu ac experimentis firmarentur, uisumque erat, haud noui quomodo, ciuitatis nostrae pontifici gladiatorum curationem mihi tradiere, quamuis iuueni adhuc, (uigesimalium nonum enim tum primum attingebam.) tunc uulneros in priore infernaque femoris parte inuento praesidio curauit: in ijs sane, qui per transversum percussi erant, reliquum tendinis ipse amputans, ut tuta esset mihi curatio: qui uero paruum uel per directum uulnus acceperant, cum securitate simul & metu totam sanandi deductionem exercens. Nam cum omnes ante nos medici plurimum aqua calente ipsos fouerent, & triticea farina ex hydrelato modice decocta illinirent, ego sane aquam omnino non obtuli: oleo autem frequenter respersens simul cum praedictis pharmacis statim omnes sanitati restitui. Quandoquidem uero multi superioribus annis fortuito perierunt, mihi tamen ne quidem unus uel ex neruorum uulnere, uel alio mortuus est, alter potius succedens illi, qui mihi tum medendi officium commiserat, similiter & ipse a septem mensium interuallo gladiatorum curationem fidei meae concredidit. Siquidem primus autumnali solstitio, secundus uigente uere pontificatum gessit. Rursus post hunc, omnibus a me seruatis tertius, quartus, & quintus pari modo gladiatores mihi curandos tradiderunt, ut iam per multum illam medendi curationem exploratam habeam. Quinetiam hoc tempore tale quid industria inuenimus, cui animum aduertere maxime illos medicos conuenit, qui uulnerum curationem recte administrare cupiunt. Contemplatus enim gladiatorem quendam ex his quos equites nominant, transversam diuisionem in priore ac inferiore femoris parte habentem, eamque satis altam: ac uulneris labrum intuitus, sursum alteram reuulsum, infra alterum quasi ad parellam detractum, non dubitauit distantes inuicem musculorum partes suturis contrahere, curatione illa, quae cata platos, i. per latitudinem dicitur, neglecta. Itaque ueritus tendines ipsis consuere, denudatis prius illis sic altioribus futuris usus sum haud ignarus carnosam ipsam musculorum partem periculo uacare, tendines uero non item: quamuis hoc nullum ex praecipitis facientem uiderim. Quidam siquidem ipsorum in huiusmodi uulneribus solas cutis oras contuebant, non nulli in carnosis partibus musculos ipsos suere aut id in superficie ipsorum facere solebant: proinde si quando uulnus insigniter altum, non secundum membri longitudinem contigerit, summam quidem musculi partem glutinabant, reliquam uero totam in glutinatam relinquebant. Etenim in uulneribus iuxta membri longitudinem factis deligatura uulnerati musculi partibus inuicem contrahendis sufficit. Per transversum uulneri accepto cum deligatura nihil prodesse possit, ex sola futura totum absoluitur. Has igitur nisi quis altas faciat, musculi in profundo partes in glutinatam permanent. Ceterum non nulli opus a me confectum imitantes, anatores imperiti, ab omnibus musculis subiectas membranas auellunt nescientes has simul cum musculis tuto consui: tendines autem similiter ipsis dilatatos non mediocriter cum periculo. Verum quomodocunque illi dilatati fuerint, tamen crassiores adhuc durioresque membranas sunt: tenues abunde illos uidebis, & in omnibus iuxta abdomen musculis, praeterquam duobus rectis, quibus obliquorum membranosae aponeuroses (ij sunt neruosi ex musculis exortus,) incumbunt. Alius tendo nullus praeter enumeratos membranae modo dilatatur. Quippe seruant omnes, qui dilatantur, crassitudinem magnam satis, ut neminem latere queant. Atqui sympathia, id est consensus superpositarum partium usque ad ipsum neruorum principium, non minus quam his, qui iuxta femoris articulum, musculis, tum in cubiti gibberum, quem Graeci anconam uocant, tum in calcaneum inferis accidit. Dilatantur itaque utriusque tendines, sed ita ut crassitudinem notandam retineant, calcis tendo ex sura descendens magis adhuc robustus crassusque, ceu ex tribus neruosis exortibus copiosus apparet. Latuit autem hoc etate nobis maiores anatomicos, sicut & pleraque alia in totis musculis,

A. 14. f. 4. v. 6. 2. 2.

A musculis, ac multo etiam magis in uenis, arterijs, & neruis. Multi uero iam ex meis sodalibus etiamnum haec omnia nouerunt, & discipulis ostendunt, libris meis anatomicis perlectis. Memini sane ex anatome euidentium, nihil, ut quis putauerit, commune cum opere de medicamentis componendis habentium, timens ne ex huiusmodi inscitia errantes uel uniuersam curandi rationem suspectam haberent, uel frustra membranas auellerent fugientes inde, sicut falso existimant, noxam futuram. Quemadmodum alij quidam, cum non ualeant ligamenta cognoscere, ea tanquam neruos & tendines uulneros suspecta habent a periculo alioquin remota, quomodocunque afficiantur, utpote insensilia, & ex ossibus non ex musculis sicut tendines orta, uel ex cerebro spinalique medulla, ut nerui. Optime igitur, uelut alia pleraque, etiam in his permulti medici clarissimi dixerunt, medicinae partes nuquam operam requirere: tum quae manu, tum quae medicamentis, tum quae uictu medetur, (primum graeci chirurgico, alteram pharmaceuticam, tertiam dietericam nominant.) ac sane maxime illam quae manu curat, reliquis duabus indigere. Itaque si frequenter in simijs cuiusque tendinis, & nerui positum ac magnitudinem contempleris, exacte poteris etiam si humani corporis incidendi copia tibi nunquam suppetet, singula, ut uidisti, celeriter inuenire. Quod si in exercitatus omnino facias, nihil inde promouebis. Quemadmodum nec medici bello germanico, barbarorum corporum infectionis potestatem habebant, res, amplius quippiam didicerunt ijs, quae coqui intelligunt. Etenim empiricorum anatome eas contingens prolixum nugamentum est simile capris, quae iuncis manualibus compunguntur. Hac nugacior est ex libris anatomicis insituro, non ab similibus ijs, qui secundum praerogiam ex libro gubernare dicuntur. Quandoquidem enim contemplati palam a praepatore ostensos in corpore neruos, & tendines ipsorum, nisi denuo eos uideant, & tertium, & saepius deinceps, loci accurate, in quo positi sunt non meminere, multo minus ex lectione poterunt addiscere. Itaque huius tempestatis empiricorum optimus, cum libros omnes anatomicorum perlegisset, puerum sibi in interiore brachij regione, supra medias ipsius partes in sciola quandoque punctum pharmaco emplastico curare aggressus est, cuius experientiam ex nerui uulnere curato paulo ante acceperat, puerumque ob id ab inflammatione ac dolore immunem uidentem in totum curatum putabat, uerum repente septimo die conuulsus perijt. Ille igitur cum factum, quasi cuius ratio, aut causa dari non facile posset, nobis recenseret: ego uero medicamento compositionis scripturam recitaret postulaassem, ei, cum id statim egisset, haec protinus subieci, nunquid recensendo, quae puero nemum uulnerato nuper contigerunt, plus aliquid narrationi adieceris, quam quod medicamento mirifice puerum recens uulneratum curantis experimentum habueras? Ut autem ille confessus est nil se aliud sermone addidisse: rursus igitur, inquam, audi a me quid gestum sit. Notabile uulnus erat nerui percussus, quod medicamento hoc curatum esse dicis: & quidem audacter in id genus uulneribus iterum eo utitor: puncturas autem neruorum angustam cutis diuisionem habentes tale pharmacum sanare non potest. Sicut nec id, quod puncturis medendis dicatum est, ipsi neruo nudo adhibuit, Quippe multo calidius est, magisque mordet, quam ut nudus neruus mordicationem eius, & ardorem sustineat. Vbi uero & cutis, & membrana super ipso, item caro praeposita est, mordax medicamentum, si tenuium etiam partium sit, eadem ratione neruo medetur, quae pharmacum tuum, quando ipsum solum nudum neruum affectum contigerit. Praecipua autem danda opera est, ut ora angustiorum punctuum aperta sint, ut calidum medicamentum extrinsecus applicatum per eas uapores educat, attrahens humiditatem circa affectum locum in alto latentem. Ob quam rem in id genus puncturis officium duabus in cutem sectionibus secundum rectos angulos diuidere oportet. Atque tum haec, tum alia multa prius relata dixi ei, qui in pueri neruo uulnerati curatione errauerat adeo, ut ex praua medendi ratione ipse conuulsus interierit. Itaque omnes norunt etiam punctae partis naturam indicare nonnunquam uulnus absque periculo, nonnunquam suspectum esse, cum neruum subiectum uideamus, ut in puero ad brachium puncto: non enim sermone locus potest exprimi, ubi, quae per aliam in totam manum pertendunt, brachio inseruntur. Et sane hic quoque demerari est empiricorum litigandi studium, qui quidem in alijs omnibus medicinae opus quodlibet subinde contemplatum melius ipsum imitari concedunt, quam si raro uiderit: itidem melius eum quolibet opere perfringi, si frequenter illi adfuerit: Sola uero, quae ex corporum incisione cognoscuntur, posse quempiam firmiter assequi, modo anatomicorum uirorum historiam perlegerit: cum uel ex ijs, qui a praepatore ostensas corporis partes conspexerunt, nemo semel uel iterum inspectus ad amissam memoria tenere possit, sed frequenter illum conspiciere conuenit. Nerui autem non modo magni in alto particulas multas corporis permeant, sed in eorum quoque solam distributorum tanquam radices quaedam sunt: in quibus uulnerati nisi probe curantur, subiacentium neruorum magnorum affectum consensum obtinent, unde hi prodeant, quos in anatomicis administrationibus accurate pertractauimus, ab omnibus, qui me praecesserunt, omissos. Atque has radices nisi crebro in simijs fueris intuitus, fieri non potest, ut eum humanum corpus in sectionem nactus fueris, exacte deprehendas. Quemadmodum multo minus in anatome fortuita, quam & speculationum uulneraria nominat, locum ex sola lectione inuenire queas: quanquam nec aliquis permulta uulnera ipsemet inspicere poterit, si ea excipias quae in bello contingunt, in quibus & ipsis nemo dum saucium cito curare studet, contemplatur, ubi uulneratis partibus nerui, ubi arteriae, uenaeque, subiacent. Videntur itaque in huiusmodi affectuum curationibus anatores imperiti similes ijs, qui iter in lectica caeci faciunt, eoque uehementer errant. Verum qui inter ipsos & partium

experientiam ex incisione cognitam, & methodum confectionis usisque medicamentorum consistere. Erit, is semper neruorum uulnera, uti nos, sine omni periculo curaturus est, ut nec principalior ulla pars condeat, nec uulneratus neruus, aut contusus inflammatione laboret: ubi iam hæc sunt, multo minus uel putredo, uel claudicatio, uel conuulsio, uel ipsa mors comitabitur.

Confectiones medicamentorum ex metallicis, ad ueruarum uulnera.

Cap. 3.

**E**X metallicis medicamentis adstringentia uitare consultum est, præsertim ubi compositi pharmaci usis in punctura eueniat: quæ uero detergendi uim obtinent, sicut aris squama, ex usu sunt. Ceterum omnia metallicæ cum crathorum partium existant, (multum enim terrestri substantiæ in se continent,) artificij non nihil in præparando requirunt, quo tenuiora fiant. Hoc igitur ex aceto facere quæ acerrimo excogitauit, præsertim quod ex uino non austero confectum est. [Ac si ex tali non sit, sed admodum uetus] ideo uitor. Attende tamen diligenter in gustu, ne tibi uel minimam uini qualitatem referre uideatur, tale quippe acetum ualidam excedendi, se candique uicina potestatem non habet. Iam uero metallicæ ex acerrimo, & quam fieri potest uetustissimo, substantiaque tenuissimo lauigare oportet eum qui consistentiæ crassitudinem deuitat. Præstat autem id in sole æstiuo perficere. Sunt quidem ex metallicis, quæ nec comminui nec cribari possunt, cum facile ab aceto soluantur, sicut chalcitis, & misy. Non nulla & contundi & cribari & postea lauigari desiderant, quemadmodum aris squama. Cum igitur primum præpararem medicamentum, immiscui ei & arsenicum, postea superfluum esse putavi. Erenum ex aris squama & misy, & chalcitide medicamentum compositum iri abunde mihi satis uidebatur. Mihi scui autem prima confectione etiam æruginem combustam: nam quæ ignem experta non erat, tanquam in isto mordaciorum suspicatus sum: deinde tamen non uita paucissimam, uita uero æqualem misy & aris squamæ indididi. Præstantius autem omnibus compositis fore speraui, immo etiam usu deprehendi, in quo plurima aris squama misset, deinde chalcitis combusta, postea misy. Quæcumque igitur miscebis pharmaca, ad solem, ut dixi, uerno tempore, multis deinceps diebus in puluerem ex aceto quam acerrimo redigantur. Quanto enim longiori tempore trita fuerint, hoc tenuiorem substantiam consequentur: ideoque angustis uulneribus aptiora, sicut in neruis denudatis, admodum tenuia excedentiaque caueda sunt: ob quod prædicti pastilli omnibus id gemis conueniunt, siquidem non nulla adstringentia quoque assumplerunt. Porro celebres ex illis sunt, qui ad Andronem, Polydam, & Pasionem auctores referuntur. Sunt & alij quidam quartus, & quintus illis ualentiores, quibus ego subinde uitor. Symmetriæ uero ipsorum perfectæ sermonis processu dicentur. Nunc de eorundem usu tantum explicasse sufficiat, quod tritos ipsos aridos, postea rursus siccato, id est sapa: adiecto ita terere conuenit, donec sordium spissitudinem recipiat medicamentum, & æqualiter laue fiat. Vocant autem nunc omnes apud nos, & saxon, ex multo decocto natum: id autem nihil uinosum habeat, quale non ex austerarum uuarum, sed quam maxime dulcium musto præparatur, neque ex primo siccante, sed postremo. Si igitur tale mustum extiterit, coquendum est, dum ad dimidiam partem mensuræ consumatur. Sin minus tale, ad tertiam coquendum est. Huiusmodi quidem decocto pastillos solvere expedit, ut mellis crassitudine linamentis excepti, neruis denudatis imponantur, maximeque ex ipsis temperatioribus, qualis Polydam est. Ac multo sane magis, si corpus sit tenerum ac molliuissimum, in quo & prorsus a pastillorum usu te abstinere tutius est, alijs uentem pharmaciis, de quibus iam sermo factus est, iterumque fiet. Neruo autem nudo linamentis cooperito, extrinsecus unum aliquod ex ijs, quæ ad angusta uulnera conueniant, superaddendum est. Quorum sunt quatuor genera, unum hoc quod ex metallicis conficitur, alterum quod ex liquoribus, inter quæ refertur & illud, quod ex euphorbio constat: tertium ex columbarum stercore: & quartum praon, id est mite, a me appellatum, quo etiam ad neruos tenerorum corporum omnino denudatos uitor. Ex his quatuor unum quoddam toti affectæ particulæ circumdandum est, ita ut sanarum quoque partium multum unâ comprehendat, præsertim superpositarum: quas bis die, uel ter, si necessitas incidit, perfusione fouere oportet. Quinetiam nocte inererim, linamentis quidem denudato neruo impositis: ceterum eo, quod extrinsecus aduotum erat, ablato. Porro cum permagna humanorum corporum sit differentia, tum in natura ipsorum temperamentis, tum aetatis mutationibus, insuper uitæ studijs, nulla ratione, quod componitur medicamentum, omnibus conuenire potest. Quamobrem duo in promptu habeto, alterum ualentius eiusdem generis reliquis, alterum mitius, quibus inuicem misctis, dum usus postulat, permulta inter hæc media iuxta mensuram quantitatem constituas. Si namque partem utriusque portionem confuderis, mistum exacte medium amborum erit: quod si alterius plus adicias, raturam a medio ad illud summum recedet, quanto mistura superauerit. Esto igitur ualentissimum metallicum ex his constructum unâ partem crudæ chalcitidis habens, duas misyos similiter crudi, tres aris squamæ: inualidissimum unam inde misyos & chalcitidis, sed utriusque combusti, squamæ quatuor. At uero amborum medium, quo subinde usus sum, tale esto. Misyos, chalcitidis, æruginis, cuiusque uita pars una, aris squamæ partes tres. His, sicut prædicti, cõtritis ceræ in ualentissimo duplâ, in altero duæ partes & s. miscentur: in medio, quod intra hæc consistit, partes duæ, & quarta, sicut in primo trium, quod ualentissimum esse dixi, oēs partes numero sex ex misy, chalcitide, & squamæ collectæ nascuntur. His ergo duodecim ceræ partes adijciuntur. At in medicamento inualidissimo si metallicorum sex partes existant, ceræ duodecim apponant: in mediocri amborum

Al. ac si ex tali sit admodum uetus.

talibus.

Al. ex anti-quis, ceterum ut pharmaci consistentia esse spissitudinem habeat.

talibus, octo: cini.

**A**mborum medium. Sunt autem inter octodecim & duodecim media quinque & decem. Siue igitur denarium unum status unari esse partem, omnium uidelicet, tot denarios adijceto, quot partes, sine unciam, siue libram. Sic enim apud Romanos consuetudo est nominari tot uncias uel libras. Porro me sicut quidem apud ipsos est, qua oleum metuantur, insecta discretæque lineis totam in duodecim partes diuisentibus: atque integra mensura ab eis libra nominatur: duodecima uero eius portio, uncia. Metallica igitur & cera in lance alijs uncias ponderantur, oleum cornu metuantur. Itaque prædictis phatmacis omnibus iuxta ceræ proportionem oleum immittatur, superetque in singulis ipsis dimidio: ut si cera uncias octo compleat, oleum duodecim, hoc est integram libram pendat. Esto autem id sabino simile, partium tenuiorum minimeque adstringens: at etiam, si uetus sit, præstat. Acerbum uero, & quod ex oleæ furculis confectum est, nequaquam conuenit. Ceterum omnibus medicamentis commemoratatis, ubi metallicæ ex aceto pluribus diebus in mortario trita fuerint, thus candidissimum & pingue admisceatur: deinde rursus unâ cum metallicis diebus aliquot lauigetur, priusquam ceratum eis immisceas. Quanta uero ex omnibus metallicis copia colligitur, huius partem dimidiam thus cõtrineat. Quod si mollius medicamentum facere postulas, amplius quam dimidiam: sicut ubi acrius experis, minus dimidio adiungas. Et uero etiam ceræ cum oleo liquatæ resinam quantam ex ijs, quas recentibus que abietina. Ex harum genere latex quoque est, prædictis plana humidior: consistentia uero similis liquida picea, quam loco terebinthina infiores uendunt ignorantibus eas discernere: est autem talis resina odore, gustu, & facultate quam terebinthina acrior. Cum hæc igitur, & terebinthina, perfumilem potentiam latex obtinet, sed tenuioribus partibus maioreque disentiendi uirtute prædita est. Miscebis igitur ceræ sextam superiorem resinarum partem, uolens medicamentum emplastri figuram induere. Nam unâ ceræ pondore resinæ uncias duas adijcias: sin autem liquida insigniter fuerit, uel unam tantum miscere satis est. Attamen si, ut in modum emplastri pharmacum fiat, nihil curas, resinam addeere non admodum opus est: & chalbani uero æquale thuri pondus indes, ubi mitissimum reddere medicamentum statuis: dum ualentius, dimidiam: quando ipsorum medium, id quod inter æquale & dimidiam est. Verbi gratia, si quatuor thuris denarij fuerint, duos chalbani impones, ualidum permanere medicamentum possidens: mite, quatuor: medium, tres. Ut enim molle & dolorem leuans quippiam habet, ita quoque purificum, quod sane & plurimis mollientibus accidit. Quare cum neruo denudato medioeriter ipsius admixtio dolori auferendo conuenit: ideoque tale etiam medicamentum acuto sensu præditis, tenentibus & caeochymis paratum habere expedit: in quo plus chalbani adiectum sit. Omnia siquidem metallicæ exasperant, doloremque concitant, & ex liquidis acetum: unde merito ex illis confecta pharmaca aspera uidentur, & dolorifica, ob quam rem & foras ex oleo, & chalbani mistura similiter ipsis idonea est: nihilo autem minus tenuium partium existat, cuiusmodi sunt agrestium animalium, maxime leonis, pardij, hyenæ, & ursi: ad hæc uolatiliu, maxime anserum: horum inopia agrestium galorum gallinarumque, ita uero anserum quodque syluestrium. Nam animalium, quæ in urbibus aluntur, & tanquam in ocio conclusa sunt, humidior est adeps & crassior. [Ceterum quando pharmaci consistentia cerati spissitudinem habeat], ceræ tertia uel quarta pars admisceatur, uel si adeps humidus nimius esse tibi uideatur, licet & ceræ dimidium adijcere: quemadmodum & ubi sicca fuerit, quartam: cum medioeriter habet, tertiam. Porro huiusmodi ceratum quod utile nobis futurum est, distateon, id est ex seuis nominetur.

De medicamento, quod ex euphorbio componitur.

Cap. 4.

**D**istum mihi est & antea uetus euphorbium recentiori multo inferius. Si igitur anniculum sit etiam Cyrenæo magis succo ex calcificat: præsertim eo, quem nunc habemus: ex quo per aquæ irrigationem stirpes augent, & ad liquoris copiam generandam præparant. Nam post annum unum abunde calidum est, deicit autem iam non medioeriter a recenti, binum adhuc magis a nouo degenerat, quemadmodum trium aut quatuor annorum, etiam hoc magis. Vetusioris uirtus omnino resoluunt. Cognosces autem, ut dixi, quam aetatem, quamque uim obtineat, & colorem & consistentiam eius respiciens. Colore quidem uetus nouo fluidius pallidiusque apparet, consistentia durius & siccius. Iam si gustu uoles discernere non coniecturalem eius dignotionem, sed firmam habitum esse: quod uero dixi calfactoriam unctiorem ex eo me confecisse ex temporali usu exigente, exactissime pharmaci facultatem tibi indicabit. Constat autem hæc symmetria. Una pars est euphorbij, tres ceræ, olei duodecim: ceram quidem euphorbio triplo copiosiorum, oleum uero quam ipsa cera quadruplo esse conuenit. Vbi igitur in hunc modum medicamentum composueris, sicata eo parte aliqua manifesto licebit dignoscas, quantam uirtutem obtineat, maxime autem in balneo innotescit. Siquis ab aere quidem mordetur, sed magis adhuc ualide ab aqua, cum euphorbij sit calidum, recens, & forte. Tale igitur confectus, & hanc ipsam commemoratam unctiorem audacter puncturis imponito, ubi oras conuere metus est. Si imbecillius fuerit, auge mensuram euphorbij pro imbecillitatis ratione, interim partem unâ ac

QUINTA CLASSIS.

O 3 dimidiam



dimidiam iniiciens, interim duas, non nunquam etiam pares cerae, & plures, si uetus nimium extiterit. **E** Primus sane usus in puncto neruum, uel tendonem, ad secundum te deducet. Si namque & uulneratus ipse mordicationem sensisse dicat, tibi; ipsi partes puncturam ambientes calidae appareant, tum ipsa punctura magis, ac par est, elata, & orae inflammatione subafficiantur, uel olei copiosioris mistura uim medicamenti remittes, uel compones aliud ad priorem symmetriam, aut euphorbio uentilioris moderatum ita efficias. Quod si e contrario, quam dixi eueniat, uirtutem pharmaci adaugebis. Sin mediocriter omnia habere uidebuntur, seruabis. Itaque confectura ceram triplo euphorbio copiosiore continens aliarum est ualentissima, cum illud (quemadmodum diximus) reces additur: quincuplo autem habens inuaidissima: quadruplo capiens medio inter utraq; ordine consistit. At si unguenta propolis effecere, qualia a medicis acopa, id est lassitudinem leuantia nuncupantur, oleum cerae quadruplum immiscebis. Si uero ut in fracturis liquidum ceratum parare, duplum: quando cera & sicca & pinguidinis expertis fuerit, etiam amplius quam duplum: plerumque uero sufficit unius partis dimidium duplo apponere, ut tota cera mensura duarum partium & s. fiat. Atqui in modum emplastri medicamentum cupiens componere, oleum pari mensura cerae miscebis, si uero ambiens fuerit calore temperatus: si cera uetus & arida, & ille frigidus sit, paulo amplius: sicut cum cera est pinguis, ambiens calidus, paulo minus. Id autem minus duodecima utroque uersum medij portio est, etenim & undecim & tredecim non nunquam olei uncias cerae librae miscui, tum pro eius consistencia quantitate, tum aeris circumflui caloris frigorisque. Raro autem paulo plus, uel minus, uerum ut colligationem, pinguitudinem, uiscositatemque haberet, nec friabile esset, aut facile dissolueretur, aut a cute decideret, adiunxi resinam ei, potissimum, si aderat, terebinthinam ueram, si minus, paratissimam ubique, quam frictam & colophoniam appellam, eamque pari cum cera pondere. Conseruat enim medicamentis, quibus iniecta est, priorem consistentiam, ubi & ipsa mediocriter habeat. Quippe notum est ut in omnibus alijs, sic in resina quoque maioris minorisque rationem consistere. Itaque si pinguior, liquidiorque non nunquam appareat, sciendum est ceratum, quod ex cera cum oleo liquata proueniet, liquidius multo, quam fuisse, euasurum. Summatim in neruorum uulneribus, quum interim ab exacta, mediaque medicamentorum emplastri modo confectorum consistentia erratum fuerit, ad molliorem potius tendere, si uiquinatuum quoque sit quod confectum est: simili ratione, & quod consistentia mediocri est. Pix autem cerati consistentiam seruat, optima uero sicut dictum est, in talem misturam pinguis existit, quemadmodum & resina. Si liquidam resinam iniicias, quali consistentia est terebinthina, tertiam ipsius partem cerae esse oportet. Atque ipsa terebinthina recens, ueteri longe est liquidior. Memento igitur, quod de cera & resina audiuitis, id in omnibus obseruare: nec enim ex siccis, & aridis uel tempore, uel ex primaria natura, uerum ex mediocribus consistentia tantum cuiusque miscendum est in medicamentorum compositione, quantum a me scriptum inueniatur. Esto igitur quod uim & substantiam praedicti medicamenti mediocrem habet, cerae, resinae frictae, & olei pares portiones continere, ipsius euphorbij sextam, ut singulorum sit illorum libra, euphorbij unciae duae. Quod si mollius ipsam reddere uouerimus, octauam euphorbij partem iniicere sufficit, hoc est unciam & s. in recente & calidissimo, uelut praesensui, euphorbio symmetria hac definita: nam si uetustius sit, eoque imbecillius, copiosius hoc alioquin portione esse debere prius indicauimus. At si non resinam duntaxat, immo etiam picem iniicere est animus, selibram utriusque miscebis, ut modus cerae sit aquaalis, quamquam multo praestat medicamentum, si resinae picisque loco propolim cerae parem adiungas. Quod si ipsa pinguitudinem non habeat similiter resinis, si adhaerens pharmacum, ut fascijs ligari non opus sit, esse curemus, terebinthinam, uel laricem nominatam, uel etiam syncomisten pineam indeimus: uero syncomisten, quam in alucis & dolijs comportant ligna multa, ac lapidosa corpora in se habentem, quae liquata, dum percolatur, pura tunc, sicut colophoniam, & fricta dicta redditur. Quin & resinas autorhythus, id est quasi sponte fluentes admiscere licet: nominant ipsas in Lacedaemone, ac alijs regionibus non nullis protorhythus, quasi primifluas dixeris, in Cilicia uero nuncupant talem resinam capnelaon, liquidis omnibus resinis tum liquidiores, tum calidiores, tum partibus tenuioribus praeditam: quae potentiae quidem haec medicamenti quod componis conferet, ac maxime iniicienda, cum euphorbium roboris expertis fuerit. Porro & inter alias resinas odoratior est, sicut terebinthina, & abietina. Enim uero dictum est antea terebinthina abietinam esse calidiores, hac uero strobilinam. Differt autem a praedictis resinis quod uocatur strobilinum physema, & pityinum, adeo siccum, pinguedinis expertis, ardescensque utraq; celeriter, ut in pila contundatur, & cribro fecernatur: quare ad propositi medicamenti compositione in neruorum haec conueniunt. Vnus tamen sum frequentissime, cum euphorbium anniculum existeret. Porro dum componitur, olei, cerae, resinae frictae, singulorum pondus libram misceo, picis pinguis selibram, & his liquefacti euphorbij pondus uncias duas, si imbecillius sit, tres, si terebinthinam cerae adijcere uoles, unam. Mediocriter pharmaci consistentia facies, si cera terebinthinam liquidam & recentem triplo superet. Huius uero exiccatae temporis spatium resinae dimidium pondus oleo adaequato. Totum autem ex his mistum, oleo inquam, cera, & terebinthina, cum sit librae unius ac semissis, euphorbij anniculi unc. i. accipiet: si tale non extiterit, unam & semissem. Unde sicut iam subinde dictauimus, euphorbium pro temporis ratione augere nobis est integrum. Quin etiam, si uulneri impositum pharmacum primo usu uidetur quodammodo imbecillius, euphorbium oleo laeuigatum medicamenti

**A** medicamenti emplastro manibus ante subactio licet admiscere. Sic enim nobis facientibus prompte uirtutem accipit. Ceterum in prima pharmaci compositione satius est ceratum rasum, seorsum ubi praeparaueris, ita leui facto euphorbio ex oleo admiscere. Quippe ijs, quae liquata sunt, ipsi superfutis in mortario plerumque sunt cancerides nominatae, praesertim ambiente frigido. Aquam uero cerae liquefactae cum resina committere non est necessarium, sicut ego ab initio faciebam, tantum ei admiscens, quantum in ipsa coctione consumendum erat.

*Medicamentum ex liquabilibus confectum.*

Cap. 5.

**L**iquabilia uoco medicamenta, tum quae ignis commercio colliquantur, tum quae ex humidis quibusdam, uelut aqua, aceto, & uino. Ex aceto itaque citra ignem liquefcit gutta ammoniaci, saga peniliquidi, & panacis similiter, quem appellatione composita opopanaxem uocant. Igne uero liquefcunt propolis, cera, resina, ladanum, seutum, chabbanum, uerum hoc in duplici uase colliquare melius est. Nominamus autem sic, cum in cacabo, qui aquam calidam habeat, (prius enim incubit,) uas alterum consistit, praeter liquabilia etiam chabbanum continens. Habero autem tale quoddam confectum medicamentum saltem unum, & si duo habere praestare. Quorum ualidius erit huiusmodi. Opopanaxem ex aceto dissolutum diutius conterito, huic postea liquefacte super igne propolim, chabbanum, resinam terebinthinam misceto: singulorum itaque aliorum pars una esto, propolis uero recentis pinguisque sex, quod si sicca uetusque contigerit, praestat omnino tali non uti. At si aliam non habes, duas portiones, non unam miscebis: si absit propolis, eius loco picem pinguem immitte, qualis est brutia, & quae ex regionibus circa Potum apportatur, pinguis simul, & odorata, quam in nigrum amaracinum iniiciunt, quale prius omne conficiebatur: nunc enim & sine ea subalbidum amaracinum componunt: quod si tali etiam carcas, alia uirtutis terebinthina, sicut praediximus, duplicata. Ego non nunquam uel solum medicamentum ex pingui pice confectum imposui, quo etiam ad canum morsus utor. Hoc namque solum picem pinguem ex aceto acri coctam huiusmodi symmetria continet. Sextarium unum Romanum aceti, libram unam picis, opopanaxem quadrantem, quod est uncias tres. Hoc pharmacum uetus ex rabiosi morfu cicatricem ducere non sinit, sed punctis in neruosa aliqua particula idoneum est, quippe quod puncturae oras coniuere nequaquam permittat. Quoniam uero durum est, in duris solum corporibus eo utemur, qualia sunt ossorum, & in ossorum. Sin autem puero, uel muliere, uel molliore corpore puncto, hoc tantum quispian uestrum praesens habeat, idem cum unguento aliquo discolorato, aut racino maxime & opobalsamo colliquare licet, deinde cum irino & comageno. Haec si uo adint, gleucino, susino, & cyprino: his quoque desideratis, oleo ueteri liquefaciat, uel si in Alexandria forte fuerit, ricinino & raphanino. haec liquidem copiosissima in illa ciuitate habentur, sicut etiam in uniuersa Aegypto. Atqui in illis regionibus inapinum oleum haud agere reperiri potest, cuius & ipsius parte aliquando mista pharmaci acerimam fore nemo ambigit, ut ad puncturas coniuentes aperiendas conducatur. Patere autem cuiuslibet arbitror ex praedictis, si & loco opopanaxem sagapeno prius in pila ex aceto trito liquefactam resinam, propolim & adipem quampiam acriorem adicias, eiusdem generis medicamentum futurum. Alterum uero mollius est genus pharmacorum liquabilium, sed acetum non habet, quod resinis & propoli & seuis tantum praeparatur: cera quoque propter spissitudinem adiecta, ex cuius mistura pharmacum tactui commodius redditur. Adeps porro tenuium partium acrisque esto, sicut leoninus, & pardalinus, & post hos hyanæ & uis. Sed de asserino quid at tunc dicere, praesertim cum asseres rusticae fuerint? Quin & tauri uetustus adeps & hircinus huc conuenit. Nam cum mixtae naturae ac facultatis existant, temporis intervallo (quia terrestres acresque sunt,) ad maiorem acrimoniam declinant, similiter uidelicet plurimis quae uetustescunt, sic namque & ipse porcinus adeps omnium cum sit mollissimus, temporis processu acrimoniam acquirit. Idem uino, aceto, & melli accidit. In horum autem medicamentorum genere sunt etiam medullae, longe uero praestat ceruina, & uitulina. Horum acrius coagulum, & iam uehementiori pharmacorum generi propinquum existit. Itaque & huiusmodi **D**di aliquod pharmacum habere te consulo, ut cum a forti aliquo medicamento supra modum molliam partem uulneratam indignatam offenderis, oleo prius fotam huiusmodi quopiam contegas, sic namque placata ea rursus ad acrem curandi modum redire poteris. Ego itaque dum partem in neruo uulneratam quandoque soluissem, uulnus irritatum contemplantus, pharmacum liquidum forte fortuna praesens, quod ex adipe constat, ad aures inscriptum, in uale duplici calfactum affectae particulae uilem, ac subito inde auxilium ipso agrotantis sensu accessisse percepi: quippe statim omnis dolor quieuit, atque deinde a nobis soluta secundum naturam habere uisa est.

*De pharmaco ex columbarum stercore confecto.*

Cap. 6.

**C**olubarum in rusticorum turibus agentium stercore acre est, quo interim ruri usus sum in adolecentem nerui uulnere affecto. Atque hoc agricola cum uidisset, qui fundi curam gerebat, (erat enim non imprudens,) imitatus semper usurpat, & neruis uulneratis medetur. Porro compositio, & usus idem est medicamenti ex euphorbio, alijs nimirum eodem modo habentibus, sed euphorbij loco stercore indito. Verum stercore hoc subtilitate euphorbio cedit, eoque duris corporibus in agris ex usu est. Miscui aliquando ipsum & metallicis experiendi gratia, statim a principio cum eis terens ex aceto ad solem, sicut nuper docui, multoque acris medicamentum euasit, quemadmodum & cum aruginae uiuam, id est non combustam, accepit.



De pharmaco diabolonon. ex herbis composito.

Cap. 7. E

**N**uper ex herbis tenuium partium ad nervos uulneratos medicamentum composui. initio quidem lex dictamno, amaraco & aristolochia tantum, postea uero & ex alijs, mei ipsius periculum faciens, ad recte compositionem ipsorum coniectura assequeretur: atque omnia, quo uolebam perduxim. Idoneae uero ad id herbae amaritudinem sine adstrictione gustu referant, uel acrimoniam quidem, non tamen immodicam: tales sunt praeter praedictas, maron, amaracum, polium, argemone, chaniapitys, centaurium, quaeque eius nota in simplicium medicamentorum doctrina commemoratae sunt, quemadmodum et radices omnium aristolochiarum, dracunculi, cucumeris agrestis, hytoniae, althaeae, iridis, acori, mei, asari, phi, gentianae, & panacis. Omnium enim id genus materiam in simplicium pharmacorum committarijs exposui. At radices herbaeque totas non modo scire oportet accurate contusas tenuibus cribris fecerere, sed etiam de quo exacte laeuigare, ut arida collyria, quoque usque, in puluerem redigantur. Nam quod crassis consistat partibus, nervos uulneratos nihil iuuat, qui subtilia, ut diximus, pharmaca requirunt. Ceterum concisum medicamentum, laeuigatumque liquido aliquo excipiatur cerati speciem habere caesymmetria, quae in euphorbio prius indicata est. Quantum enim in illo bituli euphorbij, tantum ijs dictamni, mei, & acori iniiciendum est, & quae his similiter calida gustu percipiuntur: quantum uero illis stimuli, tantum his aristolochiae, iridis, dracunculi, gentianae, aliorumque id genus, quae perinde atque haec amara sunt, immittimus.

De sumptuosiss. pharmacorum confecturis, ad nervos uulneratos.

Cap. 8

**N**on ab re fuerit etiam eiusmodi pharmaca cognoscere. Vnus enim ipsorum quandoque, sed rarius quidem studiosus non plura quingentis myriadibus habens, ullo simpliciore uti dedignabatur, multo magis uel diues aliquis, uel monarcha odoratum simul, & quod multa constet pecunia, uolet habere pharmacum. Porro diuinitas citari, cuius in primo de praecognitione ex pulsibus suppresso nomine memini, quemadmodum & nunc, qualis erat, ex duabus ipsius actionibus huiusmodi condiscere. Vlcus famuli malignum ipse sanare conabatur, ubi autem nihil promouit, mihi hominem tradidit, ac cum uideret curatum, medicamenti scripturam postulabat, nesciens multas quidem malignorum ulcerum esse differentias, multas item medicamentorum, sed arbitratus unum pharmacum omnibus posse mederi. Cum igitur, qui applicabat, neque artificiosum ipso uteretur, postquam audiuit, quibus constaret, essentque omnia utilis pretij, hoc inquit, mendicis serua, me autem sumptuosius aliquid doceto. Quinetiam puellum diu ex auribus laborantem, ubi ipse multis, quibus usus erat medicaminibus citra methodum, nihil attulisset praesidij, nobis quoque curandum adduci praecipit, posteaque audiens re quadam uili puerum sanatum, non postulat a me pharmaci scripturam. Hic igitur ipse contemplatus multis, quibus nerui uulnerati erant, digitos & abscessos, & putrefactos, quosdam uero perijisse, uel mancos redditos, deinde intelligens nullum ex eis, qui a me curati essent, periclitatum, omnes uero celeriter sanatos euasisse, pharmacum cupiebat aliquid a me accipere odoratum simul & sumptuosum, quo neruorum uulnera posset sanare. Ego sane multas iam saepe tum familiaribus, tum amicis medicis scripturas iuxta praedictam methodum ex tempore compositas tradideram, ut experimentis compositionis ipsorum ratio confirmaretur: sumptuosum uero, cuiusmodi ille uolebat, pauperculis hominibus nullum utique dedi, ratus melius esse remedia ex paratu facillimis componi. Cum igitur diues ille odori sumptuosique medicaminis compositionem aliquam sibi dari petisset, plures ei scripturas donauit praedicta methodo facta, quas ille cum experiri festinaret, tum liberis, tum seruis neruis uulneratos sibi conquirere iniunxit: medicamentis autem supra omnem spem operatis primum sane me laudauit, ut qui citra inuidiam ac liberaliter scripturas ei communiuissimam, postea etiam donis prosecutus est. Etenim ad huiusmodi quoque officia promptus erat. Porro, medicaminum quae ei dederam, confectura est talis. Cinnamomi, dictamni, mari, singulorum denarium pondus quadraginta, haec namque odorata sunt & subtilia. At amaracum quasi non boni odoris nequaquam miscere cogitavi, deinde quoniam Romae aegre poterat inueniri sicut & marum: uidebam autem illum aegre parabilibus gaudere, quemadmodum & sumptuosiss, apposui scripturae etiam illius pauillum quiddam partis unius, ut puro quartam uel quintam portionem. Haec contusa, cribroque subtilissimo secreta mulcere iussi cerato ex opobalsamo optimo, & cera tyrrhenica facto: commodum uero esse conieci, si cerae partes octo, opobalsami decem receperit. At ne friabile medicamentum foret, sed sibi cohaerens unitumque, etiam resinae terebinthinae, quae & ipsa est odorata, modo sit optima, partem unam adieci. Verum si generosius, ut dixi, medicamentum facere proponas, non unam cuiusque herbae commemoratae partem immittas, sed amplius, ut una & semissis fiat. Hoc igitur ab experientia probatum est medicamentum. Alterum praeterea ex eodem cerato, & liquore cyrenaeo compositum, mistura pro portione euphorbij facta. Tertiumque aliud ex ambobus mitis confectum. Quartum deinde, quod statem myrrham accepit. In quibus autem neruus nudus est sibi ceratum ex cera, quae myrrhice id est unguentaria uocatur, & unguentis apud Romanos dictis spicato & foliato composui, duodecimam partem pompholygis ei admiscens siue elotri masculino genere, siue elotri feminino malis dicere. Nihil enim, quomodo cumque dicas, uel praesidij uel nocimenti pharmaco adferas: licet autem tibi & ex tyrrhenica cera ipsum preparare. Nec prohibet quicquam, sine praedictis unguentis tyrrhenicam ceram ex nardo proba liquefacere, in duplici nempe uasculo, quod

**A**quod in omnibus unguentis commune est, At raso cerato, spicae nardi, amomi, folij malabathri, & pompholygis elotri, partes singulorum portiones miscbis. Etenim in puncturis, sicut praedictum est, acrioribus pharmacis est opus, quae uulnus apertum perpetuo seruent, denudatis autem, mediocri adstrictione cum digerendi uirtute absque morbo praedita afferre conuenit. Quamquam & amomum adstrictionis si aliquatenus particeps, magis autem ipso nardi spica, & malabathri folium.

De medicamentis ab alijs medicis aduersus neruorum uulnera praeditis.

Cap. 9.

**V**niuersam neruorum uulnera curandi rationem, quam ego deorum quadam providentia composui, nullus ante me conscripsit: medicamenta tamen, quae neruorum uulnera quaedam curare promitterent, composuerunt sine distinctione, & uario utendi modo, neque in angustis punctibus sanandi rationem, qualis futura esset, indicantes: neque in latioribus uulneribus, uel denudato neruo, uel tendine, uel conuulso: multo minus si pars affecta phlegmone infestaretur, uel etiam gangraenam propemodum. Porro unum quendam nostrae aetatis medicum pharmaco utentem uidi, perinde ac meis ex metallicis preparatis, indistincte quidem & ipsum: quoniam uero ex paucis sponte nascentibus ipsum componi audieram, quod autem multis constat, ego illo tempore preparaueram, cogitavi pluribus ad praesens aliud rursus ex paucis compositum inspicere, ac experientia inquirere multo ne ab eo, quod uaria mistura paratur, inferius esse uideretur, an paulo. Quous igitur modo curauit etiam medicaminis, quod medicus nostrae aetatis habebat, scripturam accipere, & statim simile preparatum eadem & ipsum polliceri & praestare, quae uarium illud comperi. Huius igitur compositio in hunc modum scripta erat. Cerae pondo uncias sex, olei uncias nouem, misyos pondo drachmas sex, chalcitidis denarii pondo unius, squamae aeris pondo uncias duas, sulfuris pondo unciam & s, chalbanum pondo unctam. Quae liquari possunt, hoc est cera & chalbanum, liquefacta metallicis in aceto acri prius accurate tritis superfunduntur. Hoc pharmacum haud scio quis composuerit, neque enim apud Aesclepiadem Pharmacoionem scripturam inueni, nec apud Petronam, nec Andromachum, etsi omnes antiquiores medici optima medicamenta conscripserint. Plane autem constat nec apud Heram Cappadocem, nec Mantiam, nec Heraclidem Tarentinum reperiri, qui magnam pharmacorum experientiam habuerunt: immo nec apud Archigenem, aut Philippum, aut apud aliquem eius discipulum: insuper Sorani libris de medicamentis perlectis omnibus, item Menecratis, Crisponis, Damocratis, & aliorum, qui medicaminum cognitione claruerunt, apud nullum hoc modo citatum pharmacum comperi. Quae uero apud uiros iam dictos habetur, deinceps scripta indicabo, ac inueniuntur a Pharmacoione Aesclepiade facturus sum, qui in tertio interiorum medicaminum, quae etiam Marcellas inscribit, hunc in modum docet. *Andromachi Aegyptia ad uulnera cruenta, aut Aesclepiades praescribit, facit ad nervos, musculosque praecisos: item ad punctus, contusiones, attritus, artus fractos, ualere etiam ad abscessus, est item lippionis collyrium, inuat capite dolentes, & ad multas dispositiones utile est remedium.* Argenti spuma, cerae, singulorum denarium pondus centum quadragintaquatuor, guttae ammoniaci denarii pondus septuaginta, dusa, terebinthinae denarium pondus triginta sex, lanax succidae combusta denarium pondus duodecim, squamae aeris, squamae stomomaris, sulfuris, aristolochiae rotundae, singulorum denarium pondus octo, olei ricini heminas tres. Argenti spuma & oleum incoquantur, ac ubi mutata fuerint, cera resinaque adiunguntur: cum non inquinant, ammoniacum indas diluendo, & tunc lanax succidas, ac reliqua. Hoc medicamentum quanto utilius ex stomomaris squamae ualuit, tanto deterius ad neruorum uulnera factum est: si namque punctus solum fuerit, etiam aeris squama superuacua est. Quippe nullum metallicum his coducit, nisi prius ex aceto acri pluribus diebus laeue factum fuerit, quamquam in nudis neruis & tendonibus bonum fuerit remedium: at si iam phlegmone coniuncta est, liquare ea ex rosaceo conuenit, & sic emmo, hoc est in linteolos illito uti. Vbi uero non adest phlegmone, molliora humidioraque statim ab initio potiora sunt medicamentis durioribus ac siccioribus, praestatque liquata ipsa in digerente quodam, uel mitigatorio medicamine usurpare. Voco digerentia quidem uetus oleum, & ricinum, & sicyonium: mitigatoria autem rosaceum, chamamelinum, & quod ex althea conficitur. His fortiora, eoque durioribus corporibus magis idonea sunt, quod ex cucumeris agrestis radice in oleo decocta, & quod ex iride, bryonia, & aro paratur. His ualentius est ex dracunculo, aristolochia, & panace factum. Porro nos frequenter etiam ex abietis semine, oleo, item ex populi flore confecto usi sumus, nam haec diutius sabino oleo intingimus. Quae igitur de eiusmodi medicamentorum usu dicta sunt, uos memoriter seruantes ad alia, quae explicanda ueniunt, traducere operae pretium esse arbitror. Quod autem nobis institutum erat facere, aggrediemur. Apponemus, u. & alia eiusdem facultatis medicamina, quale est & quod ab Aesclepiade post praedictum his uerbis scriptum est. *Claudy Philoxeni chirurgi Aegyptium ad praedicta uisita.* Argenti spuma, cera, singulorum denarium pondus centum sexaginta, guttae ammoniaci denarium pondus octoginta, propoleos denarium pondus quadraginta, resina sicca, terebinthinae, squamae aeris, sulfuris denarium pondus sexdecim, lanax succida combusta, squamae stomomaris, singulorum denarium pondus octo, opopanacis denarium pondus quatuor, ricini heminas tres. Hoc igitur pharmacum superiori esse simile omnibus apparet, & utendi modum eundem cum nuper a me citato habebit: quinetiam ad haec duo emplastra aliud tertium Aesclepiades sic ad uerbum inueniens tradidit. *Gilyum Haliti.* Facit ad cruenta uulnera, & neruos praecisos, item ad uetera cicatricem aegre ducentia & fluentia ulcera: quin & probe emollit duritias, maxime in mammis oborientes, utitur eo ad canum hominumque morsus, summe facit ad pastinacae, draco-

talis, octodecim.

talis, octodecim.

nis, aliorumque seuorum piscium istus, in totum uirtutem habet mirabilem. Argenti spuma, cera, **B** singulorum denarium pondum centum, terebinthina, mannae thuris, chalbani, minij synopici, singulorum denarium pondum octo, olei sexarium. Nec ipse ergo Asclepiades hoc pharmacum ad punctus <sup>† Al. centum.</sup> tendinum ac neruorum, sed ipsis praecisus utile esse promittit, cum uidelicet maius uulnus exierit, & neruus nudus appareat. Quippe aptiora tunc sunt haec medicamenta, quae mitigatoriam & medicorem uirtutem obtinent, cuius generis est nuper ab ipso citatum. Itaque haec tria emplastra in medio fere libro Asclepiades produxit, superius etiam aliud multiplicis quidem usus emplastrum, melius autem ijs tribus ceu ad neruos praecisos, corruptosque tradidit. Verba Asclepiadis ita habent. *Moschionis catagmaticum, ualet ad recentia uulnera, neruos praecisos, & cum confusione diuisiones. Facit etiam ad fracturas cum uulnere, etenim uulneribus auxiliatur, & ossa callo obducit conuenienti deligatura impositum. Prodest hydropicis incipientibus, item facit ad testiculorum contusiones, tollit circa anum eminentias, sanat rhagadas butyro dilutum: ad haec gutturis tumores quas Graeci bronchocelas appellant, soluit omnem duriciem, curat attritus, & fractos articulos, item pedum, manuumque callosas excrecentias, quos elanos uocamus, ut eos etiam citra exulcerationem auferat. Summatim, medicamen est uillissimum. Confectio haec recipit.* Argenti spumae pondum minam, quae continet denarios centum sexaginta, picis aridae denarium pondum octoginta, mannae thuris denarium pondum octoginta, cerae denarium pondum quadraginta, argurinis, opopanax, chalbani, singulorum denarium pondum octo, olei ricini heminam, aceti parrem mensuram, liquoris scyami heminam, picis liquidae tres cyathos, & resina induntur, & doctum & manna thuris adiunguntur, incoquanturque assidue: ubi confluerint, pix, cera, resina induntur, & doctum nec non amplius inquantur, incoquantur: deinde chalbanum, post arugo, & opopanax ex aceto soluta insperguntur: liquor scyami, & pix liquida in aliud uas transfusa coquantur, & cum comista fuerint, seu confluerint, prius pharmaco immittuntur, & rursus supra ignem posita, quousque non inquantur, incoquantur, ac in uinum demissa triduo relinquuntur, postea subactis manu, in linteolumque illis utimur. Oportet autem post medicamen impositum linteum uino madefactum exprimere, & tunc medicamentum circumdare. Porro nostri praecipientis Lucij confessio sic habet. Scum ac oleum prius liquefacimus, ac ubi soluta fuerint, mannam leuissimam factam, & spumam argenti inspergimus. Postquam confluerint, reliqua facimus. Ceterum laude dignus est hic quoque Asclepiades, qui confecturae medicaminum modum adscribat, non ut Andromachus, omittat, qui nec, quam uirtutem habeat, apponit. Denique primum est tribus ab Asclepiade traditis, a me scriptum emplastrum aegyptium, quod & ipse Andromachi esse confirmat, neque cuius sit uirtutis, nec quomodo preparandum sit, aut utendum, Andromachus indicauit. Verum simpliciter tanquam uulgare quoddam pharmacum libro de exterioribus facultatibus, quem ipse secundum inscripsit, proiecit: Primum enim omnium scripsit, quod ipse nominat Pantagathinum, quasi dicas ad omnia ualens: deinde hoc aegyptium, aliud ut dixi nihil adiungens. Habebat enim eius dictio in hunc modum. *Aegyptium.* Argenti spumae denarium pondum centum quadraginta quatuor, ricini heminas sex, & cerae denarium pondum centum quadraginta quatuor, guttae ammoniaci denarium pondum septuaginta duum, terebinthinae denarium pondum xxxvj, lanae combustae denarium pondum octodecim, squamae stomatis denarium pondum octo, squamae aris denarium pondum octo, aristolochiae denarium pondum octo. Non nulli myrrhae denarium pondum quatuor, opopanax denarium pondum duum. His ad finem adscripta sunt, marinae aquae ad irrigandam ceram heminas octo. Quid sibi uelit, cum dicat, ad irrigationem cerae, manifesto non scimus, intelligere enim plura licet. Mirandum uero, quomodo in alijs omnibus cum Andromacho conueniat, mensuram ricini parrem non ponat. Andromachus enim heminas sex, Asclepiades tres scripsit. Neque uero etiam apposuit, quod in fine scripturae ab Andromacho adiectum est. Non nulli myrrhae denarium pondum quatuor, opopanax denarium pondum duum. Rursus adiunxit ipse, in combustis lanis succidis, quod in Andromachi scriptura non habetur. Post dictum aegyptium theriaca emplastra quinque retulit Andromachus. Deinde aliud fuscum, **H** quod ad Eubulum auctorem refert: postea rursus aliud fuscum, quod Minerua nominat. Post haec iterum alia fusca simpliciter duo, quibus subnectit aliud, ubi sic ad uerbum scriptum est. *Fuscum nygmaticum, hoc est ad neruorum punctus utile, Andromachi.* Guttae ammoniaci denarium pondum octo, aris combusti denarium pondum octo, picis aridae denarium pondum quadraginta, ur autem Zeno ait, minae dimidium, & quartam partem: argenti spumae denarium pondum quatuor, alcas indicae denarium pondum duum, aristolochiae denarium pondum duum, chalbani denarium pondum duum, argurinis denarium pondum unius, alij denarium pondum duum, thuris denarium pondum duum, olei hyemae quartam heminae partem, estate octauam, aceti tres cyathos, quibus ammoniacum dissoluitur. Hoc uerisimile est ab ipso nominari nygmaticum, ut quod neruorum punctus ex usu esse queat.

A GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet medicamenta, quae faciunt ad putrida, ac maligna ulcera, ad nomas, & reliqua, quae uix ad cicatricem perueniunt.

De methodo parandorum medicamentorum ad maligna ulcera & aegre cicatricem admittentia.

Cap. I.



**D**IVVS sane liber in alborum emplastrorum confecturis, cum alijs, tum eorum quae ulcibus cicatricem aegre ducentibus conueniant, finitus est: ubi distinctus ab ijs, quae proprie cacoethe, hoc est maligna dicuntur, & ipsa nimirum dysepulota. Quoniam uero quaedam saniei humorumque ulceratis partibus insipientium uitio cicatricem aegre admittunt, quaedam ipsa affecta sede insipientem succum quamlibet probum corrumpente, ulcera secundo modo habentia, dysepulota & cacoethe proprie nominant: in quibus interim totam partem affectam excindere, uel adurere non nulli coguntur, aut medicamentis crustam inducentibus, aut igne utentes. At cum ampla sit latitudo utrinque in eo, quod alterum altero magis minusue dysepulotum, malignumque est, tantum medicamentum pharmacorum esse numerum oportet, quantum ipsorum quoque ulcerum extiterit. Merito igitur omnes, qui unum duntaxat medicamentum ulcibus malignis cicatricem inducere promittens habent, successu crebro frustrantur. Nam duo minima, quae idem pollicentur, eandemque facultatem ostendant, diuersa alioquin inter se non simpliciter maioris, minorisque, uerum ut aperissime dicam, maximi ac minimi ratione, in promptu adesse illi conuenit, qui omnia id genus uitia curare proposuerit. Quemadmodum igitur commentario Therapeutices methodi, in uelut affectibus primam omnium communem auxiliorum potentiam inueniri docebamus, deinde materias, quibus illa continetur, ita nunc quoque in ulcibus dysepulotis generalem pharmacorum, quibus illa curantur facultatem, quae tandem sit, prius inuentam esse oportet. Indicata uero mihi est & haec in illo opere, cum quidem nullus uitiolus habitus ulceratas partes infestat, duos seopos habens: unum, ut id quod insluit, repellat: alterum, ut quod affectae parti inhaeret, infixumque est, discutiat. Haec autem contrariae uires praestant. Siquidem influxum reprimunt, quae sunt adstringentia pharmaca. Digerunt impacta iam exceptaque, trahendi potestate praedita. Porro quae adstringunt ut plurimum exasperant, atque hac occasione molesta sunt. Trahentia uero, ac digerentia ex alto humiditates, non citra acrimoniam id efficiunt. At acrimoniam dolor quidam necessario sequitur ulceratum partem mordens. Atque sic pro dolore, quod exasperantia mordentiaque concitant, humores ulceratis partibus influentes irritati contingit. Unde quoque ulcus aegre obfideri & edidit. Ex quibus dictis colligitur ulcibus dysepulotis praesidia inueniri difficulter posse: multo magis adhuc malignis. Quare talis pharmacorum materia, quo ad eius fieri possit, inuenienda est, unde ulcus citra dolorem siccescat: quod accurate fieri nulla ratione licet medico ignorante, quem effectum medicamen exhibitum ostenderit. Quippe ambobus componentibus mordente puta & adstringente, necessario ualidum existit. Verum fordes & humiditatis copia id genus ulcibus incumbens, ueluti propugnacula quaedam ulceratis particulis facta mordicationem ualentibus pharmacis exolunt. Itaque attendendum est, quantum primus uisus humiditatis in ulcere deficcauerit: uel si etiam fordes habeat, quantum harum quoque absterferit. Ac ita secundum, tertiumque uti illo debemus, donec purum & siccum ulcus apparuerit. Vbi uero primum id tale conspexeris, ad aliud medicamentum te conferas, eiusdem quidem speciei, sed priore imbecillius. Nam ualidiora, dum medendo ulcus dolorem inferunt, fluores mouent, & phlegmonas concitant. Quod si tuum multo imbecillius priore pharmaco adhibeas, ulcus humidum sordidumque euadet. Hac igitur parte artificiosus uicarius medicus, eo qui solo experimento inuenitur, melior est, quod sciat ulcus non alia medicamentorum uirtute curari, quam dum affecta pars eam siccatem consequatur, quam in naturali statu sita possidebat. Quod factum intelligimus, ubi neque tenuis amplius sanies insuat, neque pus producat. Hanc dispositionem ulcera nascuntur, quo dixi modo, siccescentia, hoc est adstricta, disculsaque: deinde ubi sicca quidem fuerint, iterum sordida adhuc appareant, detersorij pharmaci repurgantur, de quibus ipsis quoque non nihil in opere de simplicibus medicamentis commemorauimus. Omnium autem absolutissima ratio ac uia est tractatu de morbis curandis per scripta, in quo prius exercitatum esse conuenit, qui hinc perfecte frugem reportaturus est. Hoc uobis amici, quibus ista scribuntur, constare manifesto admodum noui: itidem rationem sine exploratione in operibus facta probabilem non esse, quae nunc a me dicuntur, demonstrat. Etenim uidistis subinde illis ipsis pharmacis, quibus sine methodo medici quidam nitentes nihil proficiebant, multa me eius generis ulcera per sanasse. Quamobrem



in mentioriam reducite medicamenta citra demorsum exiccantia: sunt autem ipsorum pleraque metallica. Atqui hoc etiam inemeritis, quod combustis elotisque mordicatio, quae prius adfuit, edomatit ac interit. His igitur in praesentiarum uobis licet: elotis quidem in pueris, eunuchis, mulieribus, & qui molli natura carne sunt praediti: item qui ad sentiendum habiles admodum sunt, & utriusque succo laborant. In alijs corporibus etiam illota usurpare poteritis, mane primum ipsa ijs, qui curantur, ubi probe concaxerint, adhibentes. Si uero & corpus totum preparationem quandam requirat, & hanc prius factam esse oportet: praecipimus de his in commentario de morbis curandis. Non nullis siquidem uel purgatio sola sufficit, quibusdam sanguinis detractio, alijs utraq; haec adhibere profuerit. Sunt in quibus superiacentem uarietatem excindere opus est, uel lieni, uel iocinori prospicere: aliquibus ambientes ulcus partes scarificare, quemadmodum interim laborum callos amputare. Si horum nullo egemus, humoris copia simul cum sordibus inspicienda est: atque ita ad idoneum medicamentum ueniamus, ut si simplicium singulorum memores, quae desiccant, non tamen ulceris sordes abstergunt: item quae abstergunt quidem, non tamen probe desiccant. Quae uero utrunque possunt efficere, prospiciemus ex quo toto quodque ordine existat, quod maximum inter ea censeo, quae ad curationem pertinent, neglectum tamen medicinalis materiae scriptoribus. Nam hi soli omnes ipsius uires dicere studuerunt, sicut etiam Dioscorides, quem nulli eorum, qui in ea quasi arena desudarunt, secundum esse quisquam dixerit. Ego igitur deinceps omnia pharmaca recensabo, quae ulcera citra mordicationem exasperationemque manifestam exiccare possunt. Incipiam a metallicis, quibus etiam terra species adnumeratur. Porro cum uarie inter se differant in eo, quod magis minusque siccant, a medijs orsus ad uehementius, uel obsecratius exiccantia me conferam. Siccant igitur modice lemnia sphaeragis, & cadmia, atque magis ea, quae sua sponte nascuntur, nec mitatur, in torrentibus aut riuis ac in cyprorum montibus alijsque in locis inueniuntur, praecipue uero ubi metalla sunt. Porro consuevit eam magis siccantem reddere, per aestatem in sole, pluribus deinceps diebus terens ex aceto, aut uino colore giluo, substantia pellucida. Cuiusmodi est in Italia falernum, in Asia Tmolite, quod uinorum maxime siccare natum est. Hoc genere comprehenditur & Ariusum in Chio natum: ueni odoratum lesbium in Ereiso & Mithymna. His succedunt omnia uetera, cum ex albis & adstringentibus inueterata sunt, in Italia signinum, tiburtinum, & marsum, in Sicilia uocatum ab incolis ammazum: in Asia aphroditaeum, & mysium. Sufficiens enim mihi facultatum uniuersalium ueluti exempla exposuisse. Iam uero cadmiam ex aceto acri similiter multis per aestatem diebus in sole praepero, siccataeque repono, ut ulceribus malignitatem affumentibus inspergi possit. Valentius hoc pharmacum est chalcitis combusta eodem modo prius in puluerem redacta: per se autem ignem non experta tam ualens medicamentum est, ut crustas faciat. Lotam igitur ipsam, deinde siccatae habere satius est. Minus enim lota, quam uista desiccatur, ac longe mitior est minusque mordax. Per simile huic medicamentum est etiam arugo combusta: quae uero ignem non experta est, fortissimum medicamentum est, sicut etiam chalcitis. Verum haec non nihil etiam adstringit, & ea multo magis chalcantum, quod inter metallica maxime siccatur. At arugo huius potentiae omnino particeps non est. Misy autem & sori, ut didicistis, chalcitidi genere cognata sunt, ex una, ut ita dicam, radice producta: tenuius tamen misy apparet, ac minus mordax & urens: crassius sori est, & utroque siccatur imbecillius: quemadmodum & sibi maiorem adstringendi, siccandiue uim ac sori possidet. Porro diphryges appellatum pharmacum ulceribus aegre humiditatis uitio ad cicatricem uenientibus, aptissimum est: ualde hinc nancque siccatur, et si modo siccet mordet. Enim uero id quoque praeter acrem tum qualitatem, tum potentiam, uim habet adstrictiuam: quas tamen ambas fortiores & chalcitis cruda, & chalcantum praesentat, siue id masculino genere, siue foeminino, siue neutro appellasse quis malit. Nam hoc uobis semper succurrat, de nominibus contendendum non esse, ubi speculationem ipsius artis usui necessarium ediscere statueritis. Quin & alumen quodlibet ulcera satis exiccat, generose adstringens. Unde nemo solis his ad ulcera utitur, sicut nec cruda chalcitide, & erugine: ista uero & haec & misy utilia sunt: ut elota morsum quidem remittunt, uerum minus siccant. Itaque lotis ipsis uti tutius est: quoniam per multa corpora, quibus mederi cogimur, unam quandam dispositionem habent, qua uehementem commorsum ferendo non sunt. Audiuitis autem ipsa frequenter, sed & nunc iterum commemorabo, atque ad omnem sequentem sermonem memoriter teneri operapretium esse arbitror. Quae igitur plethora uitiolusque succo laborant corpora, ad haec quae tenera carne praedita, & ad sentiendum insigniter habida sunt, facile ex morsu phlegmonem recipiunt. In carne molli praedictorum numero continentur mulieres uide licet candidae, pueri, eunuchi, uiri cute alba: insuper qui regionem frigidam incolunt, humidum hi quoque & pituitosi, eoque molles & albi: quemadmodum ijs, qui calidum tractum inhabitant, ut Aegyptum, & Arabiam, duros corporum habitus, & siccos sortiuntur. Itaque horum uobis ueluti memoribus appositurus sum quandam & aliam pharmacorum simplicium materiem, quae malignis ulceribus curandis sit idonea. Sarcocolla igitur & ichtyocolla, & his magis adhuc chrysoecolla tali facultate praedita est. Huc optime facit & plumbum combustum: post hoc sori, sibiique, haec quoque combusta: insuper plumbi recementum probe siccatur: quemadmodum & ferri squama, euidentius tamen stomonatis. Porro aris squama, praeter quam quod siccatur, etiam abstergit purgatque, unde pura quoque ulcera efficit: quod reliquae squamae non possunt. Quare si haec omnia medicamenta arida ulceribus malignis ac contumacibus inspergis, mitius uidebis citra mordicationem ea desiccari, sicut ubi buccinorum testas conerematatas, purpurarum,

Ararum, ostreorum, aliorumque id genus adhibueris. Quin & quod graece diaphanes, Romanis lapis dicitur specularis, ex ijs est, quae leniter ac sine morsu exiccant: qui uisus ulceribus aegre cicatricem admittentibus non item malignis ac rebellibus conducit. Quippe minus exiccat, quam illa requirant. Idem potest uisum istum, ac ignium, illud quod in calfactorijs arariorum fabrorum officinis comissit. Ceterum aegyptiae spinae fructus, galla omphacitis, hoc est immatura, rheom, malicorum, radices herbaeque non pauca ultra siccandi, etiam adstringendi potestatem habent. Nam & aristolochia, iris, acorum, arte misia, panacis radix, argemone, chamaleontis nigri radix, cyperum, dracunculus, gladiolus, affatum exiccant. His euidentius adhuc centaureum, & posium: quibus paulo imbecillior est terra nomine crethrias uel ualentior est ampelitis. Talis sane medicamentorum simplicium ad ulcera maligna ac contumacia materies existit, extrinsecus autem nonnulla ipsis apponuntur, quae quidem per se uehementis potentia gratia non admoueri, sed alijs misceri solent, ueluti arugo ignem nondum experta, calx uiua, & illota, & molle apholitrum, quod re uera apholitrum est. Quanto enim spumantius, tanto praestantius est utraque facultate, tum qua minus mordet, tum qua magis digerit. Didicistis enim & in opere de simplicibus medicamentis subtiliora crassioribus hac uirtute inter omnia, quae simili specie comprehenduntur, praecellere. Porro nihil tam nobis uitandum est, quam pharmaca generis oleosi, quae Hippocrates malhae code, id est mollis nominat: cuiusmodi sunt omnes adipes, praesertim porcorum, dein resinae, postea cera: alia uero ratione & quae indurata remolliunt, malaetia Graecis dicuntur, non conueniunt, chalbium, bdellium, gutta ammoniaci, styrax, medulla: Item alio modo acria, piper, zingiber, sinapi, canebri, multaue eius generis alia.

Quomodo medicamentis siccis modo commemoratis in ulceribus ad cicatricem aegre uenientibus, & malignis utendum sit.

Cap. 2.

Huiusmodi ulcera utriusque plena humore necessario existunt, pleraque uero ipsorum etiam sordes copiosas continent. Quoniam ergo sicca aliquod pharmacum ipsis sumus inspersum, conuenit prius ea linteolo molli, puro, & sicco extergere. Vbi ulceris cavitatem medicamento impleris, platysma emplastri labris attenuandis accommodari extrinsecus superdandum est, atque huic rursus linamentum undique aequale foris iniiciendum, cui spongiam ex aqua, aut uino tinctam applicabimus. At in prius curandum est, ut spongia frigida permaneat: quod ex facili fiet, si frigida ipsam continue citra deligaturam solutionem foueas: sed fasciam ei iniicere ac circumdare debes, ut Hippocrates in commentario de fracturis edocuit, maximam offensionem fore ratus ex deligatura, quae ad elegantem formam, non usum conducit. Si igitur fascia una fuerit, inferne sursum tribuenda est, siue tibia, siue genu, siue talus, siue cubitus, siue manus summa, siue alia quaeuis pars laborauerit. Quod si duabus uti uelis ut in fracturis, altera a parte affecta sursum feretur duntaxat, altera deorsum prius, mox in superiore parte desinet, eodemque cum priore perueniet. Quamobrem haec fascias ex linacis, non panniculis esse, ut omnes nouissis, expedit. Terrio autem quoque die non singulis soluendum membrum est, sic ut aqua non adhibita, quod dixi modo nuper, molli, puro, & sicco linteo saniem ulceri abstergas. At si ambientes ulcus partes phlegmonodes quippiam representent, humidum medicamentum extrinsecus platysma superaccommodandum est ex meo Phoenicino, non simpliciter liquefacto, sed cui plurimum, quo ad fieri potest, nihi adstringentis adiectum sit. Neque tamen obuio quouis oleo liquare ipsum conuenit, uerum si rubor quispiam, uel omnino calor in circumpositis ulceri partibus exuperet, adstringente, & refrigerante aliquo id faciendum est. Sunt huiusmodi myrrum & melinum, si haec non adsint, adhibeto, quod omphacium, & omotribes nominant. Si durities maior extiterit, oleo ueteri, uel ricinino ipsum Phoenicium liquefacies. Sed tutius fuerit, si nihil in ambiente ulcus loco uisosi appareat, superpositae regioni liquidum medicamentum admouere, quod repellat, siquid prius uel prauum, uel plus, quam par est, insuauit, maxime eum in cruce ulcus obortum superpositam uenam uaricosam habeat. Quae dum magna est, ac de colore nec rubrum, nec prubum sanguinem, sed atriolem, magisque melancholicum continere uideatur, excidenda uenit. Interim uero contigit, ut uena tali excisa ulcus statim ad cicatricem ueniret, et si iam animum duraret, uerum ipsius loco iuxta diuisionem, ubi uena erat excisa, ulcus malignum ac contumacioriretur, cui cicatrix induci non potuerit. Igitur id genus uitijs praestat, uitijs aegri consultis, a uenae in cissione auspiciari, deinde pharmaco purgare melancholicum humorem, uel cum hoc etiam picuifosum educente, quoniam is quoque una non nunquam cum melancholico insuauit, dum uarices generantur. Postea ipsam uenam ulceri suprapositam in longum scarificare commodum est. Vbi abunde uacuaris, ei ipsi uenae sectae prius medendum: postquam exacte iam cicatricem ducere uidetur, tunc maligni ulceris curationem, ut praedictum est, aggredere. Iam uero lien interdum male affectus, uitijs talis humoris auctor est, sicut & icterus. Quibus ubi prospexeris, sic tandem ad ulcus curandum uenire oportet. Pari modo, si uniuersum corpus cacochymum uel plethoricum existat, prius expurgare uacuareque ipsum expedit, quam medicamentum ulceri admoneas. Porro intra ulceris per arida medicamenta curationem, quousque solueris, aduertendum est, qualem nam in particula effectum ediderint. Sciendumque, ac in memoria habendum, quod quae desiccant, non autem de tergere ualent: cuiusmodi sunt illa quae adstringendi qualitatem obtinent, ulcus purum non efficiunt. At quae praeterquam quod siccant adhuc etiam detergant, ea non modo siccam, sed puram quoque totam partem exulceratam efficiunt.

Præterea



Præterea notandum uenit pura ulcera ab ijs medicamentis, unde prius, cum essent fordida, nihil mordicationis percipiebant, nunc morde. Quæ causa est, ut a ualentioribus absterforijs pharmacis ad mitiora, minusq; mordacia digrediamur, ubi ulcus ad amissum purum inuenimus. Quemadmodum rursus in fordidis ad magis abstergentia transimus, nisi ex mordicatione fordida apparuerit. Hoc siquidē medicis etiam bonis existimatis non nunquam imponit, ut ad absterforium ualentius acrisq; se conterrerent, unde iterum ulcus erosum, ex æquo fordidum, uel etiam magis adhuc altera solutione uisum fuerit carne a medicamento colliquata ipsum fœdante: nam in prauam saniem degenerat colliquefces caro. Ceterum quicquid ex his ipsis tenuioris consistentiæ est, a pharmaco diffiatur, reliquum ibidem circa ulcera concretum sordes ipsis redditur. Quare animum attendere oportet, utrum uleus carne, quæ subest, exesa, ac colliquefcente fordidum euaserit, an quia medicamen fordibus auferendis aptum requiratur, impositum uero tale non sit. Indicat autem ulcers maior facta cavititas, tum oræ rubentiores calidioresq; cum medicamenti acrimonia fordidatur. Forsan igitur superuacuum fuerit in præfenti commentario compositorum medicamentum usus rationem, modumque adscribere, quippe in methodo curandi explicatum. At quæ necessaria sunt, & magnam noxam adferunt neglecta latius est bis reuere, ut fidelius memoria inhaereant, reperere. Ponamus igitur & hoc etiam in talium ulcerum curatio ne, si quidem citra totius corporis offensam fieri poterit, ægrum a balneo abstinere, perfricari linteis largiter, mox oleo, deinde halteribus, (hoc est saltatorijs pondusculis) exerceri, si erus fuerit affectum: uel cursum, si partes superiores male habeant. Quod si a balneo temperare sine totius corporis noxa non poterit, soluere deligaturam non oportet, uerum ut ligatum est, membrum laxare, & aquam calidam ex spongia exprimere, aliamque mox frigidam infundere, ut nullus in deligatura calor sit reliquus. Iam si curatio succedere uidetur, etiam absq; spongia alligata sanari potest, si Phoenicinum liquefactum, ut dixi, extrinsecus imponas, & citra spongiam, quæ fascijs comprehensa uelut in fracturis, ægrotae corporis parti orbiculari circumdatur.

Compositio medicamentorum, quæ in modum emplastri sunt.

Cap. 3.

**Q**uoniam malignorum, & difficulter cicatricem recipientium ulcerum curationis summus est scopus, ut medicamentum citra morsum exiccet, aqua uero & oleum maxime omnium humectant, ab eis abstinendum est ita, ut nec per se adhibeantur, nec sicis quæ recensimus misceantur medicamentis. Itaque cera deligenda est, neque natura, neque uetustate sicca, uerum recens & pinguis natura, quæ in sole emollita, arida medicamina dicta, excipere poteris: sunt autem sol absit, apud ignem calefacta subigatur, & in calidam aquam demergatur. Non enim aqua per totam miscetur, sed statim ab ea emollefcente defluit, antequam ulcere fuerit imposita. Symmetria uero mixturæ est talis. *Medioere medicamentum hoc modo efficitur.* Quarta pars metallicorum ceræ adijcitur: ualentius erit, si tertia sumatur. Porro cum ipsa metallica minus magisque immordacia siccaque existant, uirtus in ijs, quæ magis siccam, intendetur: quæ minus, remittetur: quemadmodum rursus tutior leniorum usus est, mordaciorum periculiosior. Dictum nanque frequenter est, non nullas naturas corporum, tum cutem, tum carnes magis sensorias habere: quibusdam has ambas minus esse sensorias. Item pro maioris minorisque sensus ratione doloris etiam affectus sequitur, ut & phlegmones. Accedit huc non medioeris differentia, quod quis molli sit carne, uel durior, boni malique succi, uel plethoricus, uel uacuus, uel medio quodam modo inter enumeratos affectus. Vnde colligo utrum omnibus idoneum medicamentum preparari non possit, sed qualecunque ex similibus specie confectum fuerit, hoc uti scierit ille, qui methodum isto libro traditam artificiose didicerit. Exempli gratia in subiecta materie si pares urinalq; æruginis, & æris combustæ partes misceas, aluminis sicci partis unius dimidium, ut totum tribus, uel duobus denarijs, s. uel uncijs totidem collet, sufficere decem ceræ denarios adijcere denarijs, decem uero uncias uncijs, in temperati & medij facultate pharmaci compositionem: Melius fiet, minusque mordebit, si loco aluminis sicci filis diphyrges accipiat, cuius uno denario integro iniecto, quemadmodum æris quoque & æruginis, H medicamen erit præstantius: quod si æruginem mordacius facturam suspicari lene proflus ipsum fieri postulemus, combustam apponimus. Insuper si expurgare sordes statuerimus, æris squamæ denarij dimidium addetur, ut tota medicamenti symmetria talis euadat: Aeris, æruginis uisæ, diphyrgis, singulorum partes æquales, hoc est cuiusque denarij pondo unius, æris squamæ denarij dimidium. Hæc pingui cera, ut dixi, mollita excipiantur: ubi siccor paulo fuerit, quam ut commemorata excipiat, miscendum est myrteum molliendo, uel melinum, uel lentiscinum, uel ricinum, uel cyprinū, uel omotribes oleum uetus, uel recens hispanum, uel quod apud nos ex oleæ sirculis preparatur. Aut si omnino nihil oleosum medicamento adhibere placet, laricem resinam admisceto, cuius si copia non est, terebinthina eius loco utendum. Ceterum hoc semper in memoria tenendum est ijs, qui hæc legunt, maxime ad primum, quod dictum est, tanquam præstantissimum ueniendum esse, mox ad secundum, & tertium: deinde ad alia, quæ post tertium sunt, eui pro pharmacorum uirtutis & potentie proportionem, sermone ordinem nobis usurpantibus. His igitur auditis quispiam, & simplicium medicamentorum uirtutibus intellectis diiudicare poterit, quæ maiores nostri ad ulcera cacoethie pharmaca cõscribere. Sicut uerbi gratia Asclepiades cognomento Pharmacion in tertio exteriorum in hunc modum tradidit.

Ule

A

Que medicamenta memoria prodiderit Asclepiades.

Cap. 4.

**A**d chironia & curatu difficilia ulcera medicamentum accommodatum. Aeris squamæ pondo unciam, æruginis rasæ pondo unciam, ceræ sēlibram, resinæ laricis pondo unciam, s. Ea quæ liquari possunt, aridis affunduntur, quibus excepris, ac curiosè mollitis utitor: item platysina exiguum soli affectæ parti, ut ulcus tantum comprehendat, iniicito. Ceterum ambientes particulas pharmaco, quod phlegmonem arceat, circumdare oportet. Inter curandum tertio quoque die solnere, deinde fomentis mitigare, idemque emplastrum, quod a latitudine platysina uocatur, abluendo emollire, ac rursus imponere, donec cicatricem inducere incipiat. Hæc est medicamenti scriptura. Pulchre uero atactor ipse adiunxit, ad chironia. Nominant enim sic ulcera, non medioeriter sed maxime maligna contumaciaque. Generosum hoc medicamen est, ut quod ex tertia ceræ parte metallica contineat, æruginem sanè pharmacum ualentius, æris squamam multo illa moderatius, attamen & ipsum generosum. Mediam ac symmetriam habet temperiem, ut etiam modice maligna curet, si non triplex, sed quadrupla ceræ portio alijs commissa fuerit: Moderatius adhuc extiterit, si quincupla adijciatur, ut nondum cacoethie, sed ægre cicatricem ducentia persanet: Quemadmodum etiam si metallicorum sex partes cera capiat, ut sit æruginis, & squamæ utriusque denarius, ceræ duodecim, laricis, quot exigit proportio, quar erit, si tres ipsius denarij imponantur. At ubi cera pinguis est, et si minus resinæ addatur, spissitudinem, quanta sufficit, medicamentum habebit. Siquidem huiusmodi pharmacis resina ob consistentiam inditur, ueluti & myrteum, uel lentiscinum. Ego certe artico non nunquam cæsyro ceram emollitam miscui. Acusū didici, uel nihil, uel parum adeo medicamentum ab illis, quæ sine hoc preparata sunt, superari. Manifestum autem est me hæc ad futuri medicaminis robur referre. Nam auxilium ad aliquid spectat, quippe mollius pharmacū ad moderatiora cacoethie, id est minus malefica, magis, quam uehementius conducit. Vbi igitur ulcus ipsum minus malignum est, oræ uero prætumida ac dura, Græci ochethodis appellant, prior in his est cæsyros. Benefacit etiam his ceru, uel uelique medulla, quam laricem ante factam ceræ prius admiscere oportet. Dein sic in unitatem coactis ijs metallica crata, ut in puluerem redigantur, excipienda sunt, ut quæ mordicationem pariant. Omnia uero sicca, ac terrestria pharmaca, quantum satis est, antea leuigentur, ut est galla, cytinus, malicorium, ægyptiæ spinæ fructus, quoniam id genus omnia ægre sunt læuia. Sicut facile, quæ ex succis & liquoribus ressecatis proueniunt, myrrha, aloë, acacia, & quæ his sunt genere finitima. Ceterum recte Asclepiades ad finem superioris medicamenti scripti hæc uerba adiecit: Et hæc triduo soluito, fomentisq; mitigato, idēq; emplastrū ablutum emollito, rursusq; apponito. Nisi enim diutius cuti pharmacū adhæserit, nihil efficiet. Quod & plethorog; medicos lauit arbitrâtes, si ter die sanie ab ulcere deterferint, melius se facturos ijs, qui bis idem faciunt. Qui uero semel soluunt, ab ipsis quoque ægris tanquam negligentes male audiunt. Conuenit hic quoq; uos meminisse, quod in plerisq; nostris cõmentarijs dictū est, qualitates uidelicet omnium uiciorum corporum multo in se quicquam agere, et si alterum ipsorum multo sit ualidius. Hæc nanque ratione specie quodammodo inter se similes sunt spatio temporis, tamen si permultum differant. Vbi autem qualitas medicamenti curando corpori similis specie fuerit, utilitas maior sequitur. His igitur rationibus, qui primus emplastro ante imposito uti statuit, laude dignus est, & nos ipsum sequi multo magis decet, cum quod ratione inuenit, experientia comprobatur cognouerimus. Nec temere triduo quoque ipsum foueri singulis uidelicet solutionibus præcipit. Nam, quia ualens medicamentum est, merito lenitionem desiderat. Satius igitur est in ulceribus non ita malignis, ceræ quadruplam, uel quincuplam amborum simul metallicorum esse. Post hoc pharmacum aliud Asclepiades deinceps tradidit, quod his constat. Aeruginis pondo uncijs duabus, squamæ pondo uncijs duabus, diphyrgis pondo uncijs, ceræ pondo libra, laricis pondo uncijs tribus. Hæc rursus symmetria simplicium medicamentorum eadem est, quæ superioris, solo diphyrgis superans, alia certe omnia priorum duplicata sunt. In illa enim scriptura æruginis & squamæ, utriusque pondo unciam adijciebat, ceræ modū ambabus triplo maiorem, siquidem omnes uncias sex eius admiscendas censuit, resinæ uero semunciam, supra utriusque metallici portionem. Secunda scriptura, illius quidem loco uncie semissis, tres imponendas iubet metallicorum uero pro una unc. singulorum duas, ceræ libram, cum in priore scriptura sēlibram immittat. Clarū itaq; est diphyrges solum in secunda eum apposuisse. Ac si unciam ipsius immittendam alijs duplicatis præcipit, modo simplicibus uniuersis in priore scriptura missis diphyrgis semunciam addideris, talem medicamenti confecturam habiturus es: Squamæ pondo unciam, æruginis pondo unciam, ceræ sēlibram, resinæ laricis pondo unciam, s. diphyrgis semunciam. Eadem omnino & hæc est prior, si diphyrges excipias, quod tam moderatum est pharmacum, ut etiam solum inasperum ulceribus, quæ cicatrice difficulter admittunt, medeat: similiter & æs combustum, ualentior autem longe arugo, ut uel fordida admittunt & humida curandi terminos excesserit, si solum eam inspergas. exedit enim & mordet insigniter. Porro in chironijs ulceribus, alijs mista pharmacis tantum de uehementia quidem uirtutis suæ remittit, auget autem illorum, ut compositum ex omnibus pharmacum fiat præstantissimum. Quæ uero ratione prædictis medicaminibus ærgo mista fuerit, hæc & ciua calx, exigua proportione aliorū multis a quibusdam adiecta. Extincta medioere est pharmacū, elora prorsus leue, & mordacitatis expert. Hoc igitur emplastrū exempli gratia adscripsi, quæ uenies in particularibus exerceri uelim, nec uniuersalibus solum esse contentos. Rursus autē reuocato ad initium sermone ad Andromachi medicamenta digrediar.

De

**A**pponam igitur causa exempli, quæ ex compositis medicamentis ad cacoethe ulcera conuenire usum probata sunt, ab ijs exorsus, quæ scripsit Andromachus, quæ nõ iniuria queas accusare, quod citra distinctionem pharmaca tradiderit. Hæc enim omnia per multos medicos male ipsis uti contingit, ideoque non nunquam scopura mirifice adsequi, interiu ab illo errare, permultum delabentes. Cum igitur par esset, ut ipse diceret, hoc ipsum validissimum est, ab hoc rursus aliud moderatissimum, hoc uero imbecillissimum: ille omnia subinde scripsit nulla distinctione apposita. Auspicatur igitur ea ipsa hoc titulo: Cicatricem inducentia. Mox ita subdit: Cadmiæ tostæ pondo libram, chalcitidis uisæ pondo libram, ceræ pondo quatuor, resinæ aridæ pondo libras iij. myrteis pondo libras iij. uinum aridis miscetur. Ab his uero deinceps in hunc modum scribit ad uerbum. *Medicamentum ex cadmiæ.* Et symmetria apposita, iterum deinceps ait: Aliiter ut Alcimion. Deinde hæc quoque symmetrijs expositis in fert. Pharmacum, inquirens, ex hordeo. Post huius compositionem in hanc sententiam iterum scribit. *Aliud cicatricem inducens.* Resinæ ficcæ denarium pondo octodecim, diphrygis denarium pondo quatuor, spumæ argenti denarium pondo sexdecim, ceræ denarium pondo decem, olei cyathum & dimidium, ut hoc sit ei medicamentum ab initio sextum. His subiungit iterum alia sex, unicuique præponens, Aliud, uolens nimirum cicatricem inducens nos inaudire. Quinque igitur sunt epulotica, quibus uti mos est, nec malignis, nec ægre cicatricem ducentibus idoneis. Sextum ad ulcera quidæ dysepulota, id est quæ cicatricem difficulter recipiunt, non tamen iam ad cacoethe, quæ nobis maligna dicuntur, ualet. Reliqua uero sex adiecta malignis profunt, uirtute inuicem diuersa: quibus alterutrum oportebat, nepe uel rationalem ac methodicam disciplinam conficiendo adscripsisse in eorum uehementia differentiam, tanquam nobis intellecturis ad maligniora ulcera ualentioribus utendum remedijs, ad medicoria imbecillioribus: uel empiricorum more posuisse quædam ex horum medicaminum phagedænicis, in summaque exes, ac passis esse utilia, quædam cauis, quædam uehementer sordidis: ijs uero, qui phlegmonodem simul aut scirrhosum affectum habent, aut labra ulceris dura, uel prætumida, uel nigra, uel alterius cuiusquam coloris, singulis propria. Horum autem nihil ille effecit. Postea sex facultates cicatricem inducendi ordine retulit, quarum ego compositionem cum proprijs distinctionibus narraturus sum. Primum itaque ab eo scriptum, quod tamen a principio septimum est, satis ualidum, ut quod æquale habeat pondus æruginis & squamæ: remissit autem minutiq; uim ipsius ceræ mixtura, quæ octo partes utriusque singillarum, quatuor amborum simul explet. Etenim æruginis & squamæ, cuiusque unciam miscere præcipit, ceræ uncias viij. admodumque commode canit, qui id composuit, miscere aliquid mollicinum, Græce maltachodes dicitur: oleum dicō, & seuum, & cypsum, & butyrum, & resinam. At si pinguis cera non adsit, metallica ægre miscébuntur. Ac si iuxta ignem uel in sole calido miscere ipsa cogamur, paulo post pharmacum indurêscet. Quapropter cum ulcere fuerit impositum, sagum suum æger duru contingere putabit. Quippe eiusmodi medicamenta omnia talem habent usum. Si uero calidis manibus tractetur, tantum ex ipsis recipit magnitudinis, ut emollitum dilatarumque toti ulcere imponatur, atque etiam oras contegat. Cum autem ulcus extiterit, totum ipsius cauum medicamine indito replebitur. Postque hoc rursus aliud platysma super accommodabitur, quod & labra comprehendat. Huic deinde rursus linteus pânus frigida madens tantus undique obijcitur, ut medicamentum occultet. Postremo extrinsecus spongia mollis fasciæ ex lino excepta, uel semel, uel bis adfectam partem orbiculatim ambiente tæte magnitudinis, quo totum ulcus cum labris, ac superpositorum ipsi aliquid subiectorumque complectatur. Deligatio a duobus principijs fiat. Vocant sic quoties tota pars media uinculi affecto loco incumbat, crux autem utrunque in oppositum deducatur. Postremo si pannus tam sit ualidus, ut semel iniectis spongiam turo contineat, illic terminis consueat, eo, quod superfuit, forfice adempto, sin imbecillis, rursus utrunque crux ducetur, simili robore ad id, quod affectum est, attractum, quod in primis obseruare conuenit, cum in primo fasciæ traiectu, tum uel maxime in secundo. Quin nec illius obliuisci te oportet, cuius primus, quotus ad nos memoria peruenit, Hippocrates inuentor extitit, olim hab omnibus ante ipsum medicis, nunc ab his, qui artem parum legitime didicerunt, commissi. Putant enim satis esse partem exulceratam incompressam seruare, utrinque uero ligamentum ei circumponere: quod quàm sit incommodum ac noxium, Hippocrates demonstrauit. Igitur ubi hæc primo die peregeris, altero aqua frigida spongiam perigato. Si ambiens aer calidus, & siccus fuerit, bis hoc terue in dies singulos faciendum est, ac deligatur a tercio quoque die soluenda, per hyemem etiam quarto. Ceterum inspicienda est, a medicamēti uirtute facta in alteratio, tum in ulceris cavitare, tum in labris, tum in locis ea ambientibus. Porro unde hæc discas, libri de temperamentis suppeditabunt: nec non in opere Therapeutices methodi de his ulceribus tractatum est: uel enim siccius, uel humidius, uel calidius, uel frigidius, quàm prius, & totum membrum affectum, & singula eius partes apparuere. Insuper considerabimus, num quid ex oris ademptum sit, uel emollitæ quodammodo uel attenuatæ sint: item color ne mutatus, & an sordium copia eadem remanserit. Unde cognosces utrum fortius, uel mollius, uel simile priori medicamen imponendum ueniat. Poteris sane & primum ipsum ex facili immutare, si mollius uoles reddere, misto inter molliendum paululo cuiusdam olei adstringentis, aut myrteis, aut rosacei, aut melini, aut lentiscini, aut masticini, aut cyprini: Sin ualidius, aut squama, aut ærugine, ex quibus utrisque paululum ad amissam læue reddes, ut subigendo adijcias: nos, uti nouistis, uel mire aliquid pharmacum

**A**liquod pharmacum ulcere inspergimus, eique medicamen emplastrodes superimponimus. Nulli dubium est in ista pharmaca mihi dici, diphryges, sarcocollam, chalcitidem uisam: item combustum & æs, & æruginem, & chalcanthum: quæ ignem non experta, acris omnia sunt: combusta, moderata: lota post combustionem, lenia mordacitatisque sunt expertia. Præstat autem sicut prædiximus, & emplastrum uisioni adaptare, aliquidque ex alijs medicamentis imponere, quorum deinceps meminuit Andromachus: idque non modo simplicium uires, sed mensuram quoque insipientes, ut in eo quod iam commemorauimus. Quatuor enim partes ceræ, cum æruginis & squamæ, utriusque una miscentur: tres fortius ipsam efficiens sicut quinque imbecillius. Eodem modo in alijs agendum est, puta in eo, quod prædictum sequitur octauum ordine, tali symmetria. Chrysolollæ denarium pondo duum, squamæ denarium pondo duum, ceræ denarium pondo sex, diphrygis denarium pondo duum, squamæ argenti denarium pondo octo, rosacei, uel myrteis parum. In hoc pharmaco chrysololla & diphryges ipsa per se insperfa malignis ulceribus curandis sufficiunt. Squama ualidius, asperius, mordaciusque medicamentum est, eoque argenti spumam auctor admiscuit, subueritus squamæ uolentiam, cupiensque ipsam mollioris pharmaci mixtura mitigare, ac exoluere. Sin abique ceræ quatuor illa iuxta dictam temperaturam misceas, medicamen ad id uel insperabile, Græci uocant epispaston, habiturus es.

**B**ad malignorum ulcerum curationem non inefficax. At ubi emplastrum facere conaris, ceræ miscenda est. Et propter metallicorum copiam, necessario etiam liquidorum in presenti facultate meminit Andromachus, rosacei nempe, & myrteis: ceræ namque modica nimis est pro metallicorum modo. Cæ igitur chrysololla, squama, & diphrygis binos denarios, argenti spumæ octo misceri iubet, quatuordecim uidelicet uniuersos efficiens, uel ceram pinguem permultam, uel oleosum aliquod pharmaco affundere debebat. In superiore medicamento ceræ quadruplo metallica superabat. Unde spuma argenti ablata, ex alijs licet pharmacum componere, quemadmodum ego non nunquam factitauit. Quod si fiat, myrteo non opus erit, ceræ, ut dixi, pingui adhibita: si dura sit, liquidum aliquod miscere oportebit. Quamobrem non nulli in id genus pharmacis ceræ apposuisse uidentur, alij nouæ, alij recentis, non per se ueni ipsius ætatem, sicut in alijs medicaminibus, sed humiditatem requirentes. Est etenim re uera melior noua, sed non iam ut bimulam, trimulamue reicias. Ceterum ad sequens emplastrum ire tempus est, quod habet in hunc modum. Diphrygis denarium pondo octogintaquatuor, argenti spumæ denarium pondo ducentorum quadraginta, ceræ denarium pondo trecentorum octodecim, olei heminas sex. Porerit autem hoc pharmacum ulceribus nondum malignis, uerum cicatricem ægre recipientibus eam obducere, quoniam exicat, sed non ualide, ut quod post ipsum scribitur, minori tamen symmetria conficiendum est: idem enim ei hoc est. Diphrygis denarium pondo quatuordecim, argenti spumæ denarium pondo quadraginta, ceræ denarium pondo quinquaginta, olei myrteis pondo uncias decem. Nam Andromachi pharmaca horum seculi sunt. Hoc igitur cicatrici obducenda re uera est respondens ex cadmia confecta, & glyceæ nominatæ, de quibus sequenti sermo dicemus. Hunc subscriptum ualidius quidem est, non tamen primo ex hisce sex, uerum septimo a primordio finitimum, in quo squamam & æruginem ceræ quadrupla commiscuit. Diphrygis enim adhuc denariorum pondo sexdecim, argenti spumæ denariorum pondo quadraginta octo, ceræ denariorum pondo sexaginta sex adijcit. Inde horum copiarum gratia coactus est, & myrteis olei heminam sex affundere. Numeratur ergo hoc quoque inter ea, quæ cicatricem generant. Quod statim subiungitur, eiusdem generis est, multissimum uero, minimeque mordax ex plumbo combusto, & eloto, spodio, cadmia, diphryge, & terebinthina compositum. Zenonem autem chalbanum quoque miscere, quod mihi prædictis uidetur superfluum. Scribit igitur ipsius symmetriam talem. Eloti plumbi denariorum pondo duorum, spodij denariorum pondo quatuor, cadmiæ tantundem, diphrygis [denarij pondo unius]. Excipit ea terebinthina denarijs sex. Zenonem dicit chalbani addere [denarij dimidium]. Si quidem ceu molliendis labris callosis, ac duris, eoque Græce ochthodes, id est uerrucosis appellatis id facit, probe admiscet: sin ad ulceris malignitatem & contumaciam, non item. Tamen si enim chalbanum quoque receperit, etiam sic a malignorum ulcerum prauitate tinceret. Magis autem uerisimile uidetur duodecim hæc ordine se consequentia pharmaca ad cicatricem duendam idonea scripsisse. Etenim præter duo ex ipsis, puta septimum a principio, & octauum, alia omnia ulceribus quidem ægre ad cicatricem uenientibus, sed nondum malignis medentur. Item duodecimum inter ea similiter quidem cicatricem obducit, imbecillius autem est, quàm ut cacoethe persanet. Compositio quoque huius hæc capit, molybdæ denarium pondo centum, diphrygis denarium pondo sexdecim, foreos denarium pondo decem, misyos cyprini tostii denarium pondo octo, resinæ terebinthinæ denarium pondo octo, ceræ denarium pondo quadraginta, myrteis denarium pondo quadraginta. Porro minoris symmetriæ, quæ huic proportionem respondet, omnia eiusmodi pharmaca conficere oportet scietem ipsa confectam duru ac laxam duritiem acquirere. Tantum igitur cuiusque præparare satis est, quanti usus fuerit, præsertim si hyems usum ipsorum excipiat. At si quartam singulorum partem capias, molybdæ quinque, & viginti denarij erunt, quatuor diphrygis, duo & semissis foreos, tostii misyos duo, terebinthinæ duo, & ceræ & myrteis pares portiones, utriusque decem, amborum simul uidelicet uiginti. Porro in omnibus eius notæ pharmacis, illa quæ liquari possunt, liquefacta & refrigerata, deinde rursus sicca diligenter in puluere redactis admisceto. Nã si liquidæ ipsis affundas, sicut sicut geum ceræ

Al. trecento  
denarij.  
Al. aliquo-  
die, sunt qui  
legendum pu-  
tas. id est ho-  
mij dimidiu

Al. s.

Al. cap.

Al. denarij  
p. duos, iij.  
Al. denarij  
p. duos, iij.



modo, (enceridas Græci uocant,) maxime cum frigus fuerit. In sole feruenti si mixtura fiat, licet ea se perfundere, mouendo uehementer rudicula priuam, deinde cochleario; præstat autem in hisce omnibus rudicula palmæ esse ramuscule. Hæc Andromachus indistinete, sicut diximus, duodecim phar maca tradidit hoc ipsis tantum communiter præponens, Epulotica, hoc est ad cicatricem ducendam idonea. Ego uero differentiam ipsorum manifesto (ur arbitror,) exposui, quæ cordatum uirum ad dextrum particulatum usum ueluti manu ducere queat. Insuper aliorum polychreston, id est multipli cis usus medicamentorum meminit, ut ad alios plerosq; affectus, ita ad ulcera dyssepulota, id est ægre cicatricem ducentia aptorum, quæ nos sermone procedente percensebimus, ubi pharmaca, propter uariam utilitatem polychresta Græcis dicta, aggrediemur. In præsentiarum peculiariter de ijs sermo nobis est, quæ ad maligna, & dyssepulota faciunt, eaq; potius maligna, quæ chironia non nullis appel lantur, quemadmodum & ipsi Andromacho. Ordine itaque ex duodecim medicamentis modo rela tis, cum duo ad carbunculos prodiderit, unum ad herpetas, quartum aliud post tria hisce con scripsit. *Epuloticum ad chironia, Dioscoridis.* Magis uarium quidem medicamentum componens, non tamen septimo illo supra scripto ualentius, in quo ceram quadruplo copiosorem, quam utriusq;, nem pe squamæ & æruginis miscebat. At in nunc proposito pauciore cera metallicorum proportione inie cta liquari ipsam pauco myrteo iubet aut rosaceo, quantitate eorum non adscripta. Iam uero uniuer sam eius sententiam ex Andromachi uerbis apponam. *Cicatricem obducens, ad chironia, Dioscoridis.* Chryso collæ denariorum pondus duorum, æruginis rasæ denariorum pondus duorum, ceræ denario rum pondus sex, diphrygis denarium pondus diuim, spumæ argenti denarium pondus octo, rosacci, uel myrtei modicum, ut liqueat. Hoc pharmacum adamussim superiori illi conuenit, quod inter cicatri cem obducens locum, ut dixi, octauum obtinet post id positum, quod squama atque ærugine cou stat, sola illud ærugine nimirum superans. Ideoque cicatricem illud inducentibus adscripsit. Maiora tamen de ipso pollicetur, ad chironia conuenire id dicens. Et uero post hoc quoque optimi medica minis mentionem facit in istum modum. *Medicamentum obducens cicatricibus ex colleflanis Primoniis, ad desperata.* Hoc nomen, Desperata, ulcera illa, quorum curationem plerique aggressi non absolue runt, sed tanquam ab insanabilibus desistere, ei significat. Tidendum huic medicamento, quod præ ter alia usu quoque probatum est. Hanc autem eius compositionem scribit. Seros denarium pondus uiginti quatuor, aluminis scissilis denarium pondus sexdecim, malicorij denarium pondus sexdecim, cal cis uiuæ denarium pondus sexdecim, thuris denarium pondus trigintaduim, gallæ denarium pondus tri gintaduim, ceræ denarium pondus centum uiginti, seti uirilini denarium pondus centum sexaginta, olei ueteris heminam. Hæc est simplicium medicamentorum symmetria ad præsentis compositi præparationem. At quomodo illud præparandum sit, omisit: ut in alijs etiam multis, quæ confecturæ narrationem requirunt, nam in hoc quidem uel admodum facilius est, ut paulo post dicemus. Ceterum uos scire in primis uolo, ut si quando uitulinum pingue desideretur, eius loco uetus suillum, quod no minant axungiam, admiscendum: uerum salis expers, & non multorum nimis annorum. Uetus itaque oleum abunde satis digerit, sic adeps quoq; idq; citra mordicationem ambo efficiunt; bubulus simi litem quidem digerit, sed non æque morsu caret, medium locum obtinet uitulinus, quo porcino acrior, hoc bubulo mollior. Itaq; pharmacum, quo de sermo institutus est, ualidissima continet, fori, alumen scissile, malicorum, gallam, non digerendi facultate eximia, sed adstringendi, ut uocant, prædita. Clarum est autem gallam semper adijciendam esse, quæ uocatur omphacitis, id est immatura: alumen uero Aegy ptiun, & scissile: cuius penuria rotundum, quod scissile quidem est crassius, sed non minus adstringens. Quod autem malicorum putamen mali granati uocatur, omnes nouerunt. Breui adeo tempore uiget, si uelis auidua contunderi, & in puluerem redigere, seu lauigare. Nanq; dum arefcit malicorium, im becillior quæque uim fortitur, cum humore eius discusso pereitum. Quare uarius est succosum prius ex uino decoquere, donec optime lauigari possit. Vinum autem austerum prorsus, sed neque recens esse oportet, (nam austerum nisi uetera sint, crassarum partium existunt,) neq; uetustum adeo ut iam acre existat. Etenim recens penitiora corporis non permecat, uetus acre & mordax est: Ergo arate mediana potius est, quod plurimum intra quinque, & decem annos consistit. Postulat locus hic in memoriam reducere, quod multi sæpe dicunt, de austeris, acerbis, in totum de adstringentibus uinis, cibus, & pharmacis: ac primum de huius uocum significationibus agendum est. Austerum enim græcis idem sibi uult, quod mediocriter adstringens: acerbum, quod ualide ac uehementer id facit, genus utriusque commune adstrictionis uocabulo signatur, non etiam utrum ualide an obscure ea fiat, declarante. Omnia igitur adstringentia contrahunt, ac densant meatus: adhæc uincunt, ac continent partium sibi inuicem coherentium substantiam: atq; minus magisq; hoc pro adstrictionis quantitate efficiunt. Ceterum stringendo ac densando summa corporis, quod adstringitur, uirtus illorum excluditur, & in altum ire prohibetur. Ob quam rationem pulchre nonnulli medicorum huiusmodi pharmacis alia subtili par tium, & acri potestate prædita indere cogitarunt: a quibus ueluti ductæ adstringentium uires in profun dum corpus perueniunt. Hoc igitur pharmaci propositi auctor considerant, qui calcem uiuam ei addidit. At in Andromachi libro calcis uox omisa est, uiuæ nomen adscriptum, medicis conuendij gra tia & pleraq; alia sic interpretantibus. Nimirum igitur in ipsis medicamentis ad ulcera uix cicatricem recipiendâ & maligna compositis, squama simpliciter apposita, citra adscriptionem aris: & scissile, sine uocabulo

**A** uocabulo aluminis: & terebinthina, absque adiectione resinæ, subandimus, quæ ipsi sic in dictione o miserunt, quemadmodum & nunc in uocabulo uiuæ, calcem: nuncupant enim per excellentiam ip sam, resinctam, & uiuam, appellatione non minus & alijs, quæ uruntur, accommodata. Itaque uiuæ calce mixta emplastrum huius auctor acerbis medicaminibus ualidum compositum reddidit, ut uirtus eius in immum usque penetreret. Quoniam uero ex ualentissimis confectura est, ac nullum mitigatorium, nec leniens, nec concoquens aliquid continet, merito thus ei, quod puri mouendo pharmacum est, admisit. Si igitur sicco composito uteris ulceri ipsum inspergens, sic uehemens admodum esset, mordax, asperum, & exedens. At quia emplastrum id facere proposuimus, perspicuum est uicemq; resinam, uel ceram, uel adhuc adipem, uel medullam miscendam fuisse: ac si nondum ex his emplastri spissitudinem acceperit, oleum aliquod affundendum: cum autem addo aliquod, inaudiendum est tibi præterquam quod proprie, & simpliciter oleum dicitur, etiam quod cum adiectione rosaceum nomi natur oleum, uel myrteum, uel cyprinum, uel eius generis aliquid. Distinctum nanque est tam sepius, quid discriminis sit, rosaceum unguentum dicas, an oleum rosaceum: & unguentum cyprinum, an cy prinum oleum, aliæque similia. Merito igitur eiusdemmodi pharmacorum mixturam non eadem omnes fecerunt, qui id genus emplastra composuerunt. Nam quod plures huius differentie causæ existant, non ratione, sed mea ipsius experientia deprehendi. Non nunquam enim ex paucis numero simplici bus medicamentum subito præparauit, interim ex pluribus, alias ex plurimis, uel omnibus eiusdem ge neris. Insuper quia non nulla apud nos abunde copiosa, quædam ex toto non essent, aut paucissima eo tempore, ex ijs quæ habebam medicamentum composui usu ita postulante: deinde cum experi mento id probatum inuenissem, ita semper usurpauit. Sæpe fortiora quædam pharmaca composita, quædam imbecilliora ultro facere instituis, ut uarijs affectibus accommodata haberem, diuersas compo sitiones aggressus sum. Præterea hac ratione motus, quod pars exulceratione laborans plures requi rat facultates: ut cum simul & caua est, & fluida, & fordida, & oris præuicida ac dura, & fluxionem ex superioribus recipit. Si nanque pharmacum ad omnia, quæ sic exulceratis partibus acciderunt, uale re cupias, diuersarum uirium materias miscere necessarium est. At si unum aliquod primum, quod ur get, sanare studeas; alijs neglectis non est quod pharmacorum uarietatem requiras. Clarum est igitur & illos, qui ante me eiusmodi medicamenta confecerunt, ob prædictam rationem discessisse: ueluti uerbi gratia in proposito pharmaco, uitulinum pingue auctor cepit, quod oras induratas emolliat. Pro in duplicem osium adhibere debebat, unum ut mollisculo medicamentum (malthacodes appellauimus,) ad unitatem siccorum faciendam, quæ primum erant utilia: alterum, ut & ipsum aliqua partis affectu symptomata seu accidentia persanaret. Verum multo utilius medulla ceruina induratis oris adhibetur, quæ si non adsit, uitulina: in utraque desideratur, humida aliqua & non acris resina. Nam om nes resinæ humiditatis gratia simul & uiscositatis, quam habent cognatam, sicca medicamenta ueluti colligant. Quia uero non euidenter habent acrimoniam, ulcus nequaquam irritant. Quapropter nonnulli merito talibus medicamentum confecerunt uel terebinthinam uel laricem no minatam resinam. Meminisse autem uos inter componendum oportet illius etiam, quod a plerisque medicorum negligitur, a quibusdam per ignorantiam committitur: Credunt enim insistoribus, uetus oleum dare se affirmantibus, ignari, quomodo ipsius loco uendant adipem suillum ueterem, ex oleo communi liquatum temperatumque, sed membranulis prius diligenter exemptis. Apparet enim sic, crassum insipientibus: si odoris, acustatis graueolentiam repræsentat. Similitudo igitur est fœto tis: qui uero utriusque ad unguem meminit, manifesto alterum ab altero discernit. Alia siquidem est odoris adipis, alia ueteris olei proprietates. Accedit huc, quod crassitudo ipsius adulterati continua non est, nec similis, quemadmodum olei ueri. Quin & crassius in uasis fundo, tenuius in summo euadit: ob quod etiam id adulterantes permouent, dum emporibus tradunt. At si re uera quoque sit oleum sine tali astu sua sponte natum, nomen quidem hoc obtinet uetus: uis autem stimuli non est propin qua trigenario, aut quod annorum quatuor est, nullam consinitatem cum quinquagenario habet: si quidem temporis spatio, cum inueterarunt tum oleum tum adeps, mordacitatem quandam acquirunt. Sed hæc quidem sunt maxima; maxima uero & facultatis permuratio. Maximam enim digerendi facul tatem tum oleum, tum adeps, quando inueterata sunt, habent. Atque hoc ego expertus sum ideo, quod oleum ac adipem uetustissima forte quadam haberem a parte multis annis obseruata: quæ ipse rursum ambo admodum iuuenis adhuc, copiosa reposui, ut iam inueteratis eis uni possem, ubi patris essent consumpta. Sed etiam post hæc iterum ambo sæpe recondi, ut uetustescerent, tantaque mihi nunc illorum copia est, quanta uel centum annis incuro sufficiat. Propter ea pharmacum, de quo ser mo est, olei & adipem quadraginta annorum recipiens, semper apud me ulcera diuturna præter modum maligna, quæ opinio fertur, melius sanauit. Sunt huiusmodi ulcera, in quibus ipsa affecta pars in tā uitio so habitu consistit, ut quantis sanguis nutriendi causa ad eam perueniens probe sit cōcoctus, tñ muret ipsum, corruptaq; siue id quod insuit, adeo prauo succo præditum est, ut etiam si pars nihil passi fue rit, ab illo certe ipso solo erodatur. Mirifice igitur medicamenti compositor adstringentia pharmaca re pellendi facultate prædita assumpsit, ut nihil parti affectæ, dum curetur, insuaret: quæda digerentia, ut sa nies in laborante particula contentæ per halitum digerantur, uacuenturq;. Symmetria uero ipsorum ita habet. Aluminis scissilis, & malicorij, ut quæ ualidissime adstringant, minus iniecit utriusq; denarium



pondo sexdecim in idem miscens: foreos sesquiplum utriusque, hoc est denarium pondi uiginti-  
 tuor. minus quidem adstringentis, non minus aurem sicantis: scissilis quoque & malicorij æquales utrius  
 que portiones indidit, gallæ ad triginta denarios, duos apponens, ut omnes ex pharmacis denarij octo  
 gutta octo colligerentur. His opposuit ualde digerens & sicans medicamentum calcem uiuam, contē-  
 tus sexdecim denarijs, qui adstringentium uires sufficiunt deducere. Centum igitur & quatuor dena-  
 rijs ex metallicis medicaminibus collectis, plus quoque thuris adijcere conueniebat: & hoc mitius eu-  
 sisset pharmacum, quo copiosius illud receperat. Ceterum uehementem ipsum seruare curans, minus adie-  
 cit: tibi autem licet bitariam ipsam componeremam ubi priora quinque contineris, omniaque simul  
 cominiseris, ac uero in duas portiones diuiso, alteri parti sexdecim thuris denarios, alteri duplum indi-  
 to: deinde liquato, & postquam refrigeraueris, radito ceratum ex liquabilibus medicamentis confectū  
 quod & ipsum in duas partes seungito, alteram ei, quod plus thuris habeat, alteram reliquo admiscēs.  
 Atque de ceræ & adipis symmetria prima coniectura latitudinem magnam satis obtinet, uobis haud  
 plane intelligentibus, quale tandem crassitudine medicamen futurum sit. At postquā omnia mista fue-  
 rint, clarum sit, tenerius an durius æquo sit redditum. Quare in altera compositione diligentius nobis  
 coniectandum est & de his ipsis, & simul cum ijs de oleo. Sicut enim circa rationalem methodum medi-  
 camenta componere, ita uim illorū certo & accurate cognoscere sine experientia nemo potest. Hoc ita  
 que medicamentum Andromachus ipse de speratis auxiliari dixit: Ab hoc uero deinceps quoddam ad  
 paronychias tradidit, ac post hoc rursus sic ad uerbum scripsit: Ad cacoethæ ulcera in Valeria Secunda.  
 Subaudiendum nimirum est, uisum. Materia sane pharmaci inuenit curatione quidem se a uehemen-  
 tibus relinquit, sed posse ea que uehementium medicaminum adhibitione irritantur, mitigare. Compo-  
 sitio itaque eius hæc capit. Tyrrhenicæ denarium pondi octo, subaudi uidelicet ceræ, seu taurini dena-  
 rium pondi quatuor, terebinthina denarium pondi quatuor, plumbi uisum denarium pondi quatuor. Li-  
 namentis excepto uitior. Hæc ipsius uerba sunt. Male autem fecit, quod ad que cacoethæ seu maligna  
 conuenire id dicat, non declarauit: nec quod uehementis sit, aut mitigatorium adiecerit. Diverfa nan-  
 que sunt mitigatoria pharmaca. Nam quædam tantillum etiam affectus iuuant, non nulla uero uel pau-  
 lulum offendunt, aliqua nec iuuant, nec offendunt, sed dolores tantum leniunt, de quibus alias agemus  
 multa eius generis longo usu explorata scripturi. Ac quædam mirifice adeo symmetrijs composita, ut  
 omnino iuuent: interim etiam ipsos tantum affectus agrestium, ut ita dicam, ulcerum perlanent. Verum  
 ex illorum materie est cera tyrrhenica & plumbum uisum, non tamen terebinthina, & taurinum seuum.  
 Verum de eiusmodi ulceribus ac pharmacis sermo, ut dictum est, peculiaris in posterum nos expectat:  
 nunc de curatu difficilibus, uel chironijs, uel quomodocumque appellasse uelis, differere propositum est: **G**  
 ex quorum numero sunt & hæc quinque uniuersa in quarto Critonis libro conscripta.

Quæ medicamenta Crito scripsit. Medicamentum ex ladano.

Cap. 6.

**O**ptimum medicamen Epuloticum, ex ladano: conuenit prætumidis cum duritia ulceribus: & ca-  
 uis: deligatum uero membrum in diem quartum continendum est. Picis aridæ denariorum pon-  
 do centum, æruginis raris denarium pondi uiginti quatuor, æris combusti denarium pondi quindecim  
 squamæ tribæ denarium pondi uiginti quatuor, ladani pondi uncias nouem, argenteæ spumæ pondi  
 libras tres, olei sextarium unum. s. uini optimi sextarium unum. s. Hoc emplastrum preparauit & ego ma-  
 teria recepta, quæ nullum malthacodes, hoc est mollicinum pharmacum contineret. Sic enim uocat  
 Hippocrates omne genus medicaminum, quæ conuata humiditatem habent, qualis in pingui est, si-  
 gulique oleosis medicamentis, & quidem in ipso oleo, & aqua. Quin & resina, ceræque mollicinum  
 quippiam obtinet. In medio ipsorum, dico autem siccorum temperamento & mollicinorum, pix confi-  
 lit: eo que ambobus generibus citra offensam admiscetur: quemadmodum tum argenti spuma, tum ari-  
 da pharmaca, quæ circa mediam temperiem uersantur, etiam si non nihil ad utrumuis excessum intē-  
 rim declinent. Hoc genere comprehenditur pix quodque, quæ secundum siccitatis, ac humiditatis oppo-  
 sitionem manifesto iam a medijs recessit: secundum alteram oppositionem calefacientium & refrige-  
 rantium, non item. Calefacit enim modice, atque ideo medicamentis quæ pus mouet, admiscetur. Quæ  
 obrem in proposito medicamine arida pix medijs attribuitur, atque hæc magis argenti spuma, & alia  
 quæ siccandi uim obtinent. Porro cum & hic error committi possit, disputationem de ipsa instruum,  
 theoremate primum ad multa utili in memoriam reuocato: quanquam id in alijs operibus, maxime de  
 simplici medicina, & therapeutice satis abunde sim executus. Calidum enim & frigidum, humidum &  
 siccum medicamen appellamus, quod corpus nostrum calefacere, uel refrigerare, uel siccare, uel hu-  
 medicare queat, ad optimum hominis temperamentum collatione facta. Medium uero quoddam  
 hoc est inter alia temperamenta uitiosa, quæ etiam calida, uel frigida, uel humida, uel sicca nomi-  
 namus, a præpollente in ipsis siue qualitate, siue facultate, siue substantia, siue temperie malis dicere, de-  
 nominari facientes. Eadem ratione neque, si a superante in mistura elemento uniuersam tem-  
 periem denominare uelis, rerum scientiam offendes. Ostensum enim est in medendi methodo præsi-  
 dia per indicationem, ab ipsis quidem affectibus, contraria illis temperaturæ inueniri: a cetera uero ani-  
 mantis cuiusque natura, atque a singularum rursus partium, propriæ & similis. Unde si & ulcus sim-  
 plex cauum habeat quis, ab ipsa quidem genere, sed quæ non mediocrem differentiam in particula-  
 rium

**A**rium speciebus habent, curatio succurrit: atque ob id demonstrauimus ulcerum omnino simillimum que-  
 dam medicamentis, quæ admodum siccent, persanari pura, radice panacis, aristolochia, acoro, inde:  
 non nulla solo thure, licet hoc carnem non inducat, sed illas naturas ad suppurationem perducant, quas  
 aristolochia carne respicit. Sicut autem in corporibus curandis differentia particularis permagna est,  
 ita quoque in ulceribus. Nam simplex, cauum, & purum ulcus a mediocriter siccantibus curatur: sor-  
 didum uero, & malignum, & oris prætumidis ac duris quidem, sed carne iuxta cutem fluida, ualidissi-  
 me siccantia requirit. In his igitur ulceribus, quoniam & de ipsis uerba facimus, etiam est imbecillum  
 medicamen, ut ne pus quidem concoquere, uel mouere possit. Argenti spuma hoc est ualidius, sed  
 medijs tamen & ipsum inferius. At pix arida medicorum grægi annueratur, quemadmodum hæc  
 superat exiccando æs combustum, chrysoeolla, & diphryges. Porro euidenter siccat chalcitis combu-  
 sta, ærugo, maly, atramentum sutorium, æris squama: atque altero modo acerbæ, galla omphacitis ad  
 est immatura, malicorium, alumen. Exedunt autem non ista, chalcitis, ærugo, maly, & calx. Quæ iam  
 fortissimas facultates habent, in omnibus corporibus eandem actionem ostendere uidentur. Imbecil-  
 lia manifestam differentiam indicant: At si mentem adhibeas, neque minus in ualentibus pharmacis  
 magnum actionis discrimen deprehendes, quam in mollibus & duris corporibus obest. Etenim mol-  
 lia citius accendunt, uehementius molestant, & maiores phlegmonas concitant. Cum igitur hæc non  
 modo ad præsentia, sed ad alia quoque multa, quæ hoc commentario continentur, utilia dixerim, rursus  
 ad propositum pharmacum reuertar, in quo picis aridæ denarium pondi centum a Critone scriptum  
 fuisse retulimus, argenti spumæ pondi libras tres, cum neutrum propria facultate ulcus cacoethes per  
 sanare queat: uerum ut medicamen, quod componitur, emplastrum speciem induat, recte præsidij ad-  
 missa sunt. Quantitas autem ipsorum artificiali coniectura sumpta dicto nuper pondere statuta est: ca-  
 uente hoc illo, qui composuit, ne tam exiguum utriusque ualidis medicamentis misceretur, ut mordacia  
 erodentia queant, ægris molesta: uel tam multa mole, & pondere, ut ipsorum uirtutem dissoluant.  
 Nam æris squamæ admodum siccat abstergitque, atque hæc etiam magis ærugo: quæ ambo efficacia sunt,  
 & carnem exedunt. Æs combustum nec a quoquam intendi, nec resolui possit, mediocriter facultate  
 præsentibus commodum. Constat autem olei mensuram ex his, quibus cum misceretur, & coctionis quan-  
 titate conijci. Nam quæ metallica preparas ad siccandum sine ullo morfu, coquere diutius oportet.  
 Atque hæc ratio est, cur Crito coctionem quoque ipsi hæc uerbis apposuerit: Argenti spumam &  
 oleum coquito, donec aliquatenus coierint. Deinde spumam æris, æruginem, dum confluerint &  
 colorem bonum acquirant, mox picem adijcito. Posteaquam refrigeratum fuerit, ladani ex uino  
 Tritum: obseruans ne ex hoc adiecto effruescat. Postremo supra ignem lenem unita delimito, subi-  
 gitoque. Hæc quidem coctionis scriptura est: licet etiam copiosiore oleo adiecto diutius coquere  
 primum argenti spumam: deinde his iniectam æruginem, squamam, & æs. Etenim ubi diutius co-  
 quuntur, duplicem in huiusmodi ulceribus potentiam consequuntur. Quippe magis siccant, & minus  
 mordent. Itaque de alijs simplicibus pharmacis, quæ in proposito emplastro Crito percensuit, satis  
 mihi dictum est. Ladani autem sermonem uitani, quod etiam solum ex uino tritum ulceribus ægre ad  
 cicatricem uenientibus conducit, non quia uini potentiam requirat, sed quia durius est quam ut em-  
 plastro conueniat. Sed si oleo admisto id coquas, pharmaci uim obrundas. Adeo autem ualidum non  
 est, ut obrundi desideret, quemadmodum ærugo, uel chalcitis, uel squama, uel tale quippiam, & pro-  
 pter id mollius. Est autem talerecens. Nam ulceribus difficulter cicatricem ducentibus accommoda-  
 tissimum est. In Cypro igitur, ubi plurimum nascitur, medicus quidam recens adhuc & molle, id ge-  
 nus ulceribus ipsum molliens imponebat: quod si paulum indurasset, ex myrreo emolliet: hanc  
 inopia ex cyprino, uel rosaceo. Aliud autem medicamentum non multo post hoc in quarto uolumine  
 Crito hæc uerbis conscripsit. *Pharmacum ex obamaleonte, facit ad eadem, quo Tyria, inducit egregie cicatri-  
 cem ulceribus curatu difficilibus, callosis, & uicioribus: medetur in idem anu rhagadijs, condylomatibus, & duritijs.* Ar-  
 genti spumæ mina, ceræ minæ dimidium, æruginis minæ pars quarta, chamaeleontis octaua, olei mi-  
 na. Oleum & argenti spumam incoquito, rudicula mouens, donec crassitudinem accipiat, & fiat me-  
 linum. Quod ubi feceris, æruginem inspergito: deinde ceram diuigenter liquatam adijcito, & ab igne  
 sublato chamaeleontem indito. Cum in unitatem coierint, in mortarium fundito, ibique subactum exci-  
 pito. Hoc medicamen uice ladani, chamaeleontem eiusdem siue uirtutis accipit. Ambo nanque ulcere-  
 bus uix sanabilibus cicatricem inducunt. Differunt tamen, quod illud æs combustum habeat, minime  
 uero ceram: hoc ceram quidem, sed æs non contineat. Atque hic recte atque fecit, qui in illo cera loco  
 ladani ad siccorum medicaminum unitatem faciendam usurpauerit: hic uero nihil tale habens ceram  
 miscuit, quæ sane remollit mediocriter, non tamen cicatricem generat: potuisset autem & hic plus olei  
 infundere, sicut uetus, uel ricinum. Ego uero huiusmodi pharmacis lenissimum quoque inijcio, quod  
 plurimum facultatum est particeps. Siquidem emollit non nihil, digerit, & adstringit: quibus omnibus  
 difficultia cicatriei obducendæ ulcera cum oris induratis indigent.

Quæ medicamenta prodiderit Heraclides.

Cap. 7.

**O**portunum iam est etiam pharmacorum ab Heraclide Tarentino in tertio libro ad Astyda-  
 mantem scriptorum meminisse. Vir nanque fide dignus est, si quisquam alius, qui sola experi-  
 mentis suis probata commemoret. Is igitur uel hunc in modum conscripsit ad uerbum. *Aduersus*

QUINTA CLASSIS.

P 3 ulcera

*Altera uetera.* Squamæ pars una, aruginis raris partes quatuor cerati myrtei partibus octo excipiuntur. Heraclides itaque, tanquam medicis commentarium scribens adiecit cerato myrteo excipio. Sunt autem plerique huius tempestatis tam audaces, ut priusquam a præceptoribus habitum quendam medicum acquirerint, huiusmodi sibi confidentes optimis pharmacis citra methodum utantur: ideoque frequenter de prospero successu frustrantur. Iam uero myrtei cerati plus minusve adijciuntur, nunc humidioris & mollioris medicamento, nunc durioris & siccioris uti licet: in primo quidem usu latiore coniectura, sicut dictum est, in secundo propius accedente. Nam ulcus intuentes, si minus quam par est exiccatum sit, uehementius pharmacum reddemus, ut magis siccet: sin plus ac conuenit, mollius ipsum copiosioris myrtei cerati mistura faciemus. Quia metallicorum uis non solum ab hoc, sed etiam quouis cerato resoluitur. Ab hoc cum deinceps scripserit alia, (inaudire autem uidelicet oportet uirtus) ista subiunxit: Squamæ læuigatæ acetum effundito, ac sub canicula læuigatæ, mellis spissitudinem faciens, uel incoquito. Postquam sicca fuerit, in puluerem redactum, cerati partes octo misceto, ac uitor ad recentia vulnera, & uetera ulcera, & rasa, & attritus, & per niones non nimis uicerofos. Hæc uobis de hoc pharmaco sunt intelligenda. Ad alia quidem, mediocriter, octo partes cerati squamæ adieceris: ad uetera nimium, hoc est curatu difficilia, si partes sex, aut quinque illius apponas, nihil peccabis. Valentioribus enim inde hanc de medicamento narrationem sic scripsit Heraclides dicens: Potes insuper squamam super ignem reficcata uti. Illius autem sermo innuit, si alio quopiam tempore medicamentum conficiamus, loco caloris ex sole, igne utendum esse: quanquam huiusmodi omnia artificio sole meliora fiant multis diebus trita, quædam ex uino, quædam ex aceto. Subtiliora igitur sunt, quæ ex aceto læuigantur. Atque ob id melius detrahunt, attenuant, siccantque. Verum ad cicatricem ducendas ex uino trita meliora. In usu sunt hæc prius exiccatis, deinde præpuratis ulceribus, quæ cicatricem ægre recipiunt. Siccabuntur itaque ijs quæ ualide siccant, purgabuntur per detergentia, cicatricem ducunt adstringentibus. *Aliud.* Deinceps aliud pharmacum scripsit Heraclides, eiusdem quidem materie, sed non ualidum: quia argenti spumæ multum cum diphryge mistum est. Etenim argenti spumæ trigintaquinque denarios, diphrygis octo in id conieciendas esse consulit. Atque hæc cerato excipit, quod ceræ denarios quadraginta, olei tres heminas capiat. Ego subinde usus sum solo diphryge cum tali cerato, non quidem ad phagedænicam, & chironiam, & putridam, (multum enim uirtute abest ab ijs, quæ talia curant) sed ad illa quæ citra magnam malignitatem ægre cicatricem ducunt. Quare si & argenti spumam ipsi admisceas, eamque copiosam, medicamentum reddes imbecillum. Post hoc, aliud ad eadem ita scriptum est. Ceræ denarium pondus duodecim, resinae terebinthinæ denarium pondus trium, squamæ denarium pondus quatuor, ladanum denarium pondus quatuor, bituminis denarium pondus trium. Ladanum & squama separatim teruntur, deinde alia liquefacta ex myrteo oleo miscetur. Quod si molle ladanum fuerit, liquefacito. Hæc scriptura palam indicauit Heraclides ladanum durum mortario solum ipsum esse læuigandum, humidum simul & molle super ignem liquandum, uel solum, uel cum oleo modico: quod me non modo in hoc, uerum in gutta amoniaci quoque facientem subinde uidiſtis. Est uero &, quod post hoc sequitur, medicamentum a Tarentino conscriptum ad eadem, hæc symmetria compositum. Chalcedidis denarium pondus uiginti quinque, cadmiæ denarium pondus duodecim & s. seorsum teruntur: uinum originale, quod Græcis dicitur aparachyton, miscetur: ubi efferbuerint, superfunditur, ut hæc modice irigentur: postea læuigantur, donec siccescant. Ad hæc liquorum ceræ denariorum quinquaginta, resinae terebinthinæ denariorum uiginti, myrtei heminae partis octauæ, cerato è siccis confecto denarij uiginti miscetur. Hoc quoque medicamentum nihil habet ex ijs quæ malchacode, hoc est mollicina nominauimus. Verum in mitione ad ceratum, qui exercitatus est methodis rationalibus a me propositis, is conuenientem in singulis ulceribus mitionis quantitatem commode faciet. Pulchre autem uinum aparachyton, hoc est cui marina non addita est, calidum chalcedidi, & cadmiæ affundit: ut qui chalcedidis acrimoniam caloris ipsius beneficio auferre studeat. Aliud huic proximum insigne pharmacum scriptum est, ex tor & talibus simplicibus compositum. Squamæ stomomatis denarij quatuor, aruginis raris denarium pondus duum, (in quibusdam exemplaribus scriptum est denarij pondus unus.) chrysocollæ denarium pondus quindecim, ceræ denarium pondus xxv. in quibusdam uero exemplaribus nec ceram nec aruginem inuenimus. Læuigatis alijs ceram cum resina modica liquefacto, ne pharmacum dureſcat, ubi commiscueris, uitor: desuper autem spongiam aceto expressam imponito. Demetrius Bithynus aiebat ipsam chrysocollam solam calente admodum cera exceptam se usurpare. Ostendit item Heraclides hoc in medicamine resinam non primo usu eiusmodi pharmaco misceri, sed ut lentorem quendam ad emplastrum spissitudinem conciliandam ipsis exhibeat, præsertim cum cera nec natura pinguis, nec recens, sed dura atque arida fuerit: & quidem stomomatis squama præterquam quod adstringendi uim habet, etiam ualide exiecat. Demetrius autem Bithynus dixit chrysocollam sola cera excepta uti, quod nimium recte faciens Demetrius in hunc modum usurpauit: quemadmodum ego quoque sepe non chrysocollam duntaxat, sed alia quoque, singula ipsa per se molli cerâ soluens ad huiusmodi uitor. Nemini uero dubium est me alia singula dixisse, nimirum ea, quæ id genus ulceribus prodesse supra recensui, & terere in singulis, quæ curo, ægre sanabilibus ulceribus talia medicamenta cum cera componentem. Interdum, n. chrysocollam cera excipio, non nunquam æs combustum,

\* Al. unius  
& s.  
\* Al. xvi

\* Al. raris  
& s.  
\* Al. xvi

\* Al. raris  
& s.  
\* Al. xvi

\* Al. raris  
& s.  
\* Al. xvi

**A** bustunt, uel squamam, eamque, uel stomomatis, uel ferri, uel æris: interim aruginem uiuam, uel combustum, sicut etiam misy & chalcedidem. Aliquando ex austeris aliquid miscemus, quorum supra meminimus, quoties id quod influit, repellere conamur: ex quorum numero est alumini, malicorium, galla, cytini, balauillium, aliaque sua similia. Itaque fide mihi adhibita nullum hæcenus commemoratum medicamen repudiandum esse, exerceo usus eorum methodum, qua uoti compotes fiat, quemadmodum ego. Ceterum cum alia quoque haudquaquam contemnenda medicamina deinceps a Tarentino scripta sint, non abre mihi uisum est ea quoque addidisse. Eorum itaque prius sic tradidit. Squamæ denarium pondus quatuor, mannæ denarium pondus quatuor, aluminis scissi denarium pondus duum, misyos denarium pondus duum. Trita ex aceto in pastillos digerito, qui singuli pendat denarios duos, & reponito. Cum usus posset, ceræ denarium pondus quatuor, resinae pituinæ denarium pondus duum, seu taurini denarium pondus quatuor. Liqnata refrigerare sinito, pastilloque misceto, uitor ad uulnera tanquam glutinatorio, & quod inflammationem arceat. Hæc quidem Tarentinus. Nos uero sic temperato ad ulcera commode usurpari dicimus. uerum ad cacœthie tale ceratum miscendum non est. Quippe cera sola, ueluti in prioribus declaratum est, sic sufficit. Ac si ex mollicinis quippiam miscere oportebit, id exiguum myrteum, uel cyprinum, uel rosaceum esto. Nihil item lades, si resinam laticem appellatam aduigas: nec si terebinthinam, quæ licet minus idonea sit aduersus hoc genus ulcera, non tamen reicienda est. Alias uero resinas nisi predictarum magna sit inopia, miscere non oportet. Sic de seuo intelligendum uenit. Neque enim hoc apponere debemus, nisi ulceris oras emollire cupiamus. Porro quod tantum pingue inter alia omnia, quæ mansuetorum animantium sunt maxime sicces, non semel audiuit: quippe superat ipsum subtilitate, tum leonis, tum pardis, tum byæne adeps. Potius igitur est ubi adipem miscere oportet, anserinum indere, uel magis anserim in pascuis degentium: satis enim est tenuis, & mitigans. Iam cum adhuc restet medicamentum superiori proximum, in quo disciplina principium fecit, ita serus Heraclides, Ipoterion quali dicas expressionem, præsertim ad teneros, quoniam alterus tum materie, tum uirtutis quam diximus conuenire ijs, qui ualida medicamenta non sustinent, sed morde utitur, exagitantur, & fluxionem acquirunt, sermonem de eo differemus, cum de id genus medicamentis agemus, exponendum. Nunc ad similia præscriptis descendam, tantum insuper de ijs appones, quod etiam altero libro, quem Stratioten, hoc est in ueterem Heraclides inscripsit, eadē pharmacare petijt, in tertio sibi ipsi duntaxat dissentiens. Hic enim simpliciter scripsit, ceræ denarium pondus quadraginta, uerum in Stratiote, appositum est, alij denarium pondus sexdecim: atque hoc reiectum est, quia multa ceræ mistura medicamentum uim minuit. Præterea in libris quos ad Antiochidē scripsit, horum ipsorum medicaminum meminit Heraclides, atque in primis primi, quemadmodum in his, ita in illis quoque commentariis. Ad nimis quam inueterata & callosa hoc ueris: Squamæ parte una, aruginis in quibusdam exemplaribus punctis distinctum. Δ. scriptum est: in alijs lineam supra scriptam habet oblongam. Δ. ut uel quatuor partes, uel unius quartam partem significet. Idem in predictis exemplaribus uarie ipsum scriptum inueni. Quare in hoc quoque utilitas propositi operis est, ut pharmacorum differentias possis pernoſcere. Nam solus ipsis recte uti possis. Hoc igitur ipsum medicamentum quod propositum est, si quatuor aruginis portiones capiat, admodum acre futurum est. At si quartam aruginis partem in ijs uni squamæ portunculæ, mediocre pharmacum habebis. pnt. ad maligna: potissimumque, si non ex sola cera, sed cerato ipsas temperes. Prædiximus ceram, & mollem & nouam esse oportere: si talis non sit, apud ignem paratam, calefaciendam, uel in sole, & cum myrtei paulillo emolliendam. itaque aruginem, & squamam ei commiscendam. Ostendimus quoque in similibus commetarij principio, opimum hoc esse pharmacum, ex squama & arugine confectum, si cera quadrupla adiecta sit. Atque ob id frequenter ipso uitor, cum æris combusti aequali pondere, plurimum admixto. Apposuit autem medicaminis huius usum in libro, quem ad Antiochidē Tarentinus edidit, ea quæ suis commentarijs supra nominatis omisit. Vniuersam igitur ipsius sententiam orationis adducam: habet autem in hunc modum. *Ad uetera quidem admodum & callosa hoc ueris.* Squamæ parte una, aruginis quarta: hæc læuigata, myrteo cerato duro, quod octo partes contineat, excipiuntur, usuique sunt, sed prius aqua frigida ulcus eluitur. Apposuit præterea clui oportere ulcus aqua frigida. Modo producam quæ ex Andromacti pharmacis eadem promittentibus omiseram. Antea namque emplastra duntaxat reuili. Quæ uero medicamenta ex pastillis preparata, ceratis aduultis dum uitis postular, ægre sanabilium ulcerum epulotica, hoc est ad cicatricem ducendam apta, esse dicit, uel quæ sicca insperguntur, cæ in præsentiarum subiungam, ab illo quod inter arida iuxta finem scribitur, exorsus.

*Sicca Andromacti. Arisum cicatricem ducens.*

Cap. 8.

**O** sium\* combustorum denarium pondus duum, mannæ denarij pondus unius, cadmiæ obolorum pondus quatuor, alias denarium pondus quatuor. Tritis uitor etiam ad nomas. *Aliud aridum, ad eadem.* Picæ corticis denarium pondus sex, aristolochiæ denarium pondus sex, pumicis denarium pondus quatuor, resinae sicca denarium pondus quatuor, mannæ denarium pondus sex: claru est, colophonium ipsum dicere, iridis illyricæ denarium pondus duum. Læuigatis uitor. *Aliud cicatricem ducens, etiam malignum.* Picæ corticis denarium pondus sex, coruini ceruini combusti denarium pondus quatuor, cadmiæ denarium pondus octodecim, mannæ denarium pondus quatuor, aruginis raris denarium pondus duum.

QUINTA CLASSIS

P 4 Tritis



Tritis utitor. Aliud, Gallæ denarium pondo quatuor, cerussæ denarium pondo octo, myrti denarium pondo quatuor, spumæ argenti denarium pondo octo, retinenti plumbi denarium pondo quatuor. Tritis utitor. Horum quatuor medicaminum, primum simplex est admodum sine morfu, siccaas, obscure adstrictionis particeps. Secundum ob picæ corticem adiectum, sensibilem adstringendi portetiam obtinet, qualem habere euenit ea, quæ cicatricem probe ductura sunt. Tertium non modo corticem picæ, sed eruginem quoque capiens, ijs conducit, quæ sordiciem facile ulceratis adnascentem fouent: quippe sordes ipsorum tollit, & cicatricem non impedit. Quartum loco picæ corticis, myrtu habet, aliaque citra mordacitatem exiccantia. Post hæc, ubi alia tria arida scripserit, quantum ita ad uerbū subdit. *Aliud aridum ad excrecentia, cicatricem ducens sine morfu, ut Harpocras.* Sandarachæ, chrysocollæ, arsenici, pares singulorum portiones: facit & ad maligniora. Hoc pharmacum nihil cum prioribus similitudinis habet, sed ulceribus propter nimiam humilitatem carne excrecentibus conuenit, ut quæ se repurget. Nam talis potentia est sandaracha, & arsenicum, quibus unum ex ijs, quæ mirifice maligna iuuant adiectum est, nempe chrysocolla.

*Quæ adscripsit Arelligenes.*

Cap. 9.

**Q**uæ Archigenes de id genus ulceribus in secundo medicamentorum libro scripsit, sic ex illius dictione ad uerbum sonant. *De ulceribus quibus callus abduci non potest, & ueteribus.* Ulcera uere fura ita cicatricem ducunt, communi quodam expurgatis oleum uetustissimum cum linamentis imponitur. Vel arugo rasa cum cerato rosaceo, quod paulum resinæ habeat, excepta imponitur. Itæ squamæ aris rubri quamplurimum cerato myrteo exceptum usurpatur. Vel amyli eloti partes tres, seu uitulini partes tres, ceræ tyrrhenicæ pars una. Liguatis quæ liquari possunt, amyllum miscetur, & usui est. Vel diphyrgis & squamæ aris, singulorum denarium pondo quatuor, manna denarium pondo octo. Ex aceto probe laeuigatur, dum mellis spissitudo fiat, ceram denarijs triginta duobus cū olei hemina & s. liquefactam superfundito, ac uita utitor. Linamento excipito uel paucius oleum, & splenion facito. Vel chalcitidis, cerussæ, parem mensuram, salis communis duplam, argenti spumæ portionem duplo, quam salis, maiorem, uino oleoque alternis laeuigans, ut liparo, hoc est pingui medicamento utitor. Vel argenti spumæ, cerussæ, diphyrgis, æquale pondus, calcis uinæ duplum cum myrteo, cerato usurpato. Vel diphyrges, squamam, gallam pari mensura, æruginem dimidia, cum cerato myrteo: non nulli & ptyinam resinam admiscunt. Vel cucumeris agrestis radicem inspergito. De super uero linamentum filatim excerptum ex frigida repurgat, & cicatricem obducit. *Ad ulcera in quocumque corporis loco, quæ cicatricem egre ducunt.* Erysimi semine laeuigato, mistoque, dum sordium habeat speciem, splenij modo imposito celerime ulcera ad cicatricem perueniunt, uel maligna. *Aliud cicatricem inducens semilibus.* Ad senilia retinente plumbi cum myrteo cerato utitor. Si uetustū ipsum cupias, adipem porcium addito. Quæ nigricant ulcera, prius pane hordeaceo fouebis, & pani cocto butyrum & cerussam pari pondere diligenter in unitatem rediges, & uteris.

*De puridis & nomis.*

Cap. 10.

**P**uridis & nomis erui farinam, alumen liquidum, panis similaginei internam micam, porci ueteris, uel alterius carnem lassam, uetustam, illotam, terebinthinam liquidam, mel optimum pari mensura imposito omnia laeuigata. Vel aristolochiæ ac cicinorum foliorum succi æquales partes, æruginis dimidiam ex aqua, sed mellis spissitudine illinito, paululum partis incolumis apprehendens. Si crusta non decidat, elaterij, æruginis parem modum adiecit. Bene facit ad putredines fori tritū cral sius inspersum, & supra siccum linamentum conceptum. Vel aristolochiam rotundā, & gallā æquali pondere ex oleo circumline. Vel cucumeris agrestis radicem, uel brassicæ, uel betæ, uel lapathi folijs illigatam calido cinere recondito. Cum autem emollita fuerit, contritam imposito: ualide purgatur. Vel limnos germinantis oleæ furculos in uino coctos cum melle aspergito, uel chalcitidem inspergito, de super uero panniculos siccos filatim excerptos accommodato. Elaterium, uel lini semen tritum cum chalcantho imposito. Vel thymo, & staphide agrestis aut facina cum ficis coctis aspergito. **H** Vel ficulneis folijs in puluerem reductis cum melle. Vel nitrum cum cumino. Et farinam cum melle. Vel ficus agrestis radicem cum melle. Vel squillæ coctæ ex melle. Vel ueratri cum melle. Faciunt itidem hæc ad phagedænas, nigritias, & nomas. Vel foreos denarium pōdo duodecim, chalcitidis denarium pondo decem, misyos denarium pondo quatuor, cum aceto acerrimo tribus cyathis contento donec inarescant, & excipito: utere uero specillum ex eis tingens, atque in ulcus deuoluens, deinde luteolum simplex ex cenelæo madens superimposito. Quod si phlegmone adest, alterci semen quod hyoscyamon dicitur, cum poenta, uel brassicam cum melle inspergito. Quibus autem uermes ad sunt: cerussam & polium æquali pondere cum pice liquida inungito.

*De ulceribus cancris.*

Cap. 11.

**C**ancris & malignis ulceribus cancri fluuialis combusti, cadmiæ pares portiones tritas inspergito. Aut cinerem cancrorum cum cerato imposito. Aut erysimi semen laeuissimum ex melle faculentum faciens, splenij modo imposito. Summe facit ad chironia, & uerusta, & cicatricem egre ducentia: item ad contumaces & malignas nigritias tibiaturum, & quæ in mamillis sunt, strumas, ac parodas extrahit, si inspergas seu bubuli pondo libras tres, (ut quidam aiunt, quinque) terebinthinæ pondo uncias quinque, magnæ pondo semunciam, terræ sardæ dictæ, qua tinctorum utuntur, pondo uncias quinque.

A que. Quæ liquari possunt, aridis misceto, ac in uinum coactis utitor. Aut lentem coctam cum melle, aut oleæ uicentis furculos, aut utrunque inspergito.

*De ulceribus caliosis.*

Cap. 12.

**I**n ijs quæ callum contraxerunt, & prænumidas oras ac duras habent, dulciaque uocantur ulcera, communiter quidem per experientiam bene facient uentia, proprie uero litrum torrefactum, calcem uiam cum urina pueri incoitupti circumlinito, aut æruginem, thus, salem, mel inungito.

*De emplastris, quæ Asclepiades ad huiusmodi ulcera conscripsit.*

Cap. 13.

**P**rastantissima de id genus ulceribus Asclepiades tradidit cognomento Pharmacion. Cum enim unum sit omnibus ipsis commune, nempe ut difficulter ad cicatricem ueniant: quaedam, quod male curantur, uel molliuisculo uictu a medico teguntur, cicatricem non ducunt, nullam de se malignitatem habentia: quaedam uero suo uitio ægre sanantur, uel quod prauj humores ipsis influant, uel quod exulcerata pars talem iam affectum habuerit, ut quamuis probus qui influit, sanguis exsultat, ipsum corripat. Asclepiades igitur cuiusmodi ulcera tribus distinguens generibus, de singulis proprium sermonem instituit, quæ ego quoque illius uerbis deinceps adscribam, enarrans decernensque si ambiguitas quæpiam in sermone appareat. Itaque de primo horum ulcerum ac medicaminum genere ita Asclepiades ad uerbum dicitur. Vbi callum partes contraxerint, & ægre ad cicatricem ueniunt, confecturis infra positis utendum est. *Andræe emplastrum, omnem excrecentiam reprimens, item ulceribus eruentis, ac uulneribus conuenit, inflammationem arceat, facit ad pasta, sinus iungit, ualet ad ulcera fluentia, diuturna, & quæ difficulter cicatricem admittunt.*

Argentis spumæ pondo tria, squamæ aris, chalcitidis, æruginis rasæ, singulorum unc. iij. aceti hemina, olei ueteris pondo libras octo, præparatur, sicut prædictum est. *Asteris medicamentum ad idem accommodatum, probe autem etiam digerit.* Argentis spumæ pondo libram, olei ueteris pondo libras duas, æruginis pondo unciam, chalcitidis pondo unciam, squamæ rubræ pondo unciam unam, aceti heminam. *Amphionis ad idem.* Argentis spumæ pondo libras duas, olei ueteris pondo libras quatuor, chalcitidis pondo uncias nouem, squamæ aris denarium pondo quatuor, aceti heminam, conficito in eundem modum. *Turpilliani quod philosophorum dicitur, facit ad ulcera fluida, & diuturna, ægreque cicatricem sumantia: ossa corrupta reducit.* Argentis spumæ pondo libras tres, olei ueteris sextario tres, chalcitidis pōdo libras. ijs. aris squamæ denarium pondo, xxv. aceti heminam. Argentis spumam, & oleum usque ad consistentiam incoquito: deinde squamam laeuissimam factam adiecit, assidue mouens. Ac cū bene habet, chalcitidem ex aceto tritam paulatim medicamento aliquatenus refrigerato immittito, deinde ponens supra ignem rursus incoquito, usque dum non coinquinet: cum in pilam demissum rursus contuderis, ac subegeris, excipito, & ad supradicta uicia utitor. *Isti uocantur emplastrum giluum, ad fluentia, diuturna, maligna ualet, ac nix curabilia, maxime in partibus exteemis. Conficiendum est mollius ac tenerius, densatur enim repositum, & sicinus euadit. Ita habet.*

Argentis spumæ denarium pondo centum, minij sinopici denariū pōdo octo, diphyrgis, ceræ, chalcitidis combustæ, singulorum unciam: in alio exemplari, singulorum pondo denarium quatuor, chalcitidis crudæ denarium pondo duum, olei heminas duas. Argentis spuma & oleum coquantur, dum iterum ac tertio efferuescant. Hoc factum, aquæ modicū digitis instillatur, mox diphyrges, chalcitis tosta laeuis facta inspergitur, sub manu aqua instillando, donec non amplius medicamentum ter eoquendum strepat: ubi consistenter, ceram indito. Ad sunt autem chalcitis cruda, & minimum ex oleo modico contrita cum bene habet pharmacum, hæc immittito, continue mouens. Cum recte se habet, in pilam coniecit, ac rursus tundito, subigitoque, excipiens utitor. *Aliud scribonij Lari pharmacum accommodatum.* Ceræ denarium pondo centum, argenti spumæ denarium pōdo quinquaginta, olei myrtei heminam unam, misyos combusti, chalcitidis ustæ, aluminis scissi, usti, cerussæ, resinæ terebinthinæ, singulorum denarium pondo duodecim, componitur eodem modo. *Aliud, Compesit in oculis staphylo mata, ualet ad ulcera curatu difficilia.* Minij sinopici denarium pondo quindecim, argenti spumæ denarium pondo centum, ceræ denarium pondo quadraginta, ptyinæ denarium pondo. xx. chalcitidis denarium pondo. xxx. salis ammoniaci denarium pondo unius, thuris denarij pondo unius, olei hemina. Præparato, quo dixi, modo. *Aliud, ut Aphrodas, facit item ad condylomata, & rhagadas contumaces.* Argentis spumæ denarium pondo quadraginta octo, terebinthinæ denarium pondo uiginti octo, misyos tosti, chalcitidis tostæ, singulorum denarium pondo octo, minij sinopici, chalcanthi, singulorum denariū pondo quatuor, olei ueteris heminam, aquæ heminam, ceræ denarium pondo quadraginta, trini pondo libram (alij cyathi dimidium), sicca ex aqua laeuigantur. Atque de his hæc tenus.

*De secundo uix sanabilium ulcerum genere, de quibus Asclepiades hoc modo scripsit ad uerbum.*

Ad fluentia ulcera, & curatu difficilia confecturis infra scriptis utemur. *Medicamentum ex chamaeleonte, quo usus est Philoxenus ad fluentia & ægre curabilia ulcera.* Argentis spumæ pondo libram, olei ueteris pondo libras duas, chamaeleontis radicis pondo trietem, aristolochiæ pondo trientem, chalbanij pōdo uncias duas, gallæ pondo uncias duas, thuris pondo uncias duas, conficito, sicut prius. *Aliud, quod Thebano adscribitur.* Argentis spumæ pondo libram, olei ueteris sextarium unum, chalcanthi denariū pondo uiginti quatuor, chamaeleontis denarium pondo duodecim, aristolochiæ tantundem, chalbanij denarium pondo octo, thuris denarium pondo octo, componito similiter. *Aliud ex arundinibus ad fluentia, & chironia ulcera, item ad cuiuslibet serpentis iuueni.* Argentis spumæ pondo libram, olei ueteris pondo libras

\*Al. xx.

\*Al.

\*Al. duas.

\*Albeminæ.





quidē octodecim, chryfocolle quadraginta denarijs, fient uniuersi nonagintaquatuor, qui & ipsi copiosi olei mifturam requirunt, maxime cum cera denarios simul centum addi præcipiat, omnino enim uel sic multo oleo erit opus. Hoc igitur emplastrum Heras conscripfit, adfirmans ulceribus ægæ cicatricem contrahentibus ex usu esse. Alijs uero usus multiplicis eodem in libro scriptis, post multa ipsorum opera subdidit: Cicatricem ægæ fumentibus, uel malignis quoque, uel chironijs idonea. Nam & Arbarzanion ab ipso dictum commendata aduersus maligna, pascencia, & difficilia curatu: Item Isum ut gangranas coercentem. Deinde tertium his uerbis auspicatur: Boni coloris, cruentis idoneum, cicatricem inducens, quod chironijs simul auxiliari dicit: Insuper quartum, cui nomen indidit, Panacea: ad hæc quintum, Icesiam, De emplastris igitur, uario usui accommodatis sequenti libro disputabimus, ubi simul ea quæ aras commendant, adscribentur: hæc autem, quæ nix sanabilibus (chironia nonnulli uocant,) medentur, longo usu cum a præceptoribus nostris, tum a nobis ipsis explorata, quorum non nulla ab antiquioribus quoque uiris præclaris approbata sunt, quemadmodum & illud, quod in libro, cui titulus est Mantia pharmacopola de re medica, scriptum inuenio. Verba ipsius ita sonant. *Aeruginisum Mantia.* Aeris uisti, † [pōdo minas] quatuor, resinae pityinae siccae denarium pondus octo, cerae denarium pondus octo, aruginis denarium pondus x. olei heminam, terræ cimolice denarium pondus quatuor, cinis denarium pondus quatuor, squamæ aris denarium pondus quatuor. Sicca læuigata in mortario finifto, cerâ liquefactâ cum oleo tritis superfundito, finitoq; pauxillo tempore combibere, aceti heminam addito, per triduum terito, quantum aceti excipiat, immittens, ut liquidi cerati fiat spissitudo. Vtitor ad omne unius, & ad uetera & nix ad cicatricem uenientia ulcera, & quæcunque cancrofa sunt, cum panniculis filatin concepris: supra splenium uero sanam succidam uino oleoq; madentem leuiter alligare oportet, biduo per æstatem soluere, hyeme triduo, ac ulcera tepete aqua ablueri, in profundis uulnibus ipsas oras leuiter linamentis incipere. Quippe medicamen linamento excipi aptum est, & pus mouet. Hac ratione pura fient ulcera, & crista excidet, ceram miscendo æqualem arugini ad cicatricem perueniet. Exerit & carbunculos circa dolorem, omneque pascens malignum sistit, persanansq; Vtitor quoque ad herpetas, & unguis putridos: similiter autem & ad omnia uino & oleo utendum est cum lana. Præterea dentes erosos medicamine repleto. [† *Bonum nostrum.*] Cerae, picis, bituminis, singulorum pondus libram, mannae, aruginis, cerullæ, singulorum pondus selibram, malicorij, gallæ, spinæ ægyptiæ, indis illyricæ, aristolochiæ rotundæ, chalcantii, singulorum pondus trientem, hoc est uncias quatuor, aristolochiæ uero longæ, & aris combusti, utriusque pondus sextantem, hoc est uncias duas. Sicca ex aceto pluribus diebus terito, ut etiâ prius ostensum est, ijs probe elaboratis, que liquida possunt cum oleo liquata heminam ipsis superfundito, mannam inspergès. Vbi liquefacta frige feceris, & deaferis, aridis ex aceto læuigaris sic admisceto, ut ne inter fundendum grumos ceræ modo facias, idque potissimi in ambiente nos aere frigido. *Aliud nostrum.* Bituminis, aluminis liquidi, singulorum pondus libram, picis, resinae pityinae, cerae, pondus libras duas, aristolochiæ rotundæ, gallæ, spinæ ægyptiæ, singulorum pondus uncias octo, malicorij, aris uisti, mannae, aristolochiæ longæ, singulorum pondus uncias quatuor, olei ricinini, aut ueteris, si illud non adsit, pondus libras duas, quarum singulae uncias duodecim contineant, ut omnes simul uncias collectæ sint uiginti quatuor. Preparato hoc quoque eodem modo cum prædicto, metallica ex aceto teruntur, deinde sicca adijciuntur, rursusque læuigantur. Postea cum luti spissitudinem habuerint, liquata miscentur, ut prædiximus. *Aliud.* Bituminis, resinae terebinthinae, picis brutiæ, singulorum pondus olei denarium pondus uiginti quatuor, argenti spumæ, cerullæ, mannae, aruginis, squamæ, opopanacis, singulorum partes denarijs olei uiginti quatuor, ladani pondus uncias duas, quæ ualent denarijs sexdecim, aceti heminas duas. Hoc quoque pharmacum perinde ac superiora duo, conficitur. *Aliud.* Chryfocolle, squamæ, stomomatis, singulorum denarium pondus quatuor, aruginis, & chalcantii utriusque dimidium, hoc est, singulorum pondus denarium duum, ceræ denarium pondus uiginti quinque, hoc est uncias tres, & denarium unum, resinae terebinthinae pondus uncias duas, hoc est denarios sexdecim. Ceram cum terebinthina liquefacto, deinde alijs admisceto, Hæc bifariam medicamentum conficiens, interim ut prius citata aceto conterens arida, interim siue hoc curiose læuigata liquefactis misceto. Et hoc autem terebinthina liquidior, sicut plerumque latex appellata. In summa, omnibus his pharmacis, quæ chironijs conuenire palam est, lacem resinam si loco terebinthinae misceas, non peccabis. *Aliud.* Cerae pondus uncias tres, hoc est denarium pondus uiginti quatuor, aris uisti, squamæ, aruginis, singulorum pondus denarium duum, ut trium horum simul denarij sex existant. Cera esto pinguis, ut quæ cum rosaceo uel myrteo modico emolliatur, arida probe læuigata excipiantur, quemadmodum in omnibus medicamentis, quæ ad chironia parantur, uehementer est necessarium. Quinetiam ubi sicca ceræ fuerint admista, melius est ea diu in mortario cōtundere. *Aliud.* Cerae pondus uncias sex, aruginis partem sextam, quæ est uncia una, aris combusti, resinae lacis, singulorum pondus denarium trium, ut ambo simul habeant denarios sex. Cera pinguis esto, inque aquam calentem proiecta, quo mollior fiat, manibus subigatur, aruginem & aris in eam recipiendo, postea contundendo in pila, ubi resina quoque mistio paulatim insillando fiet. *Aliud.* Cadmiæ pondus uncias tres, dimidio chalcitidis ponderi misceto, quod est uncia semissi. Tritis probe uinum auterum affundito, & rursus læuigato. Vbi mellis consistentiam habuerit, ceratum ex cera, & resina fricta compositum immittito. Sint autem cuiusque partes portiones unius uncie, ut ambæ duas uncias efficiant, myrtei liquefacti pauxillum

TAL. Aeris  
Pondo.

\*

† In antiquis  
græcis non  
lis adijci  
emplastrum  
Galeni.

**A** pauxillum adijceto. *Aliud.* Olei ueteris, uel ricinini heminam, cerae, picis, bituminis, singulorum pondus mannae, aruginis, cerullæ, dimidio minus, quam in prædictis, quod est cuiusque selibram, malicorij, gallæ, spinæ ægyptiæ, iridis, aristolochiæ rotundæ, chalcantii singulorum trientem, qui ualent uncias iij. aris combusti, aristolochiæ longæ cuiusque sextantem, qui pendit uncias duas. Quæ liquantur, aridis antea ex aceto læuigatis commiscibus, ut prædictum est. *Aliud.* Cadmiæ, chalcitidis, singulorum pondus denarij quadraginta. Ex uino tritis pluribus diebus, ceratum quod ex oleo & cera constat, immittes. Sint autem olei libras duas, cerae denarij ducenti. At satius est hoc minori symmetria conficere. Cadmiæ, & chalcitidis, singulorum denarium pondus decem, cerae & olei, cuiusque denarios quinquaginta inijciet. *Aliud.* Cadmiæ combusti, chalcitidis uisæ, terebinthinae, cerae, singulorum partem mensuram. Arida ex uino conteres. *Aliud ex uino.* Aeruginis denarij pondus unius, aluminis liquidi pōdo libram, malicorij, aris combusti, mannae, singulorum trientem, qui ualent uncias quatuor, gallæ duplum adijcias, quod est uncias octo, picis, pityinae, singulorum pondus libras duas, bituminis dimidio minus, hoc est pondus unum, cui aluminis liquidi etiam indideris, aristolochiæ rotundæ, & gallæ, pondus uncias octo, longæ aristolochiæ dimidium, hoc est uncias quatuor, olei ricinini pondus libras duas. Metallica ex aceto conteruntur, ut in superioribus. *Aliud.* Cerae pondus uncie tres, aris combusti, squamæ aruginis, singulorum pondus duo. Ceram prius in aqua calente caleracis, manibus rosaceum admiscens emolles, deinde arida excepta in mortario contundes diutius, ut uere omni fiat mitas, Tertio quartone die hoc & alia eiusmodi omnia soluit, spongiam extrinsecus ex aqua uel posca imponens. *Aliud.* Cerae pondus uncias sex, resinae lacis eius dimidium, hoc est uncias tres, aruginis triplo minus, quam lacis tuis, hoc est unciam, picis brutiæ pondus denarium trium, chalcitidis uisæ similiter denarium pondus trium. Conficito & hoc ut prædictum. *Aliud.* Aens combusti, squamæ, aruginis, partem cuiusque mensuram, cerae seculaplami misceto. Ceram, ut prædictum est, calente prius aqua madidam subigito, ac interea dum hoc agit, uel rosaceum, uel myrteum adijceto, deinde in pilam immittito. Præstat autem trium pondus ceræ æqualem miscere, quam recentissimam, molliissimam, pinguisimam, ne multo humore oleoso indigeas. *Aliud.* Aeruginis, terebinthinae, partes uisusque partes, cere triplo plures, aluminis scissilis, cadmiæ, squamæ, singulorum quadruplum, ut aruginis pars una sit, ite terebinthinae una, cerae tres, squamæ cadmiæ, aluminis scissilis, uniuscuiusque quatuor. Vbi arida contuderis, cribraveris, in puluerem exacte redegeris, in mortarium coniectam, ceram & terebinthinae contundito, sicca aspergens: pistillum myrteo, uel rosaceo madafaciens in acere calido: nam in hoc facile tundentur, maxime si id adiuo sole fiat. *Vsus est is,* qui aliorum quoque, nimirum ulcere prius deterfo aptuolito, & postea eloto per melicratum, tum per spongiam probe purgato, ut madoris sit expers: deinde super id platysmare, hoc est lactore luteo, cui emplastrum illitum sit, imposito: postea duplisci linamento aqua frigida tincto extrinsecus superdato: præterea noua spongia molli, & tertio aut quarto die id resolues. *Aerum, hoc est absque cera, nostrum.* Argenti spumæ pondus libras tres, olei ricinini ueteris pondus libras quatuor, saceti quæ acerri mi libras duas, aris squamæ nigrae, chalcitidis, aruginis, singulorum pondus uncias duas. Argenti spumam cum oleo prius coquere oportet, donec frugmenti spissitudinem accipiat: deinde metallica plusculis diebus ex aceto trita adijceto: atque sic incoques, quousque non coinquinet. Licet etiam statim ab initio argenti spumam cum oleo & aceto diligenter mistam coquere: ac ubi semicocta fuerint, squamam, chalcitidem, & aruginem immittere. *Voco autem nunc libram olei & aceti Romanam,* quæ uncias duodecim peculiare continet. *Quin & sex olei libras tribus argenti spumæ pondus interdum committo.* Et nimirum secundum hanc symmetriam diutius incoquantur. Cum præparas & hoc pharmacum præstat argenti spumam cum oleo esse costam: deinde metallica cum aceto inijci. Vbi uero trita fuerint, cuiusque uncias duas dixi immittendas aceti libris duabus, argenti spumæ tribus, olei ricinini ueteris libris sex, uel, ut prius dixi, quatuor. s. Hoc medicamentum & fistulas iungit, & callosas ita excicat, contrahit, & claudit. At si bona uictus ratione usus quis fuerit, non resoluuntur. Plenitudine uero **D** insigni collecta, periculum est ne pars ex fluxione infestante phlegmone rursus tentetur, & fistula aperiarur. Et uero in ueteratis ulceribus, & dyspnotis, hoc est cicatricem ægæ ducentibus, quæ & chironia nominant, non solum pharmacum impermixtum imponimus, sed etiam liquefactum oleo ueteri, uel ricinino, ac linamento exceptum, etiam si puris uel minimum nondum in ulcere antea fuerit, concoquit ipsum, & generat, & crassum efficit. Ceterum ulcus triduo solues, si nihil prohibet. Quod si stomomatis squama fuerit, præstat: si minus eam habeas, nec nigram, cyprij aris squama inijcietur. Conficet aliquando hoc emplastrum, phrygij quoque lapidis uncia admista interdum etiam chryfocolle uncia, ficur & amborum non nunquam glutinat & magna uulnera. *Aliud quæ teneros & ex istem ulceribus nimis grauius conficitur.* Cerae pondus, rosacei pondus, cerullæ pondus uncias octo, salis ammoniaci pondus uncias quatuor, squamæ cyprij pondus uncia sduas, thuris pondus unciam, calcis uiuæ pondus unciam, aluminis scissilis pondus unciam, aruginis pondus unciam, malicorij pondus unciam. *Vsus prædictis idem est.* Nouem in præsentiarum sunt pharmaca circa rosaceum composita, de cunctis enim illud. Ex nouem quaque sunt pari pondere, calx uiuæ, malicorinum, thus, alumen scissile, & erago. Squamæ duplo maius pondus est, & hanc sal ammoniacus duplo exuperat: hunc cerulla, huius seculaplami rursus cera in libram unam reducta, quam & rosaceum habet.



GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Continet multiplicis usus emplastra, pastillos, & arida.

De medicamentis vsui multiplici accommodatis.

Cap. 1.



**D**E medicamentis polychrestis futura hic est disputatio, utocant autem Graeci polychresta, quae multis affectibus conueniunt: suntque non nulla ipsorum non modo specie, sed etiam genere diuersa, omnia uero ex contrarijs constant medicaminibus, etiam iuxta secundas qualitates, ac uires, non tantum primas. Patere arbitror cuius primas me appellare caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem, atque ex harum coniugatione quouis composita: secundas uero, quae ipsas sequuntur, ut in quinto libro de simplicibus medicamentis uberius percensui, ostendens non nulla non solum composita medicamina, sed simplicia quoque, ut nascuntur, emollire, quaedam indurare, quemadmodum alia obstruere, alia reserare, alia fordes gignere, alia abstergere, alia attenuare, alia crassiciem admoliri, alia densare, alia rarefacere, alia carnem inducere, alia repurgare, alia cicatricem ducere, alia exulcerare, alia trahere, alia repellere, aliasque similes eorum differentias. Porro dictum mihi est & superioribus commentarijs, quae contrariorum facultate medicaminum necessaria esset mixtura, cuius etiam nunc paulo post mentionem facturum sum. Melius enim mihi uidetur duo quaedam triaue medicamenta celebria, quae multiplicem usum exhibeant, praescribere, deinde compositionis ipsorum rationem interpretari. Exordiar autem ab his, quae nemo non nouit, quippe in Herae libro, cui titulus est Nartex, id est promptuarii medicaminum, prodita, tum apud alios, qui libros de medicamentis condiderunt. At quia superiori libro de uirtutibus, quae ulcera dysepulota, hoc est uix cicatricem ducentia curant, uerba fecerim, animus est nunc quoque emplastra illa multiplicis usus primam exponere, quae causa malignorum (non nulli chironia nominant) compositum fuimus. Alia uero usus dicta multiplicis, quod multis quidem affectibus alijs conferant, non tamen etiam chironijs, ea rursus seriatim referre proposuimus.

Quae scripsit Herae.

Cap. 2.

**I**Taque cum opere medicamentorum Herae Cappadox emplastrum quoddam ad huiusmodi ulcera mirifice faciens tradiderit, inde sumam exordium, uerba ipsius adscribens, quae in hunc modum sonant. Boni coloris, cruentis idoneum, cicatricem ducens. Conglutinat, perfecte implet, atque cicatricem ducit solum cum cerato, magisque adhuc circa cicatricem inducendam efficax est. Valer etiam ad chironia ulcera, aliaque similia summopere. Nam callos consumit, deinde genuinam carnem generat, ualide album. Ceræ pondo libras duas, fistæ pondo libras tres, ærginis rase pondo unc. vi. manne pondo unc. iij. olei heminas quinque, acetum sextarium. Liquabilia siccis admiscerentur, usus est emplastri ad uulnera, cum rosaceo temperatum pus generat, cerato solum ad cicatricem generationem repurgat. Quidam tamen resina fructæ libras duas, & terebinthinæ tantundem ingererunt, atque sic preparatum ærgine rase ipsum exceperunt, ut collyrij tenorem haberet. Atque hoc imposuerunt, ubi callos consumere studebant. Prompte enim hæc facit, ut etiam ossa separet. Merito igitur & emplastrum hoc Herae commendat ceu ex ærginis, & acetum copia efficax, si quid in superiore libro dictorum meminimus. Laudat item Panacea ab eo uocatum, quam deinceps uerbis illis appono. Panacea Herae a non nullis sanitas nominata. Ad omnem passionem, & malignitatem. Sistit autem nomas, neque crustas facit, neque circumpositis partibus duritiem conciliat, rumpit ac tabefacit omne corruptum, ut nihil a liquidis statim differat, colubet sanguinis eruptionem, tum quae per hæmorrhoidas fieri solet myrteo dilutum. Item hæmorrhoidas ipsas tabefacit, & consumit, in super fistulis medetur, & carbunculis, sanant agylopas, & chironia, ut uocant, in summa uix sanabilium, & diuturnorum genus, latentibus quidem locis, ueluti utero, unguento cyprino liquatum, exterioribus, praestat, ut alia singula autem sic apponere. At omni ulcere impostum, quauis agresti, mitius statim id efficit, dolores minuet, & uigilias. Hæc eius uirtus est. Chamæpityos denarium pondo quatuor, symphyti denarium pondo quatuor, chamæleontis denarium pondo quatuor, marrubij denarium pondo quatuor, apud alios sex, polij denarium pondo sex, centaurij tenuis denarium pondo sex, helenij denarium pondo iij, aristolochie denarium pondo quatuor, thuris denarium pondo duodecim, s. myrrhæ denarium pondo trium, aloës denarium pondo sex, chalbanij denarium pondo sex, oboli unius, s. olei denarium pondo cetum octo ginta, mellis xxx. propolis denarium pondo xij, s. aluminis fissi denarium pondo sex, oboli unius, s. terebinthinæ denarium pondo vi, oboli unius, s. chalcididis denarium pondo vi, oboli unius, s. bituminis denarium pondo quinquaginta, terra ampelididis denarium pondo quinquaginta, argenti spumæ denarium pondo quinquaginta, gallæ denarium pondo trium, pulueris iridis denarium pondo trium. Contusa pridie herbae & radices

\* Bonum.

\* Liquida est, quæ horum talis est, leg. a. g. m. s. s. i. c. t. e. l. l.

**A**dices oleo immittuntur. Vbi nocte tota in eo durauerint, mane argenti spuma, ampelitis, bitumen iniicitur, supra ignem lenem incoquantur, ubi ipsitudinem adepta fuerint, olla ab igne tollitur. Sint autem in alio uase mel, resina, chalbanum, propolis colliquata, quae oportet simul commiscere, in olla succedendo: deinde arida, quibus cum medicamen coquitur, donec non coinguerit. Rursus ab igne deposita myrrha laeuis facta, & thus inspergitur. Est autem aduertendum, nequando effervescat, & quantum fieri potest in amplo spatio coquatur: difficulter enim restinguere potest, si quid attingat. Hæc quidem Herae de Panacea, nobis autem materiam ipsam a medicamentis, quae priore libro scripta sunt, ad ulcera uix sanitatem recipientia differre notandum est. Nam illa solis constant metallicis, quaedam paucis, quaedam pluribus, pauca illorum radices ac herbas continent. At panacea hæc secus habet. Recipit enim hæc chamæleontem & centaurium, quorum utrunque maligna ulcera iuuare idoneum est. Accipit præterea aristolochiam, & iridem, imbecilliora quidem centaurio & chamæleonte, quantum ad malignorum ulcerum curationem attinet, non tamen repudianda. Herbas autem ualentes assumit, quae uel sole maligna ulcera curare possunt sapinero, chamæpitym, polium, & symphyton: quibus ualentiore est marrubium, & helenion. Itaque marrubio etiam solo uti queas in his, quae carnem abunde humidam circa ulcus habent, & sordidioræ: helenion uero neque his conuenit solum inspersum, sicut nec aliud quoduis acre. Siquidem didicistis in opere de simplicibus medicamentis acrium, & amarorum medicaminum discrimen, nempe acrimia irritare, mordere, calefacere, & suorem in affectis partibus concitare: amara uero exiccare citra morbum & calorem, eoque exulceratis partibus conducere. At quoniam ex herbis istis compositionem parant, institutum erat emplastrum inde non siccum, quod inspergi possit efficere, ad emplastri uero confecturam, uel ceram, uel resinam, uel omnino argenti spumam diutius coctam adiecturus erat, unde uirtus herbarum solueretur, miscuit ipsis non nulla medicamenta tam ualida, ut ulceribus per se exhiberi non queant. Valida autem hæc duplicem communem uim & qualitatem obtinent, non nulla austeram acerbamque, alia acrem & acerbam. Huius igitur gratia ex ijs, quae acrimoniam fortia sunt, helenion miscuit: ex ualide autem adstringentibus, (hæc enim austeræ, & acerbæ nominantur) alumen, & gallam immaturam. Qualitates autem utraque ualentes habet chalcitis, quemadmodum & uires quae in ipsis sunt, cum sit acris, & adstringens. Eius uero dictum est superius necessariam esse malignis ulceribus, & praesertim cum suori sunt obnoxia, qualitatem austeram. His ergo omnibus, quae dixi, admista argenti spuma est, resina, & thus, quo pharmacum emplastri formam acciperet. Sed argenti spuma ex media materia est. Thus concoquit, & pus mouet, si tanquam ad probe temperatam naturam respicimus. Nam id humidioribus corporibus carnem producere ostendimus.

**Q**uoniam ex medicamentis quae concoquantur, quaeque uim a pure mouendo, quasi purificam uel expurgatoriam dictam habent, nullum ualenter digerit, sicut nec acre. Siquidem talia mediocriter excalescunt, immo & emolliunt magis, quam exiccant. Quare thus etiam recte admistum est in propositi emplastri compositione, uti mitigatorium quid & lene accipiat. Huius nimirum potentiae oleum quoque est, emplastri coquendi causa secundum primam rationem adiectum: secum uero duas facultates inferens, mitigatoriam uidelicet, & quae ualida pharmaca obtundit, siue hæc acris, siue austeræ uirtute sint prædita. Certe ampelitis terra siccatur, & digerit, nihil manifesto acre continens. Propterea malignis ulceribus idonea est, & si solum per se uitam inspergas. Chalbanum uero & ipsum eo, quod concoquit, emolliat, mitigat, & dolorem sedat, prædictæ compositioni adiectum est, cum thus easdem uires, sed imbecilliores habeat, chalbanum facultates ambas ualentiores possidente. Terebinthina resina ipsa quoque simul cum digerendi, discutendi que facultatem habeat, etiam affectus tales quod concoquat quidpiam obtinet. Bitumen uero cum calore non admodum uehementi siccare nouimus. Quibus omnibus emplastri auctor medicamentam tractoriae uirtutis propolim nimirum admiscuit, quoniam eius usum multiplicem esse uoluit. Omnia uero, quae multiplicem usum præstant, maxime uarias potestates habere necessitas est, ut pluribus uitijs medentur. Sic etiam non parum mellis addidit sciens ipsum siccans, digerensque, putrescentibus esse accommodatissimum. Quippe & ipsum ex ijs est, quae non putrescunt, & mista a putredine reseruat, præterquam extreme ad putrescendum idonea, quae humida sunt, & calida. Atque mel copiosius alijs, medicamenti compositor indidit. Nam si tria, quae coqui desiderant, excipias, bitumen, argenti spumam, terram ampelidem, alijs maius est, atque his ipsis bitumini, argenti spumæ, & ampelididis tantum adiecit olei, quantum coctioni commodum erat futurum, coniectura & ab alijs sumpta, quae sicca pharmaco immittuntur. Insuper omnibus perfecte coctis myrrham & aloen uoluit iniici, quae ambo citra mordicationem siccant: uerum differunt, quod aloë adstringat, myrrha tenuiorum partium sit, magisque siccet. Ceterum haud scio, cur Herae usum fuerit minoribus symmetrijs Panaceam hanc conscribere, quam alij maioribus conficiunt. Siquidem non nulli omnia duplicata habere ipsam tradiderunt, alij quadruplo copiosiora. Chalbanij sane denarios sex, obolum unum, s. Herae uenerant, alij decem & semissem: quemadmodum alijs rursus triginti quinque, argentes simul & alia ad proportionem, ut nusquam dicatur in symmetria obolus uel semiobolus. Itaque aduertere uos oportet Panaceas apud alios scriptas huic conferentes, utrum omnia duplicata, an quadrupla habeant. Ac si sint omnia aucta, non putare illas ab hac esse diuersas. Iste a quibusdam Epigoni dicta. Multiplicis usus est medicamentum, quod isidem appellant, ab omnibus commendatum. Ego uero apponam modo, quae Herae de illo memoriae prodidit. Hæc illius uerba sunt. Medicamentum a non nullis Epigoni dictum,

ab



ab alijs. Facit ad omne uulnus, & ad uulnera capitis eum ossa præcisione, sanat citra reparationem, Et ualeat ad punctus, item paxillos infixos, & hominum atque canum morsus: uenenum trahit uiperæ, scorpionis, draconis marini, pastinacæ. Curat fracturas artuum cum uulnere. Callam enim obducit citius turtiusque: fistulas omnes recentes, ueteres foueas seu dehiscencia ulcera, sinus, phymata, parotidas, abscessus in mammis & alis futuros, aut factos sanat. Aduersus fluxionem nobis uenientibus, strumas ad huc aufert eum tunicis, celerrime pus educens: sistit oculorum fluxiones fronti impositum, tollit liuorem: gangranas non patitur latius serpere, putredinem purgat. In summa ad quoduis bonum est, hæc recipit. Cerae denariorum pondus centum, terebinthinæ denariorum pondus ducentorum, secundum alios centum, squamæ aris rubri denariorum pondus octo, æruginis rarsæ denariorum pondus octo, aristolochiæ rotundæ denariorum pondus octo, thuris denariorum pondus octo, salis ammoniaci denariorum pondus octo, guttæ ammoniaci denariorum pondus octo, aluminis combusti denariorum pondus sex, æris uulsi denariorum pondus octo, myrrhæ denariorum pondus duodecim, aloes denariorum pondus duodecim, chalbani denariorum pondus duodecim, olei ueteris heminam, aceti acris heminas duas. Quæ liquari possunt, sicis in mortarium superfunduntur. Sic quidem Heras sicut scripsit, non etiam particularem omnem usum ei apponens, ut in alijs consueuerat. Insuper quod ad Epigonum illud refert, a plerisque dissentit, quos exactius de Epigono scripsisse arbitror, cum alia, tum illud quoque, nempe quod in cere cere conclusus cum quendam admodum potentem euasisset, eius rei gratia fuit dimissus. Adiecitse uero ipsam autem præscripto medicaminum, dracunculi radicem, atque ego semper ita usus sum, quoniam & præceptorum meorum unus usurpabat, apponens in prædictam symmetriam Heras, dracunculi denarios octo, insuper & olei cyathi dimidium, aceti heminam, ad hæc colophoniam resinam, non, ut Heras, terebinthinam. Sed & in emplastro confectione ab illo dissentiebat, chalbanum aceto cum alijs in pila elaborans, atque ita admiscens ea, quemadmodum & Heras inquit, liquabilibus: deinde medicamentum manibus plurimum emollicebat, attingens acetum quam acerrimum. Postea in uale æreæ conponit, & perisum longo tempore seruabat, atque ita excipiens utebatur. Appellauit ipsum, uelut alij quidam, Hermonis sacri scribæ: alibi scriptum inuenias ex adytis templi Vulcani in Aegypto hoc quoque esse, quemadmodum & illud, quod ex dictamno constat. Symmetriam uero simplicium medicamentorum quæ id constituunt, omnes propemodum æqualem scripserunt, prout titulus licet diuersus existat, non opineris aliud esse, atque aliud, & quod ex adytis sacrum dicitur, & Hermonis sacri scribæ, & Epigoni. Nam omnes has appellationes habet. Liqueat autem cum cerato liquido purgat, & ulcera cicatrice obducit. Quidam ex cerato triplicato dilui ipsum tradiderunt, non nulli duplicato, utriusque symmetriam indiffinitè distinguentes. In quibus etenim uelut purum fati efficitur, si tribus cerati partibus temperatum fuerit, non oportet duplicatum adijcere. In quibus autem minus purgatur, ibi ceratum duplo maius assumendum. Non minus enim efficacius omne id genus medicamentum esse, quod non multo cerato miscetur imbecillius, quod multo. Nihil mali est autem de dracunculo quoque eatenus dicere, quod per æstare caule exiccat, & herba tota, radicem amputare oportet, dein de in domo sicca silem non habente repositam, paulo post dies sex uel septem in orbiculos diuidere, eosque filo tractatos in sicca domo & a sole remota rursum suspendere, ac sic ubi medicamentum præparare uoles, radicem contundere, quæ ipsa quoque seorsum tusa & laeuigata probe, ut puluis fiat, malignis ulceribus medetur. Emplastrum ex dictamno. Item quod ex dictamno emplastrum conficitur, sacrum appellant, dicentes & hanc scripturam in Vulcani templo iuxta Memphim inuentam esse, omnes ipsius huiusmodi symmetrijs meminerunt, uel parum adeo ab his differentibus. Sufficit autem uerba Heras & de ipso adscripsisse, quæ in hunc modum habent. Sacrum ex Vulcani templo in Memphi. Facit ad recentia cruenta, fluentia, ad uerorum præcisiones, uetera ulcera, suppurantia, contusa, putredines, carbunculos, nigritias, ulcera fluentia, cicatricem ægre admittentia, parotidas, periones, abscessus, strumas, furunculos, duritias: tecta educit, aculeos, ossa ex capite, sanat ferarum ictus, scorpionum morsus, phalangiorum, moris ararici, hominum. Valeat ad omnem colli dolorem, humeri, articularum, uice maligna. Sistit oculorum fluores, non modo recentes, sed etiam ueteres. Tollit capitis dolorem inunctum, rosaceo dilutum, & uteri dolorem sedat tum illi, tum suffitu. Necat insuper feras suffitu. Hæc recipit. Olei ueteris heminas duas, argenti spumæ denarium pondus centum, æruginis rarsæ denarium pondus octo, squamæ aris rubri denarium pondus sex, colophoniam liquidæ, alij pineæ, denarium pondus quinquaginta, manna denarium pondus duodecim, guttæ ammoniaci denarium pondus sexdecim, æris combusti denarium pondus octo, diphrygis denarium pondus sex, genianæ denarium pondus sex, aloes denarium pondus octo, chalbani denarium pondus duodecim, propolis denarium pondus octo, cera denarium pondus uiginti quinque, aristolochiæ denarium pondus decem, dictami cretici denarium pondus decem. Argenti spumam & oleum in olla magna supra prunam incoquito, ut omnino aut fere non inquinat, dein de cacabum deponens æruginem indito squamamque, & coquito, ne prorsus inficiat. Postea rursum auferens, resinam, ammoniaci guttam iuice cribrata, mouens donec fenere desinat, mox cum reposituris paululumque dimiseris, tollito, atque æs, diphrygesque inspergito, rursum coquens, quoad non inquinat, (Interdum enim his iniectis remittitur.) postea deponens, ceram addito, iterum coquito, usque dum non polluat, quod celeriter accidit. Dein cum deponeris, propolim inunctis, ac repones desino, patilisperlines, cum depones, addes aloem, mannam, dictamnum, aristolochiam, gentianam: his abunde refrigeratis

\* Al. rotund.

\* Al. hemina.

\* Al. diphrygi.

\* Al.

† Al. xvj.

† Al. xx.

\* Al.

A refrigeratis singula lauissima insperges mouens, si non inficiat, tolles, sin minus, leni igne coques. Hæc quidem Heras de emplastro scripsit. Compositum autem id nos interdum & sine combusto ære, & diphryge unde que in alto latebant, magis attraheret, emollicebatque magis, dilcutiebatque. Non tamen uelentibus ægre cicatricem ducentibus idoneum. Quin etiam ipsum citra dictamnum confecimus, rursum alijs apponentes chrysocollæ denarium pondus sex, ut maligna ulcera foelicus sanaret. Testium nigrum. Medicamen titulo Iccium, usus multiplicis, quidam gignendi casu scripserunt, Iccij, Heras itaque de ipso hæc tradit. Iccium, ad uulnera & canum morsus, diuitias diffundens, ad parotidas, condylomata, & maligna. Item est attrahens, & glutinatorium: ualeat insuper ad aquam inter eum. Argenti spumæ denarium pondus centum, bituminis Iudaici denarium pondus centum, terebinthinæ ampelididis denarium pondus centum, manna, propolis, singulorum pondus denarium uiginti quinque, chalbani denarium pondus duodecim, scissilis denarium pondus duodecim & s. terebinthinæ denarium pondus duodecim, aridis denarium pondus sex, olei immaturum heminas sex, mellis heminam unam, chalcididis denarium pondus septem, s. gallæ omphacitidis denarium pondus sex, myrrhæ denarium pondus sex. Argenti spuma, bitumen, ampelitis cum oleo incoquantur. Vbi lemicocta fuerint, propolis, resina, & chalbanum, ex melle separari cocta miscentur. Postquam constituerint, reliqua adiunguntur. Mouentur autem spartha ex tæda ligno confecta. Huius emplastri misturæ pondus non idem omnes, ut in sequentibus ostendetur, tradiderunt. Nigrum ex duabus aristolochijs. Celebre quoque emplastrum, usus multiplicis est id, quod ex duabus aristolochijs conficitur, quod ipse Heras quoque his uerbis descripsit. Nigrum ex duabus aristolochijs [facit ad antiqua, callosa, ægre cicatricem inducentia, depascientia, est etiam in eum cephalicum, ossa reducit, & est glutinatorium.] Facit ad articulos solutos, fluxu obnoxia repurgat, implet immisum. Picis pondus libram, cera pondus libram, bituminis pondus libram, terebinthinæ pondus libram, manna pondus libram, uel uncias septem, æruginis rarsæ pondus libram, cerussa pondus libram, chalcanthi pondus uncias quatuor, aristolochiæ longæ pondus uncias quatuor, illyricæ pondus uncias quatuor, malicorij pondus uncias duas, gallæ immaturæ pondus uncias duas, æris combusti pondus uncias duas, spinæ pondus uncias quatuor, aristolochiæ rotundæ pondus uncias quatuor, aceti heminam, ricini uel olei ueteris heminam. Quæ liquefieri poterunt, simul liquato, deinde cerassam, aruginem, & chalcanthum, cum aceto lauia facta inspergito, mox supra ignem usque dum coierint, & ita infusato igne subtracto, dehinc defusa subigito. Hæc cum Heras, tum alij de ipso scriptum reliquerunt: ratio autem eius qui id compositum, non oblecta est, recordantibus, quæ hic & in prioribus commentarijs dicta sunt. Constat enim ex contrarijs facultatibus, attracticibus, & repultricibus, quæ commune habent, ut exiceant. Superat autem in eo repellentium uirtus, quæ adest adstringentibus, chalcantho, malicorio, gallæ, æri combusto, & spinæ. Ob hoc etiam ad solutos, id est laxatos articulos conuenire ipsum affirmat, aristolochiam autem & uidem adstrictorij admiscuit, ut pote rarefaciendi & digerendi potestate prædita. Ut autem emplastrum fieret, nec siccum, sed ut superinduci posset, medicamentum, oleum & cera mista sunt: cera quidem eum materies solam, sicut & oleum, si commune fuerit hoc, nec ricini uel uetustum. Quippe didicimus hæc calefacere & digerere. Terebinthina uero resina præterquam quod emplastri consistentiam medicamento conciliet, cum cera hoc sola facere non possit, etiam emolliens quid, & digerens, detergensque obrinet. At cum rhas eadem præstet, manna adstringendi uim totam & qualiterat assumpsit. Vocant enim sic thuris micæ concussu elisas, corticis parum item participes. Iam & bitumen abunde siccit, ad emplastri confectionem idoneum medicamen. Atque hæc de illius compositione sufficit. Porro emplastri huius auctor, cum uellet medicamenta ualentis uirtute prædita miscere, æruginem, & acetum ipsi adiecit, quæ siccare, exedere, & usque in profundum corporis penetrare, atque alia deducere possunt. Miscendum autem hæc cum digerentibus, ut humores crassos particulis, quas curamus, infixos attenuent. Restat igitur & de cerussa quippiam dicere, quam eum ad emplastrum conficiendum aptam, non ut aliquid cooperaturam admiscuisse illum est perspicuum. Ego uero argenti spumam potius adieci, quæ & emplastris conuenit, & refrigerat. Cerussa uero alijs quibusdam utilis, ad propositi emplastri uires nihil præsidij affert. Emplastrum Azanite. Emplastrum Azanite uarij usus, & nobile, de quo Heras ita scribit. Emplastrum Azanite. Picis aridæ pondus unciam, cera pondus uncias iij, adipis suilli pondus uncias tres, seui taurini pondus uncias tres, cespji pondus uncias tres, resinæ pineæ pondus unc. quinque. Facit ad maligna omnia, gangranas, fistulas, recentia uulnera, ambusta igne: refrigeratis prodest. Ut acopon, ite peistulus est emolliens. Conuenit autem & ad uteri uel cera, phymata, & parotidas. Cuius ulcera caua fuerint, copiosiore otitor medicamento, ubi ad cicatricem inclinare uidentur, parciore. Pondus medicaminis proprietates est concretum humore foetidum per summam gignere. Benefacit lippientibus, palpebris suprapositum, oleum medicaminis affectui opponitur, quare obseruato ne infundas. Cum autem præparas, picem, ceram, seuum taurinum inijcito. Vbi fuerint liquata, adipem suillum, mox resinam, postremo cespjpm ubi refrigeraueris. Totum autem igne non flamma liquefacito. Maxime ualeat in quibus nerui, uel musculi percussi sunt, item ad maligna. Emplastrum Halici seu Piscatoris, ex sinopide. Halici celebre, & multiplicis usus emplastrum nihil minus quam priora, Heras ita tradidit. Halici ad uetera, & quæ cicatricem ægre ducunt. Item digerit, præsertim in mammis duritias. P. timor eo tanquam optimo ad plurima. Cera pondus unam, argenti spumæ pondus minam, manna pondus denariorum octo, terebinthinæ denariorum pondus octo, chalbani denariorum pondus octo, sinopidis denariorum pondus octo, olei ueteris heminas duas. Oleum & argenti spuma dum non inquinat,

incoquantur, deinde cera resinaq; liquefactis ipsi, sublatisq; ab igne sinopidem immittito, & chalba E  
num, postea mannam. Idem facit ad marinorum ictus summe. Vfus quandoque eo sum in quodam a  
pasticina percusso, summoque dolore uexato, & mirifice proficit. Similiter & in ijs, qui a scorpione  
morsu erant. Haecenus Heras. Deinceps uero Critonis emplastra inspiciamus.

Que scripsit Crito.

Cap. 3.

Heras librum unum de medicamentorum compositione fecit, cui titulus est Nartex, id est medi-  
caminum promptuarium. Quinque uero tales Critonis praeter illos de exornatione seruantur. In  
quarto horum quinque emplastra praedictis similia specie commemorat. Quaedam ut Heras in totum  
simili modo confecta, non nulla insuper quorum Heras non commemorat, quae ego mox ordine appo-  
nam, non etiam si cuiusdam aliter quam ab Hera descripti mentionem facit, omittens, quemadmodum  
in Icesij emplastro factitasse apparet. Alia namque pondera & mensuras huius emplastri Crito scri-  
psit, sicut alij quidam, non ut Heras posuit. Incipiam igitur a primo Icesij, in cuius simplicium medica-  
mentorum pondere inter omnes non conuenit. *Emplastrum Icesij.* De Icesij medicamento haec ad  
uerbum Crito. Icesij ad omne uulnus recens, uetus, contusa, luxata, fracturas, phlegmonas, & om-  
nem dolorem, quem protinus sedat. Facit ad abscessus, phymata, strumas, carbunculos, parotidas, phy-  
gerthla, condylomata, imperigias, clauos, nigritias, haemorrhoidas phlegmone rentatas, fistulas, am-  
busta igne. Dilurum myrteo nel rosaceo, ualet ad ulcera, aculeos, tela, canum hominumque morsus,  
ferarum ictus. Item ad sanguinem cohibendum utitur, & loco malagmatis ad omnia. Oleum uero non  
adhibendum est. Iam hippicibus in linteolo collyrium adhibetur. Sin autem splenia semper maiora.  
Iuuat quoque hydropicos. Terrae ampeltridis, bituminis, argenti spumae, singulorum pondo minas. ij.  
cerae, thuris, terebinthinae, propolis, singulorum pondo [minas sex,] chalhani, silis, singulorum pon-  
do minae dimidium, myrrhae, gallae, iridis, singulorum denarium pondo duodecim, chalcitidis dena-  
rium pondo sex, mellis heminas. ij. olei omphacini congius duos, quidam heminas. ij. Ampeltris, bitu-  
men, argenti spuma cum oleo coquantur, humore prius expresso, ut fiant lauia. Incoquantur autem  
igne non acro, spatha ex tadarum ligno assidue mouentur, ne subsidant, nam citissime comburuntur,  
Quae liquari possunt, in alio uase liquefacto, melle prius seorsum cocto, ut cocant, ac in cacabo pul-  
chre confertis misceto: rursus enim resoluitur, his praemissis, deinde arida insperguntur aliquatenus re-  
frigerata, postremo thus. Ac ubi in unitatem coierint, utitor. Hanc scripturam ab Herodoro accepi.

Haec sane Crito de Icesio scripta reliquit. Videtur autem in simplicium medicamentorum unde totum  
componitur, symmetria ab Hera dissentire. Ac partim haec discordia manifesta est, partim dijudicari  
uix potest. Etenim Heras recte faciens omnium pharmacorum pondus in denarios rededit. Crito au-  
tem ampeltridem terram, bitumen, argenti spumam, non pro denariorum pondere scripsit, sed duas  
singulorum minas iniiciendas censuit. At ab his dissentit qui de ponderibus & mensuris scripserunt,  
quantum uidelicet minae pondus existat, non nulli enim sexdecim unciam esse dicunt, quidam uigin-  
ti, alij etiam distinctionem faciunt, Alexandrinam ponentes. xx. uncias pondere, aliam sexdecim, atq;  
hoc quidem adhuc leuius est. Verum ex his qui minam in denarios redigunt, alij centum, alij plurimum  
denariorum esse consulant: quia & unciam plerique septem denarios & semissem ualere malunt, alij  
septem duntaxat, reliqui octo. Haec cum ita se habeant, quot denariorum minam a Critone positam  
astimare oporteat, inuenire operosum est. Apparet autem in alijs quoque centum denariorum minam  
esse uelle, ac si ita res habet, duplicatam Icesij compositionem ab eo scribi putabimus, cum Heras triu-  
horum medicaminum priorum terrae ampeltridis, bituminis, & argenti spumae, singulorum denarios  
centum posuerit, Critone pondus in ducentos redigente. Videamus igitur an sequentia duplicata  
consentiant, quaedam namque apparent, quaedam non item. Meminit ergo post tria prima, cerae, thu-  
ris, terebinthinae, propolis, singulorum minae dimidium, hoc est denarios quinquaginta immittendum  
praecipiens. Etenim proposuimus tanquam mina centum denarijs ualeat, symmetriam esse scriptam.

Quod si est, in thure, pro manna uidelicet posito, Crito cum Hera conueniet: Parimodo in propoli. Et  
Non tamen terebinthina. Quippe uiginti quinque denarios Critonem scripsisse oportebat, cum Heras duo  
decim, & s. statuerit. Porro in cera maxime uiri controuersantur, discordantq;, quippe cum Heras cera  
omnino non iniiciat. Didicimus enim illius uim esse, mediocriter emollire. Ceterum apud Critonem  
deinceps scripta est, chalhani, silis, singulorum quarta minae portio. Atq; in hoc uir Heras suffragatur.  
Nam quarta pars minae, quae centum pendet denarios, uiginti quinque denarios efficiet, qui duplum sunt  
duodecim. s. ab Hera scriptorum. Iam uero a minae uocabulo digressus in sequentibus Crito myrrhae,  
gallae, iridis, singulorum denarios duodecim cum praedictis miscendos iubet, in hoc Herae consentiens.  
Siquidem ille sex cuiusque adijciendos praecipit. Inde uersus Crito chalcitidis denarios sex tradidit,  
hic non parum ab Hera discordans. Nam cum omnia duplicata sint, conueniebat & chalcitidem non  
sex, uerum quindecim denarios habere, ubi Heras septem & s. scripsit. In melle quidem uiri concordat  
sunt, cum Heras hemina uiam, Crito duas posuerit. Restat autem de oleo quaestio magna, non solum inter  
duos illos, sed alios quoque, qui medicamentum hoc scripserunt, sicut procedente sermone dicemus. Hi  
igitur inter se haecenus differunt, etenim Heras olei immaturi heminas sex scripsit: melius, u. sic q; ut alij  
quidam dixerunt, cyathos sex. Quippe in coctione argenti spuma, bitumen, terra ampeltris, ubi semicocta  
fuerint, rursus alia singula Heras imitanda existimat. Atqui semicocta fieri non possunt, cyathos sex immixtis,  
Scimus

A Scimus enim plerosque ex his qui pharmaca componunt, subinde centum argenti spumae denarijs,  
duas heminas indere. Atq; hoc iam etiam rotum antea in primo huius operis uolumine comprehen-  
sum est, nempe metallicorum quoque uncias nouem, heminam esse licere, sicut quidam putant. Quum  
& duodecim iniicere possimus, ut alij praecipunt, probe docti, si medicamen diutius coctum fuerit,  
(licebit autem hoc ipsum copiosiore oleo imposito.) maiore siccandi uim acquirere. Quod si ab igne  
statim sublatum fuerit, minus propter olei paucitatem exsiccatum, emolliitum autem magis, & ini-  
ciaturum. Quare sex cyathi omnino repudiandi sunt: sex autem heminae, quae singulae uncias nouem  
faciunt, iniiciende. At si largius medicamentum uoles incoquere, quo siccet euidentius, nihil obstat,  
etiam duodecim unciam heminas infundere. Itaque Hera sex heminas scribente, liquet Critonem  
duodecim heminas immittere oportuisse, ut simul in hoc, sicut in alijs duplicata mensura existat. Ve-  
rum scripti sunt ab eo, olei omphacini congi duo. Iterum hic quoque damnandi sunt, qui heminas  
duas posuerunt. Ergo si congium sex heminarum esse statuamus, uirorum consensus manebit: si uero  
non heminas sex, uerum sextarios sex ponamus, non parua discussio orietur: multa namque erit copia,  
ut ad portionem aliorum, si olei sextarios duodecim infundas. Haec quidem in praesentia de Herae &  
Critonis in proposito pharmaco discordia. Cum uero ad Andromachum uenerimus, dicetur itidem

B non nihil de illius cum utroque, partim consensu, partim controuersia. *Istiusmodi.* Idem hic quo-  
que praeparationem tradidit, ac simul non nihil ab Hera discessit, uisum mihi est etiam ab hoc scripta ad uer-  
bum subiungere. *Istius quam non nulli Epigonum uocant.* Per se ad squamarum abscessus facit item crassa  
ossium fragmenta inaequantia iuuat, linamento uel splenij modo imposita, ualet ad aculeos, omniumq;  
ferarum ictus, & morsus: sanat omnes punctus, & uulnera ferro facta in bello, & aliter: curat etiam  
fistulas imposita, & ut collyrium indita, discunt callos, & conglutinat. Alteri temperata ad omne uul-  
nus linamento, & splenij instar adhibita ualet, prodest ad maligna & diutina, ac ab alijs corrupta: in  
quibus derasis prius, medicamento diluto utitor, mirifice facit & ad sinus conglutinandos, dum ma-  
gni fuerint. Nam excaendis illis coniungendisque conuenit, linamento quoque imposita, tum per se,  
tum alteri mista, in quibus adenes aliquos, uel instas membranas eliquare uolumus. Utitor etiam ad  
fracturas cum uulnere & sine hoc. Callum enim ducit celerime, & partes affectas adstringit. Insu-  
per in quibus aliud malagma non proficit, ipsa exacte prodest, & ungues ex offendiculo uacillantes,  
uel confirmat, uel extrudit: & dentes exitu motos stabilis. Summatim infinita sunt, quibus differen-  
ter adhibita, conducit. Est autem & diluta haec: Inreperata pars una sumitur, cerati partes duae non-

C nunquam, atq; adhuc magis diluitur: sed usus & exercitatio in hoc requiritur: Fit namque ceratum in-  
terim & per resinam ptyrinam. Compositio autem talis est. Guttae ammoniaci, aeruginis rase, salis am-  
moniaci, squamae aris, aris usq; singulorum denarios octo, aluminis rotundi denarios sex, aristolochiae,  
thuris, singulorum pondo denarium octo, myrrhae, aloes, chalhani, singulorum denarium pondo duo-  
decim, cerae pondo denarium octo, resinae colophonae pondo denarium sex, non nulli terebinthinae tan-  
tundem, olei ueteris heminas duas, acetii heminas. ij. Epigonus uero & dracunculi radice succi denarium  
pondo duodecim, & manubij succi tantundem, & serenos succi denarium pondo octo. Omnia diligen-  
ter contusa ac cribrata mortario iniiciuntur, ac paulatim acetum in sole affunditur, donec terendo totum  
acetum consumatur. Vbi leue factum fuerit, liquefacta & refrigerata raseq; diligenter, ijs quae in mor-  
tario sunt, admiscetur, ac subacta excipiuntur. Haec scripsit Crito. Ego uero sine liquore serenos ip-  
sam praeparavi, & non nunquam de alumine ademi, usq; sum in neruorum uulneribus hoc medicame-  
to simili modo, quo medicamento quod ex metallicis confectum est, quod in sermone neruorum uul-  
neratorum scriptum est: nam ualentis efficaciter, aceto acerrimo undiq; circumfusum, reponitur, & die-  
bus circiter quindecim emollitur. *Medicamentum Macharionis.* Celebre simul & multi usus est. Con-  
uenit affectibus ulcerum, de quibus totus hic liber scribitur. Sic autem Crito ipsum protulit ad uerbum.

D *Macharionis.* Ad omnia recentia uulnera: conglutinat, & phlegmonem arcet praefertim ubi contusio  
fuerit, Rabioli canis morsum summe curat, amphiori loco impositum ac mutatum frequentissime: pi-  
lula quoque modo sumptum fabae magnitudinis diebus. xxx. ad omnem passionem facit, maxime pha-  
gedanicam. Item ad animum, naturaliumq; uulnera, in ossibus denudatis carnem producit, natium ule-  
ra sanat. Est etiam uiride, diluitur rosaceo uel omphacino. Haec recipit. Aristolochiae rotunda, pondo  
unciam, chalhani pondo unciam, popanacis pondo unciam, aeruginis rase pondo unciam, iridis illy-  
rica pondo unciam, guttae ammoniaci pondo unciam, myrrhae pondo unciam, terebinthinae pondo un-  
cias. vij. & s. cerae drach. lx. s. olei omphacini pondo uncias. vij. & s. Dimidium olei cum aerugine ad he-  
morem teritur, reliquum cum cera & terebinthina coquitur. *Dysrachitis Damocrae ad uerbum.* Et hoc  
ex celeberrimorum lareq; usu patentium pharmacorum numero existit, scribit de eo Crito hunc in modum.  
*Dysrachitis.* Mirum in modum facit ad sinus callo undiq; circumdatos, & fistulas, impositum: si orificium  
sit, quod linteolum medicamento illitum queat excipere, imposito, ac citius proficiet. Utitor eius uirtute  
in humectis, fluentibus, & diutinis dispositionibus, tertio quoque die ut plurimum ipsum mutans. Po-  
dagricos quoque iuuat mirifice in accessionis principio illitum ac in latu circumpositum, qui & ad consuetas  
ambulationes, & uitae usus dimittantur: citra balneum ad triduum, diesq; aliquot permaneant. Non enim  
materiam dat accessum ut affectus increseat. Conuenitq; omni ulcere ad sex partes cerato admixtum: in-



uetera scens melius euadit. Aluminis rotundi denarium pondo octo, squamæ denarium pondo duode-

\*Al. xx.

Qvod ex salicibus constat, præclarum & in multos usus idoneum similiter prædictis, Crito hæc

†Al. duas.

His annuntiantur ex supra scriptis, tum quod ad Halieum refertur ab omnibus cognitis, tum quod

†Alis. ix.

A tito, ac subigito, excipiensque utitor. Ex si fiammo sacrum, uirtute mirandum. Benefacit neruis museu-

† & uiginti  
alia additur.

† Al. aristolo-  
chia, singulo-  
rum denarij  
pondo sex.  
† aristolochia  
hoc loco  
ponere eodẽ  
habetur.

† Al. additur la-  
pideus pon-  
do uncias, xij.

† Al. unc. iij.

† Al. quinque.

† Al. duodec. s.

† Al. quinqua-  
poma.

† Al. an.

Emplastrum nauj usus, simul & cicatricem ægre ducentibus idonea hoc in libro per censere statui, ex





Emplastrum ex dictamno Damocratis.

Cap. 10. B

Diximus frequenter metricas scriptiones non solum ad memoriam, sed etiam ad misturas exacte commensurandas prosa oratione conscriptis esse commodiores. Cuius gratia etiam nunc medicamentum ex dictamno perfectam in Damocratis scriptis symmetriam perscrvans apposui.

Emplastrum unum insignium numero adscribitur. Soluntq; quod recipit dictamnum creticum. Dictum, medetur prospere serpentium. Percussibus uenenatis, ac moribus. Quadrupedum cunctorum, et si rabies quaedam agat. Iuuat ulcerum callos, & nervos perditos, Et musculos, & alto charitilagine. Corpore putrescentes, quae incumbunt ossibus. Collis, mamillarum, dorsi quoque ulcera. Perlanat, & diu si tam durauerint. Ac omnia simul, quae facere paulo antea dixi, emplastrum nomine scilicet Aegyptium. Hoc ad modum cum sit, bonum quidem omnibus. Vnum bonis reputant usu praestantius, Haudquaquam nempe experti multa pharmaca, Concinnatur misturis his. Lithargyri Drachmas habet ducentas, istis additur Olei uetusti librae quarta portio, Alij magis quartam uolunt partem heminae. Et quinquaginta cerae drachmas ponticae, Colophonae probaeq; plus cera duplo. Alij malunt terebinthinae partem modum. Aeruginis quoq; aloes necnon indicae, Item combustis aris & diphrygis boni Cuiusq; sexdecim, semissemq; ponito. Quaternas & uigenas drachmas chalbanum, Mannae partes thurisq; bis duodecim, Ammoniaci uiginti bisq; & quinq; bis. Et sexdecim iungantur propolis articae, Aristolochiae longae his drachmae decem, Aeris cyprij squamae drachmae duodecim, Et gentiana radice siccissime. Aequale, cunctis herbae his dictamni quoq; Siccae, sed habentis florem, drachmas bis decem. Laevis. Lithargyrum at cum oleo demittito. Olla recentis, cui patulum os figulus dedit. Pruna leni coques, mouens radícula. Quosque spissitudo mellis attici. Fiar. [Paribus at squamae immixtis partibus.] Rursus magis coquas, ac postquam pharmacum Giluum fuerit, as misceas & diphryges. Crassumq; reddens pharmacum, ut non polluat, Ceram, resinamq; una dictis addito. Quibus liquatis, ubi probe coeuerit. Emplastrum, ab igne tolles, cumq; adieceris Propolimq; mannamq;, aloem, atq; chalbanum, Ammoniacumq;: tunc ubi refluxerit, Feruorq; ignitus pharmaci subsederit, Aristolochiam perquam leuissimam, Et gentianam dictamnumq; inspergito, Spatha atq; medicamentum agitando sedulo, Manibus tibi magdalias ipse effingens habe, Ea; mala ad quae cumq; est praedictum, uritor.

De pastillis Asclepiadis.

Cap. 11.

Quemadmodum emplastra a colore, non a facultatis professione nominant quidam medici melina, candida, fulca, & gilua, ita pastillos, graece trochiscus, ab efformationis figura uocant, non ad unum affectum sed ad admodum multos conferentes. Nos quoq; igitur ipsos imitari, deinceps omnes

A omnes praclaros siue pastillos, siue orbiculos (utroque enim nomine appellantur) describemus. Recte autem illi singulis, quid possent efficere, praeposuerunt, praesertim Asclepiades, cuius etiam primi pharmaca, quae in tertio de exterioribus libro prodidit, apponam. Pastillus Asclepiadis. Aristarchi Tharsei pastillus ad plura uiculis, facit ad recentia uulnera & uetera, prodest teredinibus, & fanis: curat fistulas, aures suppurantes, ossa corrupta, nomas: reprimunt omnem carnis excessum, tollit pterygia: ualer ad uteri affectus: sanat ozanas, phagedanas, condylomata: iuuat inueterata & quae difficilem curationem habent: utilis est principio phthisicis, lienosis, coeliacis, dysentericis, tribus obolis in potu famulari datus: succurrit synanchicis, gingiuarum nomis, in summa exterioribus & interioribus uicij auxiliatur. Myrrhae denarium pondo sex, croci denarium pondo trium, crocomagnatis denarium pondo trium, cytinorum denarium pondo sex, chalcantii denarium pondo sex, aluminis scissilis denarium pondo sex, aloes denarium pondo sex, uino salerno excipiuntur, suntq; orbiculi seu pastilli, & in umbra de siccantur, ubi usus necessitas est, humido congruenti diluantur ad commemoratos affectus. Pastillus Neapolitani. Myrrhae, thuris, singulorum denarium pondo sex, galle, lycij, aluminis crocomagnatis, aloes, singulorum pondo denarium octo, cytinorum denarium pondo duodecim, aeris denarium pondo octo, uino salerno excipiuntur, Andronius inscriptus. Cytinorum denarium pondo decem, scissilis denarium pondo iij, chalcantii denarium pondo xij, myrrhae denarium pondo iij, thuris, aristolochiae, galle immaturae, singulorum denarium pondo octo, passi heminas duas. Apud Heraclidem uero ita habet. Malicorij denarium pondo x, aristolochiae denarium pondo viij, gallarum denarium pondo viij, salis ammoniaci, thuris, scissilis, denarium pondo iij, chalcantii denarium pondo ij, myrrhae denarium pondo octo, aluminis scissilis denarium pondo v, thuris denarium pondo iij, aloes denarium pondo viij, chalcantii denarium pondo ij, fellis taurini denarium pondo sex, uino dulci excipiuntur.

Coracine sphaeragis. Facit ad tonsillarum phlegmonas, & uenas laxatas, gingiuas madentes resiccat, nomas curat, & sedis affectus: fistulis callum excirrit, Aristolochiae creticae rotunda, cytinorum, chalcitidis, thuris, myrrhae, chalcantii, crocomagnatis, aloes indicae, fellis taurini, singulorum pondo denarium octo, passi quantum satis est. Pastillus ad nomas. Brathyos denarium pondo \* quinquaginta, myrrhae denarium pondo trium, foreos, \* cyprii, chalcantii, thuris, singulorum denarium pondo duum, uino excipiuntur. Aliae scripturae habent, oleae foliorum denarium pondo duum, myrti siccae, orcheos herbae, utriusque denarium pondo iij, arsenici, quod auripigmentum uocant, denarij pondo unius, myrrhae denarium pondo iij. Ex scriptis Heraclidis. Orcheos denarium pondo duum, arsenici denarium pondo iij, galle denarium pondo octo, squamae denarium pondo sex, foreos denarium pondo \* octo, myrrhae denarium pondo duum, thuris denarium pondo duum, acaciae succi denarium pondo duum, uino excipiuntur. Pastillus ex sphaeragis inscriptus. Malicorij, myrti foliorum, nucis putaminum siccorum, spinae fructus, singulorum denarium pondo octo, galle denarium pondo iij, salis fossij denarium pondo \* octo. Omnia comminuuntur, triabilia in aceto macerantur, ac in uas fictile conijciuntur, deinde torrentur, & cum aceto laeuigantur. Vbi bene habuerint, myrrhae denarios, iij, thuris denarios, ij, iniicito, & pastillos fingito, usus eius est cum aceto. Pastillus, qui a Terentio inscribitur Sypticus, hoc est adstringens, facit ad quamlibet nomam & omni affectus. Sandarachae, misyos, chalcantii, aluminis scissilis, singulorum pondo denarium duum, myrrhae, squamae aeris, aloes, chalcitidis, singulorum pondo denarium trium, cytinorum mali punici, rosarum floris, galle, singulorum pondo denarium iij, acaciae succi pondo denarium octo, mali granati putaminum pondo denarium octo, excipiuntur myrtorum decocto ad dimidias coctorum. Pastillus ad serpentinae. Aene ad Hierpetas. Terrae cimoliae pondo denarium octo, misyos torridi denarium pondo \* sexdecim, minij sinopici pondo denarium trium. Singula cum aqua seorsum terito, deinde simul miscens in pastillos digerito, usus est ex aceto. Alius ex origano. Origani, oleae foliorum, acaciae, chalcantii, salis hispani, singulorum denarium pondo duum, aceto excipiuntur. Ex collectaneis

\* Alii. In aliquibus haec dictio non est.

\* Alii.

\* Alii. Alia. C. p. o. haec.

\* Alii. sex.

Al. o. c. ii.

T Aeruginis & squamae laeuant.

Argenti spumae, uel cerussae pondo denarium triginta octo, aluminis scissilis pondo denarium xij, acaciae pondo denarium viij, croci, thuris, dipterygis, opij, singulorum pondo denarium duum, ex aqua terito, ac formato pastillos, usus est ex aqua. Aliud ualde generosum. Aluminis rotundi, chalcitidis, cretae sutoriae seu melanteriae uel foreos, singulorum denarium pondo decem, aceti sextarium. Mali cortex in aceto decoquitur, ac cum dissolutus fuerit, teritur cum acacia, postea ceteris adijciuntur, & ubi bene habent, sunt pastilli, cum opus est, diluantur aqua. Pastillus Threpti ad serpentina ulcera: & ubi passionem oportet sistere. Facit etiam ad oris uicia, ad aures suppuratas, item cutis uicia quae exanthemata uocant, tollit. Carnis excessum reprimunt. Narium ulcera, & sedis affectus sanat. Corticis malorum punicorum pondo denarium decem, galle omphacitidis pondo denarium octo, aristolochiae tantundem, aloes pondo denarium iij, myrrhae pondo denarium octo, scissilis pondo denarium duum, thuris pondo denarium quatuor, chalcantii pondo denarium quatuor, passo excipiuntur. Pastillus Cibus Hieracis Thebani, ex uiscarijs, facit ad capitis ulcera, epiphytidias, & narium ulcera, quae Graeci physitracas nominant, iuuat rhagadas, & quaeuunque citra dolorem ad cicatricem uales ducere. Cerussae pondo libram, spumae argenti pondo libras decem aluminis scissilis, haliacacabi, hoc est uiscariae corticis, chalcantii, sinopidis, singulorum pondo scilicet libram, aceto excipiuntur. Licij Praeceptoris pharmaceutum confectum. Aluminis, aeruginis corinthiae, minij synopici, singulorum



singulorum mensuram heminae aequalem, aceto diluuntur. *Ex libris. Arci ad pforas depascentes; serpentina, E*  
*carneum excrecentem, pterygia, aures suppurantes, pleura curatu difficilia, sinas rhagadas & condylomata.* Scissilis mi-  
 nij sinopici, arguinis rax, gummi, gallae, cytinorum, singulorum pares portiones aceto diluuntur. *Magis Philadelphi ad praeditas dispositiones.* Aluminis fiffi, arguinis corinthiae, chalcitidis, minij sinopici,  
 gummi, singulorum pares mensurae partes, aceto subiguntur. *Pastillus ad Erysipelata.* Croci pondo de-  
 narij unius, opij tantundem, cerussa pondo denarium duum, passo diluuntur. *Alia lectio habet, glaucij*  
 pondo denarium octo. *Andromachi Crocosus.* Argenti spumae pondo denarium tquatuor, hoc est un-  
 ciae dimidium, cerussa uncias quatuor, sulfuris ignem no experti pondo unciam, croci, opij, singulorum  
 pondo unciam unam, succo solani excipiuntur. *Cum opus est, passo diluuntur. Caij Neapolitani.* Ce-  
 russa, acaciae, glaucij, opij, cuiusque parem mensuram, passo subigito, & continue perungito. *Aliud, Ce*  
 russa, acaciae, singulorum pondo denariorum octo, guttae ammoniaci pondo denarium quatuor, croci  
 pondo denarium duum, opij pondo denariorum duum, succi polygoni, uel fereseos, uel solani, uel cy-  
 noglossi. *Ex libris. Agathini.* Cerussa pondo denariorum sex, mannae thuris, singulorum denarij pon-  
 do unius, crocomagmatis, sulfuris ignem non experti, singulorum pondo denarium duum, ex onis alla-  
 tis uitelotum pondo denariorum sex, passo excipito. *Ad Rhagadas & condylomata, curat etiam ani rhaga*  
*das & nomas, Menesthei pharmacum.* Aloes pondo uncias sex, croci pondo uncias tres, aluminis fiffi pondo  
 uncias tres, uino diluuntur, & sunt pastilli, in uis liquor dispositioni respondeat. *Apolkophanis, ad rha-*  
*gadas & condylomata.* Stimneos denarium pondo octo, acaciae denarium pondo sex, arguinis denarij  
 pondo unius, opij denarium pondo duum, thuris denarij pondo unius, s. myrrhae denarium pondo  
 duum, gummi denarium pondo quatuor, uino maris experte pastillos fingito. *Pi Nicolau.* Stimneos  
 pondo denarium octo, acaciae tantundem, arguinis pondo denarij unius, opij pondo denariorum trium,  
 myrrhae pondo denarium quatuor, gummi tantundem, uino excipito. *Magis ad rhagadas, & condyloma-*  
*ta fiffi nomas.* Aloes pondo denarium octo, acaciae pondo denarium quatuor, galle pondo denariorum  
 duum, croci pondo denariorum duum, thuris pondo denarij unius, myrrhae pondo denarij unius, uino  
 subiguntur. *Pastillus diachylon, idest ex succis inscriptus, ad nomas & scabiosos affectus.* Licij indicij, aloes indi-  
 cae, myrrhae, aris, aluminis sciffi, chalcantii, cytinorum, thuris, singulorum pondo denarij quatuor, sac-  
 ci myrtorum heminae dimidium, composito, & in pastillos digerito. *Petronij pastillus, qui Virtus appella-*  
*tur, medicamentum ad rhagadas, & condylomata, in magnis doloribus ac commo datum, & cito liberat.* Stimneos, aca-  
 ciae, plumbi combusti & eloti, singulorum pondo denarium sexdecim, cineris cyprij, ericae fructus, alu-  
 minis fiffi, thuris, chalcantii, myrrhae, opij, singulorum pondo denarium octo uino excipiuntur, & sunt  
 pastilli. *Cum utendum erit passo diluuntur.*

Pastilli ab Andromacho conscripti libro de exterioribus.

Cap. 12.

**P**astillus Darij, qui per anium immititur. Stimneos pondo denarium sexdecim, acaciae tantundem,  
 alij octo, arguinis pondo denarium xxx. succi papaueris pondo denarium trium, quidam duum,  
 gummi pondo denariorum iij. myrrhae pondo denarij unius, thuris pondo denariorum trium, alij unius,  
 uino uel ut alij aqua diluuntur. *Pastillus multiplicis usus & pus educens, & relaxans.* Corticis thuris pon-  
 do denariorum duum, aris squamae pondo denariorum iij. cum uino factos ex melle diluito. *Musa re-*  
*medium.* Aluminis sciffi, aloes, myrrhae, chalcantii, singulorum pondo denarium sex, croci, crocomag-  
 matis, singulorum pondo denarium trium, cytinorum pondo denarium iij. mullto ex salerno facto exci-  
 piuntur. *Ad erysipelata ex Agathocle.* Cerussa pondo denarium viij. aluminis rotundi, crocomagmatis,  
 sulfuris ignem non experti, singulorum pondo denarium duum, tritis solani succo superfunditur, & pa-  
 stilli, dum uisus postulat, uino austero formantur. *Isidori ad uomas.* Lana succidae pondo denarij xxx.  
 scobis plumbi, squamae, bituminis, singulorum pondo denarij x. aluminis fiffi, rotundi, mali punici cor-  
 ticis, gallae, misyos, chalcitidis, thuris, singulorum pondo denarium v. myrrhae pondo denarium duum,  
 amurcae heminas octo, uel siccae quinque. *Pastillus niger quo utor.* Mallcorij denarium pondo x. aristo-  
 lochia, gallae, singulorum pondo denarium viij. aluminis fiffi, aloes, singulorum pondo denarium iij. H  
 myrrhae, chalcantii pondo denarium duum, thuris pondo denarium iij. uino excipiuntur. *Ercum res*  
 exiget, uino dulci diluuntur. *Pastillus ex vesicarijs.* Argenti spumae pondo denarium \* uiginti quatuor,  
 cerussa pondo denarium xij. uel \* uiginti quatuor, haliacabi radiceis pondo denarium viij. chalcantii,  
 aluminis sciffi, singulorum pondo denarium iij. minij quantum ad colorem accipiendum satis est, ex  
 aqua subiguntur. *Pastillus ex origano.* Oleae foliorum uiridium pondo denarium viij. mali punici cor-  
 ticis pondo denarium sex, organij pondo denarium iij. acaciae pondo denarium xij. chalcitidis, alumi-  
 nis sciffi, misyos, singulorum pondo denarium iij. uino austero diluuntur. *Pastillus ex rhu.* Gallae pon-  
 do denarium trium, acaciae pondo denarium iij. chalcantii pondo denarium v. chalcitidis † [denarij  
 dimidium,] aluminis fiffi pondo denarium viij. rotundi pondo denarium iij. misyos pondo denarium  
 trium, malicorij pondo denarium v. squamae pondo denarium iij. myrrhae, aloes, aristolochiae, singulo-  
 rum pondo denarium duum, thuris corticis pondo denarium quatuor, taurocolleae pondo denarium  
 trium, rhu excoctarij choenicis quartam partem, alij dimidium, aceti heminam unam & s. ex quo rhus  
 madefier ac teretur. *Polyide spiragis.* Aluminis fiffi pondo denarium trium, thuris pondo denarium  
 iij. myrrhae tantundem, uel pondo denarium viij. chalcantii pondo denarium duum, cytinorum pon-  
 do denarium xij. fellis taurini pondo denarium sex, aloes pondo denarij viij. uino austero excipiuntur.

Pastillus

† Al. xxxviij.  
 hoc est uocij  
 † Al. viij.  
 † Al. Melius.  
 † Al. iij.  
 † Al. duorum.  
 † In aliquibus  
 non sunt haec  
 uerba.  
 † Al. denarij  
 pondo xx.  
 † Al. iij.  
 † Al. x.  
 † Al. denarij  
 pondo dimid.

**A** Pastillus Andronius. Cytinorum pondo denarium x. gallae pondo denarium viij. myrrhae pondo dena-  
 rium iij. secundum alios \* octodecim, aristolochiae pondo denarium iij. chalcantii pondo denarium  
 duum, aluminis fiffi tantundem, alij pondo denarium iij. misyos cyprij pondo denarij ij. passo diluun-  
 tur. *Utere ad multa poly chresto pharmaco.* *Pastillus Achille.* Spumae, misyos, aloes, singulorum pon-  
 do denarium duum, aristolochiae pondo denarium viij. aluminis fiffi pondo denarium quatuor, myrrhae  
 pondo denarium \* duum, corticis mali punici pondo denariorum octo, fellis taurini pondo denariorum  
 duum, aceto subiguntur. *Pastillus ad nomas Isidori celebris.* Manna thuris singulorum pondo denarium  
 xxx. cytinorum, aluminis fiffi, gallae, cuiusque pondo denariorum viij. chalcantii, aristolochiae, myrrhae,  
 misyos cyprij, calcis uiuae, singulorum pondo denariorum x. acaciae pondo denariorum viij. excipiuntur  
 uino, uel aceto, & lauigata v sui sunt. *Pastillus alius ad multa.* Gallae pondo denariorum viij. cytino-  
 rum pondo denariorum xij. aris combusti pondo denariorum viij. arguinis pondo denariorum sex,  
 aluminis fiffi pondo denariorum viij. chalcantii, acaciae, fellis taurini, thuris, aloes, lycij, myrrhae, alias  
 & misyos, singulorum pondo denariorum viij. Sub canis astu multo aceto reuertur. *Pastillus Apollo-*  
*nij Archibrazoris Smilinis t ut Alcinon in usum multiplicem.* Cerussa pondo denarium decem, argenti spu-  
 mae pondo denariorum v. aloes pondo denariorum \* quinquaginta, aluminis fiffi pondo denariorum  
 iij. thuris pondo denariorum quatuor, myrrhae pondo denarij unius, cimoliae pondo denariorum xxxv.  
 uino excipiuntur, interim cum uino, & rosaceo utitor. *Ad erysipelata quo utor.* Argenti spumae pondo  
 libras septem, cerussa pondo denarij unius, opij, [sulfuris ignem non experti,] croci, singulorum pon-  
 do uncias tres, passo excipiuntur. *Cum usus est, passo diluuntur. Glaucij ad multa faciens.* Aluminis li-  
 quidi pondo denariorum c. myrrhae pondo denariorum octo, croci pondo denariorum viij. passo diluun-  
 tur. *Ad erysipelata bonus.* Acaciae pondo denariorum octo, misyos pondo denariorum iij. opij pon-  
 do denariorum duum, thuris pondo denariorum quatuor. *Cum aceto excipiuntur, facit etiam ad her-*  
*petas. Alius ad eadem.* Opij pondo denariorum quatuor, acaciae pondo denariorum quatuor, diphry-  
 gis pondo denariorum quatuor, aluminis fiffi pondo denariorum quatuor, ex aqua diluuntur, cum ace-  
 to utitor. *Alius ad erysipelata.* Cerussa pondo denariorum viij. sulfuris ignem non experti pondo de-  
 nariorum quatuor, papaueris pondo denariorum duum, ruta foliorum pondo denariorum duum, alu-  
 minis fiffi pondo denarium iij, cimoliae pondo denarium duum, amyli pondo denariorum duum, mel-  
 le & aceto diluuntur. *Ad herpes Tyberij Caesaris.* Diphrygis, meconij, aluminis fiffi, acaciae, singulo-  
 rum pondo uncias tres, aceto uel aqua diluuntur utitor. *Ceramitis usus multiplicis.* Arsenici denariorum  
 C pondo trigintaduum, aristolochiae denarium pondo trigintaduum, alij octo, iridis denariorum pondo  
 trigintaduum, gallae pondo denariorum sexdecim, alij octo, aluminis rotundi denariorum pondo sex,  
 chalcitidis denariorum pondo sex, squamae aris denariorum pondo sexdecim, chalcantii denariorum  
 pondo octo, resinae siccae denariorum pondo octo, aceti congios quatuor, caniculae sub astu aereo mor-  
 tario & cochleario lauigantur. *Quod si aereum mortarium non habeas, squamae minam inijecto, quae*  
*ualet denarijs centum.* *Pastillus cognomento Bithynus in Sicilia confectus ad nomas, fistulas, pterygia, cum duplici*  
*cerato, ad herpes, erysipelata, & alia.* Mali punici corticis denarium pondo sex, gallae denarium pondo vi.  
 iridis thyricea denarium pondo iij. aristolochiae denarium pondo sex, chalcantii denarium pondo iij.  
 aluminis fiffi denarium pondo sex, chalcitidis denarium pondo sex, misyos denarium pondo trium, ni-  
 tri denarium pondo ij. thuris denarium pondo duum, cadmiae denarium pondo sex, aris squamae dena-  
 rium pondo iij. Chrysocollae denarium pondo duum. † Ex aceto sub caniculae astu praeparato. *Pas-*  
*stillus ad condylomata, & ani inflammationes, & pterygia.* Thuris, acaciae, stimneos singulorum denarium pondo  
 ij. arguinis, myrrhae, opij papaueris, gummi, nardi ceiticae, singulorum denariorum pondo ij. sex uino  
 austero trita inunguntur.

Arida varia speciei seu generis, a pronominae autioribus indicata, quibus singula conueniant.

Qua scripsit Andromachus in calce operis de exterioribus.

Cap. 13.

**A**ridum exedens sine morfu, sandarachae denariorum pondo \* duorum, arsenici denariorum pon-  
 do ij. chalcis uiuae denariorum pondo iij. mannae denariorum pondo iij. tritis utitor. *Facultas*  
*sanguinem comprimens, qua utor.* Chalcitidis, misyos, mannae singulorum denariorum pondo iij. alij ij. tri-  
 tis utitor. *Flaua, qua utor.* Chalcitidis pondo denariorum, c. attamenti furorij, Graeci uocant chalcant-  
 ion, denariorum pondo. l. misyos torrefacti denariorum pondo xxv. aris combusti denariorum pon-  
 do xij. & s. lauigatis utitor. *Sanguinem supprimens, magna.* Misyos cyprij denariorum pondo viij. atra-  
 menti furorij rotidem, corticis piceae denariorum pondo iij. mannae thuris denariorum pondo iij. squa-  
 mae aris denariorum pondo iij. aris utri denariorum pondo xv. chalcitidis denariorum pondo xv. cal-  
 cis uiuae denariorum pondo \* octo, alij denariorum pondo xxx. gypsi torrefacti denariorum pondo  
 iij. alij v. tritis utitor. *Sanguinem cohibens \* Aphrode.* Chalcitidis denariorum pondo sex, mannae thu-  
 ris denariorum pondo ij. resinae terebinthinae, siccae, singulorum denariorum pondo iij. utere tritis ad  
 haemorrhoidas. *Aliud ut Harpocras.* Sandarachae denariorum pondo ij. arsenici denariorum pondo  
 iij. calcis uiuae denariorum pondo viij. Pastillos fingito ex aqua diebus xxx. terens, & sic inungito.  
*Aliud ad haemorrhoidas quo utor.* Arsenici denariorum pondo viij. sandarachae denariorum pondo viij. ela-  
 zelij denarium pondo iij. thapsiae denariorum pondo ij. chrysocollae denarium pondo iij. calcis uiuae  
 denariorum

† Al. xxxviij.  
 † Al. iij.  
 † Al. Melius.  
 † Al. iij.  
 † Al. duorum.  
 † In aliquibus  
 non sunt haec  
 uerba.  
 † Al. denarij  
 pondo xx.  
 † Al. iij.  
 † Al. x.  
 † Al. denarij  
 pondo dimid.







GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Hic quoque multiplicis usus emplastra declarantur, maxime vero quæ ad nomas faciunt, quæ item attrahunt, digerunt, & discutunt.

Quid differant ulcera ægre curabilia a nominis, & de vsu methodi componendorum medicamentorum.

Cap. I.



**S**UPERIORE commentario emplastra dicta Græce polychresta, quod multis conueniant affectibus, distinguentes, ea collegimus quæ præterquam alijs, etiam ulceribus ægre ad sanitatem peruenientibus mederi pollicentur: in presentia uero ad aliud emplastrorum genus multiplici usui accommodatum digrediar: quæ singula tum ad alia multa faciunt, tum ad particulas putrescentes, aliter affectas, quam ulcera quæ proprie dyslherapeuta, i. curatu difficilia nuncupantur. Etenim has putrilago depascitur, eoque turba medicorum hos affectus nomas, i. de passionibus appellat: illa uero uno loco sine putrilagine circumscripta sunt, ut & phagedæna dictæ, uicina quidem depascunt, non tamen ea putrefaciunt febresque inferunt, quod ijs, quæ depassionem cum putrilagine sustinent, accidere consuevit. Summa curationis erat in prædicto ulcerum ægre curabilium genere, (churonia quoque uocant) medicamenta inuenire, quatenus licet mordacitatis expertia, ualide autem exiccantia. At hæc quæ nunc scribentur, omnia mordacia sunt, si quis ipsis solis, non cerato temperatis utatur. Quæ autem cerato miscentur, purgare quidem ulcus sordidum & carne replere possunt: atque etiam duritiem quandam & tensionem discutere, non autem difficilia curatu sanare. Indicant ipsorum uirtutem affectibus quibus bene adhiberi credita sunt. Quod iam superius admonui, & nunc dicturus sum, meminisse uidelicet oportere illorum quæ in opere de simplicibus medicamentis prodita sunt. In cuius primis quinto lib. methodi seu rationem exposui, quæ medicaminum facultates inueniantur, simul quoque in pluribus exemplis eius exercitatione propostis: in sequentibus uero singulorum nominari mentionem feci. Nam illorum memor, ex facili rationem eorum qui hæc pharmaca a nobis modo propostis composuerunt, assequeris, & uidelicet ipse quoque alia conficiens, quocumque tempore prius expertorum inopia laboraueris: multa siquidem huiusmodi non paucis contingunt in itinere, cum alio, tum maxime nauali. Quandoquidem etiam in patria quidam manentes, pharmacorum apparatus, unde ægros curabant, amiserunt, ut præ tristitia ipsi rabefacti, perierint. Optimum igitur medicamenta tam explorata secundum dictam methodum usurpare: sin autem, ut dixi, non nunquam hæc desideremus, habitum talem nos habere, quo similia iam abude expertis possumus componere: quemadmodum & me sæpe agentem in itinere & alibi uidisti. Non nulla igitur, quæ proprio Marte in huiusmodi temporum occasionibus condidi, postquam experientia probassem, nihil opiora uel celebratissimis apparuerunt. Nam primam ipsorum compositionem ex coniectura artificiali molimur, postea uero cum non nulla per experimentum probatissima uisa fuerint, non nulla a seopo absumt, secunda rursus correctio fit, & tertia non nunquam, qua ad perfectionem eius quod præstare uolumus, ipsa redigimus. At sine methodo, & in prioribus & in therapeuticis libris exposita, uti prædictis recte nemo potest, tantum abest ut similia ipsis conficiat. Iam igitur huiusmodi emplastra exordiar. Emplastrum diabotanoni, i. ex herbis appellatum, prope omnes, qui insignia emplastra in uno libro uel pluribus collegerunt, tradidere, non multum in uisituræ simplicium pharmacorum symmetria discrepantes. Incipiam ergo & hic a Critone emplastra prius illa commemorans, quæ in quarto de simplicibus medicamentis, ita ad uerbum iteris mandauit.

Emplastrum diabotanoni, i. ex herbis, Critonis.

Cap. 2.

**E**mplastrum ex herbis quo utor, facit ad carcinomata, putredines, strumas: ad suppurationem perducit, & exprimit: lepras amouet, furunculos soluit, podagricis prodest, callosas durities emollit. Idem cephalicum sine foratione, squamas tollit, ossa educit, aliquatenus tamen ossa abradit: idem ad neruorum uulnera & ad nomas linamento exceptum ualeat, respingat, implet cum rosaceo cerato: una ipsius parte ad duas cerati, interdum tres uel quatuor adiecta. Cum myrto cerato duabus partibus uel tribus cicatricem ducit. Herbarum ex siccis locis maritimis, anagallidis, quæ coeruleum florem habet, papaueris ceratidis, marrubij, alterci foliorum tenerorum, singulorum denarium pondus lvi. Hæc in pilam seu mortarium coniecta uentur, quousque contusa sint ac dissoluta duntaxat, ne eorum succus absumatur, postea iniecta in mortarium terantur: in alio autem mortario habentur squamæ aris rubri denarij xviij. manna denarij octo, resinae pitynae sicæ denarij xviij. aloes rotidem, sissi aluminis denarij iij. rotundi rotidem. Hæc in sole lenigantur, ut sordium crassitudinem cum aceto habeant. Deinde herba mistæ, donec probe coeant, terantur: postea ceratum facio [ex chixæ ceræ denarij centum,] secundum

\* Al. xx. t. Al. lxx. p. i. quæ b. ceræ chixæ ceræ denarij centum.

per genera. Lib. VI.

**A**dum alios mina, olei ueteris heminis duobus radito & misceto. Heras ira. Quidam uero duas anagallidas immittunt, aliqui & chrysolollæ, & terra erethriadis, & salis ammoniaci, & arripigmeti, & scissilis, singulorum denarios. iij. Porro quæ Atelepiades de hoc emplastro præceperit, cum in præcedenti libro indicata, tum quia his ferè similia sunt, supernacuum mihi uidetur de uero de ipsis scribere. eodem omnibus sermonem nunc aggressuro. Primum sanè qui medicamentum hoc composuit, herbis acerbis usus est, ut humores prauos affectibus partibus infixos uehementer digereret. Atque ideo ex siccis & maritimis locis esse iubet. Contrarietas autem ipsis alias frigida uirtutis usurpauit, ad acrium uehementiam leniendam mitigandamque: quales sunt altercum, & papauer. Habent. n. quippiam etiam doloris mitigatorum, puta stupidam refrigerationem propinquis partibus inferentes. Stupor. n. mediocris, dolorem soluit, ait Hippocrates. Apposuit autem ex metallis quoque aris squamam, & alumen scissile: de quibus prius diximus, quod sanè utrunque medicamen ulceribus malignis conuenit. Aloem uero miscuit ex ijs, quæ adstringunt, & sine morfu exiccant medicamentis. Item mannam ex ijs, quæ concoquunt, leniunt, & ad suppurationem perducunt: pitynam uero materiam emplastro conficiendo idoneam, sicut & ceram & oleum. At simul cum hoc acrium medicamentum uehementiam ipsa mitigant: pityna tamen etiam siccare potest, & quo siccius, hoc magis, qualem iniicere præcipit. Non nullos ait miscuisse pharimaco chrysolollam & terram erethriadem, ambo curatu difficilium ulcerum remedia. E contrario sal ammoniacus & quod auripigmentum uocatur, propter acrimoniam ulcera natura apra sunt irritare: ac qui etiam putridis conueniunt. Proinde non admodum uile est propositum nobis in sermone pharmacum ad uicera churonia. In quibus uero putredo aliqua subest, hanc comprimere idoneum est sanem quæ illam facit, discutens. Eadem medicaminis potentia & strumis medetur. Verum quia deterforia quedam continet, ideo quoque lepras purgat. Etenim consilium in hoc affectu est, cutis induratum sanam partem, ueluti de glubere: id quod ea efficiunt, quæ præterquam quod supra modum siccant, etiam detergent. Nam si cutis uitium in naturalem habitum redire possit, nemo exiccata supra modum siccaret. Quoniam uero quod leprosum iam est, curationem nullam habet, proximum fuerit, (qui in omnibus insanabilibus seopus cõis est,) incurabilem partem ex corpore excindere. Excinduntur autem non nunquam ferro, interdum igni, non nunquam medicamento, uel adurentibus, uel digerentibus simul & detergentibus, quale est modo commemoratum. Quemadmodum igitur hic sermo omnis lepre cõis est, sic & ille qui de carnis repletionem tractat. Nam quia carne expleta dicta medicameta, sicut in tertio libro de morbis curandis ostensum est, uirtutem habent deterforiam contra mordacitatem: quæ uero huius sunt marerix, in hoc præfens pharmacum nobis propositum absterforium quidem est: mordacitatis autem non est expertis. Ideo humidum ceratum ex cera resinaque in oleo liquefactis confectum ipsis miscemus. Siquidem cera & oleum, ut acrimoniam obtundunt, ita sunt emplastica, eoque sordes producant. Resina uero morsus expertis, emplastice uirtutem non habet, sed deterforiam: uicibus quidem iam mordacem, non uiceras blandam & sine morfu. Ceterum mixturæ symmetriam coniectura quidem ante experientiam, uerum scientificè post experientiam deprehendimus, noscimusque simul purum uleus deterforiam uim sine morfu requirere: sordidum ualidius, quippe cuius propugnaculum est sordiditas: purum autem uulnere contingenti occurrit. Quinetiam ex corporibus ipsis, non nulla sensibilem magis substantiam habent, quædam minus, alia molliorem, alia duriorum: quæ ratio est, cur Crito in proposito medicamento ad unam partem ipsius, non nunquam duas cerati, aliquando tres, uel quatuor misceri iubeat: non tamen distinctè pronunciauit, quando duas, quando plures adijcere oporteat, tanquam qui pharmaco utretur, uersatus iam in arte sit, & quæ a me nunc dicuntur se cum æstimare queat. Rosaceo quidem præparari ceratū prestat, non tamen insignis excessus in huiusmodi uicibus est, etiam si oleo liquefactam in his, quæ phlegmones quippiam habent, rosaceum ualeat potius est. Porro carne implenda omnino a phlegmone tuta sunt. Pulchre autem Crito adscripsit in uicibus, quæ ad cicatricem duci postulant, myrteo oportere ceratum præparari, adstrictione. n. illis opus est. Hæc in presentiarum dixisse satis sit, tum de medicamentis carnem gignentibus, tum de his, quæ cicatricem inducant. Etenim usus, & compositionis ipsorum methodus, in medendi methodi libris exposita est: un particularibus autem materijs exercitatio, cum huius sit operis, hoc ipso libro exponetur.

Non est in anagallis.

\* Al. xx. t. Al. lxx. p. i. quæ b. ceræ chixæ ceræ denarij centum.

Emplastrum diabotanoni, i. ex scylla.

Aliud deinde eiusdem generalis potentia emplastrum, his uerbis Crito conscripsit. [Scylla,] Jari-stolochia rotandæ, [singulorum] denarium pondus. xxx. alij. xv. iridis denarium pondus. xxx. alij. xv. pityna sicca denarium pondus. xxx. alij. xv. ammoniaci, myrrhæ, styracis, squamæ aris rubri, singulorum pondus denarij. xv. scylla tostæ denarium pondus centum & octo. Aceto acerrimo diebus. xl. terito, quando canicula sidus oritur. Squamæ primum, & styrax, paulatim ex utroque, deinde gutta ammoniaci, & res, & scylla iniiciuntur, uel elaborentur, paulo post resina, inde myrrha. Cum laua facta fuerint: reliqua sicca miscuntur. Expletis autem diebus, eiusmodi ceratum facito. Cere pondus. v. alij denarium pondus ducentorum quadraginta, terebinthina pondus libram, alij denarium pondus. xxx. olei sextarios duos & aris. alij heminas. vi. chalbani denarium pondus. xxx. picis liquida tantundem, postremo chalbani indito, deinde ubi refrigeraueris, curiosè excipito. Hæc quidem medicamenti compositio. De usu autem eius hæc ad uerbum Crito scribit. Syncero medicamine utitor, in capitis fracturis, fistulis, nomis, & excrecentijs: item ad ora uenarum adaperit, & hypophoram, id est uleus delibescens, si

QUINTA CLASSES.

R

voles



voles diluere quo carni generanda idoneum fiat, & cicatricem inducat, parti uni medicamenti duodecim cerati rosacei adijcitur: in ambustis vni parti octo admittitur. Hæc sanè de usu pharmaci Crito rectè tradidit, tanquam acri ipsi & aperienti & digerenti, ideoq; & exiccanti usus in fistulis, supercresec-tia carnis, purredine, hoc est nome, & osculorum adaperitionibus, quemadmodum sunt in sinibus, & angustis orificiis: In capitis autem fracturis, cum sine foratione curationem molimur. Sunt autem rales, quæ ad usq; membranas cerebri non penitent: uerum carnis producendæ gratia, rosacei cerati partes quatuordecim miscens, donec ad cicatricem peruenierint: Melius autem est dicere, donec ulcera concavitas repleta fuerit. Necessario enim depascencia ulcera, quod dixi idem esse in putrilagino, à ualidis medicamentis curantur, quale est & modo propositum. Primum quidem putrescentes particule auelluntur, atque hinc cura redduntur. Vbi uero purredo cessauerit, purgationem repletio nemq; requirunt: ac posteaquam repleta fuerint, tunc etiam cicatricem inducentia desiderant. Ipsum autem pharmacum, cum cerato nondum mistum fuerit, quia acre est, non solum carnem generare non potest, sed etiam supercresecntia aufert, quemadmodum ipse Crito dixit. Atque huius meminisse maxime oportet, quod dictum est & in superiori emplastro, quod ex herbis appellauit, multa uidelicet ex calfacientibus, & abstergentibus composita, licet admodum acris, si eum cerato temperentur, carnem progignere. Nonnulli desperant de ipsis, cum uel duplo copiosiore cerato misto mordere adhuc conspiciant: adeo ut carnem producere non possint, quemadmodum in hoc emplastro habet. Nam cum multo acrius, magisque mordax sit, eo quod ex herbis inscribitur, ad carnem creandam, inutile est, quam uis quadruplo mistum cerato fuerit. Prudentis igitur est, & in huiusmodi medicamentis usurpandis uersari, initio quidem statim intelligere, quot partes cerato misceri oporteat: si autem post usum primum medicamentum acrius adhuc apparuerit, quam ut carnem generare queat, coniicere quantum adhuc ex cerato adijciendum ueniat: sicut Crito in proposito fecerat. Neque enim existimes eum prima barba coniectura inuenisse duodecim cerati partes misceri oportere, sed sciuit copiosius quam quod emplastro ex herbis immittitur misceri: quanto uero copiosius, post primam coniecturam reperit. Sinanque octo partibus mistis mordax etiamnum apparebat, decem admiscuit: quemadmodum si etiam decem, ad duodecim peruenit. Quoniam uero, ut dixi, pro sordium copia, & ulceris humiditate, tum eorum quæ simul afficiuntur sciendi acumibe, & hebetudine, item mollitie & duritie corporis habitus, cerari quantitatem immutare conuenit, quod sæpe dictum est, considerare nos expedit, recordantes quantitatem usus in huiusmodi omnibus describi, quum utroq; facilis illinc uia ad alia usq; ad summa fiat, summa dico omnium eiusdem generis scoporum completiones. De quibus si unum exemplum nunc proposuero, uos semper ipsius meminisse oportet, neque scriptis de eo uelle audire. Dico igitur scopos congeneres esse, (hoc est simili genere comprehensos), plurimi quidem cerati misceri, ulcus parum & siccum esse, corpus eius qui curatur facili sensu & molle: paucissimi uero adijcendi, humiditatem multam in ulcere ac sordicenti, corpus ægri durum parumq; sentiens. Bene tamen omnibus quæ id componunt digerentibus, chalbani squama admixta est, medicamentum exiccans, sed quod non parum adhiingat. Non solum autem in hoc emplastro cognoscendam uobis est propter cerati copiosam misturam carne explens, & ulceribus malignis cicatrici obducendæ idoneum euadere: sed etiam in alijs omnibus, quæ eiusdem uirtutis sunt. His subiungit Crito medicamentum dia acones, id est ex cote quo se uti affirmat, ita componendum præcipiens, *Dia acones, id est ex cote pharmacum*. Quod nobis in usu est, facit ad omnia diurna, & peculiariter ad capitis dolorem, fronti impositum: ualet ad laterum dolores longos, iuuat podagricos, ischiadicos, scapularum dolores, dentium cruciatus, atritis paribus impositum: educit etiã & extrahit menses pectini suprapositum, auxiliatur stomacho laboranti bus, tum ijs, qui fluxu uexantur, & cibum uel alimenta non retinent. Est etiam prorsus utile sine adu-ffione, & ijs quæ acre medicamentum non sustinent. Conuenit etiam ad duritiem iocinoris, & lienis, necnon ad stummas, & ischiadicos. Proprie iam usus in ipsis fiat diebus, vij. si molles sunt. v. aquam pars uel oleum non attingat, donec ulcuscula, quæ ptydracia dicuntur, fecerit, & tanciam crassam atra Hærit: deinde albo cerato soluens ex aqua utitur. Sin efficacius uoles, medicamento acone, quod ex pipere constat. Cera, chalbani, tebeinthina, pityinae frictæ, olei laurini, olei ueteris, singulorum pondo libram, squamae aris pondo libram & s. t. aruginis pondo drach. sex, gutta ammoniaci pondoniam, sinapis, adaræa, sulfuris, singulorum pondoniam, abrotoni, centaurij, atramenti sutorij, salis ammoniaci, thutis, salis communis, aluminis rotundi, argenti spuma, propolis, cocci nudij, singulorum pondoniam. Omnia simul contrunduntur, & cribrata adstringentibus cum oleis excipiuntur. Hæc sanè propositi emplatri compositio est, non parum superiori præstans caliditate: sinapi enim habet, & adarcem, sulfur, & coccum nudum tanto calore prædita, ut ulcus faciant quibus dit-tius adhaerent: iam & laurinum ex his est, quæ abunde calfaciunt, deinde atramentum sutorium, & sal: didicistis autem hæc adfrictionis quoq; non esse expertia, saltem pauca, sed atramentum sutorium multæ. Verum de adstringentium medicaminum mistura cum digerentibus, antea in emplastris usus multiplicis, expositum est. Omnino enim quippiam uariis utile esse non potest, nisi contrariæ quoque uirtutis participet. Si enim digerens uirtus simpliciter sola esset, ad unam speciem affectuum condu-deret, quam digerere conueniret: siue adstringens ad aliam unam ubi quod influit, reprimendum est. Quare incipientibus ex humorum influxu generari affectibus adstringentia conueniunt: digerentia uero

Quia ergo  
meto si  
la. forte  
scylla  
gendum  
cuis.  
Al. x.  
Al. x.

\*  
1 per splenis  
& per cana-  
li. I. folenon  
appositione:  
quod aut sit  
splenis & fo-  
lenon, ab ubi ab  
Hipp. i libro  
de fracturis  
dicitur.  
Al. x. & x. a-  
bitus.

1 Cod. mæ  
scriptus  
libram, quæ  
Alunam.  
Al. sinapi  
podo uniam.

A uero sine adstringentium mistura, ubi nihil propter euacuationem prius factam influere potest. Nam si superfluitas quædam humorum existat, non solum digeritur humor in affectis partibus contentus, sed etiam ad ipsas accedit: cum digerentia ad se trahere narsunt, sicut contentos, & contiguos humores, ita etiam in corporis profundo repositos. Miscetur ergo digerentibus sistentia & reprimentia, merito, cum qui ad ipsorum compositionem descendit, ratione hac usus sit, experientia uero attestante ra-tioni. Quare non iniuria, licet consilium scopumq; habeat in proposito calfacere, & exiccare, eoque etiam ulcera concitare, mistum est & adstringentium quiddam. Sed non sufficiunt ad multa uehemen-ter calfacientia pharmaca, duo hæc, atramentum sutorium, & sal. Quinetiam aris squama pari ratio-ne mista est, & alumen, quod a uehementer adstringendo Græce stypteria appellatum est. Aliud em-plastrum celeberrimum scripsit Crito, quod Mesianum appellat, diuersum materiae genus habens a su-feriore, & illo quod mox a me ordine suo describetur. Vocat hoc Crito ipse Inuictum, ex acris pluribus medicamentis compositum, cum mesianum tale non sit, ut postea suo tempore demonstrabitur. Quinetiam cephalica alia nominans, quorum generalis uirtus paulo post explicabitur, post mesianum tradita, inuictum ab ipso appellatum subiungit, eiusdem uirtutis cum præscripto, quod dia acones, id est ex cote uocitabat. Verba Critonis in hunc modum sonant.

Anieeron, quasi dicas insuperabile.

Facit ad plurima, extrahit, rumpit, purgat, glutinat, excolat [splenis] modo, & cum canalibus im-po-situm], ac dilutum ex oleo & aceto, constringit undique, discutit duritias, & neruorum contractiones iuuat, sine perfusione impositum, ne refrigerentur, & unguenti uice dilutum facit ut acopon, hoc est medicamentum lassitudinibus accommodatum. Sinit enim morborum principijs lassitudines, & eas quæ sine causa manifesta] proueniunt. Est etiam malagma extremarum corporis partium in magnis sple-nijs impositum. Item cruenta glutinat, suturis uel fibulis iuncta si plicatum linteam ex solo aceto splento imponas, æstare quidem frigidum, hinc ætate aut calidum. Facit ad plantæ pedis uicia, ad contusiones, pu-tredines, & digitorum affectus, ite fracturas cum uulneribus. Licet neq; carnem generante, neq; quod cicatricem inducat alio uti, sed soli credere. Valer ad hominum, canum, & ferarum morsus. Maximum hoc est quod pollicetur, nempe abscessus larentes in colo & peritonæo, prohibere ne fiant antequam in uomicam exierint, aut factos extenuare, & in intestina conuicere. Imponendū aut est splenium loco, & desuper centunculum ex aceto & oleo calente, fouendūq; bis quotidie. Nō soluatur aut nisi triduo uel quadriduo. Deinde post fomenta, madore rutilis imponito. Vocatum aut est insuperabile, propter mira-da & multa ipsius opera. Squamæ aris denariū podo quinquaginta octo, pyrethri, staphidis agræ, coc-ci nudij, synapis seminis, cachrys, colabini stercoreis, aristolochia tenuis, aruginis, cyperi, erucæ semi-nis, cumini, singulorum denariū pondo xvj. nitri, salis ammoniaci, singulorum denarium pondo triginta-duum, lauri baccarum, manna, iridis, singulorum denarium pondo centum uiginti, aceti acris sextarios sexdecim, decocti caricarum cyathos quatuor & s. Tunsa cribrataque omnia simul, cum aceto ad lauorem teruntur sub æstu canicula. Vbi sicum de euaserit, sicum decoctio adijcitur, & simul emol-lita tolluntur, & in olla aris rubri reponuntur. Decoctum autem caricarum ita habet. Caricarum pin-guium pondoniam libras quinque, aquæ sextarios sex, coquitur, donec sextarij duo relicti fuerint. Vfus est, una pars medicamenti aceto diluti, ut sordes representent, ad sex partes resinocerij, resina cum cera iu-cta. Est autem syncerum resinocerum, ceræ pars una, resina frictæ tres, cum oleo pauco liquefacto: me-dium, ceræ pars una, resinae duæ dilutum uero, & abunde temperatum, ceræ pars una, resina tantundè: dissolutum, ceræ partes duæ, resina una. Quod supra quàm dilutum, ceræ partes tres, resina una. Scribi-tur etiam agresii licheni, imperigini conuenisse, parum iniectum. Hæc Crito ad uerbum prodidit. Ego a sine eorum, quæ dixit, seuonis principium statuam: Agrestes imperigines nominant, cum a medi-camentis imbecilliter sicantibus nihil iuuari uident, a ualidis autem irritari. Opus igitur in ipsis est medicamento efficaci abunde, non tamen uehementer inordaci: quod, ut dixi, ex artificiali coniectura

compositum experientia probatur. Constat propositum pharmacum ex multis acris tenuiorum par-tium & digerentibus: habet autem & quædam citra mordicationem detergentia, & nonnulla parum adstringentia. Itaque acris ex ijs quæ continet, sunt pyrethrum, sinapi, coccus nudus, columbinu ster-cus, arugo, bacca lauri, nitrum, sal ammoniacus, item acetum acre, tale nanque iniiciendum censet. Detergentium lumine quidem lenia inordaciaque sunt iis & aristolochia, atque ijs adhuc magis, ut ex genere conuoluentium iam sit, manna: generosius autem cachrys & staphis agræ. His adhuc præcellit minimum, & erucæ semen: cyperum sine morsu quidem exiccatur, sed nō nihil etiam adhiingat, quemadmodum & aris squama, ualidum & ipsum medicamen. Oportebat enim, ut prius demonstratū est, medicamentum hoc adstringentis uirtutis utrunque esse particeps, eoque squama copiose admixta est. Si uero & manna reuera manna sit, & non thus, ipsa quoque aliquantulum adstringit. Iniecta est autem & hæc multo copiosior, quàm squama merito, ut acris pharmacorum uehementiam leniat, simulque humores in afflicta parte contentos coquat. Porro caricarum decoctio mitigantissima est, & maxime coquit, simulque quodammodo digerit. Hæc igitur omnia mista multi usus medicamentum iure effecerunt. Acetum uero efficaciam eorum plurimum iuuat, in quo pharmaca ætliuo sole conre-ri præcipit. Omnia enim sic præparata tenuem substantiam acquiunt, eoque in corporis altum uir-gus ipsorum penetrat.

Quo Heras eiusdem generis emplastrum tradiderit.

Cap. 3. E

Emplastrum ex herbis quo modo Crito preparer prius posui, & ipse Heras similiter conficit, sicut Crito eius meminit: differt tamen in confectione emplastrum ex scilla confectione, nam ammoniaci, myrrhae, resinae ptyinae, styracis, squamae, & scillae tantum cum alijs Crito miscet, quantum Heras: sed in aristolochia & iride discordat. Quippe Heras scripsit aristolochiae rotundae denarium pondus triginta, iridis siccae tantundem, alij quindecim. Crito autem sic prouoluit, aristolochiae, iridis, singulorum denarium pondus quattuor. Rursus quoque post haec Heras iuxta confectionis finem tradit, [ Expletis diebus ceratum huiusmodi facito. Ceræ pondus libras quinque, alij denarium pondus ducentorum quadraginta, terebinthinae pondus libram, alij denarium pondus triginta, olei ueteris sextarios duos & s. alij heminas sex. ] Mihi uero non placet pro quinque libris ceræ denarium pondus ducentorum quadraginta medicamento miscere. Interim nanque loco librae centum denarios ipsi scribunt, interdum loco minarum qui nullus unquam libram tam exiguam posuit, ut denarios quadraginta octo penderet. Hoc enim accidit, dum pro quinque libris denarij ducenti quadraginta immittuntur, sic neque pro libra terebinthinae denarij triginta.

Emplastrum Serapionis.

Cap. 4.

Et hoc Crito in opere medicamentario in hæc uerba conscripsit: Emplastrum Serapionis, quod non nulli Aegyptium, alij Venerem uocant. Facit ad omne uulnus, cui innitendum est omni desperatione abiecta. Valeat ad punctus, aculeos, parotidas, perforationem, phymata, excolado conglutinat, tollit omnem duritiem, iuuat epiphyridas, articulorum epiphora, aurium contusiones, sanat & ulcera senilia, chironia, & quæ crassas oras obrinent. Olei ueteris heminas. iij, argenti spumæ denarium pondus ducentorum, guttæ ammoniaci denarium pondus centum sexaginta octo, resinae colophonice ptyinae denarium pondus sexaginta octo, ceræ denarium pondus centum sexaginta octo, chabani denarium pondus xx, æruginis denarium pondus quinquaginta, alij uiginti, myrrhae denarium pondus quatuor, alij octo. Argenti spuma coquitur ex oleo, donec mediocriter coiuisset uisa fuerint. Deinde olla ab igne deposita gutta ammoniaci immittitur, postea resina, postremo cera: ubi singula curiose liquata fuerint, ne adurantur, olla ab igne rursus sublata chalbanum, aspergitur & ærugo: iterum super ignem ponitur, coquiturque donec melinum fiat, & iustam crassitiam nanciscatur: postremo sublato myrrha adijcitur, ac ubi moteris desuadito, pelleque excipiens reponito.

Ut Andromachus prædixit emplastrum conscripserit.

Cap. 5.

Tres huius emplastri confectiones tradidit Andromachus, primam a præscripta Critonis non nihil dissentientem: deinde alias duas magis euariantes. Titulum autem medicamenti & preparatio nem recte prius Crito conscripsit. Andromachus in hanc sententiam de ea præcepit. Emplastrum ex herbis. Anagallidis coeruleum florem habentis, marrubij, papaueris agrestis, alterci uiridis, singulorum denarium pondus quinquaginta sex, squamæ denarium pondus xxv, thuris denarium pondus octo, resinae siccae denarium pondus sexdecim, aloes tantundem, aluminis fissilis denarium pondus iij, ceræ tantundem minam, olei ueteris heminas duas, aceti. Multi quidem utriusque anagallidis: Theocritus autem & terra erethica, & chryso colla, & salis ammoniaci, & auripigmenti, singulorum denarium pondus iij, in emplastrum ex herbis coniecit.

Alia emplastrum ex eodem genere, de quibus scripsit Andromachus.

Cap. 6.

Ad gangrenas, putredines, nomas ueteres & cacoethas. Isidori Antiochei. Argenti spumæ denarium pondus quattuor, æruginis raris denarium pondus viij, olei cyathos sex, Talus Aelius cyathos xij, & æruginis scöleciar. Argenti spuma & ærugo in cacabum læuigata mittitur, olei tres cyathi superfunduntur, coquitur prius non acri, moueturque spatula lignea, donec uiride fiat, postea ab igne sublata, ac mortario superiusa contunditur, dum calidum est, diutius: deinde rursus tres olei cyathos in ollam fundito, mouetoque, ne aduratur: quousque melinum fiat, incoquito, ac rursus excipiens terito, ut collyria: iterumque excipiens in ollam coquito mouendo, quousque rubrum colorem accipiat, quintum terito ex cacabo in mortarium defusa diutius terito: atque iterum quarto in olla coquito, ut in unum coeant: rursusque dum calet, defusa tertioque excipito, & in rubra pyxide deponito, ad prædicta quoque uitior. Post commemoratum emplastrum alterius deinceps his uerbis Andromachus meminit. Humidum emplastrum ad nomas, quo utor, & ad alia multa. Ceræ, resinae terebinthinae, singulorum denarium pondus viij, adipis taurini curati denarium pondus iij, chalcitidis denarium pondus duum, squamæ aris denarium pondus trium, mannae thuris denarium pondus duum, gallæ immaturæ denarium pondus iij, olei myrrei heminas quinque, Arida cum aceto & melle sumuntur, deinde sic liquabilia super funduntur.

Ad artis operamethodo & exercitatione opus esse.

Cap. 7.

Quod auxiliorum quædam ratio sola inuenit, quædam experientia, quæ & ipsa rationem non requirit, non nulla utriusque operamethodo postulant, subinde uobis demonstratum est. Ad hæc etiam quod quæ ratione & experientia comperta sunt, coniecturali uia ad eorum, quæ inquiruntur inuentione utitur: quæ uero per rationem sperata sunt, experientia confirmantur. Quinetiam spei cöiecturalis non mediocriter, quemadmodum & in uniuersa uita, maioris minorisque esse differentiam: non enim pluuia hyemali solstitio, & caniculæ ortu futuram similiter speramus, quæ hyemali frequenter, sub caniculæ aestu

\*Al. xl. cum libris in confectione emplastrum legatur. xii. alij. xv. † Eadem tamen legitur superius in Critonis confectione. p. 236.

quoniam... quæ per... ex...

Alis... Alis...

Aestiu raro accidit. Porro cum omnia arrium opera frequenter firmentur exercitio, non satis est generalia ipsarum addiscere duntaxat, sed etiam in particularibus exerceri subinde oportet. Nam actionum usus seu exercitatio, ad perfectorum possessionem uia est. Quare ego quoque in omnibus commentarijs, quos uobis amici petentibus composui, non solis communibus theorematibus contentus fui, sed ex plura multa etiam exercendi gratia adieci, quibus ipsorum cognitionem uobis euidentiore, magisque firmam fore sperabam. Quemadmodum igitur in alijs omnibus medicinae partibus, ita & in neruorum uel uerum curatione scripsi, primum uobis rationalem uiam ostendens, qua ad præsidiorum inuentionem perueniatis: deinde materias, quibus uires a ratione inuentas contineri didicistis. Siquidem in commentarijs, qui undecim numero sunt de simplicium medicamentorum facultate, particularium uarietatum uires uniuersas, uel plurimas, easque utilissimas exposui. Nam ut præsidij nunquam destituerent, hoc esse necessarium demonstrauimus, non solum ut uos ipsi quoque in preparatorum ab alijs medicaminum inopia, auxiliorum copiam haberetis, (sicut olim Erasistratus, quum stomaticum medicamentum in illo perfectionis loco ad manum non esset, interdum herbarum succos, quibus abundabat, usurpauit,) sed etiam ut si illorum authorum scriptiones perierint, ipsi queamus similia perditis conficere. Insuper ut ab alijs inuentis recte utamur, exercitatio ex proposito opere accedens profuerit. Quid opus est, ut dicam illam quoque adiumento esse, ut quæ compositis medicamentis superfluo iniecia sint, & contra quæ primi illorum auctores omiserunt, discernere possimus? sicut in tertio libro ostendimus, sermone de medicamentis ad neruorum uulnera idoneis facientes. Ita uero & nunc indicabimus, exercere nos in ijs, quæ me seniores meos inuenerunt. Vniuersalis etenim methodus neque cum distinctionibus exacte, neque sine ijs imperfecte a quoquam priorum tradita est, immo nec medicamentum, quod curare promittat neruos ab acuto aliquo puncto, cuiusmodi sunt acus, & puerorum styli, quibusquam memorie prodidit, quod ipsam hoc solum facere optime possit. At ego certe eorum innumeraibilem copiam prædicto libro percursum. Quidam tamen ipsorum uirum diligentiores, cum multum usus pharmaca notata digna scripsissent, præter alia, quæ facere ipsa pollicentur, adiungere interdum quidem & neruorum uulneribus esse accommodata, interim neruorum, & musculorum præcisionibus, aliquando etiam puncturis ipsorum, uel contusionibus auxiliari. Vobis autem ex ijs, quæ didicistis licet cognoscere ante experientiam, possibiliane quis, an impossibilia, de quibus scripsit polliceatur. Præterea & ea sine quibus descripta medicamenta agere nata sunt, uobis intelligere integrum est, in quibus ipsis est utendum. Ut igitur ceu exempli gratia exordiar emplastrum quoddam, pharmacum multiplicitatis usus, quod Andromachus in libro de medicamentis extrinsecus corpori adhibitis, ordine secundo posuit, haud indicans ad quæ maxime ipso utendum sit. Exerceri rursus uobis licet, quomodo ex commemoratis simplicibus medicamentis compositi uires sint cognoscendæ.

Fusca Aegyptia Andromachi.

Cap. 8.

Andromachus enim ita ad uerbum prodidit. Fusca Aegyptia. Argenti spumæ denarium pondus quadraginta quattuor, ricini heminas sex, ceræ denarium pondus cxxxiiij, guttæ ammoniaci denarium pondus lxxij, terebinthinae denarium pondus xxxvi, lanarum combustarum denarium pondus xvij, squamæ stomatiatis, squamæ aris, aristolochiae, thuris, singulorum denarium pondus viij. Nonnulli myrrhae denarium pondus iij, opopanax denarium pondus ij, marinae aquæ denarium pondus quinquaginta ad ceram conspergendam. Hæc quidem scriptura pharmaci boni, & re uera usus multiplicis est, uerum ipse dicendum omisit in quibus utendum erit. Si igitur cuiusque simplicis medicamenti uirtute ante expolita, quemadmodum uos in undecim libris factitauimus, & methodo quam uniuersali compositionis medicaminum scripta, sicut a nobis quoque præcedente libro factum est, uiribus amicis huiusmodi scriptiones exercitij gratia protulisset, ut ad quos affectus utile esse compositum medicamentum posset, decernerent, nimirum hominis institutum laudassimus. Quoniam uero nihil horum egit, quis non ipsum omnino accusatione dignum censeat? Unde medicamentum ipsius libri, qui complurium optimorum medicaminum compositiones habent, merito a medicis neglecti sunt. Nam inter sexcentos uix unus artis absolutionem habere uidetur, alij idiotarum modo satis habent, si medicamentis manifestis scriptis recte uti queant. At quid oportet dicere de huiusmodi medicis? Cum etiam empiricorum non nulli, ut nocant, quantum celebres ex artis operibus conspiciantur, tamen ignorare se fateantur, quantum ratione utrum quodque compositorum pharmacorum inuentum fuerit. At qui quid ego dico ratione? Præterea enim ne ullum ex eiusmodi medicamentis inuentum esse ratione pronunciant. Inutilis igitur ipsis est fusca huius emplastri scriptura, quæ colorem tantum in titulo docet, uires non item, quas ante colorem scriptas esse præstiterat: Quoniam itaque Andromachus uirtutem ipsius dicere neglexit, nos ex mistorum specie & facultate inuenire conemur. Argenti spumam medijs temperamenti calfaciendo & refrigerando, paulum ad siccitatem inclinare didicistis. Præterea usum eius in emplastris esse duplicem, nempe si non liqueat, ceu materiae duntaxat momentum adferre, si liquata fuerit, etiam siccare posse, idque magis, si diutius cocta fuerit. Nunc tamen quaestio est, quatenus incoqui debeat, cum Andromachus sex heminas ricini, quod est olei ricini, miscendas esse tradiderit. Quot enim unciarum Romanae librae, heminam esse uelut, non explicuit: & si melius erat hominem, qui Roma degerat, librarum, sextariorum, & unciarum meminisse, relinquere aut



tem cotyles, id est hemina uocabulum Græcis ciuitatibus extra Italiam usitatum. Si ergo in omnibus E  
 ipis idem nomen hemina esset, nulla in que foret quaestio. Nunc uero cum permagna quantitatis in-  
 ter eas sit differentia, conueniebat ipsum monere, se uel atticam, uel alexandronicam, uel ephesiam,  
 uel aliam quampiam heminam dicere. Nam permulti, qui de mensuris & ponderibus scripserunt, no-  
 uem uncias Romanam libræ heminam medicos in pharmacorum libris aestimasse produnt, alij .xij. vn-  
 cijs ab eis reputari affirmant, sicut Romæ olei libræ ex inoue appellant. Iam uero quendam audiuimus,  
 qui heminam a medicis in pharmacorum commentarijs traditam sexdecim uncias Romanas pendere  
 diceret. At non parum refert ad medicamenti uirtutem, uel magnas, uel paruas heminas iniicere.  
 Ego sane olei libræ Romæ uocata, quam per incisuras distincta cornua metiuntur, ponderaui quan-  
 doque, disere cupiens quantum grauitatis pondus contineret, inueni .xij. olei mensurales. x. uncias  
 ponderum æquales. Quare medicos in libris de medicamentis accuratius scribere oportebat, quales  
 uidelicet uncias, uel libras medicaminum liquidorum immitti uellent, mensuralesne, an ponderum:  
 perspicuum enim est, liquidorum horum corporum, sicut etiam solidorum, alia grauiora, alia leuiora  
 esse. Ac singulorum liquidorum, quæ in pharmacamittuntur, pondus alio libro declarauimus, sed in  
 præsentia id quod propositum est repetamus. Etenim si nouem unciarum mensuralium singulas hemi-  
 nas esse statueris, ex tribus septem & triginti uncias produces: si in octo denarios quaque unciam di-  
 uidas, denarios ducentos & sexdecim habebis: si duodecim uncias singulas heminas aestimes, sicut ni-  
 mirum sex & triginta uncias, denarij uero ducenti octoginta octo, singulis uncias in octo denarios diui-  
 sis. Experius sum ego plerumque, cum argenti spumam ex oleo cozilem, commoderatam ipsius mi-  
 sturam libræ quidem argenti spumæ ponderali, mensurali uero olei parem fieri: quod si copiosius olei  
 iniicias, & coctum uidelicet diutius, maiorem uim siccandi assumere. In candidis emplastris coloris  
 gratia cerussam quoque argenti spumæ miscemus, omnino æqualem pondere. Immittitur autem he-  
 mina nouem unciarum iuxta ponderalem argenti spumæ libræ colorem seruare uolentibus, eo quod  
 diuturnior coctio nigriorem argenti spumam efficiat: sed oleo pauco indito medicamentum glutinans  
 euadit. Proinde quidam uel terebintinam resina, uel quam uocant colophoniam quantum licet  
 pellucetem miscuerunt, conantes neque colorem offendere, neque medicamenti uirtutem, adijcereq;  
 resinae mistura tenacitatem, quo non facile decidat: quippe medicamentum, si tanto oleo tantum ar-  
 genti spumæ & cerussæ coquantur, arenidum ac friabile redditur. Non nulli eadem ratione cocto medi-  
 camini albam ceram indiderunt. Spumæ tamen argenti duplum olei habenti si nihil etiam resinofum,  
 uel cerosum immittas, ex coctione glutinans erit, & multo magis, si cum argenti spuma olei triplum  
 misceas, hoc est, si tres olei mensurales uncias cum tribus argenti spumæ ponderalibus committas. **G**  
 Consentaneum igitur est Andromachum nouem uncias mensuralibus oleum ricini immitti iubere, ut  
 sex heminae uncias quinquagintaquatuor expediant mensurales, quod idem est, ac si dicas, mensuræ  
 Romanæ libras .iiij. & s. At clarum est ricini mopiam interim uetus oleum eius loco assumendum esse.  
 Ego subinde & sicyonium iniecti emplastris digerentibus, & cum illud non adesset, aliud mea ipsius in-  
 dustria simile illis effeci, radicibus cucumeris agrestis, bryoniae & altheæ in eo decoctis. Quod uero pro-  
 positum medicamen digerens, emolliensque Andromachus esse cupiat, ricini olei, & copiosa gutta  
 ammoniaci mistura palam indicat. Nam argenti spumæ ceram pondere parem, ammoniacum dimidium  
 esse præcipit. Et si in multis nobilibus emplastris non dimidium, sed quarta pars, uel quinta, crebro  
 septima, & octaua, non nunquam decima pondere ad argenti spumæ proportionem medicamenti bu-  
 jus immittatur. De cera didicimus, quod in huiusmodi pharmacorum compositionibus materia locū  
 obtinet, non uirtutis efficaciam adiutat. Adest uero & ei uis quædam emolliendi exigua, sed non illius  
 ergo medicamini præsentia admitta est, quemadmodum nec terebintina resina, quanquam multo uiri-  
 bus, quam cera, præstantior. Etenim magis mollit, quam illa, item calfacit & digerit, ex quibus cera ue-  
 alterum quidem efficit. Verum gutta ammoniaci sola imposta squalidum aridumque reddet medicamē-  
 tum. Quantum uero ad emplastrum confectioem, hoc est emplastrum opoian, (neque enim ita appellasse no-  
 cet) attrinet, utilis est tum cera, tum resina. Quippe mollit digeritque medicamen uel solius ammoniaci  
 beneficio, quod quidem inter emollientia principatum occupat, in digerentibus uero concertat. Por-  
 ro si, quæ in libro quinto de simplicium medicaminum facultate dicta sunt, in memoriam reuocaueris  
 ad intelligendum qualem huiusmodi medicamenti temperamentum esse oporteat, nihil adhuc  
 recentiori disciplina indigebis. Nam primæ facultates effectiue medicamenti sunt, in calore, frigidi-  
 tate, humiditate, & siccitate. Secundæ mollientes, digerentes, reperculsoria, attractrices, coctrices, de-  
 tersoria, & exedentes. Quemadmodum & Tertiæ dicuntur quæ glutinant uulnera, cicatricem inducunt,  
 & carnem generant. Compositum igitur ex oleo ricini, & gutta ammoniaci medicamentum abunde po-  
 test digerere, emolliere, & nimirum etiam siccare, ubi materiam idoneam assumpserit, ceram, resina, & diu-  
 tius coctam argenti spumam. Ad hæc uero iubet iniicere Janas combustas, aristolochiam, medicamen-  
 ta, quæ plurimum digerunt, & exiccant. Præterea meminit pharmaci quod coccoquit & digerit, nempe  
 thuris. Quod si myrrha non nihil & opopanax adijcit, (quosdam enim ait & ex ijs aliquid miscere me-  
 dicamento) illam sane scimus non ignauiter calefacere & exiccare, opopanax uero & generosius ad-  
 huc hæc utraq; efficere, insuper attenuandi digerendiq; facultate præstare: sed huius quidē pauillā indi-  
 tur, timente, opinor, eos, qui ipsum apponit, medicamenti acrimoniam, & uolente non solum digerens,  
 emolliensq;

**A** emolliensq; emplastrum, sed uulneribus quoque idoneum efficere. Propter ea igitur & squamam aris  
 & stomomatis cum ea miscuit, quæ præterquam quod ualide siccant, adstringendi etiam uim sortita  
 sunt. Ergo propter horum misturam propositum uobis in sermone emplastrum Aegyptium cruentis  
 uulneribus, ulceribusque; alijs non paucis bonum medicamen redditur. Quinetiam ad abscessus, & om-  
 nia quæ discutit postulant, subinde audiuis medicamenta, quæ simul cum digerentibus etiam adstrin-  
 gentium aliquod capiunt, tutiora fieri: quæ uero sine adstringentibus digerunt, efficaciora quidē, sed  
 non perinde tuta. Sæpe enim fluxiones attrahunt, dum corpus, quod curatur, plethoricum est, uel pra-  
 uo succo obnoxium. Sin autem uacuum corpus est, ac superfuitatibus liberum, promptius medicamen-  
 ta, quæ magis discutunt, sola, sine adstringentibus assumpta, ad finem perueniunt. At cum pauca id ge-  
 nus corpora, quibus medicamenta afferuntur, reperias, iocundo securius esse uisum est miscere etiam  
 non nulla repellentia. Ita sane & emplastro digerenti, quod ex sale conficitur, quidam adiecerunt chal-  
 canthi paululum, quanuis & sal ipse adstringens quippiam possideat. Igitur propositum medicamen for-  
 titer digerere compertum est, ut etiam pus iam non admodum copiosum sine cutis perforatione diseu-  
 tere queat, emolliere callosa & quomodocumque indurata: item magna uulnera conglutinare quemad-  
 modum & ulceribus iam ad malignitatem declinantibus cicatricem obducere, alijsque omnibus affecti-  
**B** bus, qui digerendi sumul & repellendi uirtutem desiderant, in quibus sunt & quæ fronti, dum oculi fluxio-  
 ne laborant, imponuntur, uocata a medicis anacollemata. Idem hoc pharmacum conueniet & ner-  
 uis denudatis, etsi in parte sui ipsorum quapiam abscessi fuerint. Etenim præcili periculo, quod ex con-  
 sensu oritur, carentes, adhuc etiam subiectis sibi partibus, in quæ inferuntur, sensum adiununt: indigēt  
 sane & hi quoque tali pharmaco, nam quæ tumescunt, facile eos putrefaciunt. Ob quod & pastilli sicca-  
 tes, etsi abunde adstringant, tamen denudatis neruis conueniunt, qui nondum ad phlegmones uigo-  
 rem peruenierunt. Hi namque indignanter irritanturque ab huiusmodi pharmacis. Sed de his postea.  
 Quæ de proposito emplastro dicenda restant, apponamus. Quoniam plerumque medici ex inscitia id ge-  
 nus emplastra dura imponunt, cum liquata linamentis excipere præstaret, uel etiam in confectioem ita  
 rim molliuscula reddere, postea cum in magnis diuisionibus, ubi nerui denudati sunt, experimentum  
 de ipsis fecere, sperant in puncturis multo utiliora fore; ignorantes & hic maximam quandam specula-  
 tionem, de qua differui modo uos docens, quæ ratione inueni, inde per experientiam confirmari cog-  
 noui, propterea etiam nunc admoceo. Multo namque calidiora, & quæ digerant magis, pharmaca pu-  
 ctus neruorum requirunt, quam cum omnino denudati fuerint uulnere insigni facto. Quippe nuda  
 cilia calidaque admodum medicamenta propter erosionem morsumque non ferunt, uerum relaxantia di-  
**C** gerentiaque adstringentibus mediocriter mista postulant. At quoniam etiam melius est ambientes uul-  
 neris particulas actibus & tenuibus, multumque digerentibus, quale est ex Ephorbio confectum, con-  
 tegere: nos sane propositum emplastrum satis posse, quæ prædixi, efficere coniectauimus, eiq; præpa-  
 rato experientia testimonium accessit. Postea interim in Aselepiadis & Critonis libros medicamentarios  
 incidens, deprehendi ipsos non ut Andromachus quoque indistincte, sed cum manifesta distinctione uir-  
 tutem ipsius scriptitasse. Igitur tum huius gratia, tum quod in confectioem in quibusdam ab Androma-  
 cho differant, facius uisum est nihil etiam eorundem uerba subiungere, deinde ita & de ipsorum discor-  
 dia in medicamenti compositione non nihil dicere.

Quæ Aselepiades & Crito de proposito Aegyptio emplastro conscripserint.

Cap. 9.

**D**E emplastro Aegyptio ab Andromacho tradito Aselepiades in hunc modum differit. *Andro-  
 machi Aegyptium*. Cruentis uulneribus accommodatum, facit ad neruorum, musculorumque præ-  
 cisiones, punctus, contusiones, iuuat attritus, artuum fracturas. Est & lippientibus collyrium, confert  
 capite dolentibus. Summarium ad multos affectus utile est pharmacum. Argenti spumæ, ceræ, singulo-  
 rum denarium pond. cxxxiiij. guttæ ammoniaci denarium pond. lxxij. terebintinæ denarium pon-  
**D** do. xxxvi. lanæ succidæ combustæ denarium pond. x. & viij. squamæ aris, squamæ stomomatis, thuris,  
 aristolochiæ rotundæ, singulorum denarium pond. viij. ricini heminas tres. Hæc præfatus Aselepi-  
 ades deinceps coquendi modum tradit, Andromacho neque hanc partem compositionis in emplastris  
 obseruante, siquidem in omnibus fere omisit. Verum de coctione dicta sunt non pauca in libro quar-  
 to, & nunc paulo post dicetur. Ac quum autem est inspicere controuersiam, quam Aselepiades in sim-  
 plicium medicaminum quantitate cum Andromacho suscepit. Non enim sex heminas ricini ut Andro-  
 machus, sed tres iniicere præcepit. Ceterum in aristolochia nullam Andromachus distinctionem fe-  
 cit, ipse rotundam adiecit: sicut & in lana combusta, succidam addidit, quanquam idem pondus quod  
 Andromachus immittat. Hæc igitur ipsius uerba sunt: Lanæ succidæ combustæ denarium pond. duo  
 deinginti, aristolochiæ rotundæ denarium pond. viij. Quæ uero ad calcem posuit Andromachus, neque  
 omnino Aselepiades meminit, neque de myrrha, neque de opopanax quicquam locutus, multo minus de  
 marina, quæ manifesto Andromachus præposuit, Marina, inquit, ad ceram irrigandam denarium pon-  
 do quinquaginta. Hoc. n. nec Aselepiades, nec Crito adiunxit, attamen aristolochiam rotundam Crito  
 æque, ac Aselepiades indidit, quemadmodum & lanæ succidæ denarios xvij., & olei ricini. Ita. n. ad ner-  
 bû scripsit, heminas sex. Coctione emplastri Aselepiades his uerbis docet: Argenti spumæ, & ricini in  
 coquito donec in unam cocat, deinde squamas: ubi color bonus apparet, reliqua amittit. Apud Crito

Al primo.

Al octo.

Al iij.



nem hoc modo traditur: Argenti spuma cum ricino coquitur, dum mellis spissitudinem habeat, hoc fa-

Alia Andromachi fusca.

Cap. 10.

Crispit alia quoque fusca Andromachus superiori quodammodo genere similia, uocat alteri Athe-

nam, hoc est Mineruam, alterum Nygmaticum, id est puncturis accommodatum. Minerua quidem

ad plures affectus, quam Nygmaticum conuenit, praesertim cum ulceribus consistentes: quoniam ma-

gis uaria est, magisque adstringentibus in super phar macis participat. Nygmaticum uero magis hac la-

uel si denarios quis dicat ad absolutam symmetriam quadringentos octoginta assumi, eo quod ponde-

ralis uicia octo denarijs ualeat. Insuper aliud quoddam inter fusca ab Andromacho positum est, quod

Et secundum hanc symmetriam praeparat. Argenti spuma pondo libram, cerae pondo minam, aris,

combusti, aeruginis, terebinthinae, singulorum denarium pondo. xij. resinae siccae denarium pondo sexde-

cim, guttae ammoniaci denarium pondo. viij. thuris denarium pondo. xij. opopauacis denarium pondo

vij. olei heminas. iij. aceti totidem. In quibusdam exemplaribus scriptum est heminae dimidium, & ni-

mirum dupliciter conficere ipsum licet, scienti copiosius acetum ualentissimum medicamen efficere.

Quinetiam aliud fuscum, cui hoc ipsum praepositur. Aliud fuscum. Refert Andromachus singulo-

rum conexum, hoc est pharmacum ex marina praeparatum similibus uitijs, quibus praescripta, acco-

modum. Compositio eius talis est. Argenti spuma, cerae, singulorum minae dimidium, chalcitidis quar-

tam minae portionem, squamae aris denarium pondo sexdecim, thuris denarium pondo. viij. terebinthi-

nae quartam partem & octauam, (minae uidelicet) guttae ammoniaci quartam partem, marinae aquae he-

minam, alij heminae dimidium, ricini heminas tres, ammoniacum marina diluitur. Haec sane Androma-

\* Al. viij. \* Al. octo. \* Al. mannae thuris, singulorum denarium pondo. xij. resinae siccae denarium pondo. l. guttae ammoniaci denarium pondo. xxx. cerae denarium pondo. l. aeruginis rase denarium pondo. xij. squamae aris denarium pondo. viij. aristolochiae denarium pondo. viij. centaury radice tantundem, olei heminas. ij. trionis. Au-

\* Al. trium. \* Al. xvi.

\* Al. iij. & s.

\* Al. j.

\* In antiquis non habetur ratio nisi. non.

\* Al. lib. ii.

Cap. 11.

Quoniam uero Andromachus ab Hera in pharmaci compositione differt, usum mihi est & He-

re prodita adiungere, quae ad uerbum ita sonant. Hellepontia perspirat u digerens, phlegmonem pro-

conglutinat. In summa omnibus igne combustis benefacit, mitigat etiam podagricos. Olei ueteris de-

narium pondo centum, picis siccae denarium pondo quinquaginta, ladani denarium pondo. xxv. argen-

ti spuma denarium pondo centum, aeruginis rase denarium pondo octo, chalbani denarium pondo.

iiij. Argenti spuma ex oleo trita coquitur. Cum autem coeuit, pix, & argo immittuntur, deinde lada-

num, chalbanumq. Atq; sic in mortarium transfusa molliuntur, & usui sunt. Quidam ut boni coloris sit

& fuscum, miscet etiam squamae denarium pondo octo, nam alioqui fit nigerrimum. Hoc in podagris

etiam non semel usus sum, & cessit felicissime. Oportet autem tadas lignorum loco usurpare. Manife-

Cap. 12.

Post haec refera emplastrorum adhaerescetium, Huius generis, praestantius primum efferam

Emplastrum facile inueni, cui color bonus Atq; efficacia, Tyriam nos dicimus,

Tyriam colore referat id quod purpuratum, Si quo decet, modo fiat sic praepara.

Sit libra iniecta quinque lithargyri Boni, semel cerae captatur, insuper Ter ptyina pinguis, lignosa ac neutiq;

Aeruginis praestantis aris, chalbani, Aerisq; combusti, pariter squamae bonae, Cuiusq; misceto quaternas uncias, Pinguis

Pinguis olei, [sex & decem] pondo addito.  
 At curioso emplastrum coquito in hunc modum.  
 Lithargyrum nitre ex oleo leuissimum,  
 Fictilem in ollam nouam, sed hanc maiusculam.  
 Vbi conteres manibus, mouebis ac spatha,  
 Deinde flamma aeri atque continua coques.  
 Cum mellis accipit iam spissitudinem,  
 Aerugo & squama misceantur, incoqui  
 Permittito satis, dehinc as adiungito:  
 Rursum coqui paruo relinquens tempore,  
 Paulum defundens ex olla medicaminis,  
 Refrigeratum manibus, & digitis teras.  
 Boni coloris atque durum ubi conspicias,  
 Sic ptyinam, ceramque reliquis indito.  
 Deinde cunctis rite unitis paululum,  
 Strillato rursus, & colorem si bonum  
 Est temperamentum uides, in os rollito  
 Ab igne fictilem: & subactum chalybanum  
 Apponito. Si pharmacum sit durius  
 Multo, resolues oleo, faciens sic bonari  
 Temperiem: in aliud inde nas transfundito.  
 Frigidum, & subactum manibus ita reponito.

*Aliud eiusdem cum superiore generis subitiam.*

Medetur, ante quos citavi, astetibus,  
 Nec est, quod ulceribus malis, diutinis,  
 Calloque pressis applicet foelicus.  
 Cicatricem, etiamque ore natas pustulas  
 Per sanat absque rosione, rhagadas  
 Ani, nodosas durities, callos demit.  
 Sic prepara: Lithargyri minam boni,  
 (Sed mina libra est, eius & pars tertia.)  
 Minam semis probatae ceram ponticam, &  
 Aeruginis minam quadrante rasilis,  
 Atri chamaleontis octauam probi  
 Partem, radix bona est regione Cretica  
 Nascentis primum, Cilicia deinde: praeter haec  
 Olei uetusti plus quam mina paululo.  
 Quod si non fuerit, usuparo uel recens.  
 Lithargyron lauem, simulque oleum, noua  
 Totum sigilla conditum, tudicula  
 Mouens coquito: ubi confiterit, & melinon  
 Fuerit, adijcto aeruginem, ceram dein:  
 Qua iam liquente ab igne tollens ollulam,  
 Chamaleontis paululum conspergito.  
 Vnita cum, frigerataque, quod satis,  
 Transfundito in pilam, post sic reponito.

*Aegyptium.*

Aegyptium perseruans absque phlegmone  
 Diuisa quaelibet, contusaque omnia,  
 Quadrupedum morsus eunctorum, & serpeticum:  
 Item suborras absque ulceribus phlegmonas,  
 Neros dolentes, [citra causam,] & musculos.  
 Laudans hoc Andromachus dabat sodalibus  
 Suis, in pharmacis peritus maxime.  
 Alebar esse ter quadraginta quidem  
 Denarios lithargyri, & duodecim

*Emplastra ad digerendum & extrahendum.*

Cap. 13.

Vi compositorum medicaminum uirtutes descriperunt, emplastra quaedam ab extrahendo epi-  
 spastica, sicut alia a discutendo diaphoretica nominarunt, alijs utranque extrahendi & digerendi  
 facultatem adesse testati sunt. Etenim uicinam sibi uirtutes sunt eorum, quae in alto latent, attractrix, &  
 attractorium

Bis alteros, ceram quoque albam ponticam  
 Totidem, ammoniaci rerum uiginti lucidi  
 Et duodecim alios, thuris & bis quatuor.  
 Squama uero aris, & squamae stomomaris.  
 Cuiusque rursus mixturae bis quatuor.  
 Puram terebinthinam ter addas duodecim,  
 Octodecim heminas oleique ciceos,  
 Combustae totidem sordidae lanae heminas.  
 Docebat ipsam isto modo comburere:  
 Ollam recentem, quae sit ore laetior,  
 Impone lanam copiose succidam,  
 Operculum gypso prius uel glutino  
 Vel terra figulari, cui sit commista aqua,  
 Illinito, sed largo igne mox comburito:  
 Contusa facile quando cribro incernere  
 Fuerit, habere recte tunc uidebitur.

In elibanis quoque ipsa & in fornacibus  
 Ignis, nimium similiter exurere.

Ita capiebat tritorum, quem est par, modum.

Coquere lithargyron iubet leuissimum,  
 Totumque ricinum, temperatis iniucem,  
 Mellisque facta tandem spissitudinem,  
 Squama aspergere, concoquere, & quantum sufficit,  
 Vique adeo, dum non inquinet, & tunc addere  
 Terebinthinam & ceram: dein cum coierint,  
 Ammoniacum confectum digitis mollius.  
 Posturus ab igne ollam, thuris tritum inspergito.  
 Penultimum ac lanae immunda puluisculum,  
 Sed ante thuris, pauillulo aut post tempore.  
 Quidam uolentes istud proptio pharmacum  
 Dicit titulo, cum depositus est caccabus,  
 Squamae unius bis octo iudunt denarios.

*Aliud,*

Nihil priore peius agit aegyptio.  
 Eadem at melius & quandoque, si confecerit  
 Crassum accurate in medicamentum quispiam,  
 Utetur ad eadem ipso non improspere.  
 Olei libras & ricini quinque continet,  
 Chrysidisque argenti spumae quatuor,  
 Squamae aris terque sexdecim denarios,  
 Terebinthinae praestantis ter duodecim,  
 Mannaeque thuris tantundem, pondo duo  
 Ammoniaci synceri, ceram ponticam  
 Albam duas libras, semissem & insuper.  
 Coquito oleum, squamam, nec non lithargyron, H  
 Donec coierint, & color sit optimus,  
 Fiatque satis emplastrum durum: deinde sic  
 Terebinthinam pones ceramque, hanc mollius  
 Ammoniacum digitis confectum, postea  
 Feruente ab igne cacabo deposito  
 Mannam injicies iam frigerato pharmaco.  
 Frequenter hoc feci citra lithargyron,  
 Molybdanae bonae pari sumpto modo,  
 Vltusque sum, ad quae dixi, iam suauissime.  
 Probatoris que id coloris condidi.

E Al. quinq;  
& s.

\*Al. ij.

F

G

Al. vij.

Al. libras ij.

Al. m. q. thuris  
singulorum.

Al. minam j.

Al. ex.

Al. olei he-

minas xij.

Al. m. q. thuris

si singulorum.

Al. tres.

Al. duas.

Al. vj.

A attractorium digestrix. Nam quae trahunt, etiam non nihil omnino discutunt: & quae discutunt, pariter  
 trahunt. Verum in digerentibus medicamentis discutibria uirtus, in trahentibus attractrix praepollet.  
 Constant itaque attractrices simplicibus pharmacis, quae humorum superfuitates ex profundo in cutem  
 extimam possunt extrahere. Discussoria ex his constantur, quae attractrix possunt suapte natura di-  
 gere. Ut autem emplastrum fiat, quemadmodum supra dictum est, huic argenti spuma, illi resina, alij  
 cera, alij oleum, reliquo pix adijcetur. Quae nec insignem digerendi potentiam, nec extrahendi con-  
 rimet, sicut uel propolis, uel calx, uel medulla, uel chalybanis, uel alie petrae flos, uel spuma nitri, uel aphro-  
 nitrum, uel acetum, uel lixiua lacte, pipet, sinapi & strathium, salesque, tum qui edij possunt, tum ammo-  
 niaci, ad haec pleraque alia, de quorum facultate in commentario simplicium pharmacorum dictum est.  
 Nunc autem emplastra, quae iam experimento satis probata sunt, exequar, tantum adhuc ipsis adijciens,  
 quod non nulli etiam adstringentia pharmaca extrahentibus miscuerunt, ueriti, quod accidit, ubi hu-  
 morum superfuitas fuerit. Trahunt liquidem plus interim, quam conuenit, ut non solum ex particula  
 quae curatur, attractionem in alto, sed etiam ex omnibus uicinis moliantur. Comprehensum est & an-  
 tea, cum de canem generantibus facultatibus ageremus, extrahentia & digerentia, uelut omnia, quae  
 magis, quam oportet, detergunt, carnis expletia fieri cerati mixtura: in quibus uirtus quidem ualida  
 est, copiosioris: in quibus imbecilla, paucioris. Quod si compositum extrahendi uel digerendi praedi-  
 tum potestate medicamentum, adstringens quoque aliquid habeat: tali pharmaco ad canem genera-  
 dam, propter uim adstrictoriam urendum non est, quae ad uulnera glutinanda, & siuis, tum ad ulcerum  
 cicatricem dandam utilis est, ad carnis productionem non ita. Dictum mihi est abunde iam de hoc.

*Andromachi emplastra ad digerendum, & extrahendum, balicon. i. falsum ad multa.*

Cap. 14.

Salis communis pondo libras iij. squamae aris pondo unc. iij. magmatis pondo selibra, mannae pon-  
 do libram, ceram pondo lib. xij. olei cyprini pondo libras xvj. acetum adijcitur. *Aliud Theudo Sar-*  
*copbati ad caecothoe, fistulas, teredines, & strumas.* Resina terebinthinæ, thuris, ceram, singulorum pondo unc.  
 iij. argenti spumae pondo unciam, quida auripigmenti aequale pondus pro argenti spuma ponunt, squa-  
 ma rubrae pondo unc. iij. aeruginis rasilae pondo unc. viij. salis ammoniaci pondo unc. vj. aceti heminam.  
 Ego amplius capio, nempe olei heminam, uini heminam, aceti scillitici tantundem. *Aliud ad digerendum*  
*Candidi, quo uxor.* Terebinthinæ pondo libras tres, ceram pondo libras quinquaginta, chalchani, ni-  
 tri, alij, singulorum pondo unc. iij. thuris pondo libras iij. medullae ceruinae pondo unc. iij. guttae ammo-  
 niaci pondo \*selibræ, propolis pondo uncias tres, olei laurini pondo unc. vj. seui taurini pondo seli-  
 bram. Quae sicca sunt, liquidis admiscetur. *Aliud ad strumas auctore Nymphodoto.* Alij lapidis denarium  
 pondo vij. aphronitri tantundem, seui uitulini, calcis uiuae, singulorum pondo denarium xvj. ceram dena-  
 rium pondo xxij. terebinthinæ denarium pondo xxxij. *Aliud ad discutendum bruceocelen, hoc est gut-*  
*tae uisum, quo Clemens Sertorius curatus est, & ad durities.* Argenti spumae denarium pondo quinquagin-  
 ta, resinae ptyinae denarium pondo quadraginta, olei ueteris heminas x. chalybani denarium pondo llij.  
 [in alio unc. j.] aris combusti denarium pondo xx. guttae ammoniaci denarium pondo quadraginta, alu-  
 minis sili denarium pondo llij. [manuae thuris] tantundem, ceram denarium pondo quinquaginta: po-  
 stremo chalybanum & mannam injicito. *Aliud ex aspidibus, ad discutendum strumas, item ad podagras.* Tere-  
 binthinae, lapidis alij, bituminis, singulorum denarium pondo trecentorum sexaginta, aphronitri, nitrali  
 ni, ceram, baccarum lauri, guttae ammoniaci, singulorum denarium pondo trecentorum quadraginta, la-  
 pidis pyrites denarium pondo octoginta, calcis uiuae denarium pondo [centum octo,] aspidum cine-  
 ris pondo denarium centum quadraginta, olei ueteris heminas duas: postremo cinis pharmaco refri-  
 gerato inspergitur, sin minus, perit. *Aliud ad extrahendum sarcocollita.* Terebinthinæ pondo minam, ce-  
 ram tantundem, nitri pondo [minas ij.] bdellij denarium pondo xxxij. guttae ammoniaci tantundem,  
 \*olei, marinæ, uel muriae, cuiusque heminas ij. mini denarium pondo xxxij. *Aliud Ctesiphontis, quaedam*  
*dissolvens, quaedam cognos & crispans.* Aphronitri pondo libram, [mannae thuris,] pondo libram, lixiuae sta-  
 ctæ pondo libram, quidam etiam aceti libram addunt. *Aliud ex sale, ad extrahendum.* Salis communis  
 denarium pondo octoginta, cerussa tantundem, olei ueteris heminas quadraginta, atramenti futorij  
 denarium pondo xxij. aceti cyathos ij. *Aliud ex sale aliter.* Cerussa, salis communis, singulorum de-  
 narium pondo quinquaginta, olei ueteris, heminas vij. taristochiae denarium pondo vij. propolis de-  
 narium pondo x. hoc Silo commendabat. *Aliud ex terra pelagia, ad digerendum.* Argenti spumae pon-  
 do minas iij. terrae pelagiae, salis ammoniaci, cerussa, ceræ, singulorum quartam minam portionem, aceti  
 heminam, olei heminas iij. *Aliud Cyprini ad attrahendum.* Iridis illyricae, mannae, terebinthinæ, aphroni-  
 tri, pumicis, singulorum denarium pondo quinquaginta, guttae ammoniaci denarium pondo xxv. chal-  
 bani denarium pondo xvj. tanchiyos denarium pondo xij. s. ceram denarium pondo centum, alij octo,  
 olei hemina. *Aliud Dia daphnidon, lex baccis lauri.* Resina, nitri rufi, ceram recetis, baccarum lauri, colopho-  
 nie, seui uitulini, guttae ammoniaci, singulorum denarium pondo lxx. cyprij decimansextam heminae par-  
 tem, non nulli autem uisci denarium pondo quinquaginta. *Aliud attrahens, Harpali.* Guttae ammo-  
 niaci denarium pondo vij. ceræ, iridis, mannae, piperis, sulfuris uiui, pumicis, singulorum denarium pon-  
 do iij. terebinthinæ denarium pondo vij. olei parum. *Aliud attrahens, Harpali.* Terebinthinæ pondo  
 minas octo, pumicis denarium pondo xv. nitri denarium pondo xvj. guttae ammoniaci tantundem, ceram  
 denarium

1 In antiquo  
legitur  
7/8 partium  
et circa casu  
manifestum.



denariorum pondo quatuor, unij quod possit ea colorare: arida cum aceto subiguntur. *Aliud*, Sina-  
 peos denariorum pondo iij. niri tantundem, ceræ denariorum pondo viij. terebinthinæ denariorum  
 pondo triginta, baccharum lauri, calcis uiuæ, singulorum denariorum pondo iij. olei decimam sextam  
 heminae portionem, cyprij denariorum pondo viij. *Aliud ad pus discentendum*. Ceræ, terebinthinæ res-  
 inæ, picis sicca, seu utulini, niri rufi, baccharum lauri, calcis uiuæ, pumicis, guttæ ammoniaci, singulo-  
 rum æquale pondus. *Aliud Nicomedis Regis*. Ceræ, niri rufi, resinæ frictæ, singulorum denarium pon-  
 do centum, guttæ ammoniaci, propolis, singulorum denariorum pondo xxv. uisci quercini denarium  
 pondo duodecim. s. olei sextarium, lixiuæ factæ tantundem. *Aliud discentens meheridas*. Olei ueteris  
 denarium pondo centum, argenti spumæ denarium pondo nonaginta unius, guttæ ammoniaci, chalba-  
 ni, utriusque denariorum pondo nouemdecim. *Aliud*, Argenti spumæ denariorum pondo centum, sa-  
 lis cõmunis denariorum pondo lx. olei ueteris heminas fsex. *Aliud attrahens & digerens, ad multa uale.*  
 Argenti spumæ, cerussæ, chalbanum, singulorum pondo libram, salis fossitij, æruginis rasæ, singulorum seli-  
 bram, olei sextarios tres, arramenu sutorij pondo unc. ij. *† Aliud ad digerendum & struibus*. Argenti spu-  
 mæ pondo libras ij. olei pondo libras ij. cerussæ, picis, terebinthinæ, singulorum pondo unc. iij. ceræ  
 pondo unc. ij. mannae pondo unc. iij. aristolochiæ pondo unc. ij. struthij tantundem, gallæ pondo unc.  
 iij. uini boni heminas tres, uinum ultimum infundito. *Aliud ad digerendum, ut Scribonius*. Argenti spu-  
 mæ pondo quinque, olei pondo quinque, pityinæ sicca pondo quinque, propolis pondo viij. uisci de  
 quercu lecti pondo quadrantem. *Aliud irahens & digerens*. Ceræ nouæ, resinæ pityinæ sicca, niri, sin-  
 gulorum denarium pondo centum, olei heminas tres, non nulli thuris denarium pondo centum, lixiuæ  
 factæ heminas iij. Ad duricias, guttæ ammoniaci denarium pondo xij. misceto, chalbanum tantundem,  
 æruginis rasæ, propolis, uisci de quercu lecti paria pondera. *Aliud ad strumas Minutianus, quod uxor subinde.*  
 Terebinthinæ pondo unum, ceræ pondo viij. † propolis pondo unum, chalbanum pondo viij. † uisci de quer-  
 cu lecti pondo viij. † His liquefactis, factis combusta unc. duas inspergito, aphronitri pondo viij. † Dein  
 de ubi carbonibus imposueris, olei heminas tres iniecit: postea sublati cucumeris agrestis radice un-  
 ciam inspergito, gladioli radice unc. iij. asij floris tantundem. *Aliud Antipatri*. Niri, terebinthinæ,  
 olei ueteris, singulorum pondo libram, aquæ sextarium, & amplius, ubi cocta non ebullierit, immittito  
 guttæ ammoniaci pondo unc. duas, chalbanum pondo unciam, hellelij pondo unc. j. thuris pondo unc. ij.  
 sandarachæ pondo unc. ij. lapidis asij pondo unc. duas. Afus & sandarachæ ex oleo pauco lauigantur,  
 liquabilia raduntur, & aridis miscentur. *Aliud ad digerendum Antipatri*. Molybdanæ pondo denarium  
 ccc. ceræ denarium cl. terebinthinæ denarium pondo xxx. chalcitidis denarium pondo vj. chalbanum de-  
 narium pondo viij. myrhæ denarium pondo viij. mannae denarium pondo viij. olei per hyemem heminas iij. &  
 per estatem tres. *Aliud Xenocratis, dolorem sedans, ad digerendum, ut Castus, medicamen Polyostomi ad podagram.*  
 Cerussæ denarium pondo centum, quinquaginta, ceræ pondo tria, terebinthinæ denarium pondo xxx.  
 aphronitri denarium pondo xxx. olei ueteris heminas tres. *Aliud ad digerendum meheridas, Alexandri.*  
 Salis Hispani, argenti spumæ, cerussæ, singulorum pondo libram, ceræ pondo unciam, terebinthinæ tan-  
 tundem, chalbanum & opoponacis pondo uncias duas, sinapeos pondo unc. vj. olei ueteris pondo  
 tria, aceti sextarios viij. *† Aliud Samas, digerens, & extrahens, ad mamillas ex visco*. Argenti spumæ pondo  
 libras duas, olei pondo libras duas, uisci quercini pondo trientem, gallæ tantundem. *Aliud pus na-  
 cians sine ruptura, ut Aesclepiades*. Resinæ pondo libras duas, ceræ pondo libras ij. niri pondo libras viij.  
 † butyri pondo libram, adipis leonini pondo libras sex, olei ueteris pondo libram: simul liquefacito,  
 quotidie emplastri modo imponens medicamentum, utitot. *Aliud exopticum, i. expressorum, humores &  
 abscessus, maxime in genu, & articulis sine incisione extrahens: a plegmone praeseruat, uulneribus utiliter adione-  
 tur*. Plumbi stercoris, terebinthinæ, singulorum denarium pondo centum, olei ueteris heminas duas,  
 postremo resinam. *Aliud digerens, enim rampens, cicatricem ducit, [humores euocat,] quo uxor*. Uisci quer-  
 cini denarium pondo sexaginta, picis denarium pondo quinquaginta, guttæ ammoniaci denarium pon-  
 do centum, † ceræ denarium pondo quinquaginta, resinæ frictæ denarium pondo xv. lapidis pyritis de-  
 narium pondo x. chalbanum denarium pondo viij. mannae, iridis illyricæ, caryos, stercoris columbini,  
 singulorum denarium pondo iij. alibi & mellis heminas iij. [In alijs quibusdam, & propolis dena-  
 rium pondo xx. liquefactis que liquabilia sunt, sicca insperge.]

Qua scripsit Aesclepiades, Attrahentia.

Cap. 15.

**A**lbum attrahens, facit ad strumas, & parotidas, & particulares abscessus, curat fistulas, & ægulo-  
 pas, ut sine incisione liberet, ualeat ad rheumatica, & curatu difficilia, benefacit hydropticis. Argen-  
 ti spumæ, cerussæ, salis, singulorum denarium pondo octoginta, olei ueteris sextarium. Sal cerussa, ar-  
 genti spuma ex oleo ipsi adiecto teruntur, deinde curiose mista, & in uas fictile coniecta coquuntur, mo-  
 uenturque assidue, donec non inquinent. Dehinc in mortarium transfusa, rursusque tansa excipiuntur,  
 & usui sunt. *Aliud*, Argenti spumæ denarium pondo centum, [cerussæ denarium pondo x.] salis de-  
 narium pondo quinquaginta, olei heminas tres, ceræ denarium pondo quinquaginta, terebinthinæ de-  
 narium pondo duodecim, præparato ad modum prædictum. *Aliud*, Mannae denarium pondo sex-  
 decim, aluminis stissi denarium pondo octo, olei ueteris heminas duas. *Aliud*, Argenti spumæ pon-  
 do libram, cerussæ pondo libram, salis fossitij pondo libram, ceræ denariorum pondo quinquaginta,  
 terebinthinæ denariorum pondo pignitiquaque, mannae denariorum pondo sexdecim, aluminis stissi  
 denariorum

\*Al. viij.

\*Al. xij.

\*Al. unam.

† Al. iij.

† Al. libram.

† Al. s.

† Al. s.

† Al. s.

† Al. s.

† Al. vel.

\*Al. j.

† Al. sextarium.

† Al. ij.

† Al. Proclia-  
ni auctoris.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

† Al. quinquaginta.

**A** denariorum pondo. viij. olei ueteris heminas duas & s. *Aliud Lucij ad prædictas dispositiones medicamen-  
 compositum facit ad ulcera rheumatica; diuturna & uix sanabilia*. Argenti spumæ, cerussæ, salis ammo-  
 niaci, atramenti sutorij, pityinæ, singulorum pondo denariorum centum, olei ueteris sextarios tres,  
 aceti sextarium unum, ceræ pondo denariorum quinquaginta: præparato ad modum prædictum.

*Aliud Salubre, pharvacum ad prædictos affectus compositum*. Argenti spumæ, cerussæ, salis, aluminis liquidi  
 singulorum denariorum pondo centum, olei ueteris sextarios decem, aceti sextarium unum, ceræ pon-  
 do selibrum, resinæ terebinthinæ pondo selibrum: conficito ad modum prædictum. *Aliud in gem atra-  
 hens*. Valet ad strumas, parotidas & particulares abscessus, dissoluit omnem duritiem. Præstat ite-  
 malagmatis boni uicem, sicut usus est Antonius Herbarius: item facit ad articularum uicia. Salis fossi-  
 lis pondo libram, argenti spumæ pondo libram, strigmenti purissimi pondo libras. iij. chalbanum dena-  
 rium pondo quinquaginta. Salem & argenti spumæ conterito, deinde strigmento adiecto studiose rur-  
 sus tundito in uas fictile coniecta, ignique superposita coquito, mouens sine requie, & cum non amplius  
 inquinat, ab igne deposito chalbanum ligneo pistillo tansum addito. Vbi soluta fuerint, in pilam tran-  
 sfundito, ibique contrus uritor. *Aliud, quo usus est Andromachus*. Facit ad strumas, parotidas, mam-  
 marum duritiæ, particulares abscessus: contentum humorem extrahit, sinus iungit, uiat fistulas, ægy-  
 lopas: facit ad fluentia ulcera, uetera, & uix sanabilia. Cerussæ, salis fossitij, singulorum denariu pondo  
 octoginta, atramenti sutorij denarium pondo xij. olei ueteris heminas tres, aceti heminas, iij. Sa-  
 lem in tenuissimum puluerem redactum cerussamque ex oleo coquito, ac dum non inquinat, moue-  
 to. Vbi bene habuerint, depositis ab igne atramentum sutorium aceto tritum immittito, & exigui co-  
 tinue inspergens caue, ne effervescat: deinde in uortarium transfusa, rursusque tansa excipito, & utitor.

Qua scripsit Aesclepiades, discentia, ex illius uerbis.

Cap. 16.

**T**umoribus dissolutis, & in humorem digestis, infra scriptæ compositiones conueniunt. *ceriæ  
 Ctesiphontis*. Valet ad strumas, ganglia, parotidas, mammaram abscessus, ut nullum aliud phar-  
 macum tumores resoluit, & quicquid humidum continetur, rarefaciendo elicit, sinus glutinat, iuuat fistu-  
 las & ægylopas, ut citra incisionem liberet. Est etiam malagma utile ischiadicis seu coxarijs, (id est co-  
 xæ morbo laborantibus) podagricis, arthriticis, post accessiones inpositum toto affectu leuat. Hæc re-  
 cipit. Ceræ, terebinthinæ, niri, olei ueteris, singulorum pondo libram, aquæ heminam. Nierum & aquæ  
 terito, ut ex toto soluantur, & in uas fictile coniecta igni imponito, uase cooperito coquito, ex interual-  
 lis moueto. Cum autem strepere adeo desierit, liquabilia iniecit, mouens assidue, donec non inquinat,  
 in mortarium transfusa rursus tundito, inde excipiens utitor. Vel hac ratione præparatur: qualiquari  
 mouentes assidue, cauentesque ne effervescat. *Alia, qua usus est Menecrates, præcipue in strumis & mammaram  
 duritiæ, quippe perforat eas, & contentum humorem excernit, sinus iungit, & ad cicatricem perducit*. Ceræ, resinæ te-  
 rebinthinæ, resinæ lignosæ, chalbanum, olei ueteris, aphronitri, singulorum pondo libram, [myrhæ cine-  
 ris] sextarium, qui pendit unc. iij. Resinas in uas æcum aut fictile iniectas, ignique impositas liquefaci-  
 to. Vbi percolaueris quantum satis est chalbanum emolliendo, postea liquabilia simul mista, quousque  
 non inquinent, coquito, deinde ab igne reposita refrigerari finito, & his aphronitrum adiungito, mo-  
 uens continue, & contusa cineribus lauissimis iniecit. Postquam permiscueris excipito, & utitor, quin-  
 to quoque die soluto, deinde tertio, donec tumores forati fuerint: postea quoti die inter curandum sol-  
 uito. *Alia ex aphronitro, a quibusdam Dionysia dicta, pharvacum ad prædictos affectus compositum, quo usus est Lar-  
 gus*. Ceræ, terebinthinæ, mannae, aphronitri singulorum pondo libram, olei sextarium, aquæ lutulen-  
 tæ sextarium, misyos crudi pondo unc. ij. composito, sicut dixi. *Aliud, ex alio medicamento, ad prædicta  
 uicia compositum*. Ceræ, terebinthinæ, niri, singulorum pondo libram, thuris selibrum, lapidis asij flo-  
 ris, olei cyprini, utriusque selibrum, aquæ lutificæ quod satis est. Arida cum aqua lutificæ dissoluitur,  
 ut sordium crassitudinem habeant, & studiose lauigantur: qualiquari possunt, liquefiunt, & refrigeran-  
 tur, tritis immittuntur, ubi contuderimus, excipientes utimur. *Aliud asianum Neapolita, facit ad ea-  
 dem*. Ceræ pondo libram unam, s. niri rubri pondo libram, lapidis asij floris pondo libram, s. mannae  
 pondo selibrum, myrhæ pondo unc. iij. olei ueteris pondo libram, aquæ lutificæ heminam, præparatur  
 superiore modo. *Aliud ad easdem affectiones*. Ceræ, terebinthinæ, singulorum pondo denarium centum,  
 niri spumæ, olei ueteris, mannae thuris, singulorum pondo libram, singulorum pondo denarium centum,  
 chalbanum, propolis, guttæ ammoniaci, singulorum denarium pondo xij. aquæ lutificæ quod sufficit.

*Aliud gulum ex libris Democrati, eadem efficiens*. Argenti spumæ, cerussæ, salis fossitij, singulorum pondo  
 libram, minij sinopici pondo selibrum, ceræ pondo unc. ij. terebinthinæ totidem, olei ueteris heminas  
 tres, aceti quantum sinopice solucendo sufficit, conficito ut superiora. *Aliud ad eadem*. Argenti spu-  
 mæ, cerussæ, salis fossitij, singulorum pondo libram, minij sinopici pondo selibrum, ceræ pondo unc.  
 quatuor, chalbanum pondo uncias duas, resinæ terebinthinæ tantundem, olei ueteris heminas tres, ace-  
 ti quo rubrica dissoluitur: conficito ut dixi. *Aliud ex mastiche ad eadem*. Ceræ pondo libram, masti-  
 ches, mannae thuris, sinopidis, aphronitri, singulorum pondo selibrum, olei myrtei pondo uncias tres,  
 marine aquæ uncias tres. *Aliud Neapolita ad eadem*. Argenti spumæ, cerussæ, salis fossitij, singulo-  
 rum pondo libram, minij sinopici, ceræ pityinæ, singulorum pondo selibrum, chalbanum pondo un-  
 cias duas olei heminas tres, aceti quantum satis est.

**D**ur, tritis immittuntur, ubi contuderimus, excipientes utimur. *Aliud asianum Neapolita, facit ad ea-  
 dem*. Ceræ pondo libram unam, s. niri rubri pondo libram, lapidis asij floris pondo libram, s. mannae  
 pondo selibrum, myrhæ pondo unc. iij. olei ueteris pondo libram, aquæ lutificæ heminam, præparatur  
 superiore modo. *Aliud ad easdem affectiones*. Ceræ, terebinthinæ, singulorum pondo denarium centum,  
 niri spumæ, olei ueteris, mannae thuris, singulorum pondo libram, singulorum pondo denarium centum,  
 chalbanum, propolis, guttæ ammoniaci, singulorum denarium pondo xij. aquæ lutificæ quod sufficit.



*Diffusoria scripta a Damocrate. Cap. 17.*

**A**D digerendum melinum emplastrū efficac,  
Infantium strumas non necesse, in super  
Et durtias musculorum, item & cutis,  
Et phlegmonas, quæ durant multo tempore,  
Carnem replēt, ducit cicatricem probe,  
Sic conficitur. Excellentis lithargyri  
Plerumque libram, item cerussæ scilicet libram.  
Ad hæc recepta pondo libram quoque noui  
Pinguis olei. Immissa aut ollæ lithargyri  
Ex oleo coquitur: ubi iam spissitudinem  
Habet fordis, lauem cerussam tum capit.  
Cum non inficiens, temperic & bona admodum,  
Pauloque durtius uideris, admittitur  
Cera, & pityina: quibus liquatis ollula  
Ab igne seruens tollitur: tunc protinus  
Ammoniacum, tum cera manibus, ut solet,  
Atque digitis subacta iuxta ignem, inditur.  
Postea mouetur pharmacum rudicula,  
Rursusque mollitur manibus, sic conditur.

Aliud ad omnia hæc: strumas ipsas neco  
Magis resolut, & laborantes iuuat,  
Præcordia ne abscessus, quibus est cautio,  
Tumore quopiam atque meru exerceat.  
Hanc obrinet confecturam, nigrum quia est.  
Picis † [humidæ, sicca.] pondo libras duas,  
Densique uitrei, duas bituminis,  
Fricæ pityinæ quatuor, ceræ capit  
Tres, thuris unam libram & partem tertiam,  
Squamæ aris uncias pariter bis quatuor,  
Recentis olei communis quinque uncias.  
Thus, squama teritur, quibus aceti apponitur  
Mensura iuxta. Ut curiose trita sunt,  
Et crassitudinem mellis tenent, coquens  
Ceram reliquaque tum simul oleo nouo:  
Et sic læuigatis calida supra fundito.  
Vbi diligenter manibus omnia robore  
Commiscueris, contactum pelle condito.  
Nam exasperatur, crustula atque obducitur.

*Damocrate compositiones ex sale, diffusoria.*

Hoc preparato simul, ut præstans pharmacum.  
Bonæ cerussæ, & argenti spuma bonæ,  
Cuiusque pondo, denasque salis uncias.  
Omnis uero est sal albus multum pharmaco  
Futuro utilis. Atqui longe præstantior  
Ammoniacus confectus & purus mari,  
Et tres netusti libras olei pondere.  
Oleum coquito, reliqua & trita simili modo,

Quo duriora adusque sint malagmate:  
Nam seposita multo remollescunt magis.

Aliud melius, nam durtias discutit  
Cunctis ualentius inueteratas nimis.  
Et bronchoceles, & magnas meliceridas,  
Et contumaces strumas, nec non ancylas.  
Sic conficitur. Libram salis læuissimi,  
Tenuis, duas cerussæ, tot at chalban  
Fac uncias, totidem puræ propoleos,  
Aristolochiæ binas pariter uncias,  
Præstantis olei libras annosi duas.  
Crassissimum si fuerit, addes alteram.  
Coquito similiter, temperatumque probe  
Ab igne tollito, læuigatum tunc quoque  
Aristolochiam insperges, inieceris ubi  
Mollita, propolim scilicet atque chalbanum.

*Aliud ad digerendum Damocrate ex calce riuæ.*

Valde bonum, strumas soluit per halitum,  
Omnem tumorem reprimat, nec non hepatis  
Vel splenis affectus aquosos curat, &  
Excretionem urinæ ualde promouet,  
Et inueteratos dissoluit coxendices.  
Nempe Vlpianus hoc iuuenis industrius  
Utens auxiliabatur ægris plurimis.  
Sed continet libram ceræ unam ponticæ,  
Unamque frictæ, præterea unam pityinæ,  
Calcis recentis niuæ quoque pondo unciam,  
Aluminis fisti similiter unciam,  
Aequale pondus arsenicique pontici,  
His sua uolentis paulum aceti affundito.  
Maire tere in mortario, quoad sit satis,  
Ceræque resinæque miscens paululum  
Olei, liquato flamma ignis quam acerrimi,  
Ac temperans omnia, faciens malagmata,  
Nec pharmaci inquinantis crassitudinem  
Reponito: utens excipe nouo splenio.  
Atque optime medicamenti patet  
Morbis diuturnis præsidium suscipi  
Istud bonum: quibus item longa uisceris  
Cuiuslibet inflammatio præcordia  
Indurauerit, auxiliari uel maxime.  
Quippe id sudores excitat, præcordijs  
Durtiam tollit, morbos soluit protinus.  
Retenta naturalia diu menstrua,  
Pauca diebus adeo impostum pronocat.  
Nos calce dempra, duplum alumen indimus,  
Et melius pharmacum erat, haud faciēs pustulas.

† Alplu  
licet.

C\*

H

¶ Hæc est in  
impresis, in  
aliquis tamē  
hæc. d. r. mo  
no.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMEN-  
TORVM PER GENERA LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de emollientibus, relaxantibus, & laborem tollentibus emplastris,  
quæ malagmata, chalastica, & acopa dicuntur.

*Quæ sint medicamenta emollientia, de ratione usus ipsorum, de indurecenti-  
sibus partibus, ac de scirrho.*

Cap. 1.



**M**ALAGMATA uocant medici, quæ partes præter naturam induratas emolliunt, ca-  
lido omnia temperamento mediocri prædita, non tamen exiccantia, quemad-  
modum nec humectantia manifesto. Nam cum exacte mollientia medium  
quodammodo ordinē inter humectantia siccantiaque sortiantur, indurecentium  
substantiæ ueluti fusionem quandam molliuntur. Nominantur autem mollien-  
tia, licet in alijs paululum ad siccandi humectandiue uirtutem inclinent, si mo-  
do subiectam partium, quas contingunt, substantiam queant diffundere, quod  
nimium propter moderatum in eis calorem accidit. Ac quod ubi durties dif-  
fusa fuerit, digerentium medicamentorum usus ueniat, in quinto de simplicium facultate medicaminum  
& in xliij. therapeuticis methodi libro comprehensum est. Indurescentia igitur quæ ex recta medendi  
methodo non curata scirrhum contrahunt, oprime curabuntur, si medicus spectet, quantum ægri cor-  
poris substantia a mediocri humiditate, ac siccitate recesserit, quemadmodum etiam si affectus consti-  
tutionem quatenus sit aucta, inspiciat: præterea consideret inter ipsa pharmaca quæ magis, quæ minus  
emolliant. Huc nanque spectanti primus usus emollientis medicaminis, coniecturalis quidem erit, sed  
cum artificio. At post unum aut alterum diem num intendere medicamenti uirtutem, an remittere con-  
ueniat, intelliges, ut in prioribus, & medendi methodo dictum est. Quapropter medici emollientia &  
digerentia pharmaca composuerunt, ceu scopos ambos sibi proponentes, tum ut partis durtitiam, quæ  
iam in scirrhum degenerat, diffunderent, tum ut per halitum digerereat, non uicissim utroque utentes,  
quemadmodum me frequenter facere conspicias: uerum semper duo ipsa composito medicamine mo-  
lientes. Notum porro est omnibus, in mixtura uel emollientia, uel digerentia esse copiosiora, tum maio-  
ris minoris que rationem in ipsis esse non exiguam. Constat quoque subinde paria facultatibus misce-  
ri, ac necesse est, sicut in alijs medicamentis, ita in his etiam, si probe mederi cupias, plura eiusdem gene-  
ris pharmaca uel certe duo parata habeas, ualidissimum puta totius generis, & moderatissimum, ut ex  
uariam ipsorum mixtura convenienti facta, multa, quæ intra summa contineantur, medicamina efficias.  
Non enim adeps eandem uirtutem obtinet quam bdellium, styrax, & gutta ammoniaci: quemadmodum  
nec inter ipsos adipem asferinus, & gallinæ uel pardis, uel leonis, uel hyanæ, uel alterius cuiuspiam  
animalis. Nam secundum animalis temperamentum adeps est, nempe calidiorum magis excalescit, sic-  
ciorum uero euidentius siccatur. At uulgus medicorum nouit leoninum adipem in utroque, calfacien-  
do, dico, & digerendo longe esse ualentissimum. Proximum locum habet pardis adipem, adeo ut parum  
emolliat. Minore autem in calfaciendo ac digerendo præditus uirtute est asferinus, habetque plus quid-  
dam in molliendo: pari spatium ab hoc recessit adeps gallinæ. Hi igitur omnes tenuiorum partium  
substantiam inter quadrupeda animalia obtinent. At differentia rursus permagna in illis est, cum suil-  
lus quidem molliissimus ac humidissimus, eoque aliorum imbecillissimus sit, ut teneris corporibus conue-  
niat, cuiusmodi habent mulieres, pueri, eunuchi, & uiri delicatioris in umbra, ocio, & frequentibus po-  
tabilis aquæ balneis, effeminati. Caprarum uero & bouum pingue, quanto suillo est ualidius, tanto ma-  
gis corporibus natura durioribus: & inter duriora scirrholiosis conuenit: taurorum hircorumque, in  
ualidioribus tum corporibus, tum affectibus proficit. Eadem uero & alijs in minoris maioris que ratio-  
ne inter se est differentia: Porro ab imbecillioribus auspicabor, si prius de durtiæ, ac scirri affectu, quæ  
dam prælibaero. Nam cum phlegmone laborantibus & indurescentibus commune sit accidens, digi-  
tis prementibus reniti, distinguantur affectus, doloris sensus & indolentia: hoc enim non amplius utriusque  
commune est. Quemadmodum uero in alijs omnibus, quæ suapte natura recidere in se metuo possunt,  
inest confinium utriusque aliquatenus particeps, ita quoque ulcerum phlegmonosorum, cum scirrhis  
absque phlegmone, quales induratis accidunt, media quedam est dispositio, doloris quidem experti, si  
non digitos unprimas, dolens autem si id facias: quam clarioris breuiorisque disciplinæ gratia, uel phle-  
gmone scirrholiosam, uel scirrhum phlegmonosum dicemus, non hic tumoris magnitudinem animam at-  
tendentes. Nam phlegmone & scirrhus nomina sunt formæ affectuum, non quantitatis in altero ipso-  
rum: cum phlegmone uel propter partis inflammata magnitudinem, uel ob tumorem præter naturam  
magna euadat: parua autem, cum aut paruum locum possiderit, aut exiguum tumorem habuerit. Dice-  
tur nunc mihi parua phlegmone scirrhi: parui curatio, sicut & magnæ magnique pro affectuum specie.  
Hinc

Hinc enim, & aliorum quae magna & parua dicuntur, curationis notio intelligitur. Itaque magna phlegmone cataplasmatibus ac humidis quibusdam medicamentis sanatur: parua, quum scirrhusa durities in ista fuerit, itidem cataplasmatibus, interim uero medicamentis cocti modò confectis & liquidis, insuper & emollientibus emplastris. Talibus autem & parua durities tollitur, sed in hanc quidem simplex scopus, quemadmodum & phlegmoné consistente est: quum uero durities phlegmonosum quippiam habuerit, compositus quoque scopus efficitur.

*De medicamento, quod, quia liquidum est, parygron Graeci appellant.*

Cap. 2.

**A**C ideo quoque medicamen quodammodo compositum est, ueluti & hoc, quod Parygron nominant, omnibus cognitum: magnifice uero cum ab alijs quibusdam, tum Hera commendatum. Medetur enim id particula parua adhuc phlegmone consistanti, non multo post confectione tempore, sed protinus impositum: ubi uero duritiem a dolore alienam pars affecta acquirerit, uel paulo recenti uetustius utile est: quemadmodum etiam, si phlegmonoso affectu omnino sit libera, melius in ea uetustius medicamentum proficit. Enim uero medicamenti tempus pro duritiei intentione uidelicet aequaliter augere conuenit, & si partem ualde induratum ne uetus quidem pharmacum emollierit. Quippe uaria hoc parygrum dictum medicamentum & promittit, & potest: quoniam materiam mista quoque seu uariam obrinet. Siquidem adeps suillus & cera mollientium sunt imbecillima, argenti spuma uero & cerussa nihil habent, quod emollire possint, quemadmodum antea didicimus. Porro Heras, qui pharmacum hoc omnium maxime laudauit, ex hisce ipsum conficit his uerbis: Adipis suilli recentis curati pondus unc. xliij. cerae pondus unc. xxij. cerassa pondus unc. vj. argenti spuma tantundem. Quae liqua si possunt, sicis superfunduntur: temporis autem spatio medicamentum consistit, spissaturque. Sicut ceram & adipem suillum imbecillae molliendi uirtutis esse dixi, ita quoque si oleo paucillum cerae miscas, id, quod a medicis Ceretaron dicitur, efficitur. Oleum autem uidelicet esse conuenit, nec quod uocant amphacinum & omotribes, quasi dicas immaturum & crudum, nec quod olea furculos in confectione assumpsit.

*Generalis mollientium pharmacorum differentia ac facultas.*

Cap. 3.

**I**Taque tam imbecillia mollientia etiam paruis medicantur inflammationibus. His autem fortiora brucem duritiem sine phlegmone persanant: his adhuc ualidiora maiores, quemadmodum & quae duritiem in scirrhum prope degenerantem curant, efficacissima sunt, cuiusmodi est medullarum genus, in maioris minorisque ratione inter se differentium, ut deinceps explicabo: Item bdellium utriusque, arabicum & scythicum: Insuper styraces, siquidem & horum efficacissimus est colore pallidus, qui etiam optimus in Pamphilia nascitur: qui uero hoc magis fuscus est, ubique prouenit, potentia multo pallidior inferior, at temporis processu & ipse autem colorem acquirit. Hoc itaque (priore inquam) in antidotis propter caritatem utimur, ac tu propterea principi quodcumque ex styrace preparans, semper hoc uteris. Item si familiarium quis in pharmacorum sumptibus magnificus existat, illi quoque ex huiusmodi styrace medicamentum compones: in alijs optimum ex fusco genere deligens, & odore potissimum & colore iudicium eius sumens: nam niger deterior est. Ceterum his, quae in durescentia ualide emolliunt, gutta ammoniaci adhibebitur, eaque magis pinguis & noua. His minus, sed tamen & ipsa efficacia sunt, caprarum, bouumque pinguis, inter ea ipsa hucorum, ac taurorum ualidiora sunt: bouum uero & caprarum his quidem imbecilliora sunt, non tamen & ipsa actionis expertia: hoc eorum autem & uirtutum his ipsis adhuc imbecilliora sunt, porcello tamen efficaciora. At leonis, pardi, hyanae, & anseris euidentius his digerunt, non magis emolliunt: quanto etiam subtiliorem substantiam caprino & bubulo seuo habent. Ceterum gallinaeum mediam intra anserinum, & suillum sedem occupat. Quemadmodum & medullarum optima est uitulina. Ac resinae, quae non acrem odorem habent, si doctorum cuiuspiam miscentur, tenacitatem medicamentis compositis praebent, emolliendi uirtutem non auferunt. Aptissima est, quae chia uocatur & latex, post has pinea, inde abietina: strobilina uero uehementer acris est: pityna seu picea, quam proprie phycema nominant, pinguitudinis experta admodum exiecat. Has igitur fugere, chia uero & abietina uti oportet, non ipsis per se, uerum cum cera & quopiam alio, quod affectui conducere uideatur. Et uero pix brucia facultatem eundem obtinet, ut quae glutinans quiddam ac pingue habeat. Ceterum pix alia non miscenda est, sicut nec bitumen, utpote iusto sicciora. Enim uero ea quae exiccant, mollientibus esse contraria didicimus: Quoniam uero pineam & frictam resinam, & colophoniam appellare contulerant, sciendum uenit & aliam quandam esse colophoniam chia mastichae per similem, molliens aliquid habentem, quemadmodum illa & thus: insuper Aegyptia mastiche non nihil emollit, sed maior uirtutis ipsius portio concoquit, digeritque: ite & thus quandam molliendi uim obtinet, uerum hoc quidem coctum ex usu est, ueluti & fenigraeci semen: etenim & hoc probe coctum emollit, ac magis adhuc pingui permittum. At quae circa coctionem ob consistentiae siccatem dilui, liquari, mergique desiderant, oleoso quopiam indigent: cuiusmodi sunt oleum ipsum, cum nihil adfrictionis habet, trem balnearum strigmenta, praeterca quod uocatur susinum: ad haec multo etiam magis comagenum. Huius quoque ordinis est butyrum, tum alibez & fenigraeci decoctum. Porro inter tam mollia & ualidissima, quod genus sunt bdellium & styrax, gutta ammoniaci idem potest, quod & propolis: atqui hoc in bdellio distinguendum est, quod scythicum a

\* Al. abietina  
solui.

A altero arabico multo ad haec firmiter, praecipue nouum & molle, quod etiam pingue nominant. Consideratio siquidem haec est inter recentiores medicos in huiusmodi pharmacis, quod emollientius est, pinguis appellasse: hoc autem uidelicet humidius quoque est. Ceterum chalbanum & qui opopanax dicitur, praeterquam quod digerunt, etiam quid molliens habent: opopanax autem digerendo, chalbanum molliendo coquendoque praecellit. Talis sane mollientium pharmacorum facultas est. Tu uero cum uel scriptum aliquod in libris medicamentarijs discusseris, & examinaueris, uel ipse compositus fueris, audis nuper pharmacorum secundum maioris minorisque rationem differentijs, intellectus item corporum affectuumque diuersitatibus, ualida ualidis, imbecillia imbecillibus adhibebis. At ubi post primam medicamenti impositionem aliud applicas, oleo simplici pingui partem affectam fore uere conuenit. Porro ex ijs, quae *εργαλα* .i. tenacia nominantur, nullum auferendum est prius, quam sua sponte abscedant: immo etiam si laueris, permittenda sunt. Vitanda autem medicamentorum aquarum lauacra, praeterquam quae chalcantem aluminosa, & sulfurosa sunt. Haec quidem sufficiunt uiris cordatis ac prudentibus, quiq; in medicinae operibus exercitati peritiam aliquam sunt adepti.

*Specialis mollientium pharmacorum differentia ac facultas.*

Cap. 4.

**Q**uoniam uero omnes eiusmodi non sunt, & proposuimus hoc commentario, non ut in opere de morbis curandis methodum solam exponere, uerum simul cum particularium uno atque altero exemplo, pharmaca tñu comperta subiungere oportet, quae maiores nostri in medicatoria artis parte celebres literis mandauerunt: ad speciales mollientium pharmacorum differentias peruenimus a mollissimis, quae & paruis inflammationibus medentur, exorsis. Ex compositis emollientibus alia quidem, (ut ita dicam) imbecilliora primo ordine statuuntur: quaedam non multo his ualidiora, secundo, & quaedam alia, tertio: ad haec non nulla, quarto. Ceterum primi ordinis mollientibus ad exiguas durities & in mollibus seu teneris corporibus uti, sicut praedictum est, expedit: ad fortiora his corpora & affectus, secundi: quemadmodum & tertij, & quarti, pro illorum ratione. Subscribam autem & eorum cuiuslibet propria. *Emollientia medicamina primi ordinis.* Butyrum, resina colophonica, & cera candida non uetusta, singula tria pondere aequalia, inuicem liquata, primi ordinis mollientia sunt. Et liquidum medicamen, quod parygrum appellatur, eorum numero adscribitur, cum recens fuerit: ueterascens autem maiorem digerendi uim acquirit. At emollientium imbecillimum est, cera cum butyro liquefacta, aut ex susino, aut commageno. Atque his imbecillius est, quod dicitur ceraleum, quasi ex cera oleoque confectum, cum in libram olei laxantis nulla adstringenti uirtute praediti, cerae uncia. xii. uel. xvi. iniecta fuerint. Iam ex ouis cerata facta exigua quaedam relaxantia potestatem possident. Valentiora his, uerum imbecilla adhuc & ipsa, cerata ex oelypo, resina, & cera pari pondere liquefactis: sin autem uetustiora quodammodo ipsa fuerint, olei cuiusdam laxantis, uel susini, uel commageni, uel adipis suilli, uel gallinae, uel anserini misturam requirunt. *Mollientia medicamenta secundi ordinis.* Quemadmodum in simplicibus medicamentis quatuor congenerum ordines fecimus, qui maioris in se minorisque rationem distinguunt, aliquorum autem ambiguam esse uirtutem diximus, utrum ad primi ordinis finem, an in secundi initio locanda sint, ita de secundo, tertio, & reliquis deinceps. In quibusdam uero audacter pronuncians, alia in principio huius, alia in termino huius ordinis consistere dixi: sicut non nulla citra appositionem, uel primi, uel secundi, uel tertij, uel quarti ordinis esse retuli. Maleum uero experientiae particularis in uarijs & corporibus & uitijs seu affectibus huiusmodi pronuntiata desiderant. Quare si quis post me aequae studiosus & ueritatis uehemens amator extiterit, ne temere ac subito, ubi bis terue usus expertusque sit, ferat sententiam. Frequenter enim ei ex longa experientia, quemadmodum & mihi usu uenit, in secundo ordine dicta, in tertium incipientem transponi oportere uidebuntur, uel in principium tertij absolute. Cuius enim corpora quibus medicamenta adhibentur, ipsique affectus non exiguum differentiae excessum in maioris minorisque ratione obtineant, difficillimum est de omnibus eadem pronunciare. Accedit huc, quod ipsa simplicia medicamenta non paruo diuariant discrimine. At ego quum in praestantissimis uirtutem pro unaquaque specie ac genere ostenderim, si quis in deterrimo per experientiam examinationem molliatur, examinet quidem falsò, non autem facultatis ipsorum ordines distinxerit: Itaque utilissimum est medicaminum ipsorum inter se differentiam secundum maioris minorisque rationem accurate scribere, quemadmodum & in alijs feci, & nunc facturus sum.

*Uarias enajei differentias secundum maioris minorisque rationem, in emollienti emplastro Mnaseo, pro uaria simplicium uim quantitate, tum atate, tum coctione.*

Cap. 5.

**S**Anc quidem emplastrum Mnaseo auctore compositum rectissime secundo mollientium ordini adscripsit, omnibus ceris, qui eius meminerunt, conuenientibus ex oleo ueteri, argenti spuma, & adipe suillo componi: in quantitate uero horum singulorum discrepantibus, atque eo, quod non nulli ex recentiori adipe, quidam ex ueteri, quem iam omnes uocare solent axungiam, componant. In his quidem imbecillimum fiet ex argenti spuma, suillo adipe, & oleo, neutro ueteri: ualidius, oleo quidem ex ijs ueteri, altero autem recenti addito: his ualidius, ex ambobus uetustis. Ex eo igitur quod recens aut uetus oleum addepsque immittitur, quatuor differentiae prodibunt: alias quidem ambobus recentibus, alias uetustis:

QUINTA CLASSIS.

S non

non nunquam oleo quidem ueteri, adipe uero recenti: uel cōtra, oleo quidem recenti, uetusto autem E adipe indito. At ex trium ipsorum simplicium medicamentorum mutua symmetria alia plures differen-  
tia emanabunt, uel enim pari pondere & mensura hæc tria miscentur: ac multi affirmant, ab ipso Mna-  
sæo confectum tribus paribus constare: uel duobus quidem paribus, tertio nõ pari, sed minori, aut co-  
piofiori: uel tribus misis imparibus, unde clarum euadit multas fore differentias. Copiosa siquidem  
argenti spuma iniecta medicamen potestate mollius fiet: pauciore, ualidius: Ac magis emolliet, si plus  
adipis immittatur; digeret fortius, si oleum augeamus. Præterea aliud quiddam accedit copiofio-  
re oleo imposto, quod magnam uim ad medicamen, ut magis digerat, efficiendum obtinet: est autem  
hoc, sicut primo libro diximus, si magis incoquas. Si igitur solam argenti spumam in oleo copiofio-  
re coquas, medicamentum euidentius exiecit. † In ueteriore uero coques, ubi plus olei indideris, si em-  
plastrum spissitudinem habiturum sit: quod si id non cures, sed æquali tempore tum id, quod minus olei  
continet, tum quod plus habet, incoquas, liquet potestate emollietius futurum, cui oleum ueterius mi-  
stum fuerit, quemadmodum si & cruda argenti spuma oleo commista acopo uti uelis. Quare quod iam  
sæpe dixi, semper ipsius meminisse uolo, non sicut quidam sententias absolute de pharmacis ferunt, sic  
& nos facere, absolute dicentes hanc medicamenti compositionem illa esse potio-  
rem. Nam utraque ad diuersos specie affectus recte composita esse potest, interim ad eundem diuersis temporibus. Hæc F  
igitur omnia modo a me relata qui prius audiuit, non diligens modo uel memor, sed natura etiam pru-  
dens uti iiter & cum fructu leget ea, quæ distincte & scripti, & scripturus sum. Ac in propositis medica-  
mentis distinctione ibi exponam trium quatuorve syllabarum appositione comprehensas: qualem, in  
quam, appositionem in pharmaco præfenti libro proposito Mnalai, Andromachus appēdit uidetur.  
Nam in meliorum emplastrorum catalogo undecimum ordine cum id scriptuisset, non simpliciter di-  
cere contentus fuit, ut in prioribus commemoratis, Aliud, atque Aliud, ipsis præponens, sed Tenerum  
adiecit. Itaq; hoc uolebam ipsam in omnibus fecisse, & in ipsis melinis a tenerissimo incepisse: inde ue-  
ro digressum ad paulo fortius inuuisse ad scribendo, paulo quodam secundum hoc, quam illam, esse  
ualentius, hoc rursus tertium esse fortius, deinde hoc quartum: Veluti rursus si aliqua æqualem putarit  
habere potentiam, id ipsum admonuisse: uel si periculum timeret in eiusmodi pronuntiatis, certe sim-  
plicia emollientia pharmaca prædoceret, maioris ac minoris ratione in ipsis definita, ut qui mollientia  
emplastra multa deinceps ab ipso scripta legit, ualidius quidem esse intelligat, quod ex styrace, ammo-  
niaco, bdellio, propoli, chalbano, seu taurino, hircinoq; & medullis confectum est: imbecillum, quod  
nullum ex his continet, sed uel omnia inualida uirtute, uel hæc quidem ipsis ualentiora: media uero tē-  
peraturis, uiribusq; quod uel unum aliquod ualidum uel duo, imbecillibus mista sint. Constat. n. inter-  
positam maioris minorisq; latitudinē oibus medicamentis non exiguamine esse, in cōmuni uniuersis ip-  
sis uirtute generatim æstimatis: iuxta quam pharmaca congenera & conformia græcè *ἁρμόνιοι* & *ἁρμόνιοι*,  
id est eiusdem generis, ac eiusdem speciei dicuntur, quemadmodum & alia generis, uel speciei diffe-  
rentis euariantia. Cum igitur hæc mihi distincta sint, quibus instructus, non magno negotio & ua-  
lentioris uirtute & imbecillioris prædita quæ dignoscere, narrationem ipsorum aggrediar: deinde cō-  
scripta ab experitissimis medicamentorum uiris, siue emplastra, siue malagmata uoles appellare, percen-  
sebo. Auspicabor autem a medicaminibus ab Asclepiade in quarto libro exteriorum, quibus titulum  
indidit Marcellas, aditis.

*Asclepiadis malagmata.*

Cap. 6.

**A** Myrthæonis malagma ad præcordiorum tensiones, soluit omnem duriciem, facit etiam ad diffi-  
ciles articulorum motus. Guttæ ammoniaci pondus triginta sex, ceræ tantundem, terebin-  
thinæ pondus uncias. viij. bdellij pondus uncias. viij. thuris, myrthæ, utriusque pondus uncias. iij. chal-  
bani pondus uncias octo, cyprini heminas. iij. myrthæ, thus, bdellium, uno madefunt: ammoniacum  
aceto diluitur: omnia contunduntur pistillo cyprino munito, quousque perfecte dissoluantur. Hoc  
medicamentum uetus celeberrime est, sicut & quod Asclepiades post hoc in istum modum tradidit. H  
*Diasmyrthæon apolophonion, id est medicamentum ex myrthæ, martem differens, confectum.* Ad præcordiorum ten-  
siones, soluit omnem duriciem, benefacit hepaticis, splenicis, nephriticis: ualeat ad omnem neruorum  
sympathiam, articulorum dolores, detentiones que leuat. Ceræ, terebinthinæ, guttæ ammoniaci, bdellij,  
myrthæ, propolis, iridis, styracis, singulorum pondus uncias sexdecim, irini unguentum sæculæ, quan-  
tum sufficit, uini odorati, quod satis est. Preparato, sicut prædiximus. Quod succedit huic, ab Ascle-  
piade scriptum dignis quidem ac celeberrime supra scriptis existit: uerum ad induratorum solutionem  
illis inferuis. *Aliud Dioscoridis medicamentum confectum.* Ad difficiles artuum motus, & ligationem,  
hoc est obstrictos articulos, Græci uocant ancylas: tollit omnem duriciem, facit ad interaneorum af-  
fectus abscessus que profundos. Ceræ pondus minam, resina fricta, chalbani, iridis illyricæ, singulo-  
rum minæ dimidium, irini sæculæ, quod satis est: uini, quantum sufficit. Medicamen tusile est, confic-  
tetur sicut priora. Pharmacom antedictum succedens ab Asclepiade scriptum idem est ei, quod Heras  
ad calcem medicamentarij sui libri conscripsit: paululum uero quiddam in symmetria quatuor simpli-  
cium pharmacorum euariat, uti innotescet cum ambo scribemus. Prius autem ab Asclepiade proditi  
mentionem faciemus, quod ad uerbum ita habet. *Lucij præceptoris ad articulos recenti cicatrice contractos,*  
*quas ancylas nominant, inscriptum.* Facit ad abscessus in alto corporis obortositatem ad neruorum cōtractio-  
nes

† Forte, dicitur uero coques.

† Al. ut.

† Al. iij.

† Al. unc. iij.

† In hac deseri-  
tione deest  
Ceræ, quæ  
est in con-  
tractis.

**A** nes, & articulorum ligationes, quas ancylas uocamus: succurrit opisthoronicis, id est cum ceruix in po-  
steriorem partem reflexa est, nec prorsum retrahi potest. Valet ad omnem neruorum dolorem ex con-  
sensu. Est etiam acopon bonum irino, uel cyprino, uel laurino solutum: emolliet ueteratas, contumaces-  
que duritias. Bdellij, seu uilulini, guttæ ammoniaci, uelidis illyricæ, singulorum pondus denarium sexde-  
cim, opopanax, chalbani, cachryos, styracis, thuris, singulorum pondus denariorum octo, piperis gra-  
na numero centum sexaginta, irini sæculæ, quod satis sit, ceræ, terebinthinæ, singulorum pondus seli-  
bram, uini quod satis est. Tusile est medicamen, superiorum modo cōficatur. Vbi igitur Heras ab Ascle-  
piade in simplicium symmetria disenserit, quod pollicitus sum, iam indicabo. Primum omnium scri-  
psit Asclepiades medicamentum, bdelli denarium pondus sexdecim: Heras autem non bdelli, sed bdellij  
lii pondus denarium octoginta, qui quinquies sexdecim adæquant. Deinceps seu uilulini denarios sex-  
decim scribente Asclepiade. Heras quinquies totidem posuit, sicut & bdellij: nam octoginta denarij,  
quinquies sexdecim comprehendunt. Tertium ab his medicamentum Asclepiades subiunxit, guttam  
ammoniaci, & huius sexdecim denarios iniiciendos censuit. Itaque iuxta priorum proportionem He-  
ram quoque octoginta denarios scripsisse conueniebat: posuit autem non octoginta sed centum, quate-  
uiginti plures illo indidit. Aliud post commemorata pharmaca protulit Asclepiades hæc uerbis, iri-  
dis illyricæ denarios sexdecim: Heras huius proportionem seruauit, octoginta scribens. Quintum  
post prædicta medicamenta opopanax denarios octo Asclepiades scripsit: Heras autem hic quoque  
proportionem seruauit, quadraginta ponens. Chalbani denarios. viij. Asclepiades iniecit: Heras etiã  
in eo proportionem representat, quintuplam censens immittendam, Quippe quadraginta denarij, quin-  
quies octonos absoluunt. Septimum medicamen Asclepiades ita exposuit, Cachryos denarios. viij.  
oportuit igitur & Heram, si proportionem obseruabat, quadraginta indere: nunc autem non sic, uerum  
duplices, puta sexdecim ipse conscripsit. Oelani, styracis Asclepiades meminit, denarios. viij. iniiciens  
Heras proportionem huius, quintuplo immisso obseruauit. Nonum pharmacom posuit Asclepiades,  
thuris denarios. viij. miscens: Heras non quintuplam, sed duplum sumere præcipit. Decimum, piperis me-  
minit Asclepiades centum sexaginta granis immisis: cui Heras rursus consentiens octingentos inie-  
cit. In quibusdam exemplarijs hæc noui, quomodo uiginti scripta sint, quemadmodum in alijs [centum  
& octo.] Undecimum tradidit ceram Asclepiades, sicut & duodecimum resinam terebinthinam,  
utriusque selibræ immittendam existimans. Ratio igitur exigebat & Heram, si proportionem uole-  
bat referre, quintuplum utriusque indere, quod erat singulorum libras duas, in super libram dimidium.  
Ille uero non ita, sed libras tres, & uncias. iij. miscere iubet. Vnde clarum euadit Heram cachryos du-  
plum ad proportionem imponere, sicut & thuris. Ammoniaci uero guttam quadraplo copiofio-  
rem adiecit, quemadmodum & terebinthinæ, ceræque triplo. Etenim in his tertia parte exuperauit. Atque  
hæc rotam medicamenti compositionem, Asclepiadis confecturæ similem effecit. Exuperans enim  
in symmetria cachryos emolliens nihil habentis, sed digerens dumtaxat, adauxit ei, & emollientia,  
thus puta, ceram, & terebinthinam. Hoc igitur medicamentum Lucij quidem præceptoris nominat  
Asclepiades: ubi uero differat ab Hera, percensui. Ceterum extremi mollientium ordinis est, ut quo  
nullum in duriscentia magis emolliere comperias. Porro medicamenti auctor huc etiam animi inten-  
tionem direxit, ut in scirrhis induratis continetur, digerat, discutiaturque. Reliqua pharmaca præceden-  
tia, parum iam dicta superant. Habent enim in seipsis amplius iacraftatorum uiscosorumq; humorum  
incisoria, quæ sæpe tumoribus scirrhis ex usu sunt, cum uiscosi humores illos producerint. Itaq; opo-  
panax modice attenuat, uocant autem sic \* radicem panacis, cuius caulis liquore expresso opopana-  
cem faciunt: est enim deterrima non in eisoria uirtutis. Acetum autem cum stercore caprino secat, de-  
terget, digeritque uehementer non modo humores incrassatos ac lentos, uerum solidas etiam partes  
ipsas. Quædam apposita sunt medicamina ordinè propositum sequenti, quod Alcimionis titulum habe-  
re dixit. Scribit ergo de priore hunc in modum. *Aliud malagma Marci Tarentij, Asclepiadis, ualde generosum.*  
**D** ad idem. Præcipue uero ualeat ad uteri inflationes. Inscribitur Asclepiadeum medicamentum, eo quod  
ad Asclepiadeum Buthynum auctorem refertur. Myrthæ, [denarium pondus unum,] opopanax pon-  
do selibræ, ceræ pondus libram. s. chalbani pondus uncias tres, manna pondus selibræ, guttæ ammo-  
niaci pondus selibræ, resina fricta pondus libram. s. acetum heminam. Vtendum est eo etiam ad omnem  
neruorum ex consensu dolorem. *Aliud Alcimionis Titulo inscriptum.* Ceræ pondus libram & s. resina  
colophonie pondus libram & s. guttæ ammoniaci pondus libram. s. chalbani pondus uncias tres, myrthæ  
pondus uncias tres, opopanax pondus libram. s. propolis pondus uncias tres, acetum sextarios duos, stercoris  
caprini pondus uncias tres. Ammoniacum tertium, acetum sextario iniectione: deinde his myrthæ, thus, opo-  
panax adduntur, rursusque lauigantur: propolis post chalbani contunditur: ceræ, resinaque coqui-  
tur, olei heminis duabus affusis: ubi confluxerint, propolis & chalbani adijcitur, mouens continue:  
postquam dissolueris, ab igne sublata refrigerari iungo, & deorsum lauigatis indito: cum una miscueris,  
excipito, ac utitor. Post nominatum malagma, aliud in Asclepiadis libro scriptum est, quod quidem  
mollendi facultatis parum, calfactoria uero plus obtinet: habet autem non gentianæ succum mo-  
do, sed peucedani & sagapeni etiam liquores, calida admodum pharmaca. Ceterum mistum ei est  
& aphronitrum, & lapidis alij flos, attenuans incidentisque potestatis medicamina. Iam sulfur uiuum  
calescere omnes nouit, quemadmodum & uinum picatum. Subiungam & hoc medicamentum ipsius



Asclepiadis uerbis. Malagma Pharmianum ad praedictos affectus inscriptum. Summe facit pleuriticis, E quippe dolores subito in ipsis accessionibus soluit impositum. Oporret autem ubi ipsam imposueris, rubore in parte affecta excitato spleni auferre, ac rursus interuallo t'pis interponere: ite diurna uttia dissoluit. Cerae pondo, t'libras quinq; guttae ammoniaci libras tres, fricta tantundem, terebinthinae pondo libram, thuris pondo libram, s. myrrhae pondo uncias sex, aloes totidem, oesypi, gentiana succi, peucedani liquoris, singulorum pondo uncias tres, sagapeni pondo uncias. iij. aphronitri podo uncias sex, lapidis alij floris pondo uncias sex, opopanax tantundem, propolis pondo uncias tres, sulfuris uiui pondo unc. iij. uini picati sextarios. v. Picarum & gentianae succum incoquito: quae liquati possunt, ubi liquefeceris, refrigerari sinito: guttam ammoniaci, thuris, myrrham, & aloen conterito, in pilam coniectis liquidum affundito, soluta studiose conterito: arida uero tunfa, cribrataque, laeuigatis indito, ac rursus diligenter tunfis liquida ferrefacta adiungito, absque grumis, qui enterides dicuntur: cum misueris, excipito, ac utitor. Post praedictum aliud deinceps malagma persimile Asclepiadis hufce uerbis conscripfit. Aliud Neapolitani, prae paratum est. Aquilia secundilla. Vini picati sextarios sex, cerae pondo libras sex, guttae ammoniaci pondo libras tres, fricta tantundem, terebinthinae pondo libram. s. thuris pondo libram semissem, myrrhae, aloes aphronitri, lapidis alij floris, genianae radice succi, singulorum pondo unc. vj. sagapeni pondo unc. iij. sulfuris uiui pondo unc. iij. propolis pondo unc. iij. panacis radice pondo unc. iij. sampfuchi pondo unc. iij. piperis albi pondo uncias tres. Praeparato, ac utitor, ut praedictum est.

Andromachi malagmata.

Cap. 7.

Malagma durum & aridum. Picis podo libras tres, cerae pondo libras duas, resinae pondo libram, chalbanum pondo uncias duas, guttae ammoniaci tantundem, mannae pondo uncias quatuor, acetis sextarios tres. Alter. [Manna lib. j.] picis pondo libras quatuor, cerae pondo lib. duas, resinae pondo libram, guttae ammoniaci pondo libram, [succis radice peucedani uncias sex, oesypi unc. iij.] chalbanum pondo uncias. vj. alij pondo libram, acetis sextarios tres. Aliud Aristoclis. Picis pondo libras. iij. cerae pondo libras. viij. resinae frictae pondo libras. iij. terebinthinae pondo libras. iij. guttae ammoniaci pondo libras duas uncias octo, chalbanum pondo libram, uncias. iij. Aliud ad artuum ligationem, quas ancyas Graeci uocant. Bdellij denarium pondo sexdecim, thuris denarium pondo sexdecim, guttae ammoniaci denarium pondo octo, opopanax denarium pondo octo, chalbanum denarium pondo octo, seui uiculinum denarium pondo sexdecim, piperis grana centum sexaginta, styracis denarium pondo octo, caelnyos denarium pondo sexdecim, iris illyrica pondo sexdecim, terebinthinae minae dimidium, cerae minae dimidium, cyprini heminas. iij. uini, quod satis est. Malagma ex meliloto. Nardi celticae denarium pondo decem, cyperi denarium pondo octo, cardamomi denarium pondo octo, iris illyrica denarium pondo octo, myrrhae denarium pondo octo, croci denarium pondo. iij. meliloti denarium pondo. xxv. guttae ammoniaci denarium pondo octo, terebinthinae denarium pondo quinquaginta, cerae nouae denarium pondo centum, cyprini heminae dimidium, acetis, quod satis est: quidam guttae ammoniaci denarium pondo centum. Ad interiora omnia. Diapermaton. i. ex semilibus. Guttae ammoniaci denarium pondo quinquaginta, cerae denarium pondo quinquaginta, terebinthinae denarium pondo quinquaginta, foenigraci denarium pondo. xxv. seui taurini curati denarium pondo. xxv. iris illyrica denarium pondo. xxv. nitri denarium pondo. xxv. mellis [heminae sex,] acetis heminae, panacis denarium pondo. xxv. cyprini partu. Vt autem Philonides. Foenigraci seminis, anisi, seminis styracis, bdellij fordidi, mannae, thuris, cardamomi, cyperi noui, panacis radice, iris illyrica, aphronitri, singulorum denarium pondo. xxv. guttae ammoniaci, terebinthinae, singulorum denarium pondo quinquaginta, seui taurini denarium pondo lx. meliloti denarium pondo sexaginta, cerae denarium pondo duum t, mellis heminae dimidium, [uini heminam unam.] Aliud, ut Hippocrates. Foenigraci, nitri, panacis, iris singulorum denarium pondo octo, terebinthinae, guttae ammoniaci, cerae, singulorum denarium pondo centum, seui taurini denarium pondo centum, mellis heminae pondo libram, acetis sextarios duos, apij seminis, cumini, foeniculi, singulorum denarium pondo quinquaginta, meliloti denarium pondo quinquaginta, alij. xxv. sampfuchi denarium pondo quinquaginta, cardamomi, [ameos, singulorum] denarium pondo quinquaginta, cyprino excipitur. Malagma ex sampfuchio ad multa. Cerae nouae, baccarum lauri, foenigraci lauris, sampfuchi, singulorum denarium pondo centum, terebinthinae libras centum quinquaginta, nitri denarium pondo trigintaduam, piperis denarium pondo trigintaduam, alij sexdecim, cyperi denarium pondo sexdecim, cyprini heminas duas, uel styracini. Malagma ex bacis lauri. Cerae denarium pondo septuagintaquinque, picis brutiae denarium pondo septuagintaquinque, baccarum lauri denarium pondo septuagintaquinque, nitri denarium pondo septuagintaquinque, resinae frictae denarium pondo septuagintaquinque, chalbanum denarium pondo. xij. piperis albi denarium pondo sexdecim, cyprini denarium pondo sex t. Aliud malagma boni coloris, ad multa accommodatum. Cerae pondo libram, resinae frictae pondo libram, guttae ammoniaci pondo uncias sex, aluminis liquidum pondo uncias, sex salis floris pondo uncias sex, quidam uisci pondo uncias sex. Malagma Apolloniaris. Cerae denarium pondo octoginta, guttae ammoniaci denarium pondo octoginta, bdellij denarium pondo octoginta, iris illyrica denarium pondo octoginta, resinae terebinthinae denarium pondo.

† Al. lib. iij. † Al. unc. iij.

\* Al. viij.

\* Al. lx.

† Al. centum.

\* Al. quinquaginta.

\* Al. lxx. dracmas.

† Al. lxx. dracmas.

A pondo. xxx. mannae thuris denarium pondo. xxx. irino contunduntur. Malagma ex alumine, alter. Cerae denarium pondo centum, picis denarium pondo quinquaginta, aluminis liquidum denarium pondo. xxv. ego autem quinquaginta, uisci denarium pondo quinquaginta. Ad ischiadicis uentem. Rutae agrestis seminis, silphij, baccarum lauri, aphronitri, abrotani, colocynthidis, cardamomi, ameos, singulorum denarium pondo quatuor, rutae uiridis, picis, terebinthinae, guttae ammoniaci, cere, seui, tuor, ] sulfuris ignem non experti denarium pondo. iij. Ad lienesos. Cerae pondo minam, resinae frigmenti heminam, capparidis radice denarium pondo quinquaginta, calaminthae radice denarium pondo quinquaginta, myrobalani facis, quod magma uocat, denarium pondo quinquaginta, aceto aridis, oleo liqualibus adiecto uitor. Malagma Polybreston. i. vsus multiplicis. Sinapios denarium podo. iij. mannae denarium pondo. ij. rutae denarium pondo. iij. aphronitri denarium pondo. iij. capparidis denarium podo sex, guttae ammoniaci denarium podo. iij. myrobalani denarium pondo. xxv. & corticum denarium pondo quatuor, lapidis alij floris denarium pondo. iij. foenigraci denarium pondo. iij. cardamomi denarium pondo quatuor, cerae denarium podo septuagintaquinque, resinae heminis superfundunt. Polyarchon ex epistola. Cyperi, cardamomi, mannae, cerae, singulorum podo minam, terebinthinae frictae pondo minam. s. liquidae pondo minas tres, cyprini, quod satis est: ego bdellij pondo minam. Altera scriptura. Cyperi, cardamomi, bdellij, thuris, balsami, singulorum podo minam, cerae pondo minam. s. resinae frictae pondo minas. iij. cyprini heminas sex uini odorati heminae unam. s. Vt ego uitor. Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, singulorum pondo minam, cerae pondo minam. s. resinae frictae, terebinthinae, pondo minas quatuor, cyprini heminam, castae, ciuamomi, guttae ammoniaci, nardi indicae, croci, myrrhae, singulorum quartam minae portionem, uini odorati quatuor centum uiginti quinque, nitri, thuris, singulorum denarium pondo quinquaginta, seui uiculinum & taurini, butyri, singulorum denarium pondo septuagintaquinque, oesypi denarium pondo quindecim, aquae cyathos sex. Malagma ad hepaticos bonum. Guttae ammoniaci denarium pondo centum, dragintaquatuor, alij centum duum, bdellij denarium pondo centum, quadragintaquatuor, croci denarium pondo. xii. myrrhae denarium pondo. xii. cerae denarium pondo centum, quadragintaquatuor, alij centum, acetis quartam partem heminae, cyprini heminam: ego autem pondo heminas. Cx. Malagma ad rheumatismum stomachi & intestinorum. Oenanthae pondo unciam, omphacii pondo uncias. iij. phoenicobalani carnis pondo uncias duas t, acaciae pondo unciam, rosarum pondo unciam, do uncias. iij. picis pondo uncias quatuor, cerae podo uncias tres, alij thuris, myrteae pondo uncias tres, uinum aridis affunditur. Ad hydropticos & flatuosos. Picis liquidae pondo libram, cerae podo libram, nitri pondo uncias \* sex, sulfuris uiui uncias \* sex, aluminis fissi pondo uncias sex. Aliud malagma ad ischiadicis, aliaque multa. Cerae denarium pondo \* septuagintaduam, terebinthinae denarium pondo quadraginta octo, guttae ammoniaci denarium pondo trigintaduam, propolis denarium pondo quadragintatruum, chalbanum denarium pondo trigintafex, bdellij denarium pondo uiginti quinque, croci denarium pondo quinq; opopanax denarium pondo duodecim, nitri spumae denarium pondo triginta, irino unguine tundens uitor. Aliud malagma Andreae, polychreston i. multum utile. Pyrethri denarium pondo octo, croci gnidij denarium pondo \* octo, salis ammoniaci denarium pondo octo, cucumeris agrestis radice denarium pondo octo, resinae pineae denarium pondo octo, terebinthinae denarium pondo octo t, cerae denarium pondo triginta, liquoris sycamini denarium pondo duodecim, alij decem, aphronitri denarium pondo uiginti, thuris denarium pondo sexagintaquinque, bdellij denarium pondo decem, aristolochiae denarium pondo decem, alij uiginti, myrrhae denarium pondo decem, & longi denarium pondo decem, xyloballami denarium pondo decem, cardamomi denarium pondo decem, oesypi denarium pondo quindecim, hebiscis radice denarium pondo \* decem, gladioli radice denarium pondo decem, styracis denarium pondo decem, capparidis radice denarium podo decem, iris illyrica denarium pondo decem, aloes indicae denarium pondo decem, chalbanum denarium pondo decem, uisci de querculecti denarium pondo decem, alij duodecim, adipis ansetini denarium pondo octo, resinae siccae denarium pondo duodecim, sedimenti iridis, quod satis est. Aliud Amythanis ad thoracis praecordia, & stomachi dolores, item ad articularum impeditioes, quas ancyas Graeci, ligationem Latini uocant. Insuper ualeat ad abscessus, & duritias emollit. Guttae ammoniaci denarium pondo quinquaginta t, cerae denarium pondo uiginti, bdellij denarium pondo \* quinquaginta, resinae terebinthinae denarium pondo uiginti, iris illyrica denarium pondo decem, chalbanum denarium pondo quinq; & irino adiecto simul laeuigantur. Malagma Antipatri ad colicos omnique interiora. Silphij denarium pondo duum, eleliphaci denarium pondo quatuor, castae denarium pondo quatuor, melantili denarium pondo quatuor, staphidis agriae denarium pondo quatuor, chalbanum denarium pondo

† Al. minae oesypum parit. At chalbanum, opopanax, singulorum denarium pondo. xx.

† Al. septem.

† Al. hem. s.

† Al. unc.

\* Al. i. \* Al. s. \* Al. lxx.

† Al. hem. s.

† Al. centum.

\* Al. quinquaginta.

\* Al. lxx.

\* Al. lxx.

† Al. uiginti. \* Al. xx.

pondo quatuor, struthii denariorum pondus quatuor, sulfuris iui denariorum pondus quatuor, panacis denariorum pondus septem, propolis denariorum pondus septem, pyrethri denariorum pondus septem, guttae ammoniaci denariorum pondus septem, nitri denariorum pondus septem, alij floris denariorum pondus viginti quinque, cere denariorum pondus centum quinquaginta, resinae denariorum pondus centum quinquaginta, olei heminat. *Aliud malagma Callimici ex collectancis Pacci, ad omnia.* Cerae nouae denariorum pondus centum, guttae ammoniaci, terebinthinae, bdellii pellucis, singulorum denarium pondus quinquaginta, alterci seminis denarium pondus triginta, liquoris papaueris denarium pondus xx. meliflori, myrrhae, aristolochiae, piperis, gentianae, styracis, singulorum denarium pondus quindecim, thuris denarium pondus octo, croci denariorum pondus octo, olei heminat, papaueris albi seminis denarium pondus quadraginta octo, nucleorum pineorum denarium pondus viginti. *Aliud malagma Lycoppyron.* Terebinthinae pondus libras iij, cere pondus libras tres, guttae ammoniaci pondus uncias sex, chalbani pondus uncias duas, opopanaxi pondus uncias duas, mannae pondus uncias duas, seui taurini pondus uncias duas, cyprini parum. *Aliud emplastrum, malagma generosioris Crispi.* Myrrhae, opopanaxi, chalbani, singulorum pondus uncias sex, panacis radicis, mannae, thuris, guttae ammoniaci, singulorum pondus libras duas, cere, resinae frictae, singulorum pondus libras tres, acetii heminas duas. *Aliud ad coxendicium, capitis, omnesque diuturnos dolores.* Cerae denariorum pondus uiginti quatuor, guttae ammoniaci denariorum pondus septem, terebinthinae denariorum pondus septem, thapsiae succi denariorum pondus octo, olei heminat. *Aliud ad aquam inter cutem Cleophrantis.* Cerae, resinae pineae, aphyronitri, singulorum denariorum pondus centum, chalbani denarium pondus duodecim, propolis denariorum pondus duodecim, guttae ammoniaci denariorum pondus duodecim, s. cyprini heminas duas, acetii heminas duas. *Aliud dolorem sedans Nicostri ad podagram.* Cerae pondus libram, guttae ammoniaci pondus uncias sex, opopanaxi pondus uncias iii. s. meconiae pondus uncias tres, cyprinum ad congestionem illorum adhibetur. *Aliud ad apellas, quos Graeci lipodermis uocant, auctore Epidauro.* Thapsiae radicis pondus denarium trium, piperis nigri pondus unius, seui uulini denarium pondus xij, thuris denarium pondus iij, xylobalsami denarium pondus duum, resinae denarium pondus sexdecim, cere denarium pondus viii, liquata sicca superfundito. *Aliud malagma apud Asclepiadem dolorem summouentis, tensionem subito tollens.* Cerae tyrrhenicae pondus minam, seui taurini, ad ipsas anserini, medullae ceruinae, terebinthinae, singulorum pondus minam, chalbani minae dimidium, celsipi pondus uncias iiii, rosacei heminas iiii, unguenti telini, id est ex foeno graeco confecti heminam, olei boni tantundem. Hac igne non acri liquefacto, mouens sedulo: sint autem laeuia in pila contusa, iris illyrica denarium pondus centum octoginta, hypocythidis lanigatae denarium pondus nonaginta, galle laeuigatae denarium pondus trecentorum sexaginta, mannae, bdellii, singulorum denarium pondus centum octoginta, cinnamomi, croci cilicis, myrrhae, castae, nardi indicae, iunci floris, calami aromatici, amomi, piperis, rhu succi, testudinis marinae sanguinis, androsami herbae, pyrethri, singulorum denarium pondus triginta quinque, acetii ueteris heminam, in quo omnia medicamenta iniecta emolliuntur runderuntque, quousque lentum ac elaboratum sit medicamentum, deinde reponitur. Valer etiam ad thoracis, ac pulmonis rheumatismos, item incipitio dolentes confectum liberat. Vocatur autem medicamentum Aesculapius. *Aliud ad coxendicium dolores optimum ab Hera Cappadociae acceptum.* Picis liquidae heminas tres, uel duas, cere pondus libram, pityinae pondus libram, sulfuris uulni pondus libram, nitri pondus libram, s. staphidis agriae sextarium, pyrethri pondus libram, facis combustae pondus libras duas, cardamomi sextarium, chalbani pondus seilibram: liquida sicca commiscetur. *Aliud malagma Baceby, quo Casar usus est.* Ad ipsas suilla pondus minas duas, cere pondus minas duas, helenii, calami aromatici, panacis radicis, salis fossitii, uel ammoniaci, singulorum pondus quinquaginta, bdellii pellucis, guttae ammoniaci, singulorum pondus minas duas, iunci floris, iris, singulorum pondus minam, thuris, piperis, chalbani, singulorum denarium pondus uiginti quinque, coquito ut Cardameleum. *Aliud malagma Aurcum ad arthriticos, hoc est articulari morbo laborantes.* Resinae strobilinae pondus libras duas, axungiae, chalbani, singulorum denariorum pondus duodecim, cere denariorum pondus uiginti quatuor, baccarum lauri denariorum pondus duodecim, incoquito ut nouisti. *Aliud malagma ad laterum dolorem.* Cyperi, cardamomi, mannae, guttae ammoniaci, terebinthinae, cere, irini, singulorum pondus libram. Ammoniacum seorsum coquito, liquabilia lanigata, ac cum irini cyatho liquefactis ammoniacum aspergito: deinde arida misceto, uino manus inquinans. *Aliud malagma Clomaci boni coloris.* Auripigmenti pondus uncias iij, aluminis sili pondus uncias iij, calcis uiuae pondus uncias iij, resinae frictae pondus libras tres, cere totidem, acetum aridis, oleum liquidis additum, utitur ridem in lienosis.

Damocratis malagma.

Cap. 8.

Quoniam metris conscripta & memoriae facile commendantur, & medicamentorum symmetrias exacte conseruant, ideo Damocratis quoque pharmaca apponere consueui, inter quae & hoc infra adscriptum numeratur.

At usus omnino & malagmatis boni Subinde ueniet medicinae cultoribus, Ad musculos conuulsos, articulos quoque

Ruptos, & artuum fracturas: insuper Ad crassitiam neruorum, nec non musculos Cum phlegmone induratos: ad morsus ad haec Est

A Est efficax, lichenas & lepras demit

Ut plurimum decem diebus additum: Mutatur altero die uel tertio.

Al. ceram immitte & ceram

Picis nitidae siccae libras duas, Vnam pityinae pone, unam & cere bonae, Ammoniaci rursus, liquidi atque aluminis Fac singulorum unam, duos acerrimi Sextarios acetii: raro chalbani Quidam uncias duas miscent, diutinas Citius durities emollire qui expetunt. Sic preparato. Partem acetii tertiam Ammoniaci, atque alumini superaddito, Ac lauia reddens in magno mortario, Mellis recentis liquidi crassitudinem Fingito, picem cum ceteris in scilli

B Nouo incoque, ut perficere quin siccaueris

Torum, plane absit minimum, atque superfundito Sic lauibis in mortario factis probe,

Post hoc pharmacum Damocrates scripsit, quod ex sale confectum dicitur, hunc in modum exorsus. Si in horum aliquo mancas diebus plusculis, Deinde aliud quoque, ex sale post hoc commemorat, rursusque post ambo aliud strumas discentere promittens, & iocinoris hietis que aquosos affectus: mihi uero satius usum est, haec medicamenta inter emplastra digerentia terere.

De relaxantibus medicamentis.

Cap. 9.

Vocantur medicamenta quaedam relaxantia, graece chalastica, familiari omnibus prope recentioribus medicis uocabulo, inde nimirum, sicut & nomen ipsum indicat, quod tenas laxant particulas: quippe relaxari, ac intendi contraria inter se dicuntur. Hippocrates itaque hunc in modum quodam in loco scriptum reliquit: Cui durae emollitio, intensa relaxatio conuenit. Si igitur proprie quis dictionibus uti uelit, non nulla medicamina induratorum corporum malactica, i. emollientia esse dicit: ea nimirum quae ipsorum soluent duritiam, quemadmodum & relaxantia quae tenioni medentur. Porro in phlegmonis curam tendi contingit, interim a subiecto tumore symptoma hoc capientem, interim & ipsammet simul inflammatione laborantem, non tamen phlegmones substantia partis inflammatae durities est, sed e conuerso plane, sicut in libris de ipsa offendimus, humiditas. Atqui in ijs, quae scirrho consistantibus, non praepollens in affecta parte humiditas est, uerum durities. Attamen utriusque affectus similis genere quodammodo generatio est, & curatio: nascitur enim ex confluxu humorum, curatur eodem euacuatis, quamquam euacuationis modus in utrisque idem non est, sed uti in therapeutices methodi commentario declaratum est, in quo etiam aliorum omnium affectuum sanandi rationem explicauimus. Inflammatus quidem particulis tum repulsoria medicamentorum qualitas morbi initio, tum disculforia semper ex usu est: scirrhis autem sola disculforia sine repellente. Itaque summe indurata scirrho, summe insanabilia sunt. Porro dignoscere ea oportet, eo nempe signo, quod nullus affectus partibus sensus superfit. At in quibus sensus quidem est, sed obscurus, haec curantur pharmacis humorem in crassum uidelicet digerentibus, non tamen ualide, ac uniuersim hoc agentibus, sicut digerentia medicamina faciunt, cuiusmodi uocant Graeci epispastica & exipotica, i. attrahentia & excolantia. Mirari uero non oportet mutationem in duritiam ex inflammatis accidere, cum simul & confluens humor crassior est & uiscidus, & curatio medicamentis ualde exsiccantibus administratur. Quemadmodum enim

in exterioribus permulta corpora quae ipsam ignem contingunt, torrentur, ex aqua uero rursus emolliuntur: ita etiam in inflammatis affecti loci humiditas a calefacientibus & exsiccantibus ualidius pharmacis relictum aliquid uiscosum crassumque retinet, tenui discusso, Et hac ratione in morbis articularibus calli proueniunt, & in renum uitio calculi. Quod si uero fluxio quae phlegmonem commisit, consistencia sit tenuis, & curatio eius siccantibus & calefacientibus pharmacis adhibeatur, nihil scirrhosum reliquitur: immo refrigerantia uehementer adstringentiaque scirrhos procreare solent, ac multos ex erysipelatis immodice refrigeratis scirrhosos tumores habere conspiciuntur medicum, qui eos sanandos susceperunt, inscitia. Prima ergo medicamina, quae phlegmonis, & quae scirrhos medentur, differentia est ea, quam diximus. Altera, quae propter dolorem inflammationis coniunctam non sustinet ualens medicamentum affectu particulae offerri. Quippe haec cum dolore actionem edunt inflammationis ob affectum statim dolentibus, eoque mollissima remedia desiderantibus. At uehementiora, praeterquam quod dolores non soluent uel mitigant, adhuc etiam exacuentia maiores phlegmonas concitant. Itaque primus usus in dolentibus phlegmonis est, qui medicamentis abunde humidis simul & modice calidis administrantur. Alter paulo crassioribus, siccantioribusque constat. Tertius relaxantibus nominatis, quae non nulli malagmatis adscribunt. Sunt autem inter ea maxime emollientia sine, quae cerati speciem consistencia referunt, cum ex butyro, cera, adipibus, oleoque relaxante componuntur. Miscetur in his



cofypis, refinæ, & picis partem, sicut & thus, & chalbanum: præterea non nihil iris illyricæ. Porro inuenit E Menecrates, ut ipse ait, & alij quidam ei attestantur, medicamentum Diachylon. i. ex succis appellatis phlegmonis nondum uehementer dolentibus esse remedio. Inscriptus est liber, quo pharmacum tradit, Autocrator hologrammatos. Certe Autocrator, quasi dicas imperator, quoniam huic dicatus est: hologrammatos, quia sine notis, integris syllabis expressus est, duo, tria, quatuor, quinque, aliusque quilibet numerus, uel refinæ, uel picis, uel alterius cuiuspiam medicaminis. Hoc autem fecit Menecrates, quod sæpe non modo uolentibus errorem committere in scripturis contingit, sed etiam per inuidiam quibusdam uolentibus, dum literam faciant, per mediam rotundam lineam alia per transversum ducta. uero litera alia similiter transversum apposta: sicut etiam una linea ex a & p derasa, litera characterem relinqui contingit. Pari modo ex multis literis, alijs appositione, alijs compositione, alijs ablatione, mutari notas seu characteres illos indicantes accidit. At nihilo plus Menecrates posteritati cõsultuit, cum ij, qui eius librum scribunt, appellationes numerorum non integris literis, sed characteribus eas significantibus notent. Iure igitur Damocratis libri medicamentorum metris descripti in pretio habiti sunt. Et, si omnia hunc in modum tradita forent, optimum nimirum esset. Quoniam uero non pauca probatorum medicaminum relicta sunt, ideo alijs quoque medicamentarijs libris indigemus, quibus uariorum medicaminum compositiones non nulli conscripserunt. At uero medicamentum ex succis a Menecrate inuentum, trimetris hisce uerbis Damocrates cum alijs quibusdam duobus similibus ei propositis prodidit.

Diachylon Damocratis ex Menecrate.

**P** Ræfati igitur, quo tandem pacto uulnera a phlegmone secuta recte glutines: Posthac agemus, quomodo, cum phlegmone Obsedit ipsa, curare queas commode. Cum musculo laeso, uel ueruo quopiam, Vel & propinqua quando osti membrana puncta, diem post quartum continuus dolor, Et phlegmonæ, febresque, cum symptomatis, Multa uigilia sit delirio, & siti, Ac siccitate linguæ, crescuntque omnia Quotidie, & magis mala in peius ruunt. Et sicculeta sanies, tenuis, uulnera & Rubra: insuper habent omnia hæc quum corpora, Distensiones, phlegmonas, oedemata, Turgores, uarijs tum abstinere cataplasmatibus, Quod mos iuuenibus est facere, quo phlegmonæ Status effugientes non dent calumnijs Occasionem. At arri qui sedit suæ, Hunc deuenire cum languentibus, in metus Oportet haud expectantem, dum uicerit Natura, uel fortuna quædam inuenit. Ergo pares, quibus consilui affectibus, Quod & podagricis medicamentum conuenit, Aegris in omni tempore impositum manens. Promptam agilitatem nam intermissionibus, Id gignit corpori, cito nec permisit Callis, nec facile crebris angustibus. Morbos initio prohibet incrementum, Cogit autem uigentes mox decretere, Nisi ad alia descendes facile medicamina. Hunc pharmaci in modum fit compositio. Lithargyri leuissimi chrysidis Libras duas miscens, quatuor axungie Valde uetustæ, fannosæ, atque crassissimæ, Et non oleosis, non nigrae, non asperæ: Sic namque sumet pharmacum efficaciam. Liqueat diligenter olla axungie, Membranulas saleque mox sustollito, In uas aliud ipsam petcolans amplius, Adiectoque oleo, uerius curat, ferueat. Non omne ponas oleum, sed partes duas: Tertia manebit in expedito condita,

Cap. 10.

Si sit necessum iungere, ne absit longius. Vteris omnino per hyemem, cum inditum Medicamini crassum oleum longo tempore Euaserit, lithargyrum & feruentibus Inpergito, leui igne & assiduo coquas, Spatha mouens, præsterit quam esse pineam. Cum ceperit mediocri coctum tempore Medicamen hoc emplastri spissitudinem: Nec non scetorem simili pacto pharmaci, Confestim ab igne caccabum deponito, Faciens per astatem pauillo diutius, Sed hyeme mollius, non inquinans tamen. Moueto, adusque quo modice ita refrixerit: Sic deinde rursus manibus diutioribus Totum subactum ex olla transferri iube. Cum posset usus, iterum ualide molles, Mollisque diligenter pellicula illinens Permagna super accommodabis splenia.

Emplastrum uero hoc, si quando efficacius Desideres ad neruos crassos, musculos, Durasque, mammas, atque articulos insuper Tumentes fieri, pondo radicum indito Agrestis maluarum purarum ac recentium, Sectarum in partes digiti crassitudine Ac longitudine, in olla feruentibus At cum madorem totum, & uires pharmacum Ex igne deposuerit, colo trajice Maluarum radulas: lauem & lithargyron Inspersum coque tum, ut prædixi, & reponito Simili modo rursus, eodemque ipso uitor. Ambas eodem tenere id uirtutes ait Primus Menecrates inuentor pharmaco, Vir qui fuit habim medicam erga artem optimo. Etenim recentia seruat citra phlegmonem Uulnera, eadem nec non diuisa glutino Iungere, quæ sunt & phlegmone obsessa ulcera Nimis, medicamini & uulneratos musculos Suasit, sine quopiam alio, quæ succurrere Possunt, cataplasmatibus, fomentibus, spongijs. Ad omnia, quæ facere confirmari prius Medicamen ex lithargyro, & axungia Facit. Optimum uerum pessum diutinis

Ita antiqui ita legendum Libram autem unam ac unum, olei autem si crassissimum & non oleosum, non nigrum

Recen-

A Recentibusque uteri inflammationibus.

Implere caua dilutum rosaceo Vel myrteo bono, & cicatricem addere. Sumatur omne cataplasma, nec non pharmacum, Extrinsecus quod ipsis superinjicitur, Superfluum esse dicit isto utentibus, Profecto dignum scriptione est pharmacum, Cuius fides iam uel recepta est inuidis, Hunc in modum ipsum præparari dicitur. Septem olei libras æstiuis temporibus Indes, (alias eius dimidium repperi,) Pinguis, recentis patiter atque axungie. Sed hyeme, sicut tradit, inieceris nouem. At sex leuissimi modo lithargyri, Foenigræci addit dimidium sextarij, Et feminis tantundem combusti lini, Maluarumque agrestis pondo statuebat tria Radicis, etiamnum cui succus sit recens. Quateruis bis coquere ex aquæ sextarijs. Olla uisicio amplo recenti fistili. Maluarum radice purgata, concisa eidem Et tenuis & confusa, ut fuerit indita, Mox addito fœnigræci elutum probe Liniq; semen. At cum succum emiserint Coctura, ipsitudinemque acceperint, Habero succum, expresseris quem linteo. Trutina at quaternas quando expenderis libras Olei, commiscens, totum coque carbonibus. Cum uero tenues bullulæ ex maioribus Crebrae, contentis caccabo produerint, Lithargyrum lauem protinus aspergito, Ignique non acris, sed assiduo coque,

De acopis, hoc est lassitudinem tollentibus.

Cap. 11.

**Q** Vid Acopa medicamenta promittant, etiam nomen ipsorum ostendit. At uetus, id est lassitudines Græci homines uocant affectus ex multo uehementi uel motu corporibus uel toris, uel partibus, quæ amplius laborant, oborientes. Porro molestæ sunt dispositiones hæc, potissimum ijs qui agitantur, mouenturque uehementiores autem, iam & conualescentibus negotiis facessunt. Ceterum postea medicis in usum fuit, & si non ad lassitudines medicam ab ipsis sit compositum, sed uel ad dolorem diuturnum in alto corporis latentem, uel motum difficilem, uel sensum difficilem, uel partem duricantem, uel tensionem, uel tumorem scirrhosum, appellare similiter acopa & id genus omnia, modo humidam consistentiam Acopis similem habeant: quæ liquidis ceratis, cuiusmodi & in luxatis, fracturisque utimur, est propinqua. Quippe talis consistentiæ humidissimum est, quod a junioribus medicis Ceræleon appellatur: deinde illius Acopis post hos liquidorum ceratum, crassiore substantia præditum: mox ceratum tenerorum & mollium, uti uocant: postremo amynta hoc est non inquinantia, si similia his quæ proprie Epithemata dicuntur. His succedit emplastrorum consistentia, quæ & ipsa in maioris minorisque ratione haud mediocrem obtinent differentiam. Quare non nulli medicorum quædam nomine a sola consistentia ita desumpto, Ceratomalagmata nuncuparunt: medicamenta inquam inter ea, quæ corpori imponuntur, non etiam quidem humida, duritiem uero tantam, nec dum consecuta, quantum emplastra possident. Cum igitur omnes citatæ differentiæ non medicamentorum uirtutum, sed consistentiæ formæ sint indices, Acoporum appellatio quondam sane medicaminum facultatè, postea consistentiam significauit: huiusque rei causa cum distinctionibus ea nominare coacti sunt, hoc quidem Acopon relaxans, illud emolliens, uel calefaciens, uel a dolore tollendo anodynum, uel metalyn criticum appellantes: sicut etiam ad hunc quendam affectum conferre, uerbi gratia paralyticum, coxarum laterumque dolorem: uel communiter ad uniuersos dolores. Natiuum igitur est medicarum simplex omnium lassitudinum præsidium, oleum uidelicet, quod & citra adfectionem nominatur, quoniam uetustis temporibus solum quoque erat: posteri cicinum apud nos ei apposuerunt. In Aegypto enim & hoc uetustum erat: & rursus post cicinum raphaninum, sinapinum, & selaminum, aliaque eius generis, quemadmodum etiam apud nos crininum, id est ex lilio, mastichinum, & lentiscinum: quæque his magis uaria sunt, uel ut que ad unguenta. Itaque neminem latere arbitror medicamenta Acopa apud ueteres dicta, omnia liquidæ consistentiæ esse necessaria: quippe oleum lassitudines externis partibus ingruentes curat: in al-



to affligentes uehementioresque, cum iniecto aliquo laxante pharmaco mediocriter calefaciente, ue-  
luti chalbano, resina terebinthina: ad hanc colophonia quadam nominata & sicca. Quibus calidio-  
res sunt abietina & strobilina: terebinthina uero larix paulo calore præcellit. Ceterum id genus om-  
nia relaxantibus oleis miscentur, quale est sabini, iniecta interdum & cera. Iam uero acopon unguentum est  
in ijs, qui iam etiam in corpore alto dolent, & medicamen ex semine abietis, camemeli, aneti, & floris  
populi nigra, quorum mox dicemus confecturam: præterea susinum, & gleucinum, & conagenum ex  
acoporum unguinum grege est, & quæ ex pinguedine & adipe componuntur, sillisio quidem moderatim  
sine relaxanti, gallinaceo autem his uehementius, & hoc adhuc magis anserino. At adeps leoninus, &  
pardus ualidior est, ut iam uehementer calefaciat, eoque insigniter discutiatur. In medio horum consistunt  
bubulus, caprinus, uulpis, & hycæ. Hæc sane uniuersa in genere sunt eorum, quæ proprie Acopa di-  
cuntur, hoc inuicem discrimine uariantia, quod alia magis, alia minus calefaciant. Quapropter non nul-  
la genere toto acoporum unguinum excidisse uidebuntur, si in mollibus ea corporibus examines: et si  
durioribus, cuiusmodi agrestium sunt, utilissima appareant: nam subinde etiam diximus dura corpora  
ualentiora pharmaca sustinere, mollia uero & humida, ueluti puerorum, mulierum, & eunuchorum, eius-  
modi medicaminum potentiam ferendo non esse. Insuper cuius aorum est, & quæ uocantur Myraco-  
pa, ex acoporum cum unguentis temperatura fieri nihilo ceteris præstantiora, nisi odoris suauitate. Quem-  
admodum igitur a uetustioribus longo usu explorata scribere consueui, ita nunc quoque faciam ab  
Aselepiadis scriptis sumpro exordio.

Quæ Aselepiades in quarto exteriorum Acopa & myracopa conscripserit.

Cap. 12.

**A** Copon ad lassitudinum molestias, benefacit neruis condolecentibus, hoc Themiso utebatur:  
medicamen est uehementer bonum. Sampfuchi sextarium unum, torilmarini sextarium unum,  
foenigræci sextarium unum, cardamomi sextarij dimidium, brathyos sextarij dimidium, uini dulcis sex-  
tarios ij. olei uenetrani trepondo, ceræ pondo ij. Arida in uino triduum macerari finito, quarto die  
oleum adijcere oportebit, atque ubi sedulo agitaueris, ac super prunam posueris, mouendo coquere.  
Quando cõtinue effuerit, liquorem exprimere, ceram deratam huic adijcere, & cunctis supra ignem  
coquere. Vbi cera liquata fuerit, ab igne tolles, sineque refrigerari. Postea uitreo uase uel stanneo re-  
pones, ac uteris nunc solo, nunc uno unguentorum admisto. *Aliud*, Sampfuchi sextarium unum, torilmarini  
sextarium unum, foenigræci sextarium unum, lauri surculorum pondo vj. iunci floris pondo unc.  
ij. uini ueteris sextarios ij. olei dulcis sextarios ij. [radicis cucumeris agrestis, nardi celticæ singul. lib.  
s.] ceræ libras ij. Preparato, ac utitor, sicut prædictum est. *Aliud medicamen confectum*, Benefacit solur-  
tis, ac tremulis, item ualet ad omnem neruorum ex consensu dolorem, usus est Menius Rufus. Succur-  
rit podagricis, arthriticis, ischiadicis que, ut toto liberet affectu. Vfus eius est in interuallis: at in acces-  
sionibus diluto medicamine utimur. Sampfuchi sextarium unum, foenigræci sextarium unum, torilmarini  
sextarium unum, s. meliloti sextarium unum, illyricæ pondo unum, cyperi pondo unum, brathyos pon-  
do unum, cachrysos pondo unum, cardamomi selibram, iunci floris selibram, casia selibram, abrotonise  
libram, myrti fructus selibra, lauri fructus selibra. Omnibus contusis, ac in uas duplex unguentarium  
coniectis, uini timolitis sextarios vij. affundito: triduo maderari finito: deinde olei sabini pondo xvj.  
uini pondo unum, lentiscini pondo unum, syriaci pondo unum, gleucini pondo unum, myrtei pondo  
unum, laurini pondo unum inmittito. Igni superposita incoquito, deinde liquorem ex coctis expressum  
in uas aliud transfundito: rursusque sine decoctis incoquito, ceræ selibra adiecta, resinæ laricis lib. j. myr-  
thæ lactæ lib. j. His liquatis utitor, sicut prædictum est. *Aliud*, Sampfuchi pondo ij. foenigræci sexta-  
rios ij. torilmarini sextarios ij. brathyos pondo ij. sextarios ij. meliloti pondo ij. cyperi pondo unum,  
iris macedonica pondo unum, cachrysos pondo unum, cardamomi pondo unum, calami aromatici seli-  
bram, iunci floris selibram, casia fitulæ, costi, eleliphaci, singulorum selibram, baecarum lauri selibram,  
cucumeris agrestis radices selibram, myrti surculorum selibram, uini timolitis odorati sextarios vij. olei  
sabini pondo uiginti quatuor, irini pondo unum, cyprini pondo unum, lentiscini pondo unum, gleucini  
pondo unum, myrtei pondo unum, ammoniaci pondo unum, hedychroi pondo unum, malbathrini pon-  
do unum, myrthæ lactæ pondo unum, opobalsami pondo unum, ceræ pondo xv. Arida imbuntur: ac  
maderant, quemadmodum præcepimus, triduo, & his oleum, & pleraque unguenta adijciuntur: mala  
bathrinum, amaracinum, hedychroon, lactæ, & opobalsamum postrema referuntur, ut in medicamen-  
ti confectione cera iam liquefacta hæc indantur. Quomodo autem preparandum sit medicamentum,  
& quis eius usus, iam ostendimus. *Acopon, quod ex melle inscribitur*. Valet ad lassitudinum molestias, ner-  
uorum contractiones: benefacit opisthotonicis, & canina conuulsione affectis. Dicitur Tetramyron, i.  
ex quatuor unguentis confectum. Mellis unc. ij. irini unc. ij. rosacei unc. ij. cyprini unc. ij. gleucini  
unc. ij. ceræ unc. ij. terebinthine unc. ij. Mel seorsum coquitur, quæ liquari possunt, liquefunt, & in  
mortarium coniecta omnia simul contunduntur, læuiganturque, & excepta uili sunt. *Aliud*, Cyprini,  
irini, rosacei, gleucini, singulorum heminas sex, ceræ denariorum pondo xxij. terebinthinae denario-  
rum pondo viij. mellis denariorum pondo vj. preparato, ac utitor, sicut prædictum est. *Aliud, uocatur  
Lexopyretum, id est febrim finiens*. Rosacei, irini, gleucini, cyprini, singulorum heminas quatuor, ceræ dena-  
riorum pondo xij. terebinthinae denariorum pondo quatuordecim, myrthæ lactæ denariorum pondo iij.  
mellis cocti denariorum pondo sexdecim, conficito, ut docuimus. *Aliud, ex cellatensis* \* Aphrodisei.  
Rosacei,

**A** Rosacei, irini, cyprini, singulorum heminas quatuor, ceræ denariorum pondo duo decim, gleucini hemi-  
nas quatuor, adipis anserini denariorum pondo xij. terebinthinae denariorum pondo quatuor, lactæ de-  
nariorum pondo quatuor, opobalsami denariorum pondo duorum, mellis cocti denariorum pondo  
viij. conficitur superiorum modo. *Aliud acopon Dyfodes, id est fatidum dicitur, ad idem*. Ceræ denariorum pon-  
do viij. terebinthinae denariorum pondo viij. chalbani denariorum pondo sex, guttæ ammoniaci dena-  
riorum pondo sex, olei ueteris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorum pondo viij. Preparato ad  
modum prædictum, & utitor mero & diluto. *Aliud ad omnem neruorum ex consensu dolorem*. Resinæ te-  
rebinthinae denariorum pondo lvj. ceræ denariorum pondo xxvij. guttæ ammoniaci denario-  
rum pondo triginta duorum, chalbani denariorum pondo triginta duorum, medullæ ceruinæ denario-  
rum pondo uiginti quatuor, mellis cocti denariorum pondo uiginti quatuor, olei ueteris heminas duas,  
ammoniacum aceto soluitur. *Aliud*, Ceræ denariorum pondo uiginti quatuor, terebinthinae denario-  
rum pondo xxij. chalbani denariorum pondo sex, guttæ ammoniaci denariorum pondo sex, olei uete-  
ris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorum pondo viij. styrcis denariorum pondo xvj. præpara-  
to similiter. *Aliud*, Ceræ denariorum pondo uiginti quatuor, terebinthinae denariorum pondo xvj.  
chalbani denariorum pondo vj. styrcis denariorum pondo viij. olei ueteris heminas duas, mellis he-  
minam unam, s. medullæ ceruinæ denariorum pondo viij. salis floris, quantum satis est, ammoniacum ace-  
ro soluitur. *Aliud*, Benefacit ischiadicis, & opisthotonicis, sanat omnem neruorum ex consensu do-  
lorem. Ceræ pondo unc. vj. terebinthinae pondo libram unam, guttæ ammoniaci pondo unc. unam,  
opopanacis pondo uncias duas, chalbani pondo uncias duas, medullæ ceruinæ pondo uncias duas, me-  
dullæ taurinæ pondo unc. ij. celypi pondo uncias ij. olei irini heminam, mellis pondo uncias tres, con-  
ficito ratione prædicta. *Aliud ad uehementem lassitudinum affectum, & neruorum contractiones*. Ceræ denario-  
rum pondo quinquaginta, terebinthinae denariorum pondo xxv. aphronitri denariorum pondo vj. cely-  
pi denariorum pondo vj. mellis cocti denariorum pondo vj. guttæ ammoniaci denariorum pondo vj.  
medullæ ceruinæ denariorum pondo vj. chalbani denariorum pondo vj. seui taurini denariorum pon-  
do vj. baecarum siccatum lauri denariorum pondo vj. olei heminam, uini marinæ expertis heminam,  
preparatur sicuti priora. *Aliud Aesculapianum inscribitur*. Ceræ pondo unc. ij. chalbani pondo uncias  
tres, niri pondo uncias tres, terebinthinae liquidæ pondo uncias tres, celypi pondo unc. ij. seui taurini  
pondo unc. ij. olei cyprini pondo uncias quatuor, olei melini pondo uncias iij. irini pondo uncias qua-  
tuor, mellis pondo uncias quatuor, olei communis pondo uncias tres, olei ueteris pondo uncias qua-  
tuor, guttæ ammoniaci pondo unciam unam, thuris pondo unciam j. preparatur ut alia. *Aliud*, Olei  
ueteris sextarium unum, s. terebinthinae pondo libram unam, guttæ ammoniaci pondo uncias duas, ce-  
ræ pondo selibram, chalbani pondo uncias tres, celypi pondo uncias duas, thuris pondo unciam unam,  
aruginis pondo uncias duas, mellis [heminas duas,] medullæ ceruinæ pondo uncias tres, seui anseri-  
ni pondo uncias duas, uini heminas duas, aphronitri pondo uncias duas: conficitur instar superiorum.  
*Aliud ebhoracopon, i. acopon uide*. Succurrit opisthotonicis, ischiadicis, solutis, & tremulis. Myrthæ dena-  
riorum pondo iij. guttæ ammoniaci denariorum pondo iij. thuris denariorum pondo iij. niri dena-  
riorum pondo iij. aruginis denariorum pondo quatuor, opopanacis uncias decem, chalbani pondo un-  
cias quatuor, terebinthinae pondo libras duas, ceræ pondo libras duas, malbathrini unguenti sextarij  
dimidium, cyprini sextarij dimidium, aceti, quantum sufficit. Ammoniacum, myrtham, bitrum dissol-  
uito: iam solutis opopanacem, chalbani adingito. His læuigatis liquata superfundito, miscetoque:  
exceptis utitor. *Aliud*, Myrthæ denarium pondo quatuor, terebinthinae pondo libras duas, ceræ de-  
nariorum pondo duorum, guttæ ammoniaci, thuris, niri, aruginis, singulorum denariorum pondo qua-  
tuor, unguenti melini sextarij dimidium, cyprini pondo uncias tres, irini pondo uncias iij. olei ueteris  
sextarios tres, opopanacis pondo uncias tres, chalbani pondo uncias quatuor, aceti quod sufficit, præ-  
paratur, ut dictum est. *Aliud ad diuturnos affectus ualde generosum*. Ceræ pondo minam unam, olei uete-  
ris sextarios quatuor, terebinthinae pondo libram unam, myrthæ pondo unc. iij. thuris pondo uncias  
quatuor, opopanacis pondo uncias quatuor, cucumeris agrestis radices, aruginis, niri, singulorum pon-  
do uncias quatuor, piperis albi pondo uncias duas, chalbani pondo uncias quatuor, medullæ ceruinæ  
pondo uncias quatuor, unguenti cyprini pondo uncias quatuor, irini unguenti pondo uncias quatuor,  
unguenti melini pondo uncias quatuor, ruræ uiridis surculorum pondo uncias tres, aceti quod satis est.  
Cucumeris agrestis radices, & rutam cum aceto incoquito, deinde liquorem expressum aridis inieci-  
to, læuigata accurate liquatis excipito, ac interdum pharmaco syncero, interdum diluto utitor. Hoc au-  
tem pro ratione subiectorum affectuum fiet. *Aliud Bassi pharmacium confectum, hoc ipso resus, cum neruorum  
resolutione prius tentaretur, seruatus est*. Olei myrtei pondo uncias quatuor, cyprini pondo uncias quatuor,  
olei ueteris pondo libram, s. attamenti futorij pondo libram, s. ceræ pondo libram, terebinthinae pondo  
libram, s. chalbani pondo uncias tres, mannae pondo uncias quatuor, opopanacis pondo uncias duas,  
bryoniae radices pondo uncias quatuor, aruginis pondo uncias quatuor, aphronitri pondo uncias qua-  
tuor, piperis pondo uncias duas, pyrethri pondo uncias quatuor, adipis hoedini pondo uncias sex, eu-  
phorbij pondo uncias quatuor, aceti quantum satis est. Bryoniam, pyrethrum cum aceto incoquito:  
deinde liquorem expressum, aridisque probe læuigatis adiectum, liquatis excipito: usus ostensus est.  
*Aliud ex castorio, solutis, & omni diuturno malo auxiliatur*. Celypi pondo uncias tres, medullæ ceruinæ pondo  
uncias

# Gal. de compositione medicam.

uncias quatuor, terebinthinae pondus uncias tres, guttae ammoniaci pondus uncias duas, chalbanum pondus uncias duas, castorei pondus uncias duas, piperis albi pondus uncias duas, euphorbij pondus uncias duas, adarces pondus uncias duas, niri spumae pondus uncias duas, opopanax pondus uncias duas, olei styracini pondus unciam unam, olei irini pondus uncias duas, olei ueteris heminam unam, cerea pondus libram. s. componitur aliorum modo. *Aliud, cuius usus Bassus longo tempore paralyti infestatus, etiam ab hoc morbo conuulsi.* Olei myrti, melini, cyprini, singulorum uncias quatuor, olei ueteris selibram, cerea pondus unum, terebinthinae selibram, chalbanum uncias quinque, thuris uncias quatuor, opopanax uncias duas, aruginis uncias duas, bryoniae radicis uncias quatuor, aphronitri uncias quatuor, piperis uncias duas, pyrethri uncias duas, adipis hœdi uncias sex, euphorbij unciam unam, aceri, quantum satis est. Compositio huiusmodi medicaminum communis est. *Alia calimitio podagricorum, ac articulari morbo laborantium ex sale confecta, tota affectu liberat: usus eius est quotidie.* Salis inquinati, hoc est ipsius terrae pondus, aluminis fissi pondus, facis vini Italici sextarium, lapidis asij floris uncias quatuor. Arida studiose contrita, & facce addita accurate laeuigata: quibus olei ueteris sextarium affundito, rursusque condito, ac excepto uitior. In alijs scripturis melle attico excipitur. *Aliud, Salis inquinati pondus uncias tres, aluminis fissi pondus uncias tres, lapidis asij floris pondus uncias tres, thuris pondus semunciam, † myrrhae pondus semunciam, † facis uini Italici sextarij dimidium, preparato uti praediximus.* *Alia illiusmodi Patrolo Celsaris liberto composita, leuat toto affectu. Ptenidum est quotidie & mane ante balneum, & post ipsum, ad haec resperi. Sumentur ex pharmaco, quod satis est, soluentesque oportet pedes immergere, & circa contusionem infricare.* Thuris denariorum pondus decem, piperis albi denariorum pondus decem, aphronitri denariorum pondus octo, myrrhae denariorum pondus quatuor, guttae ammoniaci denariorum pondus sex, aceti quantum sufficit, olei cyprini heminam unam, s. sicca contunduntur, cribroque tenuissimo incernuntur: reliqua aceto dissoluntur, laeuiganturque, deinde omnia simul miscentur, & tritis cyprinum inditur, exceptis autem utitur. *Aliud, Thuris denariorum pondus octo, myrrhae denariorum pondus octo, guttae ammoniaci denariorum pondus octo, aluminis fissi, piperis albi, singulorum denariorum pondus octo, niri denariorum pondus octo, aceti quod satis est, olei cyprini heminas duas, cerea pondus selibram. Quae liquata possunt, liquefunt, & tritis adijciuntur.* *Aliud Neapolita medicamentum, sibiudies, arthriticis & podagricis confectum, toto affectu liberat.* Thuris, piperis albi, guttae ammoniaci, myrrhae, lapidis asij floris, aluminis fissi, niri, centaury succi, singulorum pondus uncias duas, facis uini Italici sextarium unum, olei cyprini, laurini, myrti, styracini, cerea, singulorum pondus libram unam, terebinthinae pondus selibra, chalbanum pondus unciam, opopanax pondus semunciam, liquata tritis miscentur. *Aliud Domitio Nigro compositum, quod toto affectu liberat.* Myrrhae stactae pondus uncias duas, thuris pondus uncias duas, guttae ammoniaci pondus unciam unam, niri rubri, uel salis inquinati pondus uncias duas, aluminis fissi, lapidis asij floris, colocynthidis partis interioris, mandragorae succi, mellis, euphorbij, singulorum pondus unc. ij. unguenti crocini, melini, styracini, malabathrini, laurini, gleucini, hedychoi, amaracini, adipis uituli marini, singulorum pondus uncias sex, huius penuria utendum est medulla cerui uetustissima: cerea pondus libram, chalbanum pondus unciam, terebinthinae pondus selibram, opopanax pondus semunciam, facis uini Italici sextarium, preparato, quemadmodum supra dictum est. Hac confectura utemur post Podaricem, cui titulus est Pompei pretiosa, Sabinio Valenti compositam. *Medicamentum ex populo, benefacit ischiadicis, arthriticis, soluit iremitis, ualeat item ad usum quotidianum.* Populi nigrae furculorum pondus minam, cucumeris agrestis radicis pondus libras quatuor, caliae fistulae pondus libras duas, unguenti crocini pondus libras duas, croci pondus uncias tres, uini odorati sextarios duodecim, olei sabini sextarios decem, sampfuchi pondus libras quatuor, cerea pondus libras quatuor. Surculos populi diligenter contulos in uase duplici unguentatio contineto, ac his sampfuchum cucumerisque radices in crassiora frusta concisas adijcito, sus uinum superfundito. Omnia diebus nouem macerari finito, sequenti die oleum adijciatur, & rursus accurate tunsa igne non acri incoquito. Vbi liquata fuerint, ab igne tollens, Hæ crocinum adijungito, mouetoque continet. Crocinum uero laue factum, terrestris testudinis sanguine excipito, ut olei ueteris crassitudinem habeat. Porro iugulatur testudo iuxta clauiculam arundine utrinque transfixa. Liquata croco iniecta rursus tundito, exceptisque uitior, medicamentum toto affectu lauat. Multo autem praestantius euadit, si testudinis sanguinem copiosum recipiat. *Aliud, ualeat ad molestias ex perfractione, & contusionibus ex ictibus.* Populi nigrae furculorum pondus minam, cucumeris agrestis radicis pondus minas quatuor, caliae fistulae pondus libras duas, medulla ceruinæ pondus libras duas, croci pondus libras tres, uini odorati sextarios duodecim, olei libras decem, sampfuchi pondus libras quatuor, cerea libras quatuor, sanguinis terrestris testudinis quantumcunque indideris, medicamentum nihil offendet, sed potius iuuabit: preparatur modo praedictorum. *Aliud Acopon diaphrynon, id est ex rubeeis raris, hoc usus ut Xysticus, id est uaculator & Acopo & malagmate, a toto affectu conuulsi. Confectio ita habet.* Olei ueteris sabini pondus libras tres, cucumeris agrestis radicis pondus libras tres, cerea pondus libras tres, apochymatis pondus libras tres, adipis suillae ueteris pondus libras tres, ranarum rubetarum magnarum numero trium, uel si haec non sint, paruorum quinque, medulla ceruinæ pondus uncias tres, aphronitri pondus uncias tres, sulfuris uini pondus uncias tres, olei laurini pondus uncias tres, olei irini pondus uncias tres, unguenti malabathrini pondus libram, sampfuchi pondus libram. Radices in crassiora

† Al. 6.

† Al. unciam  
† Al. unciam

† Al. pondus s.

† Al. pondus  
uncias, vi.

# per genera. lib. VII.

A siora frusta sectas, ac in oleum simi cum sampfuchum coniectas, supra prunas incoquito, Vbi radices inaruerint, humorem exprimito, radices quidem & sampfuchum abijcito, ranas in sportulam textam imponens, huiusque oras confluens, & oleo expresso committens, rursus uas coopertum igni supraponito ubi iam satis magnam teporis spatium increcesserit, ut ranæ illiquatae fuerint, sportula deposita humore expresso abijcitur. Reliquo oleo liquata indito, mouens sine requie: postremo medullam & chalbanum adijungito: postquam soluta fuerint, ab igne tollito, ac medice refrigerari permittens, arida tunsa, ac tenuissimo cribro secreta inspergito, ab igne tollito, ac medice refrigerari permittens, arida tunsa, malabathrini unguenti pondus & semissem adijungito, & rursus tundito: excepta uase plumbeo, undique obturato, ut nihil perspiret, seruato. Vteris medicamento interim ut malagmate, facta morbi inclinatione, interim ut enchusmate. Lillinitione. Nam pharmaci, quod satis est capientes, soluentisq; unguento ut cerati humidis spissitudinem habeat, utitur. *Aliud Hælia confectum pharmacum, in quo uersans Hæliens, cum affectu adeo infestaretur, ut corpore distorto esset, usurpabat, & toto malo liberatus est, data est confectio Valerio Paulino. Habet autem in hunc modum.* Olei sabini libras. iij. populi nigrae furculorum libram, qui cum non ad sint, sampfuchum uti oportet, duas ipsius partes adijcites. Habet autem & sampfuchi, cyprini, irini, maliches, singulorum libram, myrrhae stactae selibram, cerea trientem, apochymatis libras. iij. adipis suillae pinguis libras. iij. sulfuris uini, unc. iij. niri spumae, unc. iij. chalbanum lib. iij. medulla ceruinæ, unc. iij. testudinum terrestrium, x. sanguis immutendus est medicamini preparato, & iam trito. Porro conficiendum est, ut diximus. In usu, medicamenti libram. i. auferentes, opobalsami, unc. iij. unguenti malabathrini, unc. j. condimenti gratia illi inde conuenit. Hoc in quotidianos usus ita preparatur. *Aliud ad ipsam Hæliam Valerio Paulino aliter confectum.* Cereae pondus libras. iij. cucumeris agrestis radicis pondus libras. iij. apochymatis pondus libras. iij. adipis suillae pinguis pondus libras. iij. olei sabini pondus tria, cyprini pondus, sulfuris pondus, crocini pondus, stactae pondus selibram, medullæ ceruinæ pondus & semissem, chalbanum pondus & semissem, ruberas quinque, sampfuchi, uel populi nigrae furculorum pondus tria, sulfuris igne non experti pondus un. iij. aphronitri pondus un. iij. testudinum plurimum sanguine. Cōficio, quæ admodum praedixi. *Aliud Flauij Clementis confectum pharmacum. Huius usu nouimus homines toto corpore distortos à podagra obstragrague, adeo conuulsi, ut citra uiam ambularent.* Olei sabini pondus. xij. cucumeris agrestis radicis pondus. xij. cerea pondus, terebinthinae pondus, medullæ ceruinæ pondus, chalbanum pondus, ranas numero sex. Oleum diuidimus, & seorsum in eo ranas, seorsum item radices incoquimus, deinde liquore percolato ad pharmaci confectioem utitur. Pharmacum autem acopi usum praestat, Valerio Paulino scripturae hunc in modum adijciete. Sampfuchi pondus tantum & semis, unguenti crocini pondus, malabathrini pondus, opobalsami pondus, unc. iij. testudinum. x. sanguinem, medullæ ceruinæ pondus duo, chalbanum pondus duo, adipis suillae ueteris pondus tria, apochymatis pondus, cerea pondus tria, semis, sulfuris uini pondus unciam, aphronitri pondus, unc. iij. rubetas tres, testudinum. xv. sanguinem, & loco crocini syriaci pondus, sampfuchi pondus semis ponitur: superiorum modo preparatur. *Aliud Pompeij Sabini, polyteles. i. pretiosum inscribitur. Albumio Valenti preparatum fuit.* Vitale est ischiadicis, arthriticis, podagricis, tremulis, & ad omnem neruorum dispositionem. Compositio talis est. Sampfuchi pondus duo, stactae nigrae pondus duo, meliloti pondus, rotifmarini pondus, brathyos pondus semis, cachrysos pondus, cyperi pondus, abortiuum pondus, cardamomi pondus selibram, baccarum lauri pondus selibram, uini odorati sextarios. xx. iij. unguenti irini pondus. xv. cyprini pondus. ii. syriaci pondus. ii. cerea pondus duo, terebinthinae pondus, chalbanum pondus uncias duas, opopanax pondus uncias tres, guttae ammoniaci purgatae pondus uncias quatuor, piperis longi, niri rubri, lapidis asij floris, colocynthidis partis interioris, aluminis fissi, singulorum pondus, unc. iij. thuris pondus, unc. iij. centaury pondus, unc. iij. mandragorae succi, myrrhae stactae, mellis cocti, singulorum pondus, unc. iij. rubetas ranas magnas numero. vi. testudinum terrestrium. x. sanguinem. Medicamentum uarie componitur, aromatica siccaque crassius contusa, ualique duplici unguentatio iniecta, uino superfuso, triduum macerari permittimus: quarto die uino, quantum satis est, ablato guttam ammoniaci, thus, chalbanum, & opopanax imbuiamus, & reliquos succos, hæc dissoluta laeuigamus. Quibus factis lacibus tunsa cribrataque alumen, niri rubri, colocynthidem, lapidis asij floris, piper, & reliqua arida immittimus, simulque terimus: his myrrham stactem, & mel adijcimus. Sic iam preparatis, omnia liquida his, quæ in uino macerata, affundito, igni superposita coquito, mouens continue. Vbi bona uini pars consumpta fuerit, humorem exprimito: cui ranas imponens, sicut supra dictum est, incoquas, & tunc liquida adijcias. Hæc liquata ab igne deponens, laeuigatis indes, ac rursus tundes: exceptis uitior. *Aliud acopon metasyriacum, auxiliatur ischiadicis, arthriticis, soluit iremitis, & tremulis. Vtebatur Iulius Secundus, diuturnus affectibus demolitur, capite dolentes adiunat.* Adarces pondus, unc. ii. myrrhae stactae pondus, unc. ii. aphronitri pondus, unc. ii. euphorbij, opobalsami, singulorum pondus, unc. ii. styracini unguenti pondus, unc. ii. euphorbij, opobalsami, stactae, & opobalsamum adijciuntur, denuo tunsa styracino excipiuntur. Ac interim per se, interim alteri mistum usui est medicamentum: coctionem quoque adiuuat. *Aliud Orphico compositum, cuius usus thoracis affectu molesto, & iam inueterato liberatus est.* Adarces pondus, un. ii. myrrhae stactae pondus, unc. ii. aphronitri pondus, unc. iii. euphorbij pondus, unc. ii. dimidium †, malabathrini unguenti pondus, foliati Romanis dicti pondus selibr. m. cerea pondus unc. ii. opobalsami pondus, unc. ii. Preparatur in modum praedictum. *Aliud Neapolita, quod Agrippæ compositum fuit.* Adarces ablatis arundinibus pondus, unc. iii. euphorbij



bij pondo unc. iij. taphronitri pondo unc. iij. staetæ pondo unc. iij. opobalsami pondo unc. iij. unguen E + ALvi.  
ti malabathriini primi pondo, foliati pondo, ac felibræ, hedy chroi pondo felibræ, crocini pondo felibræ, nardi aliana consecratorie primæ pondo felibræ, ceræ pondo uncias tres, conficito ut priora.  
*Aliud Myracopon, hoc est ex Acopis & unguentis constans, Regium ad interatos affectus, item concoctionem adiuvat.*  
Calami aromatici, carpopalsami, amomi cardamomi, innci floris, castæ rosati spirantis, melilori, sampsu  
chi, brathyos, foenigræci, cyperi, nardi, piperis albi, singulorum pondo unc. iij. myrrhæ troglodyticæ  
pondo felibræ, euphorbij pondo felibræ, vini salerni sextarios xvj, unguenti malabathriini primæ con  
fectionis pondo ij. nardi primæ compositionis pondo, foliati primi pondo, opobalsami pondo, crocini  
pondo, styracini primi pondo, amygdalini pondo, comageni pondo, gleucini pondo, irini pondo, hedy  
chroi pondo ij. amaracini primi pondo ij. Coquitur unguenti modo. Nims quàm bonum medicamen  
tum est. Ceteri Primpilario compositum est. Benefacit ischiadicis, arthriticis, solutis, tremulis: ualet  
ad conuulsa, ruraque. Item ad feirrhotos uiscerum affectus: & concoctione iuuat uentriculi orificio  
& dorso illitum. *Aliud compositum Aquilæ Secundaria.* Euphorbij, opobalsami, myrrhæ staetæ, singulo  
rum pondo unc. ij. niri spumæ pondo unc. ij. ceræ tantundem, unguenti malabathriini pondo, foliati  
pondo felibræ, crocini pondo felibræ, nardi unguenti pondo felibræ, hedy chroi pondo felibræ,  
amaracini pondo felibræ. Conficitur, quo dixi modo. Hæc quidem sufficiebant. Erenim Asclepia- F  
des confecturas ipsorum & usus accurate tradidit: Andromachus autem, ut solet, negligentius, neque  
ad quid eorum singula ualeant, indicans, sed nobis conijciendum relinquens. Nam eū ad artis peritos  
scripturas semper conscripsit: uerum quoniam non nulla acopa inuicem sibi similia, in symmetris di  
screpant, ideo hæc quoque appoū, quod lectores ex ijs, quæ Asclepiades docuit, de ijs simul ratioci  
nari queant, cuiusmodi acopa, quibus uicij potissimum conducant. Dicemus autem & nos, ubi unuer  
sales quosdam sermōnes de ipsis retulerimus, unde accuratioe uia ac ratione ad eorundem usus, qui  
mentem dicendis adhibebunt, peruenient.

*Quæ Andromachus Acopa scripsit.*

Cap. 13.

**A**Copum uiride Halici. Ceræ, terebinthina, olei ueteris, singulorum pondo & s. aphronitri pon  
do unc. iij. chalhani pondo unc. iij. æruginis rala pondo unc. ij. opopanacis pondo unc. vj. guttæ  
ammoniaci pondo unc. ij. mannae pondo unc. iij. acetii pondo unc. ij. melini pondo unc. ij. cyprini pon  
do unc. ij. irini pondo unc. ij. seui caprini pondo unciam. *Aliud acopum bonum.* Ceræ pondo xvj. aphro  
nitri pondo unc. viij. baccas lauri numero viij. pipetis albi denarij pondo unius, crocomagmatris, quan  
tum sufficit, medullæ ceruinæ denarium pondo duum, myrrhæ denarij pondo unius, ceræ denarij pon  
do unius, uini rhodiaci denarium, acetii parum aridus adijcitur. *Aliud Bassi Stoici.* Cucumeris agrestis G  
radicis pondo, [castorij pondo unc. ij. medullæ ceruinæ pondo unc. vj. olei ueteris pondo ij. ceræ pondo  
unum,] taphronitri pondo unc. iij. baccarum lauri sextarios duos, rutæ uiridis fasciculum manipulare, m  
rorismarini tantundem, olei sabini ueteris pondo decem. Radices & herbæ oleo incoquantur, deinde  
exprimuntur, postea liquata superfunduntur. *Aliud.* Opopanacis pondo unciam, resina pondo un  
ciam, resina pityina pondo ij. ceræ pondo, guttæ ammoniaci pondo unc. vj. celsypi pondo unc. ij. olei  
ueteris sextarium unum, semis, salis floris pondo unc. ij. *Aliud.* Ceræ pondo, medullæ ceruinæ pon  
do unc. ij. unguenti Babylonij pondo, hedy chroi pondo, staetæ pondo, malabathri pondo unciam, nar  
di pondo unciam, opobalsami pondo unc. vj. In marina uel muria medullam liquato, liquabilia curata  
simul committito: postremo opobalsamum. At si liquidum sit acopon, plus ceræ indito. *Aliud acopon*  
*Quadrati.* Irini unguenti unciam, cyprini unciam, laurini unciam, olei ueteris unc. iij. terebinthina  
unciam, medullæ ceruinæ unciam, [ceræ unciam,] celsypi unciam, piperis unciam, niri denarium pon  
do iij. sulfuris ignem non experti denarium pondo iij. pyrethri denarium pondo iij. mellis unciam.  
Liquata siccis miscentur. *Aliud acopon fatidum.* Terebinthina denarium pondo lvj. ceræ denarium  
pondo xxvij. celsypi, mellis, medullæ ceruinæ, guttæ ammoniaci, chalhani, aphronitri, interdū opopana  
cis, baccarum lauri, singulorum denarium pondo vj. olei ueteris sextarium, uini heminas ij. quidam ca- H  
storij denarium pondo trium addunt. *Aliud ex sampsocho.* Ceræ pondo, olei omphacini sextarios iij.  
sampsuchi sextarium, foenigræci sextarium, uini ueteris sextarios iij. maluæ fasciculum, herbæ mercuri  
alis, quam Græci linaz ostin uocant, fasciculum, cucumeris agrestis radices. *Aliud, ut Antimachus.*  
Sampsuchi noui, rorismarini, aspalathi, brathyos, id est herbæ sabinae, foenigræci, singulorum sextarios  
\* duos, ceræ pondo, uini ueteris sextarios tres, gleucini sextarios tres. *Aliud a Philoche acceptum.* Olei  
decocti permultum, radicem cucumeris agrestis sextarios iij. ceræ minam, terebinthinae minam, medul  
læ ceruinæ denarium pondo xxv. adipis anserini denarium pondo xxv. chalhani denarium pondo xij. s.  
sampsuchi sextarium, rorismarini sextarium. Hæc postrema cum uino odorato rum læuigantur, tum mi  
scentur: sit autē & malagma ceræ copiosiore iniecta. *Aliud acopon confectum, ut Aphrodas.* Aphron tri  
denarium pondo trium, piperis nigri grana quadraginta, & longi totidem, thuris denarium pondo xvj.  
His tritis uini odori chij, uel rhodij hemina superfundito, mellis denarios ix. deinde in patella liqua  
ro ceræ tyrrhenicæ denarium pondo xij. seui taurini denarium pondo xij. *Aliud, quod erat Asphalato xvij.*  
Crocomagmatris denarium pondo iij. medullæ ceruinæ denarium pondo xij. celsypi denarium pondo  
vj. adipis anserini uel stulli denarium pondo xij. terebinthina denarium pondo xij. uini denarios xvij.  
cyprini, gleucini, singulorum denarios xvij. Mel liquatur, deinde siccis admiscetur: ac ubi simul cum  
his

A his que in mortario sunt, læuigaueris, in usus condes. *Aliud acopon Barbaricum, ex euphorbio: ad ischiadi  
cos, alijq; multa.* Opopanacis pondo unciam, tyrrhenicæ pondo unciam, terebinthina pondo unc. ij. chal  
hani pondo unciam, guttæ ammoniaci pondo unc. ij. euphorbij pondo unc. ij. castorij pondo unc. ii. pipe  
ris albi pondo unc. ii. medullæ ceruinæ pondo unc. iij. celsypi pondo unc. iij. limnestridis pondo unciam  
parato uritor. Valet ad desperatos neruorum affectus, ite proprie ad ischiadicos. *Aliud acopon, quo A  
runtius Aquila curatus est, benefacit coxandicum dolori, omniq; neruorum distensionem.* Opopanacis pondo unc. ii.  
[chalhani pondo unc. i. terebinthina pondo unc. ii. piperis albi, castorij, urisq; pondo unc. ii.] celsypi pō  
do unc. iij. castæ pondo unc. iij. medullæ ceruinæ pondo unc. iij. ceræ pondo, styracini pondo unc. vi.  
irini pondo unc. vi. laurini pondo unc. vi. olei ueteris pondo i. euphorbij pondo unc. ii. guttæ amonia  
ci pondo unc. ii. Euphorbium cum pauco melle misceto. *Aliud Glytiæ Philoxenus grammaticus.* Ceræ  
pondo libras \* duas, guttæ ammoniaci pondo libræ, chalhani pondo libræ, styracis pondo libræ, bdell  
lij pondo libræ, myrrhæ pondo unc. ii. thuris pondo unc. ix. celsypi attici pondo libræ, propolis pondo li  
bram, resina terebinthina pondo libræ, olei ueteris pondo ii. cyprini, uini unguenti, amygdalini, tingu  
\* Al. pondo. ii.  
lorum pondo. ii. syriaci pondo. iii. opopanacis pondo. \* præpara. *Aliud acopon Firide, ut Clemens Sertorius,*  
B quo utor. Aeruginis rala pondo unc. vi. resina frictæ pondo unc. iij. olei myrtei pondo, lentiscini pondo,  
olei ueteris pondo, laurini pondo. ii. syriaci pondo, gleucini pondo. iii. adipis agniti. unc. iij. ceræ pon  
ticæ libras. iij. chalhani pondo libræ, myrtei tenerorū foliorum, rutæ foliorum uiridium, rorismarini uir  
ridis, lauri foliorum tenerorum, singulorum unc. vi. herbæ saluæ felibræ. Viridia tunduntur, & oleis  
per noctem & dieu macerantur, deinde cum liquabilibus incoquantur. Cum ab igne deposueris, æru  
go indunt, percolata reponuntur. Facit ad omnem neruorum laborem. *Aliud acopon calefaciens, ut Ca  
sius, ad dururnos affectus, & conuulsionem.* Pysellai pondo pondo libram, rala naualis pondo unciam. Incoquito,  
modum, terebinthina pondo libræ, axungia sextarium, syriaci unguenti tantundem, iris illyricæ parem  
ruta uiridi mouens. *Aliud acopon Orionis Pexoris bonum.* Ceræ pondo lib. vi. propolis pondo lib. v. iris  
illyricæ pondo lib. iij. terebinthina pondo lib. iij. opopanacis pondo lib. iij. olei ueteris pondo. iij. chal  
hani pondo libras. ii. olei lentiscini pondo. iij. myrtei pondo. iij. guttæ ammoniaci pondo libram, medul  
læ ceruinæ pondo libras. iij. celsypi pondo libras. vi. baccarum lauri pondo libram, styracini pondo tria,  
amygdalini pondo tria, seui uirilini pondo libras. iij. & Leonini pondo libram semis, opobalsami pondo  
libram semis. Præparato diligenter. *Aliud Myracopon bonum.* Malabathri, hedy chroi, nardi crocini, Ba  
bylonij, singulorū felibræ, staetæ, opobalsami, ceræ, comageni, singulorū unc. vi. aloes unc. ii. mellis unc.  
C iij. Conficito. *Aliud Myracopon, quo utor.* Ceræ candidæ pondo unc. ii. adipis anserini odoramentis co  
nditi unciam, seui taurini odoramentis conditi unciam, adipis leonini odoramentis conditi unc. ii. crocodili  
odoramentis conditi unciam, medullæ ceruinæ unc. salis ammoniaci unc. ii. piperis albi unc. ii. thuris un  
ciam, cinnamomi unc. iij. aphronitri unciam, uiridis illyricæ sextarios. ii. nardi unguenti sextarium, mala  
bathri alexandrini sextarios. ii. staetæ lib. ii. syriaci crocini libras. ii. mellis lib. iij. opobalsami sextariū,  
comageni libras. ii. Parato, uti nouisti. *Aliud Myracopon.* Ceræ tyrrhenicæ unc. vi. ammoniaci unc. iij.  
euphorbij libras. iij. piperis albi unc. iij. limnestridis unc. iij. magmatris malabathri unc. vi. opobalsami  
pondo, malabathri pondo, staetæ unc. vi. foliati unc. vi. nardi pondo tria.

*Gleucini & Musti unguenti confectio.*

Cap. 14.

**G**leucini confectio iuxta Andromachū. Post predicta acopa Andromachus Gleucini confectio  
nē describit, non malē ipsam acopis unguibus adiungens: quippe ad dolorem lassitudinēq; uol  
lenda lōge est accommodatissima. Traditur autē ab eo sic ad uerbu. *Gleucini confectio, qua utor.* Myrrhæ pō  
do li. ii. nardi Indicæ pondo li. ii. costi pondo lib. iij. styracis pondo libræ, bdellij, sampsuchi, xylobalsami,  
lentiscini, cardamomi, spathæ, iridis illyricæ, misyos, asari, singulorū pondo lib. ii. mellilori pondo libræ, nar  
di gallicæ pondo libram, aspalathi, calami, singulorum pondo felibræ, aristolochiæ longæ pondo li  
D brans. rorismarini seminis sextarios. ii. thuris pondo lib. iij. castæ pondo lib. iij. foenigræci sextarios. ii.  
Iphagni pondo libras. ii. amomi pondo libras. ii. corticis thuris pondo libram, rosarum siccarum pon  
do libras. ii. brathyos pondo unc. vi. foeniculi pondo libras. ii. balsami fructus pondo libras. ii. croci pon  
do uncias \* tres, baccarum lauri pondo libram, piperis albi pondo libram, opobalsami uascula tria, ma  
labathri foliorum pondo libras. ii. nucleos pincos uirides. ii. rutæ uiridis pondo unc. ii. salis amonia  
ci denarium pondo. iij. niri denarium pondo. iij. uini ueteris sextarios. ii. musti boni sicilia. ii. s. olei ue  
teris libras. v. Præparato diebus quadraginta. Hæc præfatus Andromachus non adhuc confectio  
nem modum, sicut Crato, adiecit. Insuper quot libris Italicis fictile aut sextariis æstimer, silentio præ  
terit. *Gleucini confectio Cratonis in secundo de ornatu.* Crato ad libri calcem, Gleucini confecturam  
his uerbis tradidit. Gleucinum uim habet calefactoriam ac remittentem, uisus & ueris præsi  
dium est. Huius confectioes multæ sunt, quæ uero simplex dicitur, hunc in modum habet. Mu  
sti recentis unæ maronæ metretam in uas stanneum coniectam, supra prunas incoquito. Ac ubi ter  
quater uer efferbuerit, metretam in fictile demissam, soli exponito: olei omphacini congios sex addi  
to, lentiscini minas sex, alii minæ dimidium, nardi, calami, aspalathi, singulorum tantundem, palmæ  
elatae minam, cyperi minam, cardamomi octauam minæ partem, amomi tantundem, melilori un  
cias. \* v. Sint autem omnia læuia, deinde diebus. viij. commouens, multumque repurgans, uritor.  
Gleucini



*Gleucini confectio secundum Dioscoridem libro primo de materia, scripta autem ille in hanc sententiam.* Gleucinum E simplex componitur ex oleo emphacino, lentisco, calamo, nardo, gallico, spatha, aspalatho, serratula campana, costis, & musto, uinatis uas, quod aromata uinum & oleum continet, circumdatis xxx. diebus, sin gulis bis mouetur: postea expectillum unguentum reponitur. Vis eius est calefacere, emollire, & remittere, benefacit rigoribus, neruorum uulnibusque affectibus, omni acopo efficacius est, ut quod emolliat. *Gleucini confectio ut Heras.* Quoniam Heras Gleucini confectio luculentius ipsis iuxta finem operis medicamentarij edocuit, illius quoque scripturam ad uerbum ita subiuncturus sum. Olei gleucini compositio ad perfrictiones & neruorum uicia potissimum, iurat opisthotonicos, id est quibus certum reflexa est in posteriorem partem, nec in anteriorem inclinari potest, oleo in riguo locis affectis iniecto. Olei ueneriani pondo ducenta octo, uini salerni sextarios triginta, musti amigali sextarios centum octo, helenij pondo xij. spathae pondo v. aspalathi pondo v. berydari pondo ij. semis, artemisiae maternae pondo ij. semis, [cyperi pondo ij.] myrrhae pondo tria, alij pondo, piperis albi pondo ij. semis, splachni seu mu lei pondo ij. semis, xylobalami pondo ij. semis, aristolochiae longae pondo unum unc. iij. myrris siccae foliorum [pondo unum unc.] rosamarinij sicci unc. v. foliorum lauri siccae, Junc. xij. bdellij pondo ij. semis, iris illyrica pondo ij. semis, styracis pondo unum unc. iij. castae siccae pondo unum unc. iij. ladani pondo unum unc. iij. cardamomi pondo unum unc. iij. croci pondo unum unc. iij. semis, balsami fructus pondo ij. semis, rhuris pondo v. crocomaginis pondo v. panacis pondo unum unc. iij. calami aromatici pondo v. asari pondo ij. semis, castae nigrae pondo ij. semis, amomi uuae pondo unum unc. iij. uinci floris pondo v. costi pondo quinque unc. iij. nardi gallici pondo v. fertule campanae, quae melilotos dicitur, pondo unum unc. iij. simplicij pondo unum unc. iij. rosarum siccarum pondo unum unc. iij. foenigraci librae dimidium, fopoballami uascula v. malabathri unguenti pondo. Arida tunduntur, & rariore cribro incernuntur, uinoque macerantur, bdellium, etsi aridum non fuerit, & ipsum contunditur: sin pingue extiterit, uino ipsum in pila contundendo soluitur. Haec in uas exiguum unguentarium stanneumque coniecta, sed ita ut nihil expiret operum, diebus xii. & totidem noctibus sinuntur: mustum uero cum his permancat, uua pure expressa ut nihil roris contineat. Porro mustum in magnum abenum conditum, ut etiam feruori ipsius locus sit: omnia in uino macerata adiciuntur. Oleum uinumque bis die spatha unguentaria ad horam agitantur: spatha uero accurate detergatur, ne id quod acidum factum ei adheret, medicamentum offendat, dum rursus immittitur. Praeparatur autem uas operculo, & desuper plusculis centonibus accurate circumdetur: uas subsit restis. Cum iam dies quindecim praeterierint, ammoniacum, & ipsum amomum inditur, crassius contusum. At triginta dies duplici uase supra prunas duas uel tres feruere unguentum permittendum est, opoballamo adiecto: uase autem deposito ac modice resti gerato unguentum defundere, reliqua sporulis, ut sunt calida exprimere oportet: primum manibus, deinde praelo molientes aliquid unguenti gratia, in ipsum malabathrum conicere, si unguentum in calente aqua fufum immittamus: item spatha petrouerere, ut misceantur. Postea diem unum sinentes, uitreis uasis aut testaceis gummi illis reponemus.

*Quae scripserit Heras  
Acopa.*

Cap. 15.

**A** Copon ad paralyticos, stannatum ad omnem dolorem. Rutae uiridis pondo, pulegii sicci pondo, cyperi pondo, nitri denarium pondo, quinquaginta, foenigraci pondo, linozostis siccae pondo, marrubij pondo, rosamarinij pondo, aristolochiae pondo, amygdalarum amararum desquamatarum modij dimidium, iris pondo duo, terebinthinae pondo duo, baccarum lauri pondo duo, cucumeris agrestis radice pondo duo, guttae ammoniaci pondo duo, brathyos libras duas, ueratri albi libras sex, myrris uiridis libras tres, lauri foliorum siccorum libras tres, cereae pondo quatuor, bdellij pondo quatuor, uini heminas duas, albi uini congios duodecim, olei congios quatuor. Contulis crassius iis, quae tundi debent, aquam affundito: ac rursus tuis unum, oleumque adiungito, & noctem sic esse sinito. Sequenti die incoquitur, dum haec inuariatia decocta fuerint, & oleum a coctis qualitatem acceperit. Haec omnia sunt pedetentim. Dein sublati, expressis que recrementis, ceram, resinam, & bdellium adiecto. *Aliud Vinde acopon ad ischiadas, & neruorum resolutionem. Hoc usus sum in Phorte.* Resinae terebinthinae pondo, mannae uncias quatuor, chalbani uncias quatuor, aphronitri uncias quatuor, guttae ammoniaci uncias quatuor, opopanax uncias quatuor, semi caprini uncias sex, aeruginis uncias quinque, cyprini heminam, irini heminam, s. melius uncias quatuor, styracis uncias tres, piperis uncias tres, quida uero uncias quatuor, olei ueteris sesquiseptarium, adarces unciam, aceti, quod abunde sufficiat. Aeruginem, opopanax, & aphronitri cum aceto terito, reliqua liquefacta superfundito. *Aliud acopon ad coxendicum dolores dytinos, articulozom ligationem & paralyticum admodum est efficax.* Olei ueteris & irini pondo sex, laurini pondo sex, pyracini pondo sex, cereae pondo sex, terebinthinae uncias duas, piperis uncias duas, euphorbij uncias duas, [guttae ammoniaci uncias tres, castorii uncias duas.] opopanax uncias duas, chalbani uncias duas, medullae ceruinae uncias duas. Liquabilia ubi liquefeceris, siccis affundito, ac unitis uitior. *Aliud acopon ad coxarum dolores, & in uniuersum ad omnia.* Myrrhae partem unam, pyrethri partem ac dimidiam: leuigatis gleucinum affunditur, ut medicamentum strugmenti spissitudinem accipiat. Vbi oportunitas accidit, rhodino admisto uitior.

*Dioscoridis*

**A** Damocratis acoporum compositiones. Cap. 16.

**P**lacoporum de usu myracoporum; omnium, Haec, quae sicut dicam, & quo conferant modo, Quae ratione facias quodque pharmacum. Ergo & dolores neruorum haec omnia leuant, Carnisq; totius & musculum, quibus Molesta lassitudo est, aut perfrictio, Aut his dolores similes sine patentibus Causis obortientes: quin lassitudini Obnoxios, & frigori, haud faciles parant, Siqui uis prius ita prodeant ad munia Vitae necessaria obunda. corporis Et carne partes pabulo indigas suo Expleat, perunctis assumptis a cibo locis: **Qui conualescunt aegre, hos, & senes iuuant** Ipsis per hyemem ad uesperam linentibus. Quae porro acopa faciunt, alio uobis loco Exponam: & horum scripra subiungam ordine, In quem uel usum quoque ueniant, innox traligam. Nunc referam, quo plurimum liceat facere modo. Naniq; ammoniaci bis quinas quidem uncias, Siue uncias maualt quis, seu pondus aliud, Idemque thuris, at quaternas chalbani, Cerui medulla tantundem: partem modum Simul atticique deinde mittunt celsipi, Terebinthinae perlucidae centum & bis duas, Mellis recentis optimi rursus decem, Aequalem tribunt ponticae ceruae modum, Adipis recentis asperis mollis decem, **Vini salerni quinque pluresue heminas,** Aut pauciores paulo conijciunt quoque. Idem olei ueteris bis uiginti boni. Id autem graueolens haudquaquam commiseris. Sic naniq; fiet, gratum ut sit hoc uentibus. Paratur sic in maualculo in mortario Simulatque thus in granulosis confregeris Et ammoniacum, uinum affundens protinus, Atq; haec dimittens macerari mediterit, Tere cochleari: in mellis spissitudinem Cogantur. addito mel una atque celsipum, Cerui medullam, quae in pila conies: Ac deinde cera in ollula liquefacto, Oleumq; totum iuncta & adipe & chalbano Terebinthinaeque colliquefacies, simul **Superfundens coeuntibus in mortario,** Sed sparula parua, ut refrigescant, permoue. Tum subigitur raris per haec omnia manu, Vnta bene dum appareat, & humidi Mellis boniq; crassitudinem habuerint. In stanneum uas condito, uel buxeum. Hoc sedulo usus optimo cen pharmaco. Est commodissimum & mulieribus quoque, Quis est oborta phlegmone intus, ueteri Duritiam abigit inde, simul & scirrhii metum, Vbi pessulo usurpare pharmacum iubet Litum utero, quod indere hoc solent modo. Benefacit hoc idem ad dolores aurium Expertum ulceris, sineq; fluxu graues. Sergetici aurem mittis irini unguinis Aut portionem quartam, aut uiginti pharmacos.

Calidoq; lanam intinctam addis foraminij.

*Aliud.*

Et uiridacopon hoc efficax supra modum, Vnde & laborum exordijs facit magis Arthriticis, podagricis quoque; efficax. Hoc ante balneas medicamento litis Et pedibus & neruis incrassatis simul, Plures fuisse sanatos conspeximus. Habet boni thuris pondo libram unicam, Ammoniaci guttae pondo libras duas, Aphronitri quam albidissimi solum libram. Tantundem puriusculi atticis celsipi, Myrrhaeque lectae, & non lignosi chalbani, Opopanaxiq; puri, singulum omnium Octo uncias exacte perpendens uncias, Quatuor euphorbij recentis uncias, His asperi pares dato limnesij, (Hoc nominant adarcen unguentarij In Italia insitiores, quive eorum.) Ceruae admodum bonae duo pondo ponticae, Terebinthinae totae purae, semissem uisuper, Olei laurini, cyprinique, & gleucini, Sergetici, iriniq; singulam libram, Olei ueteris, recentis quoque lentiscini, Cuiusq; rursus horum immittes pondo duo. Aceti modicum, quo mixturas simplices Siccas abunde contritas contemperes Liquidis unguinibus, & ceruae, terebinthinae, Ac chalbano, liquori panacis, & alijs. Vbi calida atq; adhuc feruentia in pilam Conieceris, cochleari & manibus conterere Valenter, unita omnia sic reponito In pyxidem, qualem paulo prius. Audacter inueteratisq; omnibus uitior.

*Aliud.*

Et hoc parabile passim acopon: item bonum Porissimum per hyemem, si est profectio Vtquam, malo opportunis facile subuenit. Quod puri recipit chalbani tres uncias, Sed unam opopanax recentis unciam, Floris salis tres, & quaternas celsipi, Ammoniaci guttae bonae pondo libras Octo, atque ceruae unam, pityinae torridae, Non foetida, quaternas bis pone uncias, Olei sabini bis quaternas & libras, Plus hyeme cen libram oportebit indere Vini salerni nigri denis uicij. Sic praeparato. Ammoniacum in mortario Contundito: atq; deinde uinum affundito, Paulisper macera: curiose conterens, Florem salis, tunc etiam adicias celsipum, Terens tum, ac faciens mellis spissitudinem. Liquatis colliquandis, inde chalbani, Tum opopanax adiunctum, rursus liquefacito, Leuigatisq; prius in pila, unitis probe Superq; fundito, & manibus miscens ita Pharmacum adhuc feruens uitreo uase condito.

*Aliud Myracopon.*

Et hoc myracopon optimorum inest gregi, Nam suauitatis plenum est: iuuat insigniter Quos nominant paulo affectus antea

QUINTA CLASSIS.

T Staete

Stracta bona receptat ternas uncias,  
Opobalsami tres, & mellis tres attici,  
Ceraeque pura ponticae tres, unguinis  
Crocini syriaci quoque quaternas uncias,  
Ammoniaci quam albilissimi, & leuis salis  
Sextantem, candidae & purae terebinthinae  
Vnam unciam, atque partem ipsius unquam,  
Et cinnamomi nec uon, malabathri quoque  
Libram adde, & partem librae tertiam insuper.  
Sin absit autem malabathrum forsitan tibi,  
Adiunge nardi tantundem gangitidis.  
Istud bonis medicocriter unguentum additur:  
Abunde medicamento sum ut nullum inuenis  
Aliud, uel irini tantum fergetici  
Vel cyziceni pondo, idem amaracini.  
His uteris, ubi non adsit quod diximus  
Malabathrum, arbitror moderatum myracopon  
Nihil minus sane auxiliari utentibus.  
Sic consist. Accurate mel factam seu  
Adiunge, & stacten tritam modice misceas,  
Opobalsamumque, ac rursus exacte contere.  
Cera, crocina, terebinthina pura duplo  
Iniectis uat, praedicta liquecant aqua  
In alia olla: liquefactis inde malabathrum,  
Et cunctis unitis modice, ut non ferueat,  
Duplex deponere uas protinus ex caccabo.  
Exacte frigerato, & raso pharmaco,  
Et addito ijs, quae iam prius recensui,  
Mortario lenigato rursus, dum probe  
Totum uniat, fiatque unum pharmacum.  
Voles at si ipsa reddere efficacius  
Ad uitia neruorum, simul ad diutina,  
Affectiones longas, tenfos musculos,  
Euphorbij recentis etiamnum & boni  
Toti uncias duas admisceas ponderi,  
Cum saleq; melleq; insuper opobalsamo  
Eleuigatum ante, quo satis erit tempore:  
Itaque omnia dicta in unum cum redegeris,

In pyxidem, uel uas uitreum reponito.  
A balneis in usum potius ducito,  
Cum regi facies principive myracopon,  
Per facile uel para ignis sine commercio,  
Opobalsami collectis ternis uncias,  
Et optimi malabathri quindecim uncias,  
\* Et cinnamomi tantundem boni cape,  
Ceraeque non olenris candidissimae  
Denarios decem: sic ipsum praepara.  
Partem malabathri tertiam, & ceram quoque  
Concisam multa in frustra minutissime  
Argentea in tenui reconde phiala.  
Aqua calente plurimum, ut liquaueris,  
Ipsam refrigerato, deinde radito.  
Tum leuia iungens rursus in opobalsamo  
Et cinnamomo totum contere uniens,  
\* Quod restat ipsis suprafundens malabathrum.  
Terens adunito manibus, sic condito  
Argentum in uas aut uitreum, sed crassius:  
Sic namq; tuto habebis semper pharmacum.  
At si trientem librae addas gangitidis  
Nardi, medicamen reddes longe suauius  
Praestantiusq; ad uitia adhuc recentia  
Synchritina, cinnamomon tibi ni suppetat,  
Minimo quidem peius habebis, uere at bonum,  
Alio omni & multo myracopo praestantius,  
At si proponis id facere efficacius  
Ad quos retuli modo affectus, atlantici  
Euphorbij iungens quaternas uncias.  
Nam sic erit suaue, nec inefficax,  
Misturis licet confectum paucioribus.  
\* Cognouimus quosdam uti multis pinguibus,  
Medulla multa, & non nullis aromatis,  
Liquoribus, unguentis, & oleis aliquibus,  
Quibus contra uisus, esse talia  
Expertum boni, qui non probauerint  
Misturas, neque naturas horum simplices,

## GALENI DE ANTIDOTIS LIB. I.

Io Baptista Rasario, medico Nouarien. interprete.

Quid sit antidotus, &amp; quanam fuerit theriacis origo.

Cap. I.



ANTIDOTOS uocant medici eas medicinas, quibus non fois admotis, sed in  
tra corpus assumptis morbi curantur. earum omnes differentiae sunt tres: quae  
dam. n. aduersus mortifera medicamenta offeruntur: quaedam uirus ferarum tol  
luunt: quaedam affectibus ex mala uictus ratione exortis succurrunt. quaedam  
haec omnia pollicentur: quo in genere est ea, quae theriaca nominatur: quam  
Andromachus medicus confecit: & mithridaticam, quae a suo auctore hoc no  
men duxit, sustulit. Hic enim Mithridates no fecus, quam Attalus, qui nostris  
temporibus regnauit, in hoc studium incubuit, ut peritiam omnium fere me  
dicamentorum simplicium, quaecumque rebus letalibus aduersantur, sibi compararet: eorumq; uires in  
sceleratis, & morti condemnatis hominibus expertus est: itaq; reperit quaedam aduersus ictus phalan  
gorum, quaedam scorpionum, quaedam uiperarum peculiariter tacere: sicut in mortiferis medicamen  
tis haec aconito, illa marino lepori, alia denique alijs aduersari. quae omnia Mithridates, sperans se  
medicamentum aduersus cuncta mortifera accommodatum habiturum, commiscuit, unumque me  
dicamentum confecit. Postea uero Andromachus, qui in medicis Neronis primas tenebat, qui  
busdam additis, & quibusdam sublati antidotum fecit, quae theriaca nominatur, & ad exiguam

A exiguam uiperinae carnis copiam, cuius mithridatica expertus erat, adiecit. quae res fecit, ut haec  
sit ad ictus uiperarum, quam mithridatica, praestantior, ad alia uero non modo est nihilo, quam  
mithridatica, inferior; sed ad quaedam etiam melior. huiusmodi tamen antidoti non eandem uim  
habent post mortifera medicamenta, & ante eadem assumpta. nam quae magnitudo praesumpta il  
lasum tueri hominem potest, ea quadruplum, aut quincuplum aucta, & postea data, adiuuat: nec sa  
tis est semel singulis diebus, sed bis sumpta. at si quis medicamentum quotidie sumat, ut nostra ata  
re imperator Aurelius Antoninus, aut Mithridates ipse faciebat, eum neque mortifera ulla res, neque  
uenena quicquam laedent: quemadmodum ferunt, Mithridatem cum potius hausto ueneno mori sibi  
proposisset; quam in Romanorum uenire potestatem, nihil, a quo mors ei afferretur, inuenisse. at  
que haec quidem de Mithridate audiimus: quae uero Antonino euenerint, nos plane scimus. is enim  
primum, ut salutem suam tueretur, quotidie tantum theriacis sumebat, quantum fabae Aegyptiae ma  
gnitudinem completeret: eamque uel sine aqua, aut uino, uel ex ijs etiam deuorabat. sed cum in quoti  
dianis negotijs graui sopore corripere, papaueris liquorem adimi iussit. rursus uero contigit, ut  
propter consuetudinem pristinam, utpote qui suapte natura siccioris temperaturam haberet, & lon  
go iam tempore medicamentum exiccans simplisset, maiorem noctis partem in somnum transigeret.  
\* B quam ob rem necessitate compulsus theriacem denuo, iam quodammodo inueneratam, in qua papa  
ueris liquor inesset, accepit. est enim a nobis saepenumero expositum, huiusmodi medicamenta, si in  
uenerant, eum liquorem habere mitiorem. Tum enim Imperator ad bellum Germanicum profe  
ctus, ijs in locis, quae ad Istrum sunt, confederat: cum ego me illuc ire posse, excusauissem. Quoniam  
autem ornabat laudibus eam antidotum, quam Demetrius qui inter medicos Antonini principem lo  
cum tenebat, confecerat: illo uita functo, ad Euphratem materiae medicae uenditorem, a quo simpli  
cia medicamenta, quibus ad conficiendam antidotum opus erat, emere solebat, litteras dedit: in qui  
bus petebat, se faceret certior, quifnam medicus affuisset interea, dum imperatoriam antidotum  
Demetrius confeceret. itaque ubi accepit, me perpetuo praesentem fuisse, quoties ille theriacem con  
fecisset; ego illam ut conficerem, imperaui. cum uero haec sola ei placuisset, Romam reuersus, quae  
stui de me, quem modum simplicium medicamentorum in confectioe peragenda adhibuissem. ego  
uero ei uerum dixi: atque addidi, me ne minimum quidem eorum, quae ueteres medici adhibere con  
sueuerant, neque omisisse, neque adieciisse: & causam attuli, cur mea confectio ei potissimum placuis  
set. de qua, cum mihi esse agendum hoc libro proposuerim, ea, quae tunc gesta sunt, memorauit. Cum  
enim Antoninus singulari studio medicamentum quotidie sumeret, & uicia, & uirtutes ipsius digno  
\* scere accuratissime poterat.

Optima theriaca, ne conficiatur.

Cap. 2.

Cum hoc medicamentum sit praestantissimum, tum uero alia etiam fere omnia, & propter eorum,  
quae imponuntur uirtutem & bonitatem, & ob seruatum uirtutum inter se proportionem. multi  
autem ne singula quidem probare medicamenta separati sciunt, ut quantum uicij, quantumque uir  
tutis in eis sit, intelligant, ex quo sequitur, ut illud quoque eos praetereat, quanam sit uirtutum inter se  
proportio. itaque quamplurima medicamenta aut tempore, aut suo genere imbecillia adhibentes,  
ualentissima illis miscuerunt. ac quidam oliua, qui papaueris liquorem, qui Thebis, quae in Aegypto  
sunt, adfertur, quique ualentissimus est, iniecit: theriacem philonio & gulfu, & facultate similem fe  
cit. rursus uero iniecit ualentissima myrrha alijs plurimis infirmis, causam attulit, ut myrrha ceteris  
in antidoto praestaret. alius quoque pari modo in croco errauit, alius in sagapeno, ut in asphalto, &  
chalbana alius. alij uero duo aut tria, quae ita sint ualentia, ceteris infirmis miscunt, & in causa sunt,  
ut antidotus ab illis superetur, rationem autem antidoti conficiendae, si quis aeri uir ingenio uel semel  
uiderit, sine negotio perdisset: ut uero medicamenta, quae ad eam adhibentur, dignoscant, non iam se  
mel, aut iterum, aut ter satis erit inspexisse, sed id consequatur, per saepe admodum spectando, & accu  
\* rate ab aliquo qui ea ostendat, & oratione insuper, quale sit praestantissimum, declaret. ei uero, qui sine  
aliquo commonstrante, ex libri alicuius lectione, quales sunt libri Heraclidis Tarentini de theriaca,  
itemq; Crateuz, Dioscoridis, Nigri, Iolla, Rufi Ephesij, & aliorum quorundam, in eorum cognitionem  
incumbit, multo magis illa inspexisse eum oportebit, ut cuiusq; medicamenti uirtutem, & uirtutum accu  
rate dignoscant. quaedam enim ipsorum ita callide adulterant ijs, qui ea uendunt, ut uel exercitatisimos  
homines in fraudem impellant: itaq; optimum fuerit, multo ante per amicum uerum & uirum probum  
tibi esse curata ibi, ubi reperiri medicamenta praestantissima solent, aut te semel illuc profectum, ea de  
portasse, quae per totum uitae tempus sufficere posse uideantur: qualia sunt ea omnia fere, quae metallica  
nominantur. equidem cum uidentur Cypri studio arderem, ibiq; amicum magna auctoritate hominem  
haberem, & familiaritate cum procuratore Caesaris, qui metallorum fodinis praefectus erat, coiuictum,  
illuc profectus, magnam copiam cadmia, diphrygis, ipodij, pompholygis, chalcitios, misyos, soryos,  
& aris ulti deportaui: alias e Palaestina Syria purissimum balsami liquorem, bitumen uero nullo era  
dolo potest adulterari: sicut neq; fructus, neque lignum balsami. iam uero etiam in Lemnum nauigauit,  
Deos testor, non alia de causa, quam propter Lemniam siue terram quis uocet, siue sigillu: quo de nobis  
in nono de simpl. medic. facul. abunde est dictu. atq; hanc quidem Lemniam terram, Lemniue sigillu, ut  
maius nominare, sic adulterant, ut nemo uera a falsa possit dignoscere: quemadmodum et Lycium, quod

QUINTA CLASSIS.

T 2 Indicium

Indicum uocant, & alia itē multa, quæ ab adulteratis difficillime dignoscuntur: quæ nobis habēda sunt E  
opeca præfectorū, & senatorū, qui in ea loca proficiscuntur, ut prouinciam gubernēt. aut certe amicorū  
qui illis in locis habitent, sicut a me factum esse perspeximus. nam alia ex magna Syria, alia ex Palestina  
alia ex Aegypto, alia ex Cappadocia, ex Ponto alia, sicut ex Macedonia, & e locis ad solis occasum,  
ubi Galli, & Hispani sunt, atque ab ijs, qui oppolitam regionem incolunt, Mauris ad me aduehuntur.  
quæ autem præstantissima in quaque regione medicamenta nascuntur, & Dioscorides, & alij uere do-  
cuerunt, nos autem eo modo, quem diximus, comparare ea debemus: præsertim uero si Romæ simus,  
in quam urbem complura ex omnibus mundi partibus singulis annis comportantur. multa item in ip-  
sa Italia partim sua sponte proueniunt, partim arte parantur, ut Dicearchia, quam nunc Puteolorum  
nomine appellant, ærugo, cerussa, æs, & squama aris, & alia nonnulla inueniuntur: & Romæ argēti spu-  
ma, non pauca etiam singulis poene diebus Romam aduehuntur, ut e Sicilia, ex magna Libya, singulis  
annis æstiuo tempore, & multa item ex Creta: cum herbarij, quos illic Cæsar alit, non modo ipsi Cæsa-  
ri, sed toti etiam urbi uascula, quæ quia sunt ex uiminibus contexta, textilia nomināt, harum rerum ple-  
na mutere uideantur, atque eiusmodi quidem uasa & Romam, & in alias etiamnum regiones ex Creta  
transmittuntur, ut nihil prorsus eorum, quæ illis proueniunt, non herbas, non fructus, non semina, non  
radices, non succos denique desideremus. Ut autem alia sincera afferantur, certe succos quosdam, F  
raro tamen, adulterati comperimus. Cum enim magnam herbarum uim insula ferat, herbarij, qui il-  
lic sunt, quidpiam adulterare non admodum student. immo neque magnos quid immutant, ut alij  
faciunt: Sed cum absinthij succum facere solum debeant, parum marrubij admiscunt, aut parum quid  
huius generis adulterant. Itaque unguentarij, qui Romæ singulis annis uasa textilia medicamen-  
torum plena emunt, te docere primum poterunt, quomodo singula cognoscas, etiam si nunquam ea  
prius conspexeris: deinde uero ipse per te sæpe inspiciendo, quodnam præstantissimum sit, perdisces.  
nam qui habent in memoria, quanam anno superiore mercati sint, cum aliud illis melius uideat, faci-  
le hoc esse præstantius intelligunt, atque ex herbis, quæ comportantur, ut surculis adhaereat ad huc se-  
men, quæ plus habeat seminis, quæ uegetiores sunt, quæ ponderosiores, & sua essentia compactæ, & tē-  
pore non contabescentes, longe præstare ijs, quæ macriores, quæ minus fructuosæ, raræque ac leues  
sunt, & cito contabescentes, intelligunt. asinus plane esset, qui nihil horum posset intelligere: sicut gu-  
stari, & odorati nihil difficile est id, quod præstantissimum sit, deprehendere, cum idem sæpenumero  
conspexerimus, qua enim in re medicamentum gustari & odorati admodum est excellentius, certe  
in ea ipsa alijs sui generis præstat. qua sane ratione id esse mel optimum affirmamus, quod dulcissi-  
mum, acerrimumque est: quod eius natura excellere in dulcedine uideatur. cum autem mustum ex dul-  
cibus confectum uis, ad dimidias, aut tertias decoctum sit, nihil quidem melli, quod ad dulcedinem  
pertinet, cedit; obtusum tamen est, & morfu uacat non secus, quam aqua. mel uero non est huiusmodi:  
sed acrimoniam habet cum dulcedine coniunctam, ut quod in ijs duabus qualitatibus excellit, id præ-  
stantissimum habeatur. ac primæ mellis optimi notæ inde sunt petendæ: deinde uero ex accidentibus,  
cuiusque naturam consequentibus ducuntur, ut ex colore, consistentia, atque odore, & ueluti compage  
quadam particularum. Est autem mel coloris lutei, consistentiæ uero neque crassæ, neque concre-  
tæ, neque ualde dilutæ: sed totum unitum, & ita tenax, ut si ipsum digito sustuleris, ac desuere siue-  
ris, ipsum sibi continuum distendatur, ut uiscum uidemus, neque diuellatur, neque disrumpatur.  
nec tamen ideo est optimum: sed quoniam mel suapte natura optimum habet hæc euenta, quæ ei per-  
petuo adiuncta sunt, idcirco hæ notæ sunt mellis optimi, quam ob rem dixi, unumquodque simplex  
medicamentum spectari sæpe oportere, ut in memoria habeamus, quantum acrimoniæ, aut dulcedi-  
nis, aut alterius cuiusque qualitatibus earum, quæ in sensum cadunt, obtinuerit: quando ipsarum gra-  
dus explicari oratione non possunt. Iam & aliud quoddam cuiusque medicamenti facultatis est in-  
dicium, a longa experientia profectum: ad quod exponendum ratio nullum usum affert. Itaque mel Cni-  
dium, si notas, quas modo attuli, attendas, esse optimum uidebitur, ut proxime ad Thasium, Hymettium. H  
que accedat, progressu tamen temporis non mediocriter uitium indicat, cum uinosam qualitatem acqui-  
rat. simili quoque modo affectum est Rhodium: quam ob rem huiusmodi mel in theriacam cōiecit quis-  
piam, & post triennium illā mihi non modo gustatu, sed etiam odoratu uinum redolere cum ostendisset,  
egoque illam intuerer, id ipsum a melle iniecto profectum esse declarauit: eaque res hominē in admira-  
tionē cōpulit. deinde uero de illo quaesitui, diuinitus mel coxisset, & spumā abiicisset. illeque hæc a se fa-  
cta confessus est: ac me admirabatur, quasi ego recondiri quidpiam ei narrauissem. tum ego eius accusa-  
re temeritate coepi, quod sola librorum lectione ductus theriacem conficere ausus esset. alius theria-  
cam a se confectam, quæ acida facta erat, mihi ostendit, causamque me rogauit. cumque de me audisset,  
se plus uini, quam par fuisset, & eius quidem non optimi, neque ueteris, infudisse, & fortasse etiam  
plus panis non rite facti, quam oportet carnis uiperinis adiecit, hæcque ipse fateretur, est a me no-  
mine temeritatis accusatus.

Quodnam uinum sit ad conficiendas antidotas accommodatum.

Cap. 3.

Itaque adhibenda est diligentia ut tale uini genus imitatur, quod longo usu firmissimum esse, & ua-  
lidū cognouerimus, quodque non iam immutatum sit, per multos annos exploratum habeamus. et uinum in-  
firmissimum, & ut ita dicā, aquosissimum, aut uehementer austera, quæ maxime omnium aciescunt, nisi primis  
annis

annis aciescant, reliquo postea tempore perdurant. huiusmodi porro commutationis tempus aliud alijs  
uino attributum est. aquosis non multorum annorum tempus est datum. sic enim uocant ea, quorum  
albus est color, consistentia tenuis, quæque non multum aqua, ut diluantur, requirant. omnino autem  
quæ huiusmodi sunt, ut nec caput prorsus ferunt, ita nec corpus manifesto calfaciunt, neque conco-  
ctionem eam, quæ fit in uentriculo, & uenis, magnopere iuuant; neque ut corpus probe alatur, usum  
præstant. hæc autem celerissime omnium inueterescunt. periti autem harum rerum, inueterescere uo-  
cant, cum cito in huiusmodi ueterum uinorum qualitatem commutantur. ea porro qualitas est acrimo-  
nia, cum calore manifesto: deinde uero etiam amarities, in quam transit. uidere tamen est aquosa ui-  
na inueterescencia, si primis tribus, aut quattuor annis acida facta non sint. validis autem, simulque, auste-  
ris, & albis, quæ tamen crassa sint, etiam post decennium, si minus recte sint recondita, interdum acci-  
dit, ut acida redderentur. fit etiam, ut longo temporis spatio inueterentur. huius generis in Italia sunt  
Tiburinum, Signinum, Marsum, & Surrentinum. ac Tiburinum quidem & Marsum austera sunt, faci-  
leque, si negligenter condantur, aciescunt. Signinum cum his potentius est, sum minus aciescit, & ubi in-  
ueterarit, est optimum. De Surrentino autem quid attinet dicere? quando iam inter omnes constat, ip-  
sum ante uiginti annorum ætate, erudum adhuc esse. cum enim tot annorum est, uiget, & potui aptum  
ad longi spatium temporis perdurat: nec facile amarescit, & cum Falerno uirtute, præstantiaque, conten-  
dit. secus accidit aquosis, ut Sabino, Albano, & quod in Gauro monte, qua parte ad urbem Puteolo-  
rum uergit, nascitur: & ei, quod in collibus prope Neapolim prouenit, uocant illud quidem Aminæum,  
sed tenue est, non ut Aminæa, quæ in Sicilia, Bithyniaque oriuntur. quamuis enim apud has etiam gen-  
tes parum quidem aquosum, tenuisque uini oriatur, non tamen abest uel a Sabino in Italia, uel ab Arui-  
sio & Tiracazone in Asia, uel ab eo, quod apud nos Tibenum uocatur, ducto a Tiba regione, in qua gi-  
gnitur, nomine. quæ uina omnia in contrariis qualitates, acidam inquam, & amarā, facile mutantur:  
ac principio quidem acidam, tum si perseverarint, amarā suscipiunt. ut autem in alterutram par-  
tem mutantur, locus, in quo reponuntur, magnam uim habet. initio sane optimus est frigidus locus,  
postea calidus: aut contra, admodum calidus inter initia: siquidem tepidus locus facit, ut facile aci-  
da reddantur. quod si frigidus in loco biennium, aut triennium contineantur, tum inde in satis calidam  
cellam transferri possunt: locum tepidum, ac moderatum nunquam requirunt. sicut tamen quedam  
tam infirma, atque aqua, ut nec principio quidem perferre frigus queant. quæ pater meus, faciendi  
periculi causa, in cellam calidissimam derulit, & plena dolia stæbe copiosa, calidaque contegenda cu-  
rant: atque id, quod uolebat, affecturus, nunquam acidum uinum habuit, sed omnia quam celerissime  
in ueterata. quam autem ratione quispiam cellam uinariam calidam sibi, ut pater meus faciebat, pa-  
rare possit, declarabo. Domus magnæ apud nos omnibus in agris edificatur, in quarum medio fo-  
cus est, in quo ignis accenditur. nec procul inde sita sunt stabula iumentorum, uel in utraque parte, de-  
xtra, & sinistra: uel certe in alterutra. sunt & furni foci cōiuncti ad partem anteriorem, quæ totius do-  
mus fores aspicit. atque hoc quidem modo domus omnes in agris, etiam si frugaliter extructa sint, ex-  
edificantur. quæ uero maiore sunt cura fabricata, interiore pariete exedram habent, foribus ex ad-  
uerso oppositam, & utrinque cubiculum: in cuius superiore parte alie habitationes sublimes sunt,  
quemadmodum in multis caupontis in circuitu erant, ac sæpe etiam quattuor magnæ domus parietū  
esse perspeximus. ex his autem habitationibus, maxime ab utroque latere contecta est, quæ exedra  
iucumbit: in qua pater meus uinum, postquam in dolijs deseruississet, reponere consueuerat. summus  
autem uinum in fœtibus uasis prius reponitur, ut alia per totum annum calefacere apud nos solent.  
cella autem hoc ad agendum præstat ceteris, quæ ad meridiam uersa, & a uersa septentrione est. A-  
pud nos autem herba quedam fruticosa nascitur, admodum calida & acris, & odoratum quidpiam re-  
ferens. hanc incolæ colymbadem, aliqui stæbem nominant: quæ ad uinum conferuandum est acerrimam  
modatissima. condebat autem hac herba uascula, & uinum superiorum habitationum parietem an-  
tebat eo consilio, ut calor in cellam, in qua uina essent, per ea foramina ingrederetur. Itaque tum  
magnæ domus calore, tum etiam stæbe forn calfacta cella uinari, totum uinum ita conferuabat, ut ne  
unquam quidem aciesceret. ut autem id melius consequeretur, & nunquam non compos uoti fieret, ui-  
num non nouis uasis, sed ijs, e quibus uinum metus exhaustum esset, infundebat. Idem esse obseruatum  
in Italia in agro Neapolitano, & colle Neapoli propinquo, quem Trifolinum uocant, animaduerti.  
qui etiam in alijs prorsus locis ita calefieri in Italia uinum audiui. sed quemadmodum eiusmodi fir-  
mius redditur, ita etiam, propter eam qualitatem, quam ex fumo contraxit, capitis dolorem facilius  
excitat. usus autem huiusmodi uinorum fugiendus est in medicamentis conficiendis ijs, quæ intra cor-  
pus sumpturi sumus: at in emplastris, & alijs medicamentis, quæ foris imponuntur, talibus etiam ui-  
nis, cum optima non suppetunt, uti licet. Quibus quidem sit rebus, ut in antidotis componendis uina  
deligenda sint, quæ suapte natura firma sint, quorum omnium non in hoc solum, sed etiam alijs omnibus  
uirtutibus Falernum est longe primum assumendum uero & huius generis est, quod nondum præ ueritate  
amarescit, ut nonnulli faciunt, qui hac quoque in parte in conficienda theriaca peccant, cum u. audierint  
hanc orationem semper ab omnibus decantant, omnia, præter uinum, progressu tēporis cōflescere,  
ipsum uetustissimū injiciunt, sunt et, qui ne coniectura quidē allequantur, quantum uini admiscendum



fit: quod in libris de conficiendis medicamentis non sit eius descripta mensura, ceterum cum Falerni E sint duo genera, nihil inter se uirtute differant, certe dulcius, quod Faustianum uocant, iucundiorum antidotum facit. Quemadmodum igitur erant, qui uinum fugiens, & acerbior antidotis admiscerent (licet enim nullum uinum per se habeat, tamen commixtum alijs medicamentis, ex quibus antidotus fit, plerumque accescit) ita Falernum uetustissimum, praesertim uero, si paullo copiosius sit inditum, amarum medicamentum reddit.

De melle: & quale sit ad antidotos conficiendas praestantissimum.

Cap. 4.

**I**am uero alius etiam medicus pernetus mel, ut de Falerno diximus, medicamentis admiscebat, huiusmodi ratione ductus: si mel iniectum, quod prius optimum uidebatur, quoadque uinosum euasit, profecto tutius est, illud mel indere, quod, sicut uinum, longo temporis spatio non est corruptum. erat autem id mel propter uetustatem subamarum: deinde uero ex longiore coctione magis amarum redditum est id quod mellis omni, quod uetustius sit, coquendo accidit, neque hoc mirabile est, quando etiam, si non coquatur, maiorem amaritiam ex maiore dulcedine tractu temporis acquirit. Pater autem meus mel quoddam ita amarum habuit, ut si in Ponto factum esset, eo in loco, ubi apes id ex absinthio colligere dicuntur, & tamen id fuisse Atticum, & praestantissimum affirmabat: sed longo temporis spatio in ueteratam, amarum euasit. hoc autem, quia mihi inuile uidebatur, ideo etiam post obitum patris adhuc seruauit, estque nunc amarum magis, quam tunc esset, & nigrius: non tamen factum est crassius: quod praecipuum est mellis optimi indicium: siquidem mel, quod in Eleante Cherronea nascitur, ubi Proteus filii fanum est, quamuis diu habeat eas condiciones, quae Hymettio insunt, tamen progressu temporis praeter quam crassius sit, etiam in grumos per sepe conerescit: quocirca in antidotos conficiendum omnino est mel quam optimum, ut Hymettium, aut Thasium, aut certe Atticum, quod si non suppediet, eius loco adhibendum erit, quod in Cycladibus insulis nascitur, quodque sit Attico quam simillimum. In Isthmo quoque bonum mel conficitur, idque a loco Isthmiacum, ut Tobreum quoque a loco, in quo fit, appellatur. haecque sunt laudata mella, & celebrata. sed in alijs quoque regionibus mel praestantissimum fieri solet, ueruntamen ita paucum, ut ab incolis consumatur, nec in alias comportari prouincias possit: & ideo in hominum ignoracione uersetur. Etenim in nostro agro, qui inter Pergamum, & Elazam urbem mariimam interiectus est, collis est, thymi plenus, in quo apes laudatissimum mel, quod ibidem consumitur, componunt. hic autem collis a sinistris Pergamo Elazam petenti, non tamen prope uiam, occurrit. In Mysia autem, qua nobis finitima est, (tractum illud Britum uocant) demiratus sum, cum mel Attico plane simile perspexissem: cum tamen aliud, quod ibidem fit, sit longe praestantissimum. uerum illic tumulus est, non magnus, ac saxosus omnino, ac thymi, originique plenissimus. alibi uero locus cythio refertus erat. eius loci dominus mel dulcissimum conficiebat, ut hac in parte Attico praesaret. uerum acre non erat. eamque ob causam celeriter auertebar a se qui ipso uterentur, ac nauseam cito commouebat, si quis id paullo liberalius sumpsisset. Inter omnes autem, qui de cythio conscripserunt, hoc conuenit, apes ex eius floribus plurimum mellis decerpere. est autem cythios planta fruticosa, in altitudinem tantam, quantum myrti, conscendens. Haec nos diximus non modo his, qui Romae habitant, quo optima quaeque singulis annis ex omnibus mundi regionibus aduehuntur: sed ijs etiam, qui in alijs omnibus orbis terrarum partibus uiuunt: ut cum notas optimarum rerum a me acceperint, ipsi aut in suis, aut in uicinorum agris, aut apud eiusdem gentis populos nata, quae praestantissima sunt, deligere plane sciunt. nam si quis aut Philonium, aut aliam quampiam minorem conficere antidotum uelit, ei non est opus medicamentis prorsus optimis: at si mithridaticam, aut theriacam, aut aliam, ad quam conficiendam complura adhibeantur, quaeque cum nannonum accipiat, ei opus est optimis quibusque, & praestantissimis. quae quoniam non alibi, quam Romae, possunt suppetere, ideo Romae non modo medici celeberrimi has antidotos conficiunt, sed etiam unguentarij: qui licet omnes plus, minusue erent, non inutile tamen medicamentum componunt. Antonino autem imperante plerique fortunari homines theriacam conficiebant, quae res fecit, ut nonnulla eorum, quae difficulter parari poterant, interdum deciderent. mirabile autem est, quomodo diuites aut amulenti facta imperatorum, aut amulari uelle uideantur. Antonino autem uita functo, pauci admodum theriacen, mithridaticamque antidotum conficiendam curant. Ut igitur Romae praestantissimorum medicamentorum omnium maior, quam usquam alibi, suppetit copia: ita qui in ipsa urbe antidotum Caesari parat, multo magis abundat ijs rebus omnibus, quae ad summam perfectionem deueniunt: ut Falerno uino, melle Hymettio, opobalsamo Syriaco, cui a loco, in quo plurimum, optimumque fit, alterum quoque, nomen est ductum, ac Sagadinu appellatur estque, alijs, quae in Palaestina gignuntur, praestantius. quanto autem melius est Falernum uinum eo, quod apud propolas est, tanto Sagadinum opobalsamum Aegyptio praestat. ei igitur, qui cuiusque medicamenti praestantiam accurrere cognoscat, si contingat, ut mihi etiam usu uenit, ut antidotum Caesari parat, certe praestantissimam conficiet. cum enim ad imperatores optima quaeque, ex omnibus prouincijs comportentur, ex illis ipsis rursus praestantissima seligetur. Ipse enim Falerni uini atate praesecta, quae dolijs inscripta esset, ea solū quae uigesimali annu excessissent, degustabam atque ita deinceps progrediebar, donec ad id peruenissem, quod

**A** quod nondum esset subamarum. nam quod uetus est, nondum tamen amaritiam contraxit, id ego, quod ad aratem pertinet, optimum puto. Cum autem mellis Hymettij magna uis in cellis imperatorijs adseruetur, id ego soleo gustare, quod duorum annorum sit, acque id seligo, quod dulcissimum, acerrimum sit: siquidem id est recentius, & uetustiore praestantius. Nunc autem, quia non solum ijs, qui imperatoriam antidotum conficiunt, sed alijs item medicis omnibus fore utilem nostram fermonem uolumus, ideo eum esse producendum duximus. ac ne longe abeam, multa Athenis mella uenduntur, quae magnam thymi copiam in imo uale habent, prouideque oculorum effugit obturam, quae acrimoniam mellis offert: & progressu temporis thymum ad superficiem erumpit, ut cetera omnia, iug alterius generis in mel incidunt. ac multa, quae Romae uenduntur, esse huiusmodi conspiciamus. nulli periti, uatrique homines sunt, qui illud aduehunt, ut thymum supernatans adimant, ac uulgares homines decipiant, qui mel gustantes thymi qualitatem exuperantem sentiant. hoc autem non sentitur in eo, quod dolo malo uitatum non sit. quocirca si unquam mel gustatis, quod thymum redoleat, cuiusmodi subesse fraudem coniecit, quamuis enim thymi acrimoniam mel optimum contrahat, odorem tamen illius non exhaurit, sicut neque etiam uehementiam, quae gustatu perferuntur. sed de optimi mellis praestantia satis sit hoc loco disputatum, quatenus uero decoquendum sit, in explicanda theriacae B confectioe docebimus. interea uero, quae de uinis dicere praetermissimus, deinceps subiungemus.

Mel, uinum, simpliciaque medicamenta, quae optima sunt, ubique esse perquirenda. Cap. 5.

**S**icut autem in Asia, aut alia prouincia medicamentum uelis conficere, nec tibi uinum ad id accommodatum suppetat, tum colore saluum perquires: cum neque nigrum, neque album, neque rubrum huiusmodi antidotis aptum sit. consuetudo uero sic uenit esse debet, ut pelluceat. gustati uero, ut de Falerno dixi, tale sit, ut neque amarum, neque propter iuuentutem adhuc crudum uideatur. ego uero supposito exemplo quoniam uina talia sunt, quaeque in Asia nostra proueniunt, tibi nominatim afferam. prius autem quam Romanum imperium longe, lateque propagatum esset, & Falernum ornaretur laudibus, ueteres eorum nomina litterarum monumentis consignarunt, ea in Asia tua sunt, Chium, quod in Chio natum, a loco in quo prouenit, Ariusium appellatur. sicut Lesbium a totius insulae nomine cognomen traxit: ad haec aggregatur Timolite, a Tmolo colle, in quo nascitur, nominatum. ceterum horum omnium praestantissimum, praedictis notis obseruatis, deligendum esse planum est. ut enim de melle dixi, omne ferme Atticum bonum esse, & in eo genere optimum esse Hymettium, deinde Thasium, sic de uinis faciendum censeo. cum enim in Lesbo uulga sint genera uinorum, certe saluum, & non crassum, odorumque & quod minimum adstringit, habetque parum dulcedinis, ita tamen ut sensum non fugiat, Lesbium proprie nominatur. huiusmodi in urbe Erasso est laudatissimum. ab hoc uero est Methymnaeum, tertio loco Mitylenaeum censendum est: quorum omnium praestantissimum deliget, qui notas antedictas obseruabit. nam quod ex ijs, quae sumenda sunt, fuerit odoratius, dulcius, ac tenuiore substantia, id erit praestantissimum. huius generis est Lesbium, & Ariusium, inter quae per exigua admodum differentia est. non tale tamen est Timolite, neque Falernum: siquidem sunt eorum duo genera, alterum dulce, alterum neque dulce, neque austriuum: sed in medio quodam inter dulcia, austeraque statum. sed in theriacam miscendum dulce est, non quod futurum sit ad totam medicamenti uim praestantius, sed quod gratius illud efficiat, cuius rei habenda ratio est in ijs medicinis, quae ore assumimus, cum multa in eis amara insint, cuiusmodi est theriaca, mithridaticaque antidotis. alia quoque medicamenta, quae feris uirus iaculantibus aduersari longo usu comperimus, amara sunt, ut cum de ijs agemus, ostenderit. quin etiam Homerus omnia, quae dolores leuant, esse amara arbitratur. ait enim,

Radice mersit amaram,

**D** Quae duplici compressa manu, quoscunque dolores. Sustulit.

Ego autem hoc consilij medico dederim, ut omnium plantarum, si possit, peritus sit: si non omnium, at certe plurimarum, & quarum magnus usus est, notitiam acquirat. earum genera, seu differentiae, ut libeat appellare, sunt haec, arbores, frutices, herbae, spinae, & uirgulae. eas autem ut ab initio ad finem usque cognoscas, in multis terrarum partibus intuenies: ut ego in multis Italiae locis comperi, quas neque nascentes, neque auctas nouerunt ijs, qui ipsas tantummodo secas cognoscant. ac nemo prope modum unguentarius Romae est, qui herbas, quae ex Creta aduehuntur, & earum fructus non norit. non paucas tamen earum in suburbijjs Romanis nascentes, plane ignorant. quae res facit, ut cum semen ferunt, non animaduertant. Equidem & chamæpityn, & chamædyn, & thlaspi, & centauriam, & hypericum, & polium, & ceteras huius generis herbas Romae conspexi, easque uigentes, neque ressecaras assiuo sole, neque citius, quam par est, dum fructus erudi adhuc, imperfectique sunt, colligo. medicamentorum enim compositorum praestantia ex simplicium uirtute proficiscitur, cum exigua differentia quaedam in conficiendi ratione solet intercedere: ad quam aperiendam aggrediemur, si tamen prius, qua mensura inter se medicamenta simplicia miscerentur, exposuero. Quonia autem quaedam mendosae descripta sunt, dum quidam alijs petentibus dant, & de indubitata mendae faciunt: alij uero libros est, quos integros acceperunt, perierunt (nam libri, qui in bibliothecis adseruantur, cum numeros

notis descriptos habeant, facile corrumpuntur, quod modo in  $\delta$ , modo in  $\epsilon$ , mutantur, & atque, confundant, siquidem una linea addita ex  $\delta$ , fit  $\epsilon$ , & una detracta ex  $\epsilon$ , fit  $\delta$ . Ideo ut Menecrates, qui librum confecit, cuius index est, Integris litteris imperator, in quo numerus septenarius est ita notatus, septem: non his notis vij, & uiginti, non xx. & triginta sic, triginta, non ad hunc modum xxx. & cetera pari sunt ratione descripta; ita ego quoque efficiam. Andromachum quoque mirificis ornatum laudibus puto, qui Theriacam, ut etiam alij quidam, carmine descripsit: Damocrates uero alia quoque omnia uerbis est persecutus, eiusque ego consilium laudo. ita enim ueteratores peruertere medicamenta inuicem possunt, nos uero Andromachi uersus hoc in loco primum afferemus.

ANDROMACHI SENIORIS THERIACA, QVAE VIPERAS HABET,  
ET TRANQUILLITAS VOCATUR, AD NERONEM.

Alexandro Feratio, medico interprete.

Prima elegia pars dedicationem operis, theriacae nomen, ac promissiones continet: tum quantum eius sumendum sit, quoque modo, ac tempore, declarat. Cap. 6.

Quid faciat lectam antidotum, quo robore uirus  
Prosternat uictrix, accipe magne Nero.  
Accipe magne Nero, Romae regnator, & orbis;  
Qui pacem & praesbes oria laeta tuis.  
Negligit haec orci rabiem: reque uocata est,  
Tranquilla, hoc nomen munere nata suo.  
Non tibi somniferis succis letale papauer,  
Nec diram tulerint nigra aconita necem.  
Nec late inuiso, quae crescit odore, cicuta:  
Et qui altam altercus mentis, animumque quatit.  
Non te cantharidum sternet uis ignea, non quae  
Arcadicæ taxi certa uenena ferunt.  
Non quae crudelis quondam Medea cruentis  
Signabat manibus pocula morte suis.  
Nec cruciare sibi diptas, nec fraude ceiaestes  
Te poterit, uolucres qui in sua fata trahit.  
Viperæ nil te dentes, nil scorpium ictu,  
Aspidis aut lædent uulnera patua crucis.  
Non si mortiferum ptyas pus expuat: aut si  
E quercu dryis te mala dente petat.  
Hæmorrhii nullus sequitur de uulnere sanguis:  
Nam terminant uirus pocula nostra malum.  
Non somnos oculis innisa phalangia dement,  
Aut quatit torquens frigidus ossa tremor.  
Nec si, ubi fertur humo rabidus sub sidere cancri  
Te petat, aut liquidis cum natat hydrus aquis.  
Quid pasta in sicco poterit nocuisse rubeta?  
Quid geminis feriens amphitribæna genis?  
Huius uisultus diuum genus, inclyte Cæsar  
Vires intrepidæ florea iura pede.  
Hæc tutus Libyæ latis spatia habere campis:  
Circæas poteris tutus adire domos.  
Adde quod hæc stomachi seuos medicina dolo-  
Et lento implicitum pectus humore leuat. (res,  
Seu status spatio uentris conclusus iniquo  
Fertur, & undantes exagitat latices.  
Siue colon tortos, sinuanturque illa uentis,  
Subsultantque alto corpora cum gemitu.  
Aut aliquis croceo perfusus membra colore  
Auratis oculis aurea cuncta uidet.  
Inde epulas, hominesque ipsos, lucemque, perosus  
Vel Phœbum morbi non amat artificem.  
Huius ope expelles catus, si cœperit hydrops,

Carpserit aut putris tabida membra liquor.  
Quin etiam obtusos oculos splendore nouabis.  
Lustrabisque aciem luminis huius ope.  
Siue caput scapulis nectat, seu pectora mento,  
(Hæc leuat) aut pergat tendere colla rigor.  
Ne, quæ sub sepe pectus membrana, tuerur  
Pulmonem stimulet pondere pressa graui.  
Vescam duri lacerent si forte dolores  
Vlceris, hæc morbi sola leuamen erit.  
Obstructos urinæ aditus, colique, rigentis  
Emendat morbos, quos parit ipsa Venus.  
Quid renes dicam? quid renum crimine lumbos  
Discerptos? non hæc pharmanca sumpta leuat?  
Pectora qui misero gestat fluitantia tabo,  
Hanc poterit longo tempore, sanus abire.  
Aeris aut diræ ne te inclementia pestis,  
Ve secedet, capias sole oriente memor.  
Sic fugies prudens intempestiua fororum  
Stamina: sic rabidi uulnera læua canis.  
Sic noctes poteris dulci traducere somno:  
Ni cupis insomnis peruigil esse diu.  
Sicque sabæ pondus, quam fert dū flumine Nilus  
Fertilis Aegypti pinguis culta rigat.  
Tres calidæ cyathos puro de gurgite lymphæ  
Antidoto infundat, sedula cura manus.  
Hoc recte sumes, seu cum sol prodit eoo  
Littore, seu, cum se condit in hesperium.  
Mane bibas, si forte die uexabere crudus,  
Si grauis est tibi nox, sole cadente bibas.  
Sed quem transfixit coluber mala gramina pastus,  
Imprudens hæc hausit mista uenena cibo  
Tum ueniente die, tum decedente paratæ  
Theriacæ æquans pondera lance bibat.  
Cælestem demum ducent hoc munere uitam  
Potantes Cæsar, quæ tibi dona fero.

Secunda elegia pars docet, quomodo pastilli ex uiperis, & e  
seilla conficiantur: tum pondus affert medicamentorum,  
ex quibus theriaca constat. denique ut confici de-  
beat. Cap. 7.

Principio doctus nitidos uenare colubros,  
Quos inuet audaci corripuisse manu.  
His etenim dulces est latebris, spoliisque, relictis  
Cum

**A** Cum primum caelo tristis abiit hiems;  
Dum late uiolis redolentia prata peragant;  
Carpere de uiridi semina sceniculo.  
Hoc uisus, aciemque, nouat serpentis, amaram  
Pastorum in cladem, perniciemque bouum.  
Mox captis, capite absulto, caudaque, recludens  
Aluum, proijcias quicquid inane later.  
Nam percussa infert crudelia funera utriusque;  
Squamosa in cauda uipera uirus habens.  
Cæde igitur iuguli quantum, caudaque, receptæ  
In pugnum spatij conficit una manus.  
His demptis uirus stillabit sanguine mixtum:  
Atque hilaris penis conditur antidotus.  
Hæc ubi facta, tibi capiat tum scitilis artus  
Vipereos olla, & percoquat igne focus.  
**B** Quod fatis est lymphæ, & grauius spirantis anethi  
Alte surgentes sedulus adde comas.  
Post ubi feruenti liquefactis carnibus unda,  
Nil, nisi iam superant ossa terga feræ:  
Deme foco quicquid commixtum exæstuat olla,  
Et mala membra procul uentilet aura diu.  
Inde manus spinas atrenta selige acutas,  
Quas etiam uirus nunc redolere putes,  
Arte laborata Ceresis tunc muneris adde  
Quod sat erit carnem colligere in rotulas.  
Quas ubi saepe icrit curnos pistillus in orbes,  
Formatas siccet mollibus umbra locis.  
Mox pulvis massa crinitam uertice scillam  
Obduce, & rutilus contegat igne cinis.  
Atque ita, ne flammis caput exuratur iniquis,  
Paulatim lentis ignibus usque coque.  
**C** Assatè indicium, cum fulgens rumpitur: at tu  
Exime, & immundis exuuijs spolia.  
Tres partes huius carnis mox sume, duasque;  
Inde orobi, & pila conterere in marmorea.  
Quas bene contusas, paruos formabis in orbes  
Quos conde, exsiccas solis ab igne procul.  
Horum igitur drachmas lancis de pondere binas  
Demes, cum quinta est iam tibi facta decas.  
Dimidiumque orbis pones, quem fecit echidna:  
Tantumdem longi coniicias piperis.  
Meconis tantum succi: par magnatis æquet  
Magnatis, hedychroi quod bene nomen habet.  
Adde rosæ arentis bisseas pondere drachmas:  
Et totidem iunges iridis Illyricæ.  
**D** Nec minus Assyrius bene olètia balsama portet,  
Scordion & iungat Guostia terra suum.  
Par cinnamomi conferto pondus, & albi  
Agarici, quale est sarmata sylua tuum.  
Dein casia, costum, myrrham, fragrantia, schœnū,

Theriacæ ex Andromachi iunioris descriptione.

Cap. 7.

Atque hæc quidem senior Andromachus litteris mandauit: eius uero filius in libro, queur de medi-  
luta oratione, ad hunc modum. Antidotus, quæ tranquillitas nominatur, ad omnem affectum internū,  
præsertim ad uitia stomachi, & uenena, & circuitus morborum, capiti pastillorum scilliorum, drach-  
mas xxxviiij, pastillorum & uiperis drach. xxiiij, magnatis hedychroi, piperis nigri, opij, singulorum  
drach. xxiiij, rosarum aridarum, scordij Cretenis, seminis napi, iridis Illyricæ, agarici pontici, cinnamo-  
mi, succi radice dulcis, opoballami sing. drach. xij, myrrhæ, croci, zingiberis, thæ pontici, radicem quin-  
que folij, nepite, (sic enim Romani calamintum uocant) marrubij, petroselinij, stœchados costi, piperis  
longi, dictamni, storum unci odorati, thuris, terebinthinae, casie fistulæ, nardi indicæ, sing. drach. vj, polij  
cretici, sefeleos, styracis, thlaspeos, ameos, chamædryos, chamæpityos, succi hypocistidis, malabathri,  
nardi,

nardi celicæ, radicum gentianæ, anisi, mei athamantici, seminis fomiculi, rubricæ lemnis, chalcidius E  
 uftæ, anomi, fæori, phi pontici, fructus balsami, hyperici, acacie, gummi, cardamomi sing. drach.  
 iij. seminis dauici, chalbanii, sagapeni, opopanacis, bituminis, castorei, centaureæ tenuis, aristolochiæ  
 tenuis sing. drach. ij. mellis Artici drach. f. c. lxx. erui drach. lxxx. uini coeex. cum autem iunior Andro-  
 machus hæc oratione soluta scripserit, licet ei, q. nō intellexerit, quæ elegiaco carmine senior cecinerit,  
 horū ope cuncta percipere. proinde nos minime sumus ea, quæ illic dicta sunt obscurius, interpretati, ne  
 longior nostra fuisset oratio. hoc unum sum admiratus, iuniorum Andromachum in simplicibus medi-  
 camentis, ex quibus antidotus conficitur, recensendis, pro calamintha, nepitam, quam sic Romani  
 uocant, posuisse. cum enim omnia grecis uerbis exposuisset, certe Romanum nomen grecis interij-  
 cere non decebat. ceterum quæ carmine descripta est, ab hac in uno differt, quod illa piperis longi  
 habet drachmas xxviii. nigri vi. hæc autem, nigri xxviii. longi vi. quia uero, ut dixi, multis in libris sunt  
 medicamentorum deprauata pondera, ideo primum integris litteris, uocabulisq; conseripsi. Menecra-  
 tem imitatus. deinde uero etiam expressa numeris subiunxi. Porro cum Andromachi elegia sic obscu-  
 rior, melius forte existimauit, si Damocratis uersus admodum aperte, clareq; conscriptos adiunxissim.  
 Sed hoc paullo post faciam. nunc uero quoniam multa è simplicibus medicamentis, quæ ad conficien-  
 dam antidotum adhibentur, exposui, præstat, ea quæ restant, adicere.

Quomodo pastilli ex uiperis conficiantur.

Cap. 8.

**C**apienda uiperæ sunt, non, ut quidam faciunt, mediâ æstate, neque cum nuper sint e cauernis e-  
 gressæ, nam æstate caro ipsarum excitare sit inu soler. post uero egressum, sicca, frigida, & alimenti  
 expertis est: quare tempus accommodatissimum fuerit, quod inter hæc medium sit, quod etiam Andro-  
 machus adnotauit: quo inquam tempore, qui dies Bæcho sacros celebrant, dissepere uiperas solent  
 desinente uere, nondum tamen æstate inchoata, uel si uer magna ex parte hibernum sit, eas initio æ-  
 statis, non multo post exortum Vergiliarum uenaberis. porro prægnantes uiperas repudiare conuenit:  
 capitaq; ipsarum, & caudas præcidere: nam præter quam quod hæc partes maiorem uim ueneni habe-  
 re uideatur, daram etiam carnem, & modicam habent. In magnis uiperis sufficere urinaque auferre,  
 quod quaternum digitorum magnitudinem æquet. totum reliquum corpus, exemptis intestinis, pel-  
 leq; detracta, aqua per lues, in ollam conicies, aquam puram affundes, anethum uiride, quod eo tem-  
 pore uiget, addes: ignitos carbones, aut arida ligna, quæ sumi expertia uocantur, uel, quod erit etiam  
 melius, uitium sarmenta subicies, itaque decoques. salis quoque parum, si tempore oportuno uiperas  
 sis uenatus: sin æstate, nihil plane indes. cauendum autem est, ne uiperas eas capias, quæ maritimis in  
 locis, aut in quadam salis aquæ lactina uersantur: siquidem antidotus ex his confecta situm afferet. ubi  
 igitur uiperæ sint probe coctæ, atque ita, ac si quis illis uellet, ex aqua extrahito, carnes ita auferro,  
 ut spina omnes omittantur, exemptas carnes accurate deterito: his modicum panis purissimi, pro-  
 beq; exsiccati admisceto. ante omnia autem panis esto bene fermentatus, & in furno non sub cliban-  
 no diligenter tostus, sunt qui pondus panis dimidio minus pondere uiperarum carnum, sunt etiam,  
 qui tertiam partem adiciunt, ego uero & quartam, & quintam interdum iudici. ac nisi probe tostus  
 sit, periculum est, ne aliqua ex parte medicamentum acidum reddatur. itaque præstiterit panem ita to-  
 stum per aliquot dies sicco in loco prius exaruisse. his autem commixtis, accurateq; subactis ita, ut nul-  
 la uiperinæ carnis particula non subacta relinquatur, tenues pastillos efformabis, crassi enim ægre sic-  
 cescunt, & ut carnes uiperinæ computrescant, panisq; acescat, in causa sunt. quocirca melius est, pa-  
 nē ante siccitū terere, nō, ut illi faciebant, qui ante me antidotū Casari cōficiēbāt, iure uiperarū mace-  
 rare. id qd ego quoq; diu feci, sed postea animaduerti, melius esse, detritū panē carnibus uiperinis accu-  
 rate prius detritis admiscere: qd pastilli, qui sicctū panē accipiunt, citius quā qui madidum, exsiccescant,  
 ceterū locus, in quo exsiccari debent, esto in superiore domus parte, ad meridiē uersus, uel certe non ad  
 septentrionem, ut solis radios bona diei parte accipiat. ibi enim commodè exsiccabuntur. simul atque  
 autem confecti sint, ea in parte locentur, quam solis radij non attingāt. oportet autem eos persæpe con-  
 uertere, ut utraq; ex parte æquabiliter exsiccescant. quod nisi fiat, altera pars plus, quā oportet, ex-  
 siccabitur: altera diutius humida permanens periculum subibit, ne computrescat. cumque exsiccati  
 sint, maneat per multos dies eodem in loco procul a radijs solis, ac frequenter conuertantur. hoc au-  
 tem ad agenda satis erunt dies quindecim ad summum: post quos reponendi sunt, usque dum consi-  
 cere medicamentum uoles. repones autem uase stanneo, aut uin eo, aut etiam aureo. ac uitreum qui-  
 dem & aureum nihil doli admittit, stanneum uero plumbō admisso adulteratur. quare id uitandum erit  
 non in hac solū antidoto, sed in alijs etiam omnibus: sicut etiam uas argenteum, quod ex argento non  
 purgato, quod Romani candidum uocant, confectum ut. nam & huic rubigo celerrime obnascitur.  
 præstaret autem non multo post confectos pastillos, ipsis uin. nō tamen multum dampni faciunt, etiam  
 si post annum, aut etiam post longius tempus eis quis uratur, nam si initio recte exsiccati sint, triennium,  
 & etiam quadriennium integri perdurant: si tamen sint probe reconditi, & per interualla puluisculus,  
 quo obducuntur, puris linteis detrahatur, hic enim, cum longiore spatio temporis inhærescit, ipsos per-  
 forat, quod ubi experti sunt, inutiles eos esse: ut prius quā hoc eis accidat, etiam si diu admodum te-  
 neantur, utiles permanere, plane constat.

Pastillorum

Pastillorum e scilla confectio.

Cap. 9.

**S**ive scilliticos, siue scillinos pastillos, aut orbiculos, aut rotulas uocare quis uolet eas, quæ ex scilla  
 parantur, nihil interest. nulla enim noxa medicamento afferetur, quoquo nomine utaris, modo ne  
 in eis conficiendis erres. quod ne facias, ego tibi conficiendi rationem aperte subiungam. Scillam be-  
 ne habitam e terra euelles, cum & folia, & caules plane exaruerint. cortice autem adempto, confecta q;  
 ex recenti tritico quamoptimo pulicula ipsam circumlines, & calido, copiosoque cineri subicies, nec  
 prius extrahes, quā massa obducta in crustam accurate uersa sit. Si uero eo in loco, in quo hæc facis,  
 furnus etiam sit, simul cum pane scillam in illum demitte, tum exsiccata pulre, extrahes, & contere. to-  
 stam uero satis esse scillam deprehendes, si festucam immittes. cum enim probe tolta est, eam facile ex-  
 cipit. cumque accurate contrita sit, candidi erui farinam admisce. nam eius, quod non candidum est,  
 amara est uehementer. perspicuum autem est, hanc prius tenui cribro excuri oportere, præterea uero  
 etiam accurate lauari. Scillā autem huius esse sesquialteram pondere par est. dico autem sesquialte-  
 ram, ut farinæ sint partes duæ; scillæ, tres. Cum uero iunior Andromachus idem diceret, hæc noui,  
 cur erui farina drachmas octoginta, scillæ centum uiginti esse uoluerit: cum satis fuisset dicere, scillam  
 sesquialteram esse oportere. tenues postea orbiculos ex hac cōfectione effectos in domo ad meridiem,  
 ut dixi, uersa, repones: eos tamen in splendore solis ne exsiccato. sed cetera, quæ de pastillis uiperinis  
 monuimus, in his quoque facies omnia.

Quo modo magna hedychroma fiat.

Cap. 10.

**S**uperiore theriacis cōfectione quomodo pastillos e uiperis, & e scilla parare oporteat, Androma-  
 chus declarauit: quomodo uero hedychromum conficiendum sit, non docuit. quin etiam alij multi,  
 qui de medicamentis cōficiendis scripserunt, in theriacis explicanda cōfectione nihil de hedychromo  
 parando memorarunt. quocirca medicus quidam Roma, qui interim dum theriaca fieret, nunquam in-  
 terfuerat, sed sola librorum lectioe frater ad eius aggredi cōfectionem ausus est, hedychromum apud  
 unguentarios quærebat, ratus aut herbam esse, aut aliquod simplex medicamentū. Ego uero hoc etiam  
 exponam, ut quomodo ab Andromacho, & ab ijs, qui ei continuata serie, in hunc usque diem successer-  
 runt, & Casari id conficiunt, pararetur, omnes intelligant, ac ne depruari lectio possit, res ipsa uersi-  
 bus exponetur ijs, qui consequuntur.

VERSUS HI, ET ITEM CETERI OMNES, IN LIBRIS DE ANTI-  
 DOTTIS, ET DE THERIACA AD PISONEM DE GRÆCIS IN LATINAM LIN-  
 GUAM SYNT CONVERSI A LAURENTIO SOLARIO, MEDICO.

**H**æc habet, Hedychrom Grai dixere, rubentem  
 Aspalathum, atque asarum gelidis in montibus ortam;  
 Quamque marum dicunt, folijs candentibus herbam:  
 His & odoratis concurrat amaracus umbris;  
 Singula quæ drachmas æquent pendente binas.  
 Tresque coloratis calamus deuestus ab Indis.  
 Has iuncus, quem mittit Arabs, has pontica feruat  
 Phu, cui purpureum tribuit natura colorem:  
 Costus & ardenti tenuis sub sole uirescens:  
 Queis casiam iungas redolentia cinnama longam,  
 Et lacrymam, lignumque simul, quod balsama donant  
 Semper odoratum. ast iterent pinguisima drachmas  
 Myrrha recens, stuitansque lacu, quale India pleno  
 Malabathi gignit folium: casiamque recentem  
 Adijcias, floremque croci, quem Tmolus odorans  
 Dispergit Cydri per amœna fluuenta propinqui.  
 Nec non & nardum, cui mons conuersus ad Indos  
 Nomina prisca dedit: his sex at pendat amomum,  
 Vnam mastiche tantum ferat ultima drachmam.  
 Omnia quæ puro compones rite falerno.

Cum hæc inter se mixta sint, pastilli finguntur uiperinis, & scillinis persimiles, & eodem modo sic-  
 cantur. atque hæc quidem hedychroi conficiendi ratio ab Andromacho, ut dixi, per multorum manus  
 ad nostram usque ætatem peruenit. differunt autem ab hac nostra descriptione alia, quas nonnulli pro-  
 diderunt. ac quæ descripta sunt ab ijs, qui in medicamentorum experientiam studio incubuerunt, di-  
 uersæ ab hac sunt rerum pondere. aliqua neque marum, neque amaracum profus continent: aliqua  
 alterutrum tantum accipiunt. neque enim unguentarijs omnibus hæc duo nota sunt: siquidem ipsi her-  
 bas cum seminibus & succis, qui solum ex Crera aduehuntur, coeunt. ego uero has duas herbas in  
 Asia nasci, in alijsq; locis raras, atq; in Cyzico frequētissimas scio reperiri. In Italia uero, ut alias qual-  
 dam

† Hoc est  
 bene copiat  
 libri.  
 t. cl. lib. imp.

lib. imp. No  
 in furno ad  
 sub clibano



data herbas, sic amaracum prouenire conspexi. sed odoris præstantia permaltum hæc stirps a maro superatur. marum enim mirum in modum odoratum est. ac quispiam fortasse hac ductus appellatione, existimaret, in guentum amaracum, quod in Cyzico conficitur, plurimum amaraci contineri: ac forte sic a ueteribus conficiebatur. & tamen hodie marum solum adhibent. ego uero cum herbam ipsam gustassem, permultamque in ea amaritudinem, & non multam acrimoniam deprehendissem, petij a quodam eorum, qui conficere amaracum solent, ut tantum amaraci, quantum mari imponeret. quod cum ille fecisset, unguentum minus odoratum illud quidem, nihilo tamen minus efficax mihi uisum est. sed hæc obiter dicta sint nobis.

*Exploratio quorundam simplicium medicamentorum, integra ne sint, an uitiata.*

Cap. 11.

**A**grediamur iam ad docendum, quo modo antidotus conficienda sit. eodem ordine unūquodque eorum, quæ imponuntur, memorantes, quem Andromachus elegiaco carmine, quod attulimus, seruauit. censet autem scillinorum pastillorum drachmas duas de quinquaginta, quod perinde est, ac si quadraginta octo dixisset, adhiberi: harum dimidium, hoc est uiginti quatuor drachmas pastillorum e uiperis, opij, hedychoi, ac longi piperis adijci. de tribus autem dictum est. piper uero longum uitiatum esse deprehendes, si aqua maceraris. nam quod dolum malum expertum est, dissoluitur: quod sua sponte prouenit, non item. adulteratur autem herba quadam flaua, quæ a peregrinis regionibus aduehitur, aspectu illa quidem, sed non tamen gustu persimili. quocirca facillime a longo pipere discerni potest. iam uero sagapenum quoque, ut uocant, uitiatum ne sit, an secus, cognosces, si aqua, aut uino macerabis. nam quod uerum est, statim dissoluitur: adulteratum uero non liquitur. nunc uero huc sagapenum, siue hoc totum, sagapenum liquorem appellare uelis, quando re uera liquor est ferulæ cuiusdam panaci similis, nihil inter est. panacis autem liquor nihil habet simile ei pariti, quæ in chalbana cãdidiore est. re tamen uera pars chalbana quædam, quæ spumea, leuisque est, in sagapenum abit: quædam uero est optima chalbana, quæ sagapenum emulatur. hæcque densa est, & multo magis, quam alla chalbana, compacta: quæ, ceu optima chalbana parte, uel debemus. quia uero id totum, quod in chalbana spumem constans, leueque est, in sagapenum transire, & in humore confectum diluui diximus, quædam addenda etiam sunt: præsertim cum optima castia in cinnamomum propter similitudinem transeat. persæpe enim uidi castiæ altæ, atque auctæ, adeo, ut ad fructus magnitudinem ascenderet, sicculos quosdam, accurate cinnamomo persimiles & aspectu, & corticis tenuitate, & item firmissimis cinnamomi notis, quæ gustata, olfactuque deprehenduntur, eodemque modo in myrrha optima opocalpsium, quod est a myrrha differens, inuenitur. atque in his tribus, sagapeno, opocalpaso, & castia quadam interiecta media comperies, quæ neque chalbana, neque castia, neque myrrha sunt: neque tamen adhuc perfectam sagapeni, cinnamomi, & opocalpsi sunt formam confecta. quocirca sæpenumero contemplatum esse oportet eum, qui sit similia dignoscitur, & distinctur. ut enim geminos, & similes inter se fratres discernere nesciunt ij, qui illorum familiaritate non utuntur: facillime autem inter noscunt domestici, ita in omnibus medicamentis usu uenit. qui enim inter ipsa educatus est, ac sæpe eadem conspexit, is uel exiguas differentias facile comperiet, atque cognoscat: qui uero semel, aut iterum uiderit, ea ut indifferetia spectabit: cum interdum apertissimum discrimen adiutum habeant, quod perspicuum sit ei, qui persæpe uiderit, ut uel ex uno ad iunctorem facile cogniturus uideatur. porro sagapenum e chalbana factum non habet eandem odoris proprietatem, quæ in est in eo, quod proprie sagapenum nominatur. nam odoris genus, quod hircinum uocatur ab ijs, qui sunt harum rerum petiti, id sagapenum, quod ex chalbana fit, non deponit. quanquam & in hoc sagapeno, & hac chalbana haud magna ad medicamentum conficiendum inest differentia: siquidem utrunque aptum est, & serpenibus, ac uenenis aduectatur: minus tamen chalbana, quam sagapenum hoc præstat, at opocalpsium exiciale est, ac nos nostris temporibus multos, sumpta myrrha, in qua opocalpsium esse ignorabant, forte quadam sublatos uidiuimus. non uult enim in antidoto conficienda de industria talem myrrham adijcere, quod eam impostram collyrijs, præstantissimum fecisse medicamentum conspexissent. nam & pus citra mordicationem discent: & in interdum suffusiones oculorum incipientes, & temes tollit, ac siue emplastro, siue cerato, siue discurrenti medicamento alicui huiusmodi myrrham adungas, quod medicamentum foris imponendum sit, certe eius uim adaugebis: at si intra corpus assumas, letale medicamentum erit. Hæc autem prolixiore sermone persequi, tum quod series orationis ita postulat, tum quod nos utilitas huiusce cognitionis aduocabat.

*Multorum simplicium medicamentorum, quæ Andromachus memorauit, examen.*

Cap. 12.

**S**ed iam tempestiuum fuerit, simplicium medicamentorum, quæ theriacæ imponuntur, ordinem ab Andromacho præscriptum persæqui. itaque tertium ordinem tradit medicamentorum, quorum singulorum drachmas duodecim antidotus capit, quæ omnia, collecta nimirum in suo uigore, præparabis, ac ne longe abeam, rosas, ut de pastillis diximus, exsiccabis præstantissimas. atque eis capies, quæ odor omnium suauissimum referent, quæque erunt alijs robuendiores. adhibebis etiam diligentiam, ne ullum medicamentum locis, quæ sub terra sunt, præsertim uero humida, in quibus sitis celeriter prouenit, reponas. deinceps uero post rosas illyricam iridem Andromachus inijci censet oportere. quæ uerba non sunt oliscanter accipienda, sicut nec cum nouenpariæ addit aliorum medicamentorum, de quibus post loquemur, & quid in quoque genere optimum sit, docēbimus. ac polium quidem & cha-

madrys

**A**madrys Romam aduehuntur, quæ parum præstant ijs, quæ in Italia oriuntur. etenim in quibusdam Italia locis non multo inferiora inueniuntur, illis præsertim annis, quorum uniuersum uer non humidum illud quidem, sed, ut usu plerumque uenit, ætati simile fuerit. immo cum sicior ueris fuerit constitutio, quædam in Italia prouenientia erunt quamplurimis e Creta aduectis aut consimilia, aut certe paullo inferiora, ut chamædris, ut chamæpitys, ut hypericum, ut gentiana, ut thlaspi, ut ueratrum nigrum, ac cetera, quæ sunt huius generis. iridis autem non est eadem ratio, nam iris Libyca, cuius magna copia Romæ comportatur, si cum Illyrica comparatur, tantum erit, quam Illyrica, deterior, quanta sit inter mortuum & uiuentem hominem differentia. quanquam iris apud alias gentes exorta non ita magnopere cedere Illyricæ uiderit. ceterum in hoc genere, ut in alijs quoque medicamentis, iridem odoratiorem deligito. unum enim quodque præstantissimum est, quod propriū sui generis odorem ualentiissimum habet: id quod unūquodque cognoscit, cum sæpissime inspexit. iam uero quod ad qualitates, quæ gustatu percipiuntur, pertinet, ea uis, quæ in quoque genere primas tenet, optimam esse medicamentum attestatur. improbantur autem, quæ in suo genere tenuiora, & exilia sunt. in omni uero genere præstantiora sunt nec rugosa, nec exilia: sicut quæ modum excedunt, deteriora censentur ijs, quæ bene habita quidem sunt, sed tamen adstrictiora. quocirca multa, ut dixi, & sæpe inspexisse medicameta, oportet, præsertim uero præstantissima, quæque longo tempore a sui ipsorum origine experimenta exhibuerunt, & uno consensu a medicinali materiæ peritis sint commendata. omnes igitur prodiderunt, iridem Illyricam esse optimam: petroselinum uero Macedonicum, bitumen iudaicum, sicut etiam opobalsamum eadem est ratio ceterorum, quorum uirtutes a regione, in qua nascuntur, profectas, cum priuatum de lingulis loquar, non omitam. Deinceps uero facit mentionem succi radice dulcis, ac seminis napi: quæ duo ex Creta ad nos optima aduehuntur, præsertim uero ipsa radix dulcis eiusque succus. Scordium etiam Creticum optimum est. quanquam apud alias quoque gentes non malum sit inuenitur. Quidam autem & celebres, & probati uiri memoriæ posteritatis consignauerunt, cum in bello inhumata cadauera multos dies iacissent, quæcunque super scordion forte procreuissent, multo longiore spatio, quam alia, tum ipsa, tum uel maxime partes eas, quæ scordion herbam tan gerent, immunia a corruptela permanisse. quæ res fecit, ut credidit hanc herbam uenenis animantium & medicamentis mortiferis, quorum uel corpus computrescit, aduersari. Sed de medica materia abunde tradidit Dioscorides libris quinque: a quo præter cetera, qualitates quæ olfactu, gustatuque percipiuntur, quibus potissimum probatiora medicamenta a deterioribus dignoscuntur, & discernuntur, poteris perdiscere. in quibusdam uero eas etiam qualitates, quæ in aspectum cadunt, non parum esse quiles comperies: uerum mihi non est propositum, quæ ab alijs recte sunt consignata literis, huc transferre: sed quæ derelicta sunt, perspicue explicare.

*De opobalsami, cinnamomi que præstantia cognoscenda.*

Cap. 13.

**I**n eo carmine, cuius fecimus mentionem, Andromachus deinceps opobalsami, cinnamomi que meminuit in quibus post eas notas, quas Dioscorides scriptas reliquit, præcipuum fuerit, ea prius inspexisse, in quam regionem præstantissima proueniant. id quod ego feci, cum scirem tã uarijs modis opobalsamum adulterari, uix ut dignosci possit, ipse uidere arborem liquorem fundentem uolui: atque inde ceu regulam quandam, in alijs seruandam, ducere. multas autem eius adulterandi rationes didici, ut uel peritissimos fallere posse uideantur. quas quidem non esse in uulgus enunciantes ab hominibus intelligentibus censeo, ne scelesti homines ipsas obiter perdiscerent, in malos usus conuerterent. neque enim eos laudandos paros, qui scripturas, in quibus de letalibus medicamentis agitur, inuulgant. Si igitur eas probationes, quas Dioscorides, & ceteri, qui de cuiusque medicameti materia disseruerat, scriptis mandarunt, adhibebitis, ut simplicia medicamenta cognoscatis, uosque multa spectaueritis, accurate omnia distinguetis, quæcunque distinguui, discernique poterunt, nam quædam, ut dixi, accurate distindantur, quanquam de cinnamomo contraria ijs, quæ de opobalsamo dicta sunt, sentio. habeo enim persuasum ab ijs, qui cinnamomum optimum sæpe conspexerint, facillime dignosci posse. Id autem cõsequi nemo potest, nisi quis cinnamomum ab imperatoribus afferari iussim, contemplari. quod in sex fere differentias genericas distribuitur: quando quidem & in hoc ipso, sicut etiam in castia, tanta est optimi ad pessimū exuperantia ut castia præstantissima sit pessimo cinnamomo parum inferior. præterea uero cinnamomi uis, quæ ad usum accommodata sit, diu perdurat: cum eius uis non iam ad trigelimum usque annum integra, ut initio erat, conseruetur. deliri enim sunt, qui cinnamomum ex ijs esse medicamentis aiunt, quæ senectutis experia manent. nam neque centum, neque ducentorum annorum spatio, sed paucorum, si tantum numerum attendas, mutationem quandam uetustiori obortam cinnamomo conspexi. Cum autem Antonino imperatori theriacem conficerem, multa uasa lignea inspexi, in quibus cinnamomum adseruabatur, quæ partim Traiani temporibus, partim sub Adriano, partim Antonino, qui Adriano successit, imperante fuerant recondita: & quanquam eiusdem generis cinnamomum inesse, tamen & gustatu, & imbecillitate, uehementiaque odoris, alterum alteri præstabat, quantum etiam temporis intervallo differret. quinetiam cum olim e tetris barbarorum scriptorum longitudine, quatuor cubitorum & dimidij Romam aduectum esset, in quo arbor tota cinnamomi primi generis continebatur, & ex eo medicamentum conficerem imperatori M. Antonino, ipsam antidotum alijs multum

muleum excellere animaduerti: quam ubi imperator degustauit, non iam, ut in alijs, tempus expectandum, in quo medicamentum concoqueretur, sed statim, ne duobus quidem mensibus integris interiecisset, utendum censuit. Antonino successit Commodus, qui neque theriaces, neque cinnamomi curam ullam gessit, quam ob rem & quod reliquum illius arboris fuerat, & quidquid post Adriani tempora ad uentum erat, perijt. quare cum noster imperator Seuerus mihi iussisset, ut ei theriacam eodem modo, quo Antonino pararam, nunc componerem; coactus sum cinnamomum illud sumere, quod imperatore Traiano, & Adriano fuerat repositum. ac theriaca mihi imbecillior uisa est, neque tamè triginta adhuc anni plane transacti sunt. notas igitur quasdam optimi cinnamomi necessarias adijciendas mihi proposui: ut sit odoratissimum: ut quandam odoris suauitatem, quæ uerbis explicari non potest, supra cetera omnia habeat: ut gustanti calidum admodum sentiat: non tamen ut mordicando molestiam afferat: ut tali colore sit, ut si quis lacti fuscum colorem misceat, parumque eius coloris addat, quem caruleum nominant. cum igitur ex eo sumpsissem quantum uolebam, ut facere conuicui, quosdam ramulos apud me, quosdam in serinio afferandos repositi, in quo omnia, quæ mihi chara, & in pretio habenda erant, continebantur. sed hoc combusto, cum etiam templum pacis conflagrauit, cum alijs quinque cinnamomi generibus, quicquid mihi comparaueram, intercidit. itaque nunc cum imperatori nostro Seueri theriacam conficerem, ea cinnamomi genera delegi, quæ temporibus Adriani reposita fuerant: & de quibus cum habeam quidpiam, quod emolumento esse lectoribus queat, id ipsum in medium proferre non grauabor, multa adhuc sunt uascula lignea, in quibus uaria cinnamomi genera conseruantur, omnia uero continent cinnamomum multis radicibus, aut multis ramis, aut ut eius appellare differentias libeat: nullum tamen, ueluti truncus, in multos ramos discissum, in maiorem est longitudinem expositum: sed utriusque uerati figuram imitatur, uel potius eius, quod damasomum uocatur, & a Creta ad nos aduehitur. quælibet autem cinnamomi species ab una radice, seu fruticulus quidam enascitur, hæcque sex, illa septem ramulorum propagines, aut paulo plures, aut pauciores habet. neque est omnium æqualis longitudo: sed quæ species est maxima, non est dimidio Romani pedis maior. porro tota ipsius substantia natura præstantissima casie propemodum est consimilis: quam qui afferunt, barbaro nomine duarum syllabarum, cuius prima syllaba ex g. & i: secunda ex z. & i, constat, gizi uocant, atque hæc quidem de cinnamomo dicta sint nobis.

Quomodo reliqua medicamenta probanda sint, & eorum delectus habendus.

Cap. 14.

Cum uero deinceps agaricum addiderit, quod fraudem nullam experitur, hoc satis erit de eo percipere, quod etiam maiores nostri monuerunt, præstantissimum id esse, quod sit leuissimum: quod uero densum, graue, & ligneum, id esse pessimum, quod inter hæc intercedit, quantum notis ab utroque genere distat, tantum etiam uirtute ac bonitate distare. quæ uero subiunxit, myrrham, costumque haud difficile est nosse eos, qui iam prius eadem conspexerint. illud tamen scire conuenit, myrrham, quam Troglodyticam uocant, esse ad antidotos parandas accommodatam. hanc Mincam quidam appellat, ducto nomine ab eo loco, in quo optimam gigni aiunt. ea debet esse odoratissima, & ut supra diximus, nihil opocalpasi admixtum habere. Crocum omnes ueteres, atque adeo poetae ipsi Corycium commendant. Equidem & Corycium antrum, in quo oritur, & crocum ipsum diligenter cõtemplatis sum, ac crocum quidem ipsum uegetum, sed non tamen alijs omnibus odoris magnitudine, aut diuturnitate præstare animaduerti. quibus signis monco uos, ut optimum dignoscatis, non quia supra modum uegetum esse intueamini, optimum uero esse flauissimum, & odoratissimum, ac longiore tempore suam uigorem retinere, planum est. sed quoniam in hoc quoque est locus fraudi, quam non facile aduertit, qui non sapissime optimum conspexerint, præstiterit nos ipsum multo ante emptum, & in accommodata quadam ædium cella repositum, ut ante dictum est, conseruare. maximum autem fuerit bonitatis indicium, si talis, qualis repositus sit, permaneat. adulterari enim & color, & odor celeriter exoluitur. De casia autem illud est mihi necessarium memorandum, quod in multis de medicina libris scriptum comperi, si cinnamomum desit, duplum casie ponendum esse. quod cum Satyrus, magister noster, irrideret, id ipsum, ut unam ex Quincti facetijs narrare solebat, nimirum eos, qui iuberet, duplum casie addendum esse, cum cinnamomum non suppeteret, perinde facere, atque illos, qui monent, ut cum saleum non habemus, duplum illius bibamus, quod apud caupones uenditur: sique panis purus desit, duplum eius, quem futuraceum uocant, comedamus. hæc sane ratio si de una sola re, quæ ad usum traducenda sit, effertur, mihi quidem & prorsus æra, & reprehensione uacans uidebitur: at si de re, quæ cum multis miscenda sit, non æque uera censetur, quoties enim cunque unum solum assumendum sit, exempli gratia, rhus, aut absinthium, aut iris, aut gentiana, aut aliud quoduis medicamentum, si duplum præui optimo quis aut intra corpus, aut extra adhibeat, duplum noxæ afferet. cum uero unum præstantissimum sit multis commiscendum, quod aliorum uires sit aucturum, nihil incommoedum erit si, cum præstantissimum non suppediat, loco ipsius duplum alterius inijciamus, quod idem se facturum polliceatur: etiam hoc deterius, quam illud, existimetur. ac casia quidem ita proxime ad cinnamomum genere accedit, ut ex ipsius commutatione quandoque cinnamomum fiat: & interdum casie arbores totæ uideantur, in quibus aliqua cinnamomi uirgulta ramis casie continua comperias. hoc autem non est uisio, aut panis simile, ut Quincti fert opinio, sed ut in uitæ actionibus solet contingere, ut in adibus edificantis, in nauibus construendis, in tollendis, aut transferendis oneribus, in urbibus, & alijs omnibus ministerijs, ad quæ

dependens.

quæ obeunda, cum satis esset unus uir robustus, si ille præsto non sit, duo imbecilliores idem efficiunt. hæc aduersus Quincti rationem allata sint, ne omnino esse illorum repudianda sentia uideatur, qui prociua nomo duplum casie sumendum esse monuerunt. ego tamen semper cinnamomo usus sum. nam quilibet fuerit ab imperatoribus petere, his uero ab alijs coemere. ad hoc etiam adiungere, quoties antidotum imperatoribus confeci, me nunquam inopia cinnamomi laborasse, plane superuacaneum puto. Nunc uero Quincti sententiam de carpesio, quam non solum de Satyro, sed de alijs quoque Quincti discipulis audiui, præstat in medium afferre. Quinctus igitur, ut ad me perlatum est, cum cinnamomum non haberet, carpesio utebatur, cuius uires nibilo sunt, quam optimæ casie, inferiores. quam ob rem ego magnam carpesij copiam ex orientis partibus, quas adieram mecum attuli, ac diligenter repositum adseruaui. atque hodie quoque permultum habeo, idque & odorem, & gustum seruat, si non eundem, quem prius, at certe non omnino extenuatum. herba hæc est similis genere ei, quam phu uocant, est tamen ualentior, & non nihil etiã aromaticè representans. huiusmodi carpesij Sidè in Pamphilia pluriimum nascitur. proinde ibi maxima eius uilitas est. quare si quis uestrum illuc forte proficietur, plurimum eius emat, cum hoc sibi longo tempore duraturum intelligat. tenues autem quedam eius festucæ sunt, sicutis cinnamomi similes. cumque eas sint duo genera, alterum indigenæ Laertium, alterum ponticum uocant, idque est præstantius. & utriusque a monte, in quo oritur, nomen est ductum. ego uero, cum magna mihi eius suppeteret copia, alijs plerique medicamentis admiscui, in quæ phu indimus: siquidem hoc est illi consimile; nisi quod ualentius est, & ut dixi, qualitatem quandam aromaticè odoratam, gustaturique affert. Inter ea autem onania, quæ de casia dicta sunt, maxime necessarium est definire, quamnam casia sit ad antidotum conficiendam accommodata: siquidem præcipue gizi commendat, deinde uero eam, quæ uoto nominatur: nec desunt, qui arebo, qui que daphniten orient laudibus. eam uero, quam gyzi uocant, esse in omnibus cinnamomo persimilem, est etiam a nobis antea confirmatum. atque huius generis est, quæ a reum huiusmodi peritis hominibus pro cinnamomo subinde uenditur. Andromachus tamen junior casiam, quæ fistula a quibusdam uocatur, antidoto imponendam censet. eam uero norunt omnes, & uilius, quam alia, uendi solet. huius exterior cortex, quem fistulam nominant, præstantem habet odorem, ac saporem: interior uero adeo imbecillus est, ut nulli nobis usui sit. in elegia autem, quæ supra allata est, casie nomen absolute descriptum est: sed in descriptione fistulæ, quæ soluta constat oratione, fistulæ nomen est casie nomini adiunctum. atque hæc ab illo usque ad nos profecta, & quasi per manus tradita descriptio, qua usi sunt ij, qui theriacam imperatoribus confecerunt, fistulæ nomen adiectum retinuit. Post uero monet Andromachus, nardum Indicam esse imponendam: quam etiam nardi spicam, a forme similitudine, quam cum spica habet, licet radix sit, appellamus. in hac animaduertendum est, ne quis nobis tradat eam, quam eletam uocant. ea autem est, qua illi, qui unguenta conficiunt, ad ipsorum coctionem prius usi sunt, ut est in illorum more positum: tum uero integram uendant. quocirca par est, eam coemere, quæ barbaro nomine ompha appellatur: cuius terra, quæ radici adhuc adheret, contrectata, nardi odorem refert. Præterea iuncum arabicum addi iubet: quem nescio cur uulgus iunci florem nominet: cum tamen nobis non ita magna florum suppetat copia: totaque herba ad nos afferatur, cuius pars superior a camelis sæpenumero abiecta sit, nam & illam camelis summa cum incunditate depascuntur: & magnam eius uim circum Arabiæ uias nascentem habent. est potro parui pretij medicamentum, & solo odoris uigore discernitur: quoniam eius odor cito euanescit. tam uero cum addat Andromachus, *καὶ ἀγλαὴν σιροίαν*. [quod nos diximus, Panchaica thura] non est quaerendum quid *ἀγλαὴ* sit, quali medicamenti sit nomen. nam ut ex ea descriptione, quam Andromachus junior soluta oratione exposuit, & ex eo conficiendæ theriacæ instituto, quod ab eo ad nostram usque ætatem peruenerit, intelligi potest, *ἀγλαὴ* nullius medicamenti nomen est. & medicamentum ipsum præter quam in duodecim drachmarum piperis longi in sex commutatione, concordia sententia est a patre, & a filio descriptum. ac nihil, præter thus, & piper, adiectum est, de quo nomen *ἀγλαὴ* quispian dictum arbitretur. quam ob rem ei fortasse, qui elegiam composuit, *ἀγλαὴ* esse thuris epitheton placuit. Deinde uero nigri piperis, dictamni, manubij, & rhei mentionem facit: quæ res omnibus notæ sunt. in ea tamen descriptione, quæ nobis uelut per manus est tradita, graue est piperi adiectum: quod sane piperis genus maius est, quam alia, & corticem tenuiorem, minusque rugosum habet. Rheum uero adulteratur, nam ijs in locis, ubi oritur, recens nonnulli capiunt, & ut succum demittat, decoquunt: ipsumque ita decoctum, seu purum, & aqua non mixtum ad nos mittunt. desiccant enim, & perinde ac prius ipsum non decoxerint, ad nos comportandum curant. quocirca fraudem nosse debemus, quam ij facillime deprehendent, qui rheum, quod sua sponte sit, uiderint. nam ea pars, quæ in decocto, aspectu iudicatur, nec densam, nec per totum compactam substantiam habet, sed rariorem: & in gustu adstringentem qualitatem omnino obscuram, aut prorsus nullam: cum tamen uigens rheum ualentè obtimeat. ipsum tamen etiam cito perforatur. Stechas copiosa multis in locis exoritur: sed plurima in Creta, & ijs insulis, quæ Stechades unde ipsa nomen duxit, in Ibero mari nominantur, prouenit. est autem uegetior, meliorque quæ ex insulis, quam quæ ex Creta aduehitur. Petroselinum autem omnes norunt Macedonicum esse laudatissimum: quod Estreaticum quidam ducto nomine a loco, in quo oritur, appellant. omnino quod eo in loco, qui & præruptus, & non amplius est, nascitur, exiguum est. immo uero



uero Estreaticum Macedonicum, quod e Macedonia ad omnes gêres comportatur, in ipsa itidem Macedonia paucum nascitur. uerum quod in Attico melle, & uino Falerno accidit, idem in petroselinum Macedonico usu uenit. ut enim mercatores in omnes fere mundi partes mel ut Atticum, & uinum, ut Falernum: sic petroselinum, ut Macedonicum aduehant: cum tamen non tanta ibi eius copia proueniat, quanta omnibus esse satis possit. sed plurimum petroselinum in Epiro, & mellis in Cycladibus insulis fit: & ex insulis mel Athenas, ex Epiro petroselinum in Macedonia prius, ac maxima eius copia, & totum fere Thessalonicam adfertur: atque inde, ut Macedonicum, exportatur. idem pœne de Falerno uino fit. cum enim paucum in paruo Italia loco gignatur, complura alia genera uinorum, ad Falerni similitudinem ab huius rei peritis adulterata, tanquam Falerna sint, in omnes, quæ in ditione populi Romani sunt, prouincias comportantur. Verum si tibi Estreatici petroselinum quandoque non superat, caue putis, theriacam, si aliud indideris, deteriores fore. quamuis enim aliud minus aduerteretur uenenis motiferis, ac ferarum morsibus, non tamen ob eam capillam alijs morbis, ut torminibus, uentriculi imbecillitati, ac uis inter cutem, & alijs, huius generis minus succurrit: quibus tamen primo, ac præcipue opitulari theriaca non pollicetur. ceterum petroselinum Estreaticum theriacam amariorum facit: præsertim uero, si recens sit. ut enim acrimonia, sic amaritie alia superat omnia. Terebinthinam autem, eum Libycam, Chia prætermissa, imponendam Andromachus censuerit, certe nescio: cum omnes fere Chiam meliorem putarint. ego uero etiam Libycam, quæ optima sit, laudo: sed non omnis est optima, qualis est Chia. in Ponto quoq; & apud alios populos optima resina terebinthina exoritur: sed Chia & odoris & saporis præstantia cunctas superat. Annumerauit deinceps Andromachus inter ea, quibus ad conficiendam theriacam opus est, zingiber, & pentapetalon, hoc est quinquefolium herbam: quæ medicamenta fraudem nullam experiantur, & omnibus nota sunt. ad hæc aggregant polium, quod non sunt omnes, nec quicquam habet sui simile. tum charaxipyn. de qua tantum addendum est, eam multis in locis uenerit, quæ & odore, & sapore sit Cretica præstantior. ex Creta autem ad nos aduehitur, & omnes, qui Casari theriacam parant, Cretica semper utuntur. ego tamen Romæ in suburbij & charaxipyn, & charaxidrym comperi odoratiore, quam Creticae sint, si modo non copioso imbre irroratae essent. hoc etiam sciendum est, cum ex Creta ad nos herba chartis inuoluta, in quibus herbarum nomen sit inscriptum, afferuntur: quidam esse chartas, in quibus herbae nomen absolute sit: quidam, in quibus cum additione, campestris: ac campestem quidem hanc herbam generosiorum esse: quamuis campestris in locis ortæ herbae imbecilliores esse plerumque consueuerint. Styracem uero eum imponendum esse, qui in calamis ex Pamphilia adfertur, perspicuum est. paucissimum autem ibi nascitur, tantumque uulgato præstat, quantum falemum et uino, quod in tabernis uenale est. ceterum capere Styracem oportet eum, qui pallidissimus sit: quem sane & odore & sapore esse uehementissimo plane constat. Post hæc nardum addidit Andromachus, ex Gallia, ut ipse adscripsit, aduectam: quam eiusce rei periti Celticâ nominant. tria enim nomina de una gente sine discrimine efferuntur. nam quidam Galatas, quidam Gallos, quidam Celtas uocant. Celtarum tamen nomen est uisitatius. De ijs uero medicamentis. quæ Andromachus deinceps memorauit, est a nobis partim alibi dictum, ut de terra Lemnia, & rubrica. ipsam enim terram præstat appellare, quam rubricam. quædam enim in insula Lemno rubrica est, ad alios usus accommodata, non ad eos tamen, ad quos sigillum Lemnium, ut uocant, adhibetur. atque his de rebus, licet etiam de alijs, in libris de simplicium medicamentorum facultatibus differimus. cetera uero medicameta, quæ allata sunt, fere nota omnibus medicis sunt omnia, & fraudem nullam admittunt. quædam eorum apertius memorata sunt in descriptione theriacæ, quæ soluta oratione continetur: ut illud, Lachrymasque nigrantes. Spinae Aegyptæ tuæ: significat enim e spina Aegyptia prodeuntem acaciam. hoc unum restat, ut de thlaspi necessario dicendum sit. omnes autem eo utuntur, quod ex Creta aduehitur, & eo, quod ubique nasci solet, colore inter luteum & flauum; figura, rotundo, exiguo admodum, ut multis partibus sit milio minus, sed melius est, utamur eo, quod e Cappadocia adfertur, quod quidem ad nigrum colorem ualde uergit: figura non accurate rotundum, magnitudine uero multo maiore, quam id, de quo modo feci mentionem. hoc autem in quadam sui parte ueluti fracturam paruam quandam habet, a qua etiam eius nomen est ductum. quemadmodum autem hoc, ita etiam aliud in Cappadocia copiosum oritur. quocirca quod e Cappadocia comportatur, non omnino est optimum, sed quod proprie in Sauro prouenit, quodque nec Cretico, nec alijs multis in locis nascenti simile est. si quid uero adhuc restet, quod Andromachus elegiaco carmine minus aperte scripserit, id perspicue intelligunt ijs, qui theriacam soluta oratione ab eius filio descriptam perlegerint. cuiusmodi illud est. Mellis Erichronij cuncta liquore doma: hoc est Attico melle. præterea uero centauream ille sine additione in elegia memorauit: filius proli oratione tenuem esse simendam indicauit, cum alterum genus crassioris existat. ita etiam aristolochiam tenuem dixit, quod altera crassa radice, & item tertia, rotunda comperitur.

De Theriacæ conficiendæ ratione.

Cap. 15.

**D**iximus supra, eum, qui semel medicamento conficiendo adfuerit, ac uiderit, nihil opus habere, ut iterum, aut tertio uideat: ut uero optima in quoque genere medicamenta discernat, non iam satis esse, ut semel, bis, & ter uiderit, sed quamsepissime etiam spectarit, quæ in quaque regione præstantissima

Atissima oriri existimantur. Itaque ad horum usum habenda etiam præcepta sunt, de quibus iam antea differimus: uic tam iterum de omnibus summam dicemus. Radices medicamentorum, quæ ad usum adhibentur, intento esse cortice, non rugoso debent. id enim maciem indicat. fructus autem cum succulis, ac germinibus, ut uocant, cum uegeti sint, tum multi cum tegminibus suis: semina non fecus, quam radices, uegeta sint. quod inde cognoscemus, si corticem extantum habeant. liquores & seuras habere debent. ac fructus quidem cum germinibus, tegminibus, floribus, folijsq; theriaca imponuntur: ut sint huiusmodi herbarum. scordij, nepitæ, marrubij, scechados, dictamni, polij, chamædryos, chamæpityos, hyperici, ac centaureæ. radices uero harum, zingiberis, iridis, rhei, quinquefolij, costi, nardi indica, nardi gallicæ, gentianæ, mci athamantici, acorij, plu, aristolochiæ tenuis. Semina imponuntur hæc, napi, petroselinij, thlaspeos, ammeos, anethij, fœniculi, dauci, cardanomi. hæc omnia in pilas coniicienda sunt Aegyptias, propterea quod illæ ita duræ sunt, ut nihil inter contundendum abesse scilla, patillij ex uiperis, magna hedychorum, piper nigrum, album, & longum, rosæ sicca; itemque aguricum, crocus, si luteus sit, lemnium sigillum, chalcitis usta, amomum, cinnamomum, casta-fistula, balsami fructus, acacia, nisi si mollis, liquidaque sit, castoreum deniq; ac bitumen, quod ἄσφαλτος siue masticulino, siue fœminino genere dicitur. sepe enim mouimus, non esse habendam huiusmodi ineptiarum rationem. myrrha autem & crocus uino macerata læuigentur, si modo turis fore iudicaris, ipsum, quia humidus sit, non contundere. Liquores autem omnes uino macerandi sunt, ut dissoluantur, & facilius læuigentur: cuiusmodi est sagapeni liquor, & panacis, & papaueris, (meconium, aut opium uocant) & acaciæ, cum tibi liquidior esse uidebitur, & conteri agrius possit: itemque hypocistidis, & dulcisradicis. thlaspeos uero ac napi semina ego quoque primum, ut alios ante me fecisse animaduertentem, in pilam conieci, ut una cum alijs contunderentur. deinde uero cum ea propter tenacitatem intimæ pilæ adhærere conspexissem, censui, melius esse, ut ea separatim in mortario prius contunderem, ac uinum eis affunderem, usquedum omnia accurate dissoluerentur: tum uero admiscerem ijs, quæ seorsum essent uino macerata, atque contrita. thus quoque præstat separatim, ac leuiter læuigare, ne in placentam abeat. deinde uero comminutum, atque excussum habere paratum, ut cum uelis, ijs, quæ ex uino læuigata sunt, possis inpergere. Gummi autem & uino macerandum, & ipsum per se, aut etiam cum rhure postquam læuigata sit: alia arida, cum excussa, læuigataque fuerint. cum uero tempus postulat, aut omnia simul miscantur, liquetur primum in uase duplici resina, deinde styrax, tum chalbana, prius tamen uero nollis digitis dilatentur, & contendantur: tum parum mellis crudi instilletur. postea operculo uasi inposito, dissoluantur. melius enim est, ut his inpositis, mel non admisceas, sed uase eoque in aqua inlit, operto, coctionem moliri. His autem liquefactis, arida medicamenta sunt ex utroque no macerata addenda, & commiscenda, usquedum satis spissa reddita sint. atque ita paulo post liquefacta, ijs, quæ in mortario sunt, magno cochleari tepida affundantur, atque unus aliquis uis robustus ea in unum conducatur. ubi uero in unum omnia conducta probe sint, ac densa quodam modo esse facta uideantur, partem quandam mellis modice decocti, ac nimirum a quo abiecta spuma sit, superijicies: mox partem contritorum, deinde rursus mel, postea iam liquefacta misceris tepida. omniaque in grandi mortario magno pistillo ualenter erunt terenda. adiectis ijs, quæ ex aridis supererant, & item mel, diligenter detersis, nequid rubiginis obriueant, sine intermissione erunt contundenda. subinde autem uertes opobalsamo ungenti sunt. nam & a medicamento tenacitate detinentur, & ægre a contundentibus attolluntur. quam ob rem, ut opus cito conficiatur, extrema uertis opobalsamo continenter ungentur, & ipsum opobalsamum in eam rem totum consumere oportet. præstaret autem in sole contunderi: siquidem ita omnia in unum citius coirent. his rebus confectis, pilam, in qua medicamentum est, teges: & post quatuor, aut quinque dies, eodem modo in sole contundes, idque ex intervallo iterum atque iterum dierum sex, aut septem usque ad duos menses, aut uino ad quadraginta dies erit faciendâ. atque ea quidem, quæ hæcenus conscripta sunt omnia, ad medicamentum uim pertinent. Danda autem opera est, ut nigra euadat, (hoc n. nescio quomodo in more positum est, & quicumque hoc colore medicamentum non facit, lictibrio habetur) sed sciendum, eius uim nihil a colore immutari. solet autem non fieri nigra theriaca, quia ista chalcitis aut flaua, aut rufa euadit. quamuis minima eius pars imponatur, tamen aliorum colorem superat. ut igitur quispiam ne in ea quidem re peccare uideatur, is mentem ijs, quæ dicturus sum, adhibeat. tota antidotis quatuor chalcitidis drachmas solum capit: sed multo plures torere ad hunc modum oportet. cruda chalcitidis non minus, quam drachmas quadraginta in ollam conijcito: tunc ignitis carbonibus ollam sine operculo admouebis. ubi autem liquefacta chalcitis sit, uidebisque quod lenissimum est, ac maxime spumeum, supernatare, statim ollam ab igni auferes: atque in unum pones. neque ei insufflabis, ne facere aliquando solemus, sicut cum accendere ignem uolumus (admirabile n. est, quomodo ita faciendo tuus, flauusque color excellat) neque in sole eam collocabis, sed refrigerari fines. cuiusque erit refrigerata, id quod ipsum osius insidet, quodque in se nihil neque rufum, neque flauum, neque pallidum habet, capies. deinde

QUINTA CLASSIS.

V

periculi



periculi faciendi causa, exigua eius partem sumes, ac laeuigabis, & utrum inter laeuigandum ullus ex E praedictis coloribus appareat, diligenter spectabis. si uero id quod sumperis, tale maneat, quale acciperis, ut porraceum, aut cinereum colorem seruet, ex eo drachmas quatuor theriaca indes. in magna enim copia chalcitidis, quam combusseris, exigua hanc portionem inuenies. quibus quidem fit rebus, ut quae ad antidotum componendam, ac parandam pertinent, iam a nobis dicta sint omnia.

*Theriaca descriptio ex Damocratis sententia.*

Cap. 16.

**Q**uoniam autem Damocrates & Crito ab hisce nonnihil dissentiunt, satius mihi uisum est, ea etiam subiungere, quae sunt ab illis prodita: ac prius quidem Damocratis descriptionem, qua theriaca nunc omnem est dilucide persecutus. eius autem sententia est explicata uersibus, ut ipse facere consuevit, quae res praeterquam quod facit, ut memoria teneri facilius possint, hoc etiam bono praedita est, ut rerum deprauari pondera nullo pacto posse uideantur. Damocrates igitur in eo libro, in quo de antidotis agit, a communi ipsarum usu, & a proprio theriaces ipsius, initium ducit, hoc modo:

Arre paratas habeas antidotos,  
Ad omnium uenena, & feras pessimas  
Praecipue, quarum reperta gratia  
Feruntur esse saeculis maioribus.  
Nanque his naebris occurrere pharmacia,  
Si forte quem praehenderit suspitio,  
Ne quid ueneni immixtum cibis noceat,  
Siue ante cibum, siue post assumplerit.  
Postquam tamen prius cibum euomerit,  
Dum tu modo bis, terue forte, & amplius,  
Donec ueneni cesserint uestigia,  
Concesseris mala ista patientibus.  
Nil tibi serpens, nil tibi grauis fera,  
Aspis, cerastes, diplasue sitifera,  
Hydrusque, uipera, canisq; rabidi  
Furor nocebit: quaeque nascuntur mari,  
Tetraque, dicunt insecta animalia.  
Apes, crabrones, uespas, atque araneos  
Muresque, maxime nocentes scorpions,  
Et membra saeuum quatiens phalangium,  
Vitabis. huius sumperis antidoti,  
Si bene quantum penderit nux pontica,  
Plus una drachma, in meri decem cyathis.  
At si carere & omni metu percipis,  
Non semel hauseris hanc nostram antidotum,  
Sed saepe, quantum iusserit necessitas.

Haec omnibus prodest agitudinebus,  
Longo grauantibus corpus discrimine,  
Seu orbe febris redeat multiplici,  
Seu membra torqueat rigor nobilia.  
Haec uteri soluit, colique tormina,  
Nec ulcus obest, nec torquet saeuus lapis,  
Seu fuerit uescica, siue in renibus.  
Tollit dolores maximos iocinoris:  
Et reprimit de pectore persusum sanguinem:  
Virusque spuri temperat foedissimi.  
Curatur omnis & pulmonis spiritus.  
Et siquid intus est conuulsus uinculis,  
Ruptumque, sarcit optime, & celestime.  
Si forte tardos male cibos concoquet,  
Quis tantulum assumens, tum rite concoquet.  
Et ponet impetus irarum maximos.  
Longum profectis dira quos necessitas  
Iter coegit fontibus e tabidis  
Gustare lymphas, quatuor in cyathis  
Aqua calentis tres miscebis obolos:  
Sed ante per tres horas, quam comederint,  
Vel amplius, si feret ipsa occasio.

Quibus laborat uescica grauitur,  
Et stomachus, pulmoque sputo sanguinis,  
Antidotum permixtam passo porriges,  
Quibus grauis destillar fluor pectori,  
Rursus aqua miscebis, in qua polij  
Manipulum Teuthrij paruam coxeris.  
Hoc dicitur prestare multo Cretico,  
Magisque Scythico, magisque Pontico.  
Dolore magno urgente sinus aurium,  
Quidam meatus intincta lana obstruunt.

Ut optimam quis habeat theriacem,  
Is rite cuncta paret primo, & eligat.  
Tum maxime pastillos dictos uiperarum:  
Antidoto plus ceteris qui conferunt,  
Aestate uiperas uiginti capiat,  
Venator arduus, uel ex maioribus,  
Vel etiam si possit plures. nanque erit  
Ingrediens non magna carnis portio.  
Abscindat iuxta caput ad tres digitos  
Peritus artifex, caudamque, & amplius.  
Dum uiget aetas, dum calescit spiritus.  
Dimidium post sumptum rite excoriet,  
Abijciens pinguedines, & uiscera.  
Lotumque in ollam, sicci cum manipulo  
Anethi, & aquae quod satis sit, congerat.  
Simulque, donec spinarum a carne cesserint,  
Ebulliant. tum carnem puram seligens,  
Aequare maxime parti triticeo  
Menerit, simulque iure soluere,  
Miscere, paruas quo conformet rotulas.  
Quas postea siccatas seruet usui.

Post hos parabis orbes & scilliticos.  
Cadente messem curua falce, capies  
Quam poteris maiorem scillam candidam:  
Siccisq; circum denudatam cortice,  
Radiceque proiecta, tanquam lignea.  
Tum pulve facta totam circumuesties:  
Furnoque, ubi quantum satis affaueris,  
Illam eximes, & librae uisus ponderi,  
Contraheris quando optime,  
Permisceris farinam erui torridi,  
Aequare quantum possit libra media:  
Siccasque condes uase nouo rotulas.

At magna nunc accipies mysteria  
Theriaces antidoti mirabilis:  
Qua saepe Ponti Michridates maximus  
Rex dicitur, si ferret uis mutabilis  
Vius, uenenum quo uitaret pessimum.

In Gal.  
decur legu  
id est, uolunt  
i. a. specu.

F

C

H

Rex

**A** Qui forte uictus bello post acerrimo,  
Ne praeda, & hosti fieret spectaculum,  
Sumpsit uenenum rex is constantissimus:  
Liberisque fortiter sumendum tradidit.  
Natas ueneni statim furor sustulit:  
At ille passus agere nihil noxij,  
Fuit coactus interire gladio.  
Bis igitur uiginti, bis & quatuor  
Drachmas inemento sumere ex scilliticis:  
Ex uiperis sat erunt bis duodecim.  
At opium, piper nigrum, & hedychrom,  
Dulcissima radice succus, pendean,  
Rosaeque sicca, drachmas ad duodecim.  
Irisque, cianamomum, liquor balsami,  
Ipsaque radix dicta quinquefolij,  
**B** Agrestis & napi semen, agaricum,  
Pontica radix, myrrha, laxosum apium,  
Et scordion cum stoechade, & Corycius  
Crocus, simalique nepita, manubij  
Cum semine, cum longo & albo piperi.  
Indica nardus, spica, thusque masculum,  
Albaque costus, dictamnus, terbinthina,  
Iunci, flores, exiccata zingiber,  
Et cortices nigrae, & olentis castae,  
Dimidium aequali pendebunt pondere.  
Phi pontica, thlaspis contusa, posium,  
Styrax, chainadryis, gummi, meon, acorus,  
Cum gentiana, & semine foeniculi,  
Et cardamomum, & succus hypocistidis,  
Chalcitis asia, Cretici cum semine  
**C** Hyperici, cum succo humente acaciae,  
Lemnia terra, & ammi, & nardus Celtica,  
Chamaepitys, & seselis, cum semine  
Anisi, & exiccato, & lato folio  
Malabathri, ferunt quod lacus Indici.  
His iungito racemum amomi candidi:  
Quae singula aequent drachmas duas pondere.  
Qui quatuor permiscens, agunt perperam.  
Et lachrymas panacis adde, & galbani,  
Daucique semen Cretici, & castoreum,  
Centaurium uetus, sagapentum recens.  
Addasque siccam balde aristolochiam.  
Hae singulorum drachmas pendant quatuor.  
Quidam optimae asphalti duas tantum ingerunt:  
At ego pondus duplico cum ceteris.  
**D** His addidit salerni quantum sufficit,  
Decemque librae mellis noui, & Attici.  
Horum liquores quaedam, quaedam & semina,  
Sunt folia haec, radices istae, & illa lachrymae:  
Metallica & nonnulla, & si non plurima.  
Solve meo succos, metalla, lachrymas,  
Mellis adaequam consentiam.  
Contunde sicca, & denso cribro concute.  
Quantum satis, mel addas, ebullierit  
Quod non semel, sed bis, terue, & non amplius.  
Post uasculis serua paratis uitreis,  
Argenteis, testaceis, uel corneis,  
Vel stanneis, ut forte plus libuerit:  
Dum modo densa fuerint, nec lignea.  
Sed nec bibendam statim, nec ueterrimam  
Antidotum, sed statim trades tempore.

Quae forte longo si liccata nimium  
Sit, corrigas infuso melle feruido:  
Id faciens, ubi satis miscueris,  
Licet ab optima multum recesserit,  
Multum tamen deperdit relarcies.

In quibusdam igitur, se dissentire ab Andromacho, ipsemet Damocrates indicauit, cum ait,  
Qui quatuor permiscens, agunt perperam. & cum subiungit: Quidam optimae asphalti duas earum ingerunt: At ego pondus duplico cum ceteris. hoc quoque perspicuum est, theriaca descriptio nem a Damocrate allatam, a peritorem esse, ac di lucidiorem.

*Alia theriaces descriptio, qua hexametro uersu est exposita.*

Cap. 17.

**N**unc uero cum alia quoque apud me sit sciendi theriaca ratio descripta uersibus, ea quoque esse afferendam cenfeo, eo praesertim modo, quo ad nos per manus uenit, seruata nimium ratione medicamentorum, ex quibus conficitur: siquidem haec descriptio est ista, quae iam recitatae sunt, & clarior, & compendiosior.  
Quae rerum ratio constans, quae semina formant Theriacem, humili describam carmine, si me Audieris. panacis lachrymas, & semina dauci, Quodque bitumen alit splendens Sidonia tellus, Principio accipias, & Thessala centaurea.  
Quaque uocant malum terrae, peregrinaque nostris Galbana, & euulos celeri de castore testes, Castoreum dicunt geminas haec singula pendant Drachmas: sed podus geminet Athamatica me Radix, & seselis: dant & Minoia regna Semina, quae marathri crescens & plurima Ponto Phu, poliumque comans, chalcitis candida, fructus Balsama quosque ferunt, nec non pedentis amomi, Atque acorus Veneris candens, & Celtica nardus. Illyricumque suo referens de nomine regem, Pineaque, & tenuis quercus, dixerit chamaedrym. Thlaspis, & Aegypti succus, quem spina reludat: Atque Arabum gummi, succusque hypocistidis, ammi, Et Lemni signum, stagnis quodque India nutrit Malabathri folium, cum semine cardamomi. Quodque dabit splendens sagapentum Medica tellus: Et styracis succus, rutamque imitata capillo Hypericum, anisum, quod fert ilis tubere glebae, Creta tenet, pondus referat, quod diximus, aequum. Pinguior at stacte ponatur, & optima myrrha, Manubium, stoechas, dictamnus, Eoaque costus Zingiber, & nepita, & iunci cum flore rotundi, Corycius crocus, & bene olentis fistula cannae, Atque album, longumque piper, quale India misce His apium, quod laxa ferunt, coniunge, rheumque, Et quam quinq; uocant foliorum graminis herba, Quem terebinthus habet Cypria tellure liquor, Quaque suo Ganges redolentem flumine nardum Perluit, & diues quae nutrit, dona, Sabaeus, (mas Mascula thura, trahent senas haec singula drach. Quas duplicent referens tum mixtis allia fibris Scordion, agrestisq; napi tum semina pura, Nomine quaque refert aduerso sole colorem, Illyricis celebrata iugis fragrantior iris.

QUINTA CLASSIS.

V. a Et

Et rosa non uiridis, rubro decorata pudore:  
 Quique liquor dulci premitur radice, simulq;  
 Valle Palaestina quem candida balsama sudant.  
 Agaricumque leuc, & bene olentia cinnama iungas.  
 Hisque piper nigrum, succumque papaueris adde:  
 Pondera quae geminent: celebratum & carmine nostro  
 Magma, quod hedychrom dicunt, hinc sedulus orbes  
 Vipereos capiens, & quos, sed pondere duplo,  
 Candida scilla dedur; spumati mellis Achaei,  
 Quod satis, adicias, & puro iunge Falerno.

Ut autē tota theriaces tractatio abfoluatur, uidetur illud restare, ut in quibus Crito in superioribus descriptionibus uel ab alijs differat, uel aliquid, quod praetermissum esset, adiunxit, subiungamus.

Critonis de theriaca sententia, ex tertio de medicamentis libro.

Cap. 18.

**I**N medicamentis dimetiendis ipse quoque nigri piperis drachmas uiginti quattuor: longi drachmas sex in theriacam conijcit, itemque addit chalcitidis usque drachmas quattuor, & atticis mellis libras decem, ceterum uiperas uere desinentes, sub aestatem, aut tempore uindemiae uenari iubet oportere. ut aestatem nimirum post initium toram, usque ad canis exortum, uitemus: & item quod hoc subsequitur, tempus, quod nonnulli proprie dicitur, hoc est fructuum prouentum nominant: quo sane tempore bilis quoque in hominibus copiosissima suboritur. In uindemia autem, quod est autumnii medium, uenandas, & capiendas esse uiperas monet eas, quae magnas, ac bene habitae sint, & cum solo anetho decoquendas, tum carnes ex decem uiperis coaceruatā uni scilicet panis unciae admiscendā: atque ita uiperas in pastillos cōfingendos. Scillinos uero parari ad hunc modū cōfer. scillas tēpore messis, quo potissimum uigent, sumendas monet. perspicui enim est, mellis tēpus appellari id, in quo rustici triticum metunt. tum iubet, eas affertus in furno, quantum satis sit, gypsum, aut luto obductas, & igni cōdamus usque dum satis tostae sint, postea eximenda sunt, earumque medulla sumenda (sic enim ipsa Crito uocat) & laeuiganda, & una crui pars duabus scillae admiscenda: & sic demum rotulae conformandae, & in umbra siccae dā. De ijs uero medicamentis, quae in mortario contunduntur, accurate perscripsit, dum pellem arcte circumligari mortario iussit, in cuius medio foramen huiusmodi sit, ut non solum contundens pistillum per id demitti possit, sed etiam ubi sublatum pistillum sit, manus cum cochleari imponatur, & quod cōtufum est, & cribro traici debet, per ipsum eximatur. addit uero alia quoque opus esse pelle, in qua angustius foramen sit, ut per id solum pistillum in mortarium ad tundenda, quae ibi sint, mictatur: & hanc ipsam pellem esse priori superinijciendam docet. subiungit, ea non esse statim detegēda, nec prius, quam excitatus inter contundendum puluisculus subsistat. simili quoque modo cum medicamenta cōrūsa per cribrum traiciemus, monet, ea quae executimus, superne conteganus, ac tum denique aperiamus, cum morio constiterit, denique sublatum cribrum pennis abstergamus.

## GALENI DE ANTIDOTIS LIB. II.

De antidotis Mithridaticis, & alijs quibusdam.

Cap. I.



**I**N superiore libro explicata theriacae tractatio, efficit, ut de alijs antidotis breuiter differamus: quas hoc lib. psequemur, ducto initio ab ea, quae Mithridatica nominat: quae ut sit aduersus plurima mortifera medicamenta, quam theriaca, efficacior: certe ad ictus uiperarum, ab illa superatur. cumque Andromachus in eo libro, quē de medicamentis, quae intra corpus sumuntur, edidit, & hanc & alias ferme oēs deinceps descripsit: ideo ipse quoque illas oēs, quo ab illo descriptae sunt ordine, deinceps subiiciā. Mithridatica antidotus, quae peculiariter ad uenena, & ad oēs malos, internosque corporis affectus facit, capit haec:

Dulcis radice 3. vii. obolos iij. opij. 3. iij. ob. ij. castorij 3. vii. ob. ij. polij. 3. v. ob. ij. costi. 3. vj. ob. ij. spicae nardi. 3. vij. ob. ij. castae 3. v. ob. ij. thuris 3. vj. seseleos 3. v. oboli. ij. succi hypocistidos 3. vj. acori. 3. ij. scordij 3. vj. ob. ij. folij 3. iij. scilicet 3. v. ob. ij. alij 3. vj. indunt. cypheos 3. vj. ob. ij. myrrhæ 3. vj. croci 3. vij. ob. ij. cinnamomi 3. vij. ob. ij. styracis 3. v. ob. ij. seminis dauci 3. vj. ob. ij. zingiberis 3. vii. ob. ii. phu pontici 3. ii. petroselinij 3. iij. ob. iij. nardi celticae 3. iij. sem. foeniculi 3. iij. nardi indicae 3. iij. hyperici 3. ii. acaciae 3. ii. gentiana 3. iij. alij 3. ii. aniciunt. anisi 3. iij. thalpeos 3. vi. ob. iij. men athamantici 3. iij. alij 3. ij. ponunt. rosarum hecarum 3. iij. gummi. 3. ij. cardamomi 3. iij. alij 3. ij. iunci odorati 3. vj. ob. ij. opopanacis 3. vj. ob. ij. opobalsami 3. vj. ob. iij. galbani 3. vj. scinci 3. ij. ob. ij. terebinthinae 3. vj. ob. ij. uini chij quod satis esse queat: mellis atticij. a quo detracta spuma sit, quantum sufficiat. Haec ipsa antidotus aliter conficitur, ut ab Antipatro, & Cleophante est proditum, ad hunc modum. Myrrhæ 3. vij. ob. iij. alij ob. ij. spicae nardi tantundem croci. 3. vij. ob. ij. opij drach. iij. ob. ij. s. styracis 3. v. castorij drach. vi. ob. i. cinnamomi drach. vii. ob. iij. polij drach. vi. ob. iij. Scordij drach. vii. ob. iij. zingiberis

† Gallij legitur quidam.

zingiberis 3. vij. ob. iij. costi 3. vj. ob. iij. piperis longi 3. vi. ob. iij. piperis albi 3. v. ob. ij. seseleos 3. v. ob. ij. abrotomi 3. v. ob. ij. petroselinij 3. xiiij. sem. dauci 3. vi. ob. ij. castae 3. v. ob. ij. thuris 3. vi. ob. ij. succi hypocistidos 3. vi. ob. iij. nardi celticae 3. iij. sem. foeniculi 3. iij. foliorum malabathri 3. iij. acori, phu pontici, sagapeni, fructus balsami, hyperici, iridis illyricae, singulorum 3. ij. rubrica lemmia, cypheos, lumborum scinci singul. 3. vi. acaciae, gummi, cardamomi, pelecini, sing. 3. ij. seminis thalpeos 3. vi. ob. iij. gentiana 3. iij. alij 3. ij. anisi 3. iij. rosarum siccatum 3. iij. men atham. tantundem. florum iunci rotundi odorati 3. vi. ob. iij. opopanacis 3. vi. galbani 3. vi. ob. iij. opobalsami tantundem. aristolochiae 3. i. hyssopi 3. iij. marrubij 3. i. chamapityos 3. iij. roris marini 3. v. terebinthinae 3. vi. ob. iij. mellis atticij quantum satis sit. uinum uero ne addito. Antidotus Orbani Indi, ad foetus internos excutendos: myrrhæ 3. xv. croci 3. xvi. nardi indicae 3. xvi. cinnamomi, castae, panacis, singul. 3. xiiij. amomij 3. viij. scordij 3. xxv. in alio v. florum iunci odor. 3. viij. mei atham. 3. iij. succi rosarum 3. xij. ob. iij. phu 3. v. ob. iij. hyperici 3. v. zingiberis 3. vi. piperis 3. vi. piperis albi 3. viij. styracis 3. v. ob. iij. sem. foeniculi syluestris 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. v. alij vi. costi 3. vij. ob. iij. sem. trifolij 3. v. gentiana 3. iij. aristolochiae rotunda 3. iij. polij 3. v. radice trifolij 3. v. ob. iij. cardamomi 3. v. radice echii 3. iij. thuris 3. vi. petroselinij 3. vi. uebalci 3. vi. seseleos 3. v. cumini ethiopici 3. iij. fructus balsami 3. iij. nardi celticae 3. vi. terra sigillata 3. iij. opij 3. iij. ob. iij. sem. cachryos 3. iij. cypheos 3. iij. iridis illy. 3. iij. succi mandragora 3. vi. ob. iij. sagapeni 3. iij. opopanacis 3. iij. anisi 3. iij. succi hypocistidos 3. vi. terebinthinae 3. v. ob. iij. castorij 3. v. opobalsami 3. xvi. sem. ruta syl. 3. iij. galbani 3. iij. sem. napi tantundem. medulla ceruina 3. vi. ob. iij. unguenti nardini 3. xx. sanguinis haedini exiccati 3. v. ob. iij. sang. anserini tantundem. sang. anatis 3. iij. ob. iij. succi bupththalmi aegyptij 3. viij. uini chii. mellis atticij quantum sufficit. Panacea antidotus, quae uci soleo. ea multa pollicetur: estque ex Aphrodisi sumpta commentarijs. cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi singul. 3. xiiij. zingiberis, sem. trifolij, amomij, sem. ruta syl. baccarum uiperarum, cinnamomi 3. viij. amomij 3. iij. castae fistulae nigrae 3. xvi. croci 3. xvi. iunci rot. odor. 3. v. thuris 3. v. piperis albi 3. iij. ob. iij. piperis longi 3. i. ob. iij. myrrhæ 3. xi. ob. ij. nardi indicae 3. xi. ob. iij. nardi gallica 3. xvi. ob. ij. rosarum exiccatarum 3. vi. costi 3. ij. ob. iij. s. opobalsami 3. iij. ob. ij. liquoris cyrenacici 3. iij. alij 3. iij. s. stoechados 3. v. ob. ij. radice trifolij 3. iij. nei eius seminis 3. iij. florum scordij 3. xi. ob. ij. polij cretici 3. vi. ob. ij. asari 3. ij. acori 3. iij. ob. iij. s. sem. dauci tantundem. sem. anisi 3. ii. cumini ethiopici 3. ij. rhei pontici 3. v. ob. iij. s. sem. napi syl. 3. iij. uel sem. napi fatiui tantundem. phu pontici 3. ij. mellis, a quo abiecta spuma sit, quod sufficit. Antidotus incomparabilis, quam ego confeci. est autem ad omnes internos affectus efficax, ut Nicostatus tradidit. Radice dul. folij malabathri, opobals

Antidoti a Damocrate conscripta: in primisque mithridatica.

Cap. 2. E

**A**ntidotos, quam uiri quidam præclari mithridaticam uocant: medicamentum ad quemlibet affectum efficax: & quam uicem cuiusq; antidoti præstare confirmantur: hoc modo conficitur.

Myrrham optimam, quam ferunt Troglodytici  
Campi, crocumq; sumes, ac Corycium:  
Sarmaticumque agaricum, nec masculum,  
Sed foeminam, cum zingibere Arabico,  
Nardiq; spica, cinnamomo, & masculino  
Thuris, & acuta cum thlaspi, & exigua.  
Quæ singulatum drachmas decem pendeant  
Massiliensi scilicet, opobalsamum,  
Iuncusq; terbinthina, costus, galbanum,  
Longum piper, cum stechade, & castoreo,  
Optima styax, succus hypocistidis,  
Opopanax, & folium malabathri.  
Hæc singula drachmas sibi octo capient.

Ar casia, piperis albi, & polij,  
Scordiique Cretici, daucique seminum,  
Et cyphæos, cum odore fructu balsami  
Singulam ab octo drachmam deme, bdellium  
Adiucium nonnulli æquali pondere.

Celtica nardus pura, & gummi Arabicum,  
Petroselinum, & frigidissimum opium,  
Cum cardamomo, & semine foeniculi,  
Et gentiana, & rosæ sicca folijs  
Plus pendat, & quam quina drachma quodlibet.  
Et Creticum dictamnium æquali pondere.

Tres asari, cum aniso, &  
Densa acorus, sagapenum, phu pontica.  
Dimidiam & duas meum Athamanticum.  
Succusq; spinæ Aegyptiæ  
Et semina hyperici, & scinci Aegyptii  
Venter: meriq; & mellis si coniunxeris  
Quantum sat sit, cuncta rite feceris.  
Quia uero Damocrates meminit cyphæos, quod  
& ipse conficit, ideo probe hominis functus officio est,  
cum deinceps, quomodo confici debeat, adiecerit.

Cyphi nec ulla quod amara regio  
Fert, neque succus est, nec simplex mixtio.  
Aegyptus ipsa fertilis hoc præparat,  
Placare credens magna sibi numina.  
Perpinguem, & albam passam primo capiunt,  
Cortice dempto, dempris & feminibus,  
Pulpæ optime contusæ longo tempore,  
Accipiunt drachmas uiginti quattuor.  
Vstæq; terebinthinæ æquo pondere.  
Duodecim myrrhæ, cinnami quattuor,  
Duodecim iunci, unam croci cilicis.  
Et unguum bdelli tres, & aspalathi  
Duas semis. tres spicæ, tres & casia.  
Lectissimi & cypeti tres. iuniperi  
Cum pinguium baccarum drachmis totidem.  
Adiiciunt nouem fragrantis calami.  
Quod mellis est satis, & uini modicum.  
Post bdellium, uinum, myrrham, mortario  
Sic conterunt, ut omnia crassitiem  
Liquentis edant mellis. inde postea  
Adiiciunt mel, passum miscent, cetera  
Contusa demum imponunt, ut orbiculos  
Forment, deorum odoris suffumigijs.

Hoc sic parare Rufus cyphi docuit,  
Et optimus uir, & illustris medicus.  
Si cinnamomum forte tibi deerit,  
Pro cinnamomo cardamomi semina  
Quidam ingerunt, æque putantes facere.  
Si pulmo, iecur, uel quod ex intrinsecis  
Membrum grauissimo labore ulceret,  
Huius bibendam drachmam tuto porrigunt.

De tribus antidotis, quarum dua ad phthisim, alia  
ad uenena facit. Cap. 3.

**Q**uoniam autem aliarum antidotorum, que  
infignes sunt, Damocrates facit mentionem,  
melius fore existimari, si eas quoq;  
uestibus eandem ob causam ab ipso descriptas  
ferrem: quam si omissem, ac theriacam quidem,  
quam uocant, ut ipse conficiat, superiore est a nobis  
libro declaratum: nunc uero eas subnectam,  
quæ sunt ab eo deinceps expositæ.

Hæc uitio pulmonis longe est optima,  
Febribus obscuris, spuroque sanguinis:  
Et pectori imbecillo, & laeso stomacho:  
Et renibus, & maxime iocinori.  
Sed conuenit, quod paruas uires habeat,  
Hæc mollibus multo magis.  
Hæc, ut ferunt, grauatus longo tempore  
Augustus, & costarum morbo, & pectoris  
Conualuit breuissime.

Hæc casia subrufa, & psylli suscipit  
Nardi indicæ similiter & Celtica  
Ter cinnamomi & croci drachmas quattuor,  
Decem opobalsami, myrrhæque sexdecim.  
Iunci recentis, bonæ terræ Lemniæ  
Rosæq; sicca, agrestis rutæ seminum,  
Radici & Ponti, & amomi totidem,  
Et piperis candentis, napi & seminum  
Agrestibus exorti locis quattuor.  
Thebaici cymini, thuris, cretici  
Atque recentis dictamni, & siccissimi  
Tres omnium consensu drachmas continet.  
Cetera tunde, & tusa cribro tenui  
Excerne. sed memineris mortario  
Immittere, quod dixi, solum psyllium.  
Multoque plus, nam cum totum comminui  
Non possit, ut quantum satis sit, capias.

Sic ergo præpares. lato mortario  
Iniice stacten optimam, quam dilues  
Purissimo salerno, sed non plurimo.  
Translucidum post addas opobalsamum  
Vbique rite reliqua consperferis,  
Succumq; sumptierint, donec efferueat  
Mel dulce, bis, uel ter affuso antidotorum  
Melle unies, & uase dicto colliges.  
Morbis grauissimis tutum remedium.

Hæc rursus est ad omnia percelebris  
Sed spiritus ad stomachi perueteres,  
Ventrisque strepitus est longe melior.

Colique

**A** Colique stæus discunt ualentius,  
Qui crassa curunt, quique per gracilia.  
Acuta reddens semum, & bona lumina.  
Ferisq; morfos cito, & tuto liberat.  
Hanc præpares, & componenda hæc habeas.  
Boniliquoris drachmam Cyrenaici  
Phu Pontici, castori, acori, & asari  
Et cardamomi seminis, acatiz  
Illyricæ succi scitidis, gummi Arabum  
Et sagapeni puri, e Cretæ hyperici  
Drachmas duas: tres psylli, & opobalsami.  
At piperis, sed eandem,  
Petroselini, & spinæ nardi Gallicæ  
Malabathri recentis quoque folij,  
Aethiopsis cymini simul seminum,

**O**ptimum amomi, meique athamantici,  
Et opij, gentianæque, & balsami,  
Sic singulorum drachmas cape quattuor.  
Triobolam & quinque tyraicis liquidæ  
At scilicet candidæ, costis, & thlaspeos  
Cum quinque nigra casia,  
Quæ obobolis duos rite coniunxeris.  
At polij, schæni, dictamni Cretici,  
Et scordij drachmas quinque & tres obolos.  
Longum piper, thus, myrrham, terram Lemniam,  
Terbinthinam, dulcem radicem, galbanum,  
Anatis & recentem succum sanguinem,  
Et panacis succum, semen foeniculi,  
Rosamque siccam, expressumq; hypocistidis  
Probe liquorem, dauci semen Cretici,

**C**um semine anisi, scinco, & agarico,  
Addideris cuiusque ad sex denarios.  
Et cinnamomum, crocum, siccum zingiber,  
Bis quattuor, mel uero cuncta duplice.  
Post optimum salernum, quantum sufficit,  
Perfunde, siue Chium saluberrimum.  
Et misceas antidotum, uelut theriacen  
Te docui. nimistres & sic omnibus.

Est alia, quam dicunt ex sanguinibus,  
Vtilior magis uenenis omnibus.  
Hæc habet anseris & sicci sanguinis  
Drachmas duas, & tres simul restudinis  
Maritimæ, tres hædi, tres & anatis.  
Est foeminæ sanguis anatis melior.  
Addes decem drachmas myrrhæ pinguisimæ,

**N**ardique spicæ totidem, bis cinnami  
Tres, ex rosarum folijs arenantium  
Octo. unam iunci, costis, & thuris masculi,  
Tres & amomi, tres & albi piperis:  
Longi satis sit singula, & dimidia.  
Duodecim croci, sed octo casia,  
Trifolij radicem quinque, & polij,  
Tres opobalsami, bis laxosapij  
Duas, duas & pinguium iuniperi  
Baccarum, & ipsius mei, rha pontici,  
Atque acori, phu, dictamni sint totidem,  
Et thymiamatis tot ammoniaci,  
Semis duas agarici, & foeniculi.  
Campestris ac rutæ tres. duas Cretici  
Dauci, sed anisi, asari, ammi, & seminum  
Thebaici cymini, una & dimidia.

Syluestris ac tres napi drachmas seminum.  
Et quinque iunges scordi boni Cretici.  
Mel omnium duplabit pondus at ceticum.  
Contusa quædam sint, soluta reliqua.  
Quæ cuncta melle excepta condes uasculo.

De Charme antidoto. Cap. 4.

**A**d eas antidotos quæ adhuc descriptæ sunt.  
Damocrates mithridaticam adiunxit: quæ  
ego paulo ante memoravi. itaque illa præterita,  
quas ille deinceps addit, subiungam.

Antidotos, quam iuniores medici  
Charmen uocant, affectus pellit ueteres:  
Quos nulla præter potuere pharmaca.  
Hæc accipit myrrham optimam, opobalsamum,  
Thus masculum, liquoremq; hypocistidis,  
Et panacis, nec non & recentem crocum:  
Quæ singulatum bis sex drachmas ponderent.  
Bis quattuor sed ponticum castoreum  
Costasq; candida Arabum, translucida,  
Et terebinthina, cum schæni floribus,  
Et boeci amomi quattuor, & polij,  
Et cinnamomi nigri drachmas totidem.  
Sex seminum petrosi dauci, & Cretici:  
Sesileos sex, & bis nouem corticum  
Rubentis, atque odore passim casia,  
Et seminis petroselini, & piperis  
Longi, recentis, acris bis duodecim.  
Nanque undiq; est erosum uetus carie.  
Albi decem, decemque simul galbani,  
Et sex decem nardi spicæ electissimæ,  
Bis, scordij uiginti & quinque Cretici.  
At sicca mellis ter, æquabis pondere,  
Tu misceas, ut alias te docui,  
Antidotos miscere, & des uolentibus.  
Hanc millibus uendebat drachmis Atticis  
Charmes, dabat libram nec integram:  
Atque putabat esse datam munere.

Discipulus quidam ex fidelioribus  
Charmidis hanc dicebat probatissimam,  
Quæ continet bis octo drachmas indicæ  
Nardi, papauerum & succi, pinguisimæ  
Myrrhæ, succi balsami, hypocistidis,  
Succi recentis panacis, & liquidis,  
Thurisque maiculi, & castoris testium  
Duodecim drachmas. bis duas chalbanii  
Polijq; quattuor, quinque terbinthinæ.  
Bis quattuor sed nigrescentis casia:  
Albi duas unamque longi piperis,  
Et obolos duos: croci Corycij  
Decem, & amomi bene olentis quattuor.  
Nouemque triti schæni, duas seselis,  
Et cinnamomi. seminum sex Cretici  
Dauci. bis & nouem cum petroselini  
Seminaibus, comæque drachmis scordij  
Bis quattuor. sed unam bdellij unguium.  
His quinque libras funde mellis Attici,  
Vel amplius, tibi si forte libeat.  
Sicque parabis. solue in melle fatido  
Succos prius, resinaque pulcherrime  
Contusa cribro post miscabis reliqua.

QUINTA CLASSIS.

V 4 Factoq;



Factoque corpore dabis egentibus  
Ad quantitatem nucis dictæ ponticæ.

*Alia quedam antidoti, quas idem Damocrates scriptas reliquit,*  
Cap. 5.

Hæc sistit undiq; manantem sanguinem:  
Quam, de ceris nisi, probabis optimam.  
Hæc accipit croci noui, Cilicij,  
Opijq; drachmas sexdecim:  
Myrrhæq; pinguis puræ, & thuris integri  
Cuiusq; drachmas totidem cum cortice  
Bis quattuor mandragoræ ex radicibus.  
Ter quattuor cum semine hyosciami.  
Sex feminum papaueris, tres optimi  
Et cinnamomi, succi sed Pataricæ  
Rhois, uel ex Assyria sint decies  
Septem, quibus coniunges quinq; alterius  
Viginti erunt & quattuor.  
Fiatq; talis mixtio, madeface  
Prius crocum uino albo, dulci, cretico,  
Singulo, & altero die, frigibilem  
Mollemque ubi probaueris, mortario  
Inijcias, post dum pistillo læuigas,  
Myrrha, opium, accedat thuris masculum,  
Rhoisq; succus separatim madeat,  
Iungendus his, quæ diximus nuperrime.  
Post cuncta comminuta, & rite madida  
Coniunge, mellis cocti quod fat Attici.  
Fundens, in unum agglomera, mortario  
Demum excipe, & uase uel factu uitreo,  
Vel stanneo reponere, & serues usui.  
Ex hoc quibus sanguis bonus eijcitur  
Ex pectore, & pulmone, uentre, & guttore,  
Tres obolos dabis, uel plus, sed minimum,  
In cyathis tribus uini myrracei  
Diluti aqua, quæ semper saxa permittet.  
At quibus ex uestica quid, uel renibus  
Prorumpit, hoc sanatur sumpto pharmaco.  
Quod si uel ex colo, uel ex gracilibus  
Vel magis ex uocatis crassis fluxerit,  
Vel potius ex utero, si febricit,  
Exhibe drachmam, & ex aqua pluuia.  
Abfuerit si forte febris, dilues  
Myrteum uinum, uel dulce Creticum.  
Si quis habere cupiat antidotum  
Simpliciore, hanc præparet citissime,  
Quæ debili uentriculo, gracilibus  
Corporibus, cibum tarde coquentibus  
Prodesse dicitur, & cunctis pectoris,  
Ventriculq; passionibus longissimis.  
Hæc Cæsar uisus maximus Tiberius,  
Ab his doloribus liber conualuit:  
Quæ piperis nigri capite quinq; uncias,  
Decem rosa, crocomagmatis quindecim,  
Cribrata melle cuncta rite præpares.

*De antidotis, quas litteris consignauit Aesclepiades in quinto de interioribus affectibus libro, qui  
Mnaso inscriptus est.*

Cap. 6.

**E**st hoc in more positum medicorum iuniorum, ut antidotos uocent, nō modo eas medicinas, quas  
aduersus medicamenta letalia exhibent, sed eas etiam, quæ ad morsus ferarum urus iaculantium,  
& ad affectus corporis, & præsertim diurnos, qui ex aliquo uiscere, aut abscessu exorti sunt, ualent.  
Aescle-

Nec minus est ad eadem præstantior,  
Bis quattuor rosarum constans uncias,  
Et capiens cetera, quæ superior.  
Contunde, cribro concute, & melle optimo  
Excipias, & despumato maxime.  
Ex hac dabis ad quantitatem ponticæ  
Nucis recenti e mulso uel dulcissimo,  
Melicrato percocto mixto, & optime,  
Serpentibus qui morsu a sauis fuerint.  
At qui uenenum sumpserit, exhibeas  
In cyathis septenis dilutissimi  
Vini sinul, quanta nux dicta regia.

*Pastilli e rosis parantur hoc modo.*

At prius hos ex arte pulchre præpares.  
Cape rosarum tres libras recentium,  
Quæ per dies duos, uel plus aruerint,  
Non sole, uerum in umbra; post mortario  
Contunde, quantum sit satis, adiungito  
Scheeni; uiginti drachmas, duodecim  
Myrrhæ optimæ, & contusa, & octo Cilicis  
Croci: simulq; miscens cuncta, rotulas  
Effinge magnas, & siccatas optime,  
Quantum satis iumentas in hoc pharmacum.

*Crocomagmatis confectio.*

Si crocomagma habere cupis optimum,  
Hæc miscetas, primum centum Cilicij  
Drachmas croci, myrrhæ post addas optimæ  
Rosæq; siccæ, & amyli dimidium,  
Cum candido gummi, contunde & excute,  
Quantum scis, omnia diligentissime.  
Asperge demum meri odori tantulum,  
Quo madeant, paruos & finge orbiculos,  
Siccossq; serues, crocomagma nominans.

*Antidotus prognostica.*

Futura prædicentem uera antidotum  
Sic præpares, quam si prius assumpseris,  
Vel post cibum, uenenum simul euomes,  
At si mali nil sumpseris, uel noxij  
In dabilibus, cum retinebis epulas.  
Et stomacho molesti nihil senties.  
Ista dolores leuat omnes lateris,  
Dors, renum, uesticæ sistens sanguinem,  
Pulmone quamuis ab ægroto fluxerit.  
Ut habeas: signatam terram Lemniam  
Quæ pendat unam drachmam, & duos obolos,  
Assumito, baccarum sed iuniperi  
Solum duas drachmas, recenti & oleo  
Dulcissimo dissolue, & simul optimo.  
Et opus obtulisse quibus fuerit,  
Exhibeas e mulso, quanta est pontica  
Nux magna, sed quo bonum sitas sanguinem,  
Ex rite cocto oxymelite porrige.

E

F

G

H

*Al chame-  
piper.*

**A** Aesclepiades autem fecit earum genera tria: primū genus continet eas, quæ sunt accommodatæ febribus per circuitum remeantibus: ad quas inunctiones etiam quasdam, quas ipse *εὐχρησμένα* nominat, deinceps adiecit. hæcque omnia ipse *ἀντισημανα*, hoc est morbum finientia, & *ἀντισημανα*, hoc est febrim fugantia uocauit. secundo genere persequitur medicamenta, quæ theriaca nominat; quæ nimirum sunt ad rabiosi canis, scorpionis, phalangij, & uiperarum morsus accommodata. tertium porro genus medicamentorum, etiam bifariam diuisit, alterum idoneum ijs, qui letalia biberunt: alterum proprium ad mortalia medicamenta cauenda appellat: quæ in re Andromachij ordinem secutus non est: ipse enim, ut in huius libri initio diximus, in eo libro, quem de medicamentis intra corpus assumendis appellauit, omnes antidotos præposuit: ac deinceps medicinas, quæ ad quamuis affectionem non solum ab aliquo abscessu, aut letalibus medicamentis, aut feris urus iaculantibus profectam, sed etiam si deijcere foetum oporteat, potui dandæ sint, subiunxit: hocque genus medelæ nominat antidotum, sicut etiam quod facit ad conuulsam, cupra, & ut uno uerbo complectar, ad omnes affectus interiores, quacunque in parte corporis consiterint. ceterum medicinas, quæ aduersus huiusmodi affectus propinantur, Aesclepiades, qui eas sub finem quarum libri, Mnasonis descripsit, portiones etiam appellauit. Itaque Aesclepiades antidotos, quæ aduersus uenena iam epota, aut quæ ad cauendum ne quis epoto ueneno laedatur, propinandas sunt, postremo in loco, in fine librorum Mnasonis, collocauit. ego uero hic eas primo loco afferendas constitui, & quod est eis cum prædictis communio, & quod multos, ac magnos usus præstant. nam & accommodatæ sunt ad tollendos abscessus, qui quoduis uiscus, aut quacunque intimam corporis partem obsideant; & quædam ipsarum ad subleuandam imbecillitatem, ad pellendos humores uitiatos, ad doloris uacuitatem procurandam, & concoctionem crudorum humorum molliendam; & ad euacuationem quæ sensum lateat, per totam corporis extremitatem faciendam, sicut ad eam, quæ sensu percipiatur, per urinas, alij deiectiones, spura, & quæcunque pulmonem, pectusque per tussim expurgant. plurimæ uero ipsarum crassos humores extenuant, & tenaces incidunt, & abstergunt: proinde obstructionibus quoque succurrunt, quæ exoriri frequenter in iecinore solent, & alijs etiam in uisceribus & particulis consistunt. hoc enim est eis propositum, ut humores attenuent, & abstergant, & obstructa uia forum oscula adaperiant.

*Aesclepiadis remedia, accommodata ijs, qui uenena biberunt, ut ipsomet ad uerbum descripsit.*

Cap. 7.

**Q**ui papaueris liquorem hauserit, ei confert aquam cum oleo calente continenter potui dare, & ad uomitum impellere, aut calidam aquam cum oxymelite dare, & cogere ut uomat. alij quoque clysteri euacuare conueniet. Qui opium biberint, ijs merum copiosius statim dandum est, aut piper ex uino, aut nasturtium, aut cardamomum, utile etiam erit lac asininum, aut bubulum bibere: & farina triticea, aut hordeacea cum uino cocta uentrem oblinere: & clysteribus uti mitioribus. Qui aconitum hauserunt, ijs ruta manipulo, qui cum uino meraciore subactus sit, epoto adiuuantur; itemq; pinguis gallinæ iure. Qui uero alterum assumpserit, ijs lac, præcipue asininum, potui datum prodest. si illud non suppetat, aliud lac uel solam, uel ex aqua mulsa calida. Viride aut coriandrum qui deuorant, ijs & uinum meracius epotum, & pinguis gallinæ ius auxiliatur. Marinum leporem qui assumpserint, ijs lac bibant, asininum in primis, si illud desit, bubulum, aut caprillum, edant etiam malua: caules per diligentem coctos, aut pulegij manipulum ex passo, aut cyclamini radicem ex uino tritam bibant: aut eis cedria obolum, aut oboli dimidium ex passo potui dato. Qui toxicum biberint, eis uinum dulce epotum succurrit; itemque rosaceum oleum, sanguis caprimus, & napi semen ex uino contritum. Qui ephemeron hauserunt, eos iuuat polygonij succus, aut plantaginis, aut origani, aut thymi particula quædam ex uino dissoluta, Dorychnium si quis deuorauerit, ijs restituitur lacte bubulo, & passo, & iure conchiliorum epoto. Si uero fungus uesci quis uoluerit, ei raphani crudi dandi sunt, ac iubendum, ut quamplurimos ingerat. dandum præterea est uinum purum, & lixiuum e cinere samentorum, & nitrum aceto dissolutum: aut uini sax combusta, & ex aqua trita, aut ruta ex aceto trita. Sed ruta quoque per se facit, si quis ea uescatur. Item si quis sumpserit, ei adiuuamento erit absinthium cum uino & castoreo, & ruta. proderit etiam aceti mulsi potus, & uomitus: organum quoque ex uino haustum auxiliatur. hoc ite remedio utemur, quod accipit ruta drachmas sex, resinæ drach. iij, castorij drach. ij, † chamaeleontis cochlearia tria, hæc terenda, aceto calido dissoluenda, ac potui danda sunt. Buprestin si quis sumpserit, ei passi plurimi potus, ac deinde uomitus opitulatur. itemque suilla carnis ius decocti, & lac calidum: & ad saturitatem non comedere, potui etiam daquir sicum decoctum, aut nitri rubri contriti drach. iij, ex aqua. Qui uero cantharidas deuorauerint, eis confert, passum cum oleo bibere; & item seuum in aqua decoctum, & percolatum, tum uero imperandus uomitus est. Prodest etiam plurimum lactis sumere, & plures pini nucleos esse, aut pincos nucleos cum mulsa tritos in potu assumere, aut rutam in puluerem redactam, & irino unguento exceptam bibere, aut cantharidum alas & pedes ex mel leterere, & ad lingendum dare. Pilothro hausto calentis olei potio, deinde uomitus prodest, conferet etiam lac caprinum bibere, & malua: coctæ succum cum mulsa calida, aut cum oleo: aut sicum decoctum cum oleo, aut sesamum tritum ex uino potui dare: aut quinque regias nucas ex oleo tritas; aut lixiuum e cinere samentorum. Si quis spumam argenti potarit, piper, apium, myrrhaque in uino trita, ac potui data succurrunt. Qui uero gypsum hauserint, ijs potui dandum est lixiuum e cinere samentorum, &

rum, & thymum ex aqua tritum: Ad hac autem, quod in grummos concreuit, facit acetum in potu sum & primum. erit etiam dandum coagulum ex aqua fontana: aut laferpitij ac thymini pares portiones ex posca lauigatas. Taurino sanguine epoto auxiliatur aceti calidi portio, & uomitus: aut laferpitij obolum, aut semiobolum, aut duos nitri obolos in uino dissolutos, aut caprifici fructum cum aceto tritum dare. uti etiam erit, aluum inanire, & farina lupinorum, ac nitro in aceto mulso decoctis oblinere. ijs autem, qui hircines deuorant, alij muriam, alij niuem bibendam esse monuerunt. Asclepiades uero eos coluendos monet: & mollem spongiam frigida aqua madefactam indere, ut spongiae infixa hirudo educatur. postea uero lenis succum praebet, & ceruicem extrinsecus frigidis emplastris esse obducendam suadet. Apollonius, qui cognomento Mus dicebatur, acerrimum acetum cum muria potui dabat. Qui uero niuem propinabat, is eam calfaciendo dissoluebat, itaque utebatur: tum uero esculentis, & poculenta imperabat, quibus aluus subduci oportune posset, ut ita hircines excernerentur. eas enim unam eam ijs, quae per aluum deiciuntur, saepenumero comportari confirmat. Qui ceruissam biberint, ij calidum oleum bibant, ac uomant. proderit quoque aquam dulcem, ac calentem bibere, deinde uomere: erit etiam accommodatum afininum, lac epotum, & maluae decoctae succus, & multa calida oleo mixta potui data, aut cum alijs decoctum caricarum dare, ac iuglandes nuce quinq; ex oleo tritas propinare: aut lixiuum e cinere samentorum. sed haecenus de uenenis simplicibus. de compositis autem dicitur: uerum explicare quomodo conficiantur, esse ego id improbi hominis puto: quamuis harum quoque descriptionem plerique sint conati: in quibus est Orpheus is, qui Theologus dictus est; & Orus Mendefius, iunior: & Heliodorus Atheniensis, tragicus poeta, & Aratus, & alij quidam harum rerum scriptores: quos sane admiratione dignos quisquam iudicabit, quod huiusmodi res illustrare carminibus aggressi sint: merito uero eorum institutum reprehenderit, propter res, quas tractandas susceperunt. docere enim quomodo uenena parentur, nihil est aliud, quam magis instruere, ac proniores ad malum reddere eos, qui uti uenenis uelint. quocirca qui haec praecleara poemata ediderunt, ueriti ne publice ponirentur, persuadere in principio conantur ijs, in quorum manus libri peruenturi sunt, se neque malis esse moribus, neque se huiusmodi perniciose, letaliaque docere: ut Heliodorus, qui cum se Nicomacho purgaret, ita exorditur.

Quae iuga summa colunt Triccae, pia numina testor,  
Et Phoebum nitido lustrantem lumine caelum:  
Atque hominum, diuinaeque patrem: nec munere quenquam  
Aut precibus potuisse suis, uel foedere amoris,  
Viribus aut ullis unquam me abducere, mentem  
Ut scelere intactam foedans, nocitura nefando  
Ore feram: geminas sed purus ad aethera palmas  
Attollens, stabili seruanda in pectore porto.

Quare uulgi incursum metuentes, hoc persuadere librorum suorum lectoribus conantur. immo uero ne hoc quidem dicendum est, has letalium medicamentorum confectioes scriba nobis oportere, ut cum auxiliari ceteris uelimus, in promptu nobis remedium sit. hoc enim falsum est: propterea quod qui succurrere illis sciat, quos simplex uenenum laesit, is unumquodque particulatim euentum inspicit, optimus uerum salutaris praesens erit eorum, qui a compositis offenduntur: dum ingeniose in symptomatum congerie, id excipit, ac deligit, quod ceteris praestat. sed ad institutum redeamus. si uenenum quod biberit quis, aut comederit, incognitum sit, tum aquam cum oleo calidam dare, & uomitum imperare conueniet. Erat etiam accommodatum, somnos cituncidare. quinetiam ut haec caueamus, remedijs subscriptis utemur.

Apollonii Muris remedia, quibus uenena caueamus.

**R**uta folia xx. iuglandes ij. salis grummi unum, caricae duas dato ieiuno, & qui egerit ueneni non laedetur. Antidotus, quae data tutum a ueneni hominem seruat: Baccarum unum drachm. ij. lemnij sigilli drachm. ij. & obolos. ij. tere, oleo excipe, ac reponne. cum uti uoles, dato quod auellanae magnitudinem aequat ex aqua mulsa cyathis duobus. Hac Nicomedes rex utebatur, si quando suspecti ei fuissent ijs, a quibus uocabatur. haec autem quiesca permanet, si nulla uis ueneni insit in corpore: si uero insit, nauisiam ciet, & ad uomitum impellit, atque ita facit, ut una cum antidoto uenenum quoque excernatur. Antidotus Codij Turci, quae etiam Craterus usus est. habet autem marrubij, herbae sacrae, feminis rutaegressis, scordij, corticum radicum rhamni, singulorum pares portiones, melle excipe, ac dato. aduersus morsus serpentium ex uino drachmas duas dabis, aduersus uenena ex uino, & oleo. Alia ex Apellis sententia. Dictamni drachm. duae, polij drachm. ij. piperis longi drachm. iij. rutaegressis drachm. vj. scordij drachm. iij. melle excipe, & uti diximus, utitor. Tam uero si tres obolos dederis, erit ad laeris morbum accommodata. itemque drachma una data menstruas mulierum purgationes euocat. Antidotus Mithridatis, quae athanasia nominatur, quaeque ad uenena & omnem plagam cuiusque uirtus emittentis, ualeat: & item ijs conuenit, quibus cibus in uentriculo acescit, ac sanguinem expunt. anri quas itidem iustas, iecorisque uicia, & lienis, ac uesicae, & uteri tollit. ea conficitur hoc modo: piperis albi

**A**lbi grana xl. costi, mei, asari, acori, seminis dauci cretici, petroselini, nardi Indicae, lapidis \* nestoricae singulorum drachm. iij. croci, myrrhae sing. drachm. viij. cinnamomi, casiae sing. drachm. xij. mellis Attici, a quo abiecta spuma sit, quod satis est. datur ad nucis auellanae magnitudinem ex mulso diluto. In alio libro ita describitur: spicae nardi, piperis albi, costi, mei, asari, acori, opobalsami, seminis dauci Cretici, seminis petroselini sing. drachm. iij. croci, myrrhae, florum iunci odorati sing. drachm. viij. cinnamomi, casiae sing. drachm. xij. mellis quantum sufficit. In alijs uero sic: piperis albi grana xl. costi, mei, acori, agarici, scordij, dauci Cretici, petroselini sing. drachm. iij. croci, myrrhae sing. drachm. viij. cinnamomi, casiae, florum iunci odorati. sing. drachm. xij. mellis quod satis sit. Ambrosia Philippi Macedonis ad uenena & omnium uenenum morsu iaculantium plagas, & internos corporis affectus accommodata. Syracis, galbani, piperis albi, piperis longi, cinnamomi sing. drachm. ij. seminis apij, anisi, iunci rotundi od. costi, cymini arthopici, sceseleos, cyphleos, rhei pontici, cardamomi, amomi, nardi, myrrhae, casiae sing. drachm. iij. palmarum eiectis nucleis, carnis nucum sing. drachm. vj. croci drachm. viij. passae uuae uinaceis abiectis drachm. xij. mellis attici quod satis sit, rite, ut mos est, compone. Antidotus Zopyria, quae ad uenena, & omnium serpentium bestiarum morsus facit. de hac autem id accepimus; Zopyrum per epistolam adhortatum esse Mithridatem, ut de ea sic periculum faceret. euocaret ad se morti condemnatum hominem, & eique uenenum dandum curaret: tum antidotum supra bibendam imperaret, uel prius antidotum propinaret, deinde uenenum daret. monebat etiam idem esse in ijs, quos serpentes bestiae morsu discerant, aut qui ueneno illitis sagittis percussis essent, faciendum: atque his omnibus ita confectis, illa sum hominem euasisse, qui uero uentriculi acidum ructant, & quique sanguinem spuro reiciunt, itemque ad ocelliacos, dysentericos, hepaticos, spleneticos, comitiales, & renum morbo laborantes. curat etiam ueteri, & uelice affectiones; foetus mortuos, & secundas retentas educit. haec ita conficitur: opobalsami drachm. iij. nardi Indicae, myrrhae, Troglodyticae, florum iunci rot. od. cinnamomi, characiae, costi recentis, piperis longi, hypocistidis, polij, piperis pereatici, scordij, mei Cretici, cardamomi sing. drachm. iij. thuris masculi, carpobalsami, dictamni sing. drachm. vi. petroselini, casiae fuluae sing. drachm. vii. croci corycii drachm. viii. mellis attici quantum sufficit. datur ad nucis ponticae magnitudinem: atque ijs, qui febrim non habent, ex uino: febricitantibus uero ex aqua mulsa. Antidotus ex sanguinibus ad letalia medicamenta, & ad uirulentum ciuiliu isctum accommodata. Piperis longi, & albi, costi, acoricoci, phu, mei, dictamni Cretici, ammoniaci, agarici sing. drachm. ii. amomi, opobalsami, seminis rute agrestis, cumini arthopici, anisi, sanguinis anatis maris & foeminae, sicci: sang. hordini, sang. anserini, seminis napi ag. sing. drachm. iij. gentiana, trifolij, florum iunci rot. od. thuris, rosarum siccarum sing. drachm. iij. Cretici tantundem: cinnamomi drachm. vi. florum scordij drachm. viii. myrrhae, nardi sing. drachm. xii. casiae drachm. viii. contundes haec diligenter, ac per cribrum traicies, melleque attico decocto subiges, & excepta in pixide argentea seruato, & ut maximo medicamento utitor.

Antidoti, quae ex sereno nominatur, itemque theriaca, & centena confectio.

Cap. 9.

**A**ntidotus Mithridatis Eupatoris, quae ex scinco uocatur, ualeat ad letalia medicamenta, & omnem ueneni materiam, interitum afferentem, & aduersus cuiusuis uirulentum isctum: & ad internas corporis affectiones. auxiliatur mulieribus, quae concipere non possunt, euocat menstruas mulierum purgationes, educit foetus mortuos, ac secundas retentas: febres per circuitum commeantes, & tremores in eis excitatos soluit. rigori neruorum, cum scapulis caput annectitur, ischiadicis, podagricis, & omnibus huiusmodi neruorum morbis succurrit. conficitur autem ad hunc modum, scinci, sagapeni, acori, phu, hyperici, acaciae, iridis, mei, gummi sing. drachm. ii. rosarum siccarum, gentiana, cardamomi sing. drachm. iij. seminis papaueris drachm. v. obolos duos capis, Syracis 3. viii. polij, casiae nigrae, sceseleos, bdellii, balsami, piperis albi, sing. 3. v. ob. ii. sicci hypocistidis, opopanax, myrrhae, thuris masculi, castorei, piperis longi, cyphleos, foliorum malabathri, sing. 3. vi. scordij, florum iunci rot. od. galbani, cerebinthinae sing. 3. vi. oboli ii. nardi Syriacae, opobalsami, thalapsos, dauci Cretici, sing. 3. vi. ob. ii. croci, cinnamomi, zingiberis sing. 3. vii. ob. ii. succi radicis dulcis, agarici sing. 3. viii. ob. ii. mellis, quod satis sit, itemque uini optimi, quantum ad dissoluendos succos sufficiat. ad hunc autem modum conficitur. macerantur per diem & noctem in uino Chio cyphi, hypocistidis, sagapenum, gummi, opium, Syrax, opopanax, usq; dum omnino dissoluantur: cetera contendantur, ac tenui cribro traiciuntur: & cum illis, quae iam macerata, triaque sunt, miscentur: & melle attico decocto ad crassitudinem usque excipiuntur: quibus omnibus opobalsamum adiicimus, & in uase argenteo reponuntur, & ad multos usus conseruantur. datur habita uirtum ratione. Nos autem, ut maior esset medicamento uis ad menstruas purgationes praecandandas, & foetus educendos, ut sine periculo educerentur, adiunximus haec: dictamni Cretici 3. iij. ammoniaci 3. iij. sem. rute agrestis 3. iij. cumini arthopici 3. vi. sem. trifolij 3. iij. napi agrestis tantundem. Chamaedryos 3. iij. rhei pontici 3. iij. liquoris Cyrenaici 3. ii. haec si addantur, medicamentum ad multa uelle efficitur. nam & quadrimestres foetus corrumpit, & trimestres extrahit. Mithridatis theriaca. Haec autem Ponti rex Mithridates semper usus est, ne a ueneno laederetur. quocirca cum in potestatem Romanorum uenturus esset, ac bis epoto ueneno uitam quam morte commutare non posset, mortem sibi ipse gladio consciscuit. ualeat haec ad uenena perniciose, & cuiusque uirulentum animalis isctum, & omnes internas affectiones. haec quoque est, qua usum Andromachum accepimus. sic autem conficitur. pastillorum ex scilla 3. xlix. pastillorum e uiperis, piperis nigri, hedychoi magmatis, liquoris papaueris nigri, sing.







sunt omnia, & miscenda: atque ex eis orbiculi faciendi sunt ponderis duorum obolorum: eosque dabis ijs, qui febrem habent intermittentem ex duobus vini adriani, aut aminae cyathis, & aquae fontanae decoctae cyathis quatuordecim. qui uero sine interiectione spatio habent febrem, ijs ex aqua multa porrigeretur. est uero etiam ad alios febrium circuitus accommodata. Nunc uero cum Asclepiades ac Damocraes alia quadam ad ea, quae supra diximus, ad morsus, plagasque animantium uenenum icu relinquentium adiunxerint, ideo nos quoque eadem esse hoc in libro adscribenda celsimus: sumpto ab ijs, quae Asclepiades tradidit, initio.

Quae Asclepiades aduersus morsus, istiusque serpentium accommodata in quinto Mnasonis, conscripserunt.

Cap. 11.

**P**otio, quae tuetur eos, quos rabiosus canis momordit, ne rabie corripiantur, ualde efficax. Dato ex aqua lycij Indici quamoptimi obolos tres: & parum uerbena addito, dabis autem per aliquot dies. potest item lycium solum sine aqua in ovo forbili porrigi. Alia, castorei drach. j. cum uini albi rosacei cyatho, potui dato in singulos dies bis. cum uero cessabis, tunc aegrotum euacuabis absinthij decocto, cui tantundem salis addes, ut quod per sedem infundis, sit uehementius. Antonij Coi herbam alysson contunde, cribro traice, ac repone: cumque opus erit hac tri, dabis ijs, qui a rabioso cane demorsum sunt, cochlear ex tribus aqua, & mulsae cyathis. Idque facies statim a primo die usque ad quatuordecimum. si uero saltem primis septem diebus id facies. Est autem alyssus herba, quae cum maribus similitudinem gerit, asperior tamen est, & spinosior circa globulos: florem fert, qui ad coeruleum uergit. ea legenda est sub assu canicula, & siccata contundi, cribroque traici, ac seruari debet, ne desiccetur. Alia: cineris cancrorum fluuiatilium albae uitis sarmentis combustorum, & tritorum mystra .x. radicum gentiana, terebinthinae sing. mystra duo. dato huius antidoti per singulos dies ad sextum usque, cochlear unum cum uini puri ueteris cyathis tribus, uel paulo magis, aut minus. metiri enim aetatem, & uires aegroti decet: atque ijs, quibus cum primum morsus sit, medicus praesto fuit, cochlear unum dabis: uerum si nec primo, nec secundo die remedium admodum fuerit, tum si is secundus sit dies, duplum afferes: si tertius, triplum. eadem autem uini portio semper erit satis. tribus postea diebus subsequen- tibus tantum dandum erit, quantum prima die dederis. hoc autem remedium facit, ne comorsus in aqua rum formidinem incidant. Cratippi uini egregij, & alendorum canum studioli. Cancrorum drach. xx. myrrhae drach. ij. croci drach. j. s. gentiana drach. j. piperis albi gr. x. uini quod satis sit ad excipien- dum, huius datur drachma ex tribus uini aqua diluti cyathis. Alia, qua Heras Cappadox usus est. Scordij drach. ij. piperis albi drach. ij. s. opij drach. iij. liquoris cyrenaeici drach. iij. s. cachrys drach. iij. gentiana, sem. ruta syluestris, Lemniae rubrae sing. drach. v. myrrhae drach. vij. opobalsami drach. vij. G infundito primum in uinum, tum decoctum mel admisce: opobalsamum denique impone. dato robu- stioribus quod fabae aegyptiae magnitudinem bis compleat: idque ex aqua calida cyathis ternis. Alia Aelij Galli, quae a Caesare sumpta est, ut Belchionius aiebat. capit autem polij, liquoris Cyrenaeici sing. 3. iij. s. cachrys, sem. ruta syl. sing. drach. iij. gentiana, rubrica lemnia sing. drach. v. myrrhae drach. v. j. aut drach. vij. opobalsami drach. vij. scordij, piperis sing. drach. xij. cuncta melle excipito. zenonis Laodice ad rabiosorum morsus. est item praestans theriaca. seminis petroselinij, ammeos, anisi, serpilli, radicum uitis albae, sem. foeniculi, farinae erui, aristolochiae longa, sero, trifolij, opopanax, cardamomi medulla sine folliculis, sing. drach. iij. opopanax uino dissolutus in promptu sit: reliqua arida contusa, & tenui cribro traiecta inspergendo opopanax misceto: tum pastilli fingantur, & in umbra exsiccantur. dato nuper a rabioso cane morsus drachmam ex ternis uini meraci cyathis ad triduum. si uero iam diu comorsus sint, dato ex aqua frigida. porro medicamentum hoc ad Dionysium Miletum auctorem re- fertur. Clandij Apollonij aduersus rabiosi canis morsum antidotus: quae etiam theriaca est. capit au- tem haec. sem. trifolij. rad. foeniculi sing. drach. vj. foliorum scillae aridorum, aristolochiae longa sing. drach. v. scinci, fureulorum serpilli sing. drach. iij. cardamomi repurgati, radice dulcis sing. drach. iij. am- meos, rad. ruta sing. drach. ij. opopanax, liquoris cyrenaeici sing. drach. j. uini Faleri sextaria iij. canero H rum maiorum lib. ij. caneros in uinum conijce, ut macerentur. ubi uero id exhiberint, ipsos diligen- ter commime, atque in promptu habe. arida uero, quae laeuigata sunt, & per tenue cribrum traiecta, cart- cis adde: & pastillos confinge: & ex eis obolos tres da ex uini puri cyatho uno & dimidio per tri- duum. sed de his satis: comestenda enim his sunt, quae foris imponuntur. Menippi remedium ad rabiosorum morsus: quo esse uisum Pelopem constat. Picis Brutae libra, opopanax unc. iij. aceti sex- tarium. opopanax quatuor aceti cyathis maceratur. aceti reliquum cum picis decoquitur. ubi id con- sumptum sit, opopanax indito, cautoque ne effereat. cum inter se multa esse satis uideantur, confi- cito plagellas satis magnas, & super demorsum locum imponito. ulcus autem per xl. dies apertum ser- uari oportet. Menelai remedium ad rabiosi canis morsum efficax. facit etiam ad aegilopas, & omnium serpentium ictus. caput autem nitri rubri drachmas ij. facis uini combustae, thymiamatis ammoniaci sing. drach. vij. seui caprii lib. j. olei lib. j. s. cera lib. ij. aqua sextarium. ammoniacum aqua terito, ut stri- gmenti crassitudinem habeat, reliqua aqua cum nitro, ac face ferueat. ubi constituerint, ea infundito, quae liquari possunt. cumque ea sint dissoluta, ab igni aufero, & ammoniacum inijce: & utrinque in- mortarium transfero, ac diligenter emollito, & exceptis uitior. Album † Baphullij aduersus rabiosi canis morsum. hoc ulceri foris superdatur, & ex eo catapotium datur ad ponticae uicis magnitudinem usque

Atque ad dies xl. praesertim uero ijs, qui iam malo uicti sunt. id enim a periculo tuetur. imponitur etiam uulnere, nec nisi alternis diebus soluitur. quocirca uulnus diebus alternis soluendum est, & eius uigro- est spongijs abstergendus: idque usque faciendum, donec medicamentum album permaneat. confici- tur autem hoc modo. Cerae ponticae lib. dua, spuma argenti aureae, cerussae sing. lib. j. myrrhae, medullae ceruinae, sing. unc. ij. thuris masculi unc. j. olei ueteris sextarium. argenti spumam incoque in oleo: cuius- mutata sit, cerussam insperge, ceramque inijce. ubi manus non inquinant, igni sublato, medullam adij- ce, myrrham & thus inde, & subactis utror. Basilicae medicamentum ad canis rabiosi morsus accom- modatum: quod prohibet, ne in aqua metum homines comorsus cadant. hoc autem Augusta confe- ctum apud se semper tenuit. habet autem haec. Salis ammoniaci, liquoris Cyrenaeici sing. 3. ij. si Cyre- naicus non suppeditet, cape Syriaci duplum. coaguli leporis 3. iij. iridis Illyricae, castorei pontici sing. 3. v. liquoris caprifici concreti, aridiq; tantundem. aut si concretus non adsit, liquidi dupli. adipis hyaene 3. viij. resina terebinthinae 3. ix. adipis canis nigrae, sanguinis eiusdem, sing. 3. xj. cereae ponticae 3. xxxvj. olei antiqui cyathos ij. aceti scillini cyathos ij. arida autem cominuta sunt aceto commiscenda, quae uero liquari possunt, prius liquanda, tum conuictis addenda, & ad usus oportunos reponenda.

Remedia ad ictus scorpionum, & phalangiorum tam intro assumenda, quam foris adhibenda. Cap. 12.

**A**d uersus ictus scorpionum ualent ea, quae sequuntur. Diophantus autem ad plagas scorpionum, & phalangiorum utebatur hoc remedio, quod capit, aristolochiae 3. iij. piperis 3. ij. opij 3. j. pyre- thri 3. iij. contundenda haec sunt, & melle excepta in pastillos redigenda sunt, qui fabae aegyptiae magni- tudinem aequent. eorumque duos ex duobus uini puri cyathis exhibebis. Aliud ad ictus scorpio- num, & alios perniciosos morsus. Aristolochiae, zingiberis sing. 3. viij. nepitae, sem. ruta syluestris sing. ob. ij. piperis ob. ij. conspergito haec sanguine testudinis, & in pastillos trium obolorum cogito, atq; ex uino puro propinato. Aliud, Cumini aethiopici, sulfuris ignem non experti, piperis albi sing. 3. ij. ca- storei, silphij, trifolij sing. 3. j. ex uino subiguntur, & ex uino puro dantur. Ad eos, qui cum periculo icti sunt a scorpione, aut phalangio, aut quouis serpente. Seminis ruta syluestris, sem. eruae, pyrethri, styracis, sulfuris ignem non experti sing. 3. vj. castorei 3. ij. sanguine testudinis subigito, & ternos obo- los ex uino puro, aut aceti semihemina dato. Medicamentum dolorem sedans in scorpionum, phalan- giorum, omnisque serpentis ictu. benefacit etiam aegre partum edentibus: idque optimum inscribitur. Myrrhae, castorei, styracis sing. 3. j. opij drach. ij. galbani drach. iij. sem. apij acetabulum. anisi tantun- dem. piperis grana triginta ex uino subiguntur: daturque drachma una ex uini hemina. estque medi- camentum praestantissimum. Abascanti, qui medicinam Lugduni faciebat, piperis albi grana uigin- ti, castorei, opij, croci, myrrhae, iridis Illyricae, uuae taminiae, chamaedryos, radice bryoniae, pyrethri sing. par modus. uino subiguntur: & drachma ex uini puri cyathis tribus datur. Antidotus ad scorpio- nes, & minime fallax, magno studio accepta a quodam, qui in Africa eadem utebatur: & omni perica- lo liberabat eos, quos scorpio momordisset. tuetur etiam, ne quis ictum scorpionum sentiat, eique po- tui datur ad euentus securitatem. Capit autem haec: Sulfuris ignem non experti, sulfuris fossilis sing. lib. ij. piperis albi drach. iij. opopanax, fabinae, thuris masculi sing. drach. iij. aristolochiae rotun- dae, peucedani, myrrhae, centaury, serpilli, chamaedryos, chamaepityos, herbae scorpiacae, anagallidis, bi- tuminis sing. drach. ij. Scriptum est etiam Romano more herbacei cestri, hoc est betonicae drach. ij. me- dullae ceruinae, scinci sing. drach. j. comminuta haec omnia per subtilissimum cribrum transfundenda sunt, tum simul mixta reponenda sunt, ne disflare possint. cum usus postulat, dato cochlear ex uini puri cyathis duobus, cum ictus quispiam sit. ut uero in annum tuaris hominem a morsu, semel dato, atque ita tuto uiuet. qui autem praeseruandi gratia hoc sumit, eo ipso die neque lauet, neque rebus ueneris utatur. Antidotus a Zoilo accepta, qua Aphroditus Carthaginensis usus est. leuat enim protin- nus dolorem. & semel potui data in annum praeseruat. Sulfuris ignem non experti lib. iij. thuris lib. j. fabinae, stechadis, aristolochiae sing. drach. vj. myrrhae drach. v. medullae ceruinae, opopanax sing. drach. iij. dictamni Cretici drach. iij. bituminis, serpilli, scordij, rhei, trifolij, centaury, chamaedryos, pi- peris albi, abrotani, betonicae, polij, coaguli haedini, anagallidis sing. drach. ij. scinci drach. x. para om- nia, uti dixi. & ijs, qui percussi sunt, cochlear ex uini puri cyatho propina. eadem quoque praeseruat, si semel in anno sumatur. Epithema ad ictus scorpionum. Folia lauri uino incocta, & contusa super- dato. uel liliorum radices ex aceto contritas imponito. Aliud. Aristolochiae uino decoctae, ruta summatum, nitri pares portiones contere, & ex uino applicato. Aliud. cancrosum fluuiatilium, ca- chrys, uuae taminiae, ruta par modus. Aliud. Camemeli, nigellae, nitri rubri pares portiones ex ace- to tere, atque impone. Arabae Thebani medicamentum ad ictum scorpionum efficax. Galbani, te- rebinthinae sing. drach. ij. uuae taminiae, sulfuris ignem non experti, pyrethri sing. drach. j. myrrhae, piperis sing. drach. j. s. picis liquidae quantum sufficiat.

Ad morsus phalangiorum accommodata remedia.

Cap. 13.

**A**d morsus phalangiorum Charitonis circulatoris. Seminis spondylj, nepitae aqua portio, si- mul teruntur, & ex duobus uini cyathis drachma saepius in die propinatur. hoc uicis Charito, conuentus hominum saepe adibat, ut eos curaret, quibus phalangia plagam intulissent. Simmiae Medici. liquoris Cyrenaeici, sem. dauci Cretici, mentae, nardi Indicae sing. aqua portio. aceto subigun- tur, ac drachma ex quatuor aceti cyathis datur. qui uero hoc bibunt descendere in aquam calidam de- bent.

uent. Andreae, ad morsus phalangiorum, uuae taminiae, pyrethri, myrrhae, opij, bryoniae, galbani, sing. E par pondus uino odorato subige, & ex una passi hemina drachmam unam praebeto. Aliud ualde generosum. Cachryos, sem. rutae syluestris, piperis albi, staphidis agriae, myrrhae, sing. 3. j. radicem cypere 3. ij. formantur ex quatuor uini odorati cyathis, & uno mellis: tum una drachma ex quatuor uini odorati cyathis, & uno mellis datur. Ad phalangia, scorpiones, & omnium serpentium bestiarum ictus, ut facere Diophantus solebat. Castorei, piperis albi, myrrhae, liquoris papaueris sing. pares portiones. uino dissoluantur, & in rotulas trium obolorum sedigantur, unaque ex tribus meri cyathis propiatur, quemadmodum fecisse Diophantum accepimus. Aliud. corticum rad. mandragorae, piperis albi, castorei, liquoris papaueris, sing. par pondus, parato omnia, & ut diximus, propinato. Aliud ex Apollodori sumptum commetarijs, quod etiam Architas Tarentinus in suum librum, quem ad Astydamantem scribit, transtulit. facit ad omnis ferre ictum, & uehementissimos dolores, & strangulationes, quae ex utero consequuntur. Succi cicutae, alterei, sing. drach. iij. castorei, piperis albi, costi, myrrhae, opij, sing. 3. j. haec laenigata ex duobus passi cyathis tercio in sole, donec coferunt, tum pastillos ad fabam graecanicam magnitudinem confingito, & ex duobus uini cyathis dato. Aliud Heraclidis Tarentini ad phalangiorum, & omnis uirulenti serpentis ictum. quod etiam potui datum operi fert. Cachryos, sem. rutae syluestris, piperis albi, myrrhae, grani Cnidij, costi, pyrethri, uuae taminiae, sing. aequas portiones, cypere duplum, aceto dissolue, melle excipe, ac superdato. Aliud ad phalangij, & omnis uirulenti serpentis ictum. Uuae taminiae, pyrethri, myrrhae, liquoris cyrenaici sing. drach. iij. radicem bryoniae, galbani, sing. tantundem. aceto dissoluitur, ac melle excepta imponuntur. idem etiam epotum uehementer prodest. Epithema ad ictum phalangij, & omnis serpentis bestiae plagam. idem quoque potui datum, succurrit. hoc autem uti Simias circulator solitus est. Sulfuris ignem non experti, galbani sing. 3. iij. liquoris Cyrenaici, amygdalarum amararum, derraetis corticibus, sing. 3. ij. uino dissoluta, & melle excepta imponuntur. Aliud. rutae syluestris seminis, herbae pedicularis, seminis erucis, cachryos, sem. uiticis, cupressi globulorum, sing. acetabulum. aceto dissoluta, melleque excepta superdabis. idem quoque epotum auxiliari solet.

Medicamenta ad morsus uiperarum, in quibus est Antiochi theriaca.

[Hanc autem in foribus templi Aesculapij descriptam fuisse Plinius prodidit.]

Cap. 14.

**A**C de his quidem haecenus, ad morsus uero uiperarum utemur ijs remedijs, quae subiungam. Dorothei Helij ad morsus uiperarum. ipse enim loquitur ad hunc modum. potiones ego, inquit, adhibui simplices ex aceto. nam semihemina acetii calfacti, & epori prodest. & aristolochiae corticum 3. ij. in dimidia uini, aut acetii hemina. & seminis trifolij oboli tres ex dimidio uini cyatho. Et, G panacis Chironiae 3. ij. ex aceto. itemque coaguli hinnuli 3. j. cum uino data auxiliatur. Sanguinis quoque marinae testudinis exsiccati 3. ij. ex aceto. Inter composita autem, quod est ab Apollodoro confectum, & a Softrato, atque alijs omnibus, qui ab eo medicamentum acceperunt, ornatum laudibus, est quod a sanguine testudinis nomen duxit, & ad hunc modum conficitur. Seminis cumini agrestis acetabulum. marinae testudinis sanguinis exsiccati 3. iij. [Itareres ij.] coaguli hinnuli, aut si hoc non superat, leporis 3. iij. sanguinis haedini 3. iij. miscere omnia, & uino optimo excepta reponere, cum uti uoles, cape quantum oliuae magnitudinem aequet, ex uini quam optimi, dimidio cyatho contusum potui dabis. si quis medicamentum uomitu rejiciat, dato iterum, quantum est oliuae dimidium, ut diximus. sique etiam euomat, quanta est fabae aegyptiae magnitudo tertio propinabis, eodem modo, quo dictum est. Rustici, ad uiperam morsum. Trifolij, spicae, erui moliti, sem. rutae syluestris, aristolochiae rotunda sing. 3. viij. uino soluta in pastillos redigito, ac drachmam ex tribus uini cyathis, bis, & ter in singulos dies propinabis. Alia ab Eudemo nameris conscripta: quae Antiochi Philometoris theriaca nominatur. cuius hoc est initium:

Antiochus docui, qua posses arte cauere

Serpentum uitae dira uenena ruae.

Quomodo autem conficienda sit, declarat uersibus consequentibus.

Exere radices mei tellure, & olentem

Serpillum; drachmas aequet utranque duas.

Has seruet panacis succus: sed & una triphylli

Miscenda e fructu sit tibi drachma satis.

Semina sunt apij, marathri, sint ammeos, atque

Anisi, quantum quarta sit ex hemina.

Post oboi albensis duplum coniunge farinae:

Mixtaque sint Chio cuncta liquore simul.

Hinc manibus rotulas leni compone labore,

Quaque ferat drachmam pondere dimidiam.

Atque simul Chio miscens si sumptis orbes,

Tum feret in cassum uipera dente necem:

Perpetuam tulerint nec saena phalangia noctem:

Scorpis & frustra cuspide saeuus erit.

**A** Quae uero singillatim in his sunt uersibus, declarabo. continet igitur haec antidotus Radicum mei, serpilli, opopanacis, sing. 3. j. sem. trifolij 3. j. anisi, feniculi, ammeos, sem. apij, sing. acetabulum, farinae erui in tenuissimum pollinem redactae acetabula duae: uini ueteris quod satis sit ad haec excipienda. pastillos autem fingito, & in umbra exsiccatos, & ternos obolos cum tribus uini cyathis dato. Antidotus Heraclidis Tarentini, quae encepharmacos nominatur: quaeque ab eo in libro de serpentibus conscripta est. Myrrhae troglodyticae, opopanacis, liquoris papaueris sing. 3. ij. radicem bryoniae 3. iij. (hanc alij pilothrum, alij uitem agrestem, alij madon, alij denique cercida uocant) corticum aristolochiae longae 3. iij. (omnino autem cortices radicem meliores sunt, quam ipsarum medullae.) radicem pyrethri tantundem. sem. rutae syluestris, cumini Aethiopici, sem. trifolij sing. acetabulum unum, ubi contrita, ac per cribrum traiecta sunt, aceto subiges, in quo gummi inmaduerit, ut uis quaedam agglutinandi in eo sit, tum orbiculos confinges, quos in umbra exarefcere permittes. cum uis postulat, dimidium uini ex uino, aut aceto, in quo rutae folia essebuerint, dabis. id autem sepe in singulos dies facies, ut tamen integra medicamenti portio duas drachmas attingat. si enim plus dederis, uomitus prouocabitur. quam obrem excedere duarum drachmarum pondus non oportet. si uero uomitus exciderit, tamen sepius etiam antidotus singulis diebus danda erit. ceterum aeger alendus est, & uino diluto recreandus, idque sepius per diem faciendum. praeterea uero locus affectus erit aqua calente diu fouendus, & ea quae prodesse queant, ei superinfundenda. ac dum id peragis, cura ut locus deorsum uergat. Dorothei antidotus ad omnis uirulenti serpentis ictum efficax. capit autem haec, Corticum radice uerbasci feminae, sem. trifolij singul. drach. j. opopanacis, serpilli, mei, coaguli hinnuli singul. drach. ij. sem. apij, ammeos, sem. feniculi, sem. anisi singul. acetabulum unum. crui farinae drach. ij. arida contusa, & per cribrum traiecta uino ariusio subiges. in eo tamen coagulum, & opopanacem esse prius dissolutum oportet. tum orbis confingito, quos dabis habita uirium aegrotantis ratione. qui enim uehementer a ueneno attinguntur, drachmam: alijs obolos ternos ex uini hemina propinabis. Hoc etiam medicamento, ceu generoso admodum & efficaci, Dorotheus utebatur ad affectus intestinorum, & in ijs, in quibus noxae materiae effluxum ad uescam uolebat comportari. itemque ad tussis, & alios morbos. atque ijs, qui a uirulentis feris percussi essent, ex uino: alijs, ex aqua, dari debet. Aliud Hybristi, qui acui nostri cognomento dicebatur, ad omnium uirulentorum plagas utile: & ab Apollonio Memphite conscriptum. hoc autem modo conficitur: Aristolochiae, panacis, sem. uiticis singul. 3. iij. cachryos, myrrhae, piperis, feseleos Massiliensis, nardi Indicae, castorei, cinnamomi nigri, quam tenuissimi, piperis longi, liquoris Cyrenaici, iridis, sem. rutae syluestris, sing. drach. ij. hypeticidrach. i. haec terenda sunt omnia, & per tenuissimum cribrum traiecienda: tum uino marinae non experti subigenda: ac rotulae conficiendae: quae in umbra exsiccentur: earumque drachma ex una uini puri hemina, & quatuor aquae danda erit. ex his praeterea rotulis una contundenda est, ac uino soluta commotio loco imponetur, additis duabus aristolochiae laenigatae drachmis, & erui farinae quatuor. haec enim laenigata, tria quoque accurate uulnere superdantur, ac ficulno folio super imposito, fascia demum totum deligabis. Antidotus, quae uiperam morsus theriaca uicem praestat: & item aduersus aliorum serpentium ictus ualeat. hanc Gallus ex Arabia profectus Caesari dedit: & eius ope multos socios suos a cane rabioso commotos, & a scorpionibus, phalangijs, alijsque serpentibus ictos conseruauit. habet autem hunc in modum. Erui in farinam redacti drach. xxv. radicem bryoniae drach. xv. sem. rutae syluestris drach. xij. sem. trifolij, iridis Carthaginiensis, opopanacis, aristolochiae longae, liquoris papaueris, zingiberis singul. drach. viij. cumini Aethiopici, myrrhae, eryngij, liquoris Cyrenaici, croci, serpilli, costi, sagapeni, singul. drach. vi. uino aminaeo conspersa rediguntur in pastillos, qui pro uirium ratione dandi sunt. integrum autem antidoti pondus obolos tres contineat: qui percussis ex uini diluti hemina, in ceteris uero affectibus ex mulsio dentur. Epithema ad uiperam morsum. Sagapeni, piperis, liquoris Cyrenaici, opopanacis, sing. partem unam cape, D galbani, sulfuris ignem non experti, sing. partes duas. arida comminuae, & per tenuissimum cribrum demitte: liquores in aceto dissolue, & aridis inijecto, fiatque emplastrum crassitudo, & percussis parti imponatur: ficulnoque folio, aut utriusque extrinsecus admoto locum obduces. Aliud, Cardamomi, rad. eryngij, sulfuris ignem non experti, piperis sing. pars una: myrrhae, galbani sing. partes duae. parato omnia, ut monuimus. Aliud. Centaurij, aristolochiae, rad. peucedani sing. par pondus: contunde, per cribrum excute, ex aceto subige, & galbano excipito, atque, ut diximus, utitor. Aliud. Cachryos, herbae pedicularis, radicem bryoniae, aristolochiae sing. partem unam sumito, myrrhae, opopanacis sing. partes duas: aceto conspersa excipito, ut dictum est.

Damocratis ad serpentium bestiarum ictus, & rabiosi canis morsus antidoti.

Cap. 15.

**A**T quia numeris comprehensa facilius in memoria habentur, & pondera medicamentorum sint certa, incorruptaque in eis seruantur: idcirco melius fore existimaui, Damocratis uersus hic adscribere. sunt autem huiusmodi.

Nunc uolo tantum pharmaca describere,  
 Quae pessimos morbus curant serpentium:  
 Dixi aspidis, chersydris, nec non uiperæ:  
 Atque cerastæ, & quæ enecant ex ictibus,  
 Phalangij, uesparum, & apum, & scorpionij.  
 Sic præpares. Sumæ drachmas bis quatuor,  
 Illyricæ primum iridis, zingiberis,  
 Papaueris cum succo, & opopanax  
 Rotis marini radicum, trifolij  
 Cuiusque feminum: sed quæ sint Cretici.  
 Longæ sed aristolochiæ, & feminum  
 Rutæ sicuti campestris, sicut duodecim.  
 Bryoniæ radicem candidissimæ  
 Sex & decem, serpilli quoque & silyrii  
 Cum poureo castoreo.  
 At feminum noui apii Aethiopicij,  
 Eryngij, drachmas ter duas misceas,  
 Et erui sex quater candidissimi.  
 Sicca cuncta, & cribro missa, suscipe  
 Vino optimo. post paruas formes rotulas:  
 Ex quibus unam drachmam solum portiges,  
 Ex hemina uini optimi purissimi.  
 Et ueteris, pinguisissimi, dimidium  
 Solues aqua, dolentibus remedium  
 Veneris tumori, itque colo turgido:  
 Et omnibus, qui occulte perdoluerint.

*Alia.*

Vt optimum, & nouum habeas remedium,  
 Quo sepe psylla gens serpentum impauida,  
 Recentibus demorsa a seuis uiperis.  
 Utuntur: & sumendum præbent alijs.  
 Sicci melissophylli in umbra capies  
 Drachmas bis octo, & sicca aristolochiæ  
 Longæ decem: rotundæ & si liberit.  
 Myrrhaque Troglodyticæ, & chamædryos,  
 Aequæ decem, contusa tenuissimo  
 Excute cribro, mellis & dulcissimi,  
 Quod siccis adde, & iunge simul omnia.  
 Drachmam dabis cum decem uini cyathis  
 Purissimi. sunt qui recentis folio,  
 Longoque succum accipiunt, & addita  
 Vini ueni mensura aequali, porrigant.  
 Mensura continet cuiusque cyathos  
 Decem: nihil, uel parum decem superant,  
 Prodesse fertur tritum quoque folium,  
 Si miscetur admirando pharmaco.

*Alia.*

Hac omnibus serpentibus, sed uiperis  
 Præcipue, celerissimum remedium.  
 Coagulum e pullo curat habeas tibi,  
 Verissimo recens est nalde melius.  
 Drachmamque uini in cyathis repositi  
 Duobus, & quantum aquæ sat uidebitur,  
 Permiscetas: & morsus a serpentibus  
 Exhibeas: mox uigilent, & ambulent.  
 Stantique, ni obstat locus, petant balnea.  
 Vbi que manserint non multum temporis,  
 E balneis egressi, rursus capiant,  
 Quod diximus, coagulum.

*Alia.*

Ex genere est uenenis aduersantium

Antidotus, quæ morsum canis rabidi  
 Sæuum, furoremque latrandi temperat:  
 Potusque, & lymphæ uanum metum discutit.  
 Hoc namque morbo si quis laborauerit,  
 Et tremat, & repente eum conuellitur,  
 Cum uiderit paucillum aquæ, & uigiliis  
 Inter & ipsam maxime stultitiam  
 Assiduis, breui peribit tempore.  
 Licetque primum metum lymphæ effugerit,  
 Mox tamen incidet has in miserias.  
 Quare ut miserimos hos calus fugias,  
 Parabis hanc sacratam, & ueram antidotum,  
 Quæ liberat demorsos ab infania.  
 Sic præpares. caneros adure ex fluuijs  
 Vitisferæ sarmentis uitis candida:  
 Vltosque mundo, & rutos serues uasculo.  
 At gentianam post cribratam & altero  
 Seruabis: & cum feret ipsa occasio,  
 In tribus optimi falerni cyathis  
 Parua duo cancorum mystra cineris  
 Tres gentianæ infundes & triessimæ.  
 Per tres dies sequentes, & continuos  
 Assumeret ager, & ieiuno stomacho.  
 Sin prima forte frustra præterierit,  
 Sequentibus mensuram trades simplicem.  
 Duplum dabis secundo die, in cyathis  
 Tribus falerni, ut tibi nuper diximus,  
 Aliquibus, sed tertio præterito.  
 At qui grauissime demorsi fuerint,  
 Tres gentianæ tritæ sument obolos,  
 Sed post diem secundum cum uigesimo,  
 In cyathis tribus meri, uel amplius.

*Alia.*

Hoc ad aquam timentes perfectissimum  
 Dicebat esse Niceratus pharmacum  
 Sibi, suisque amicis integerrimis,  
 Quibus erat datum miranda noscere,  
 Quæcunq; sunt in medicorum antidotis:  
 Hic obolos dabat tres Lycij optimi  
 Paratici, & si potuisset, Indici:  
 Quibus fuisset cibus purus stomachus,  
 Morsus, aquamque longe formidantibus  
 Bis undecim diebus in crepusculum.  
 Est succus optimus datus britannicæ  
 Paratus arte Lycij, sunt optima  
 Et mystra fellis urti duo cyathis  
 Si miscantur binis aquæ limpidae,  
 Tribus diebus, primo lucis tempore.

Ad rabidi canis morsus, præcipue  
 Vbi incidunt canes permulti in rabiem,  
 Nostrum habeas emplastrum aduersus saniem  
 E morsibus, & si inierit uulneribus  
 Quid liuidi, uel nigri, facti, proderit.  
 At ubi uulnus circum circa scalpferis,  
 Appone longo tale emplastrum tempore:  
 Vlnusque dilatabis escharotico.  
 Nec minus est & aliarum morsibus,  
 Et ictibus ferarum maxime utile,  
 Quodcumque prauo infecta tela toxico  
 Impresserint, & ulcus omne pessimum  
 Recedet hoc sanctissimo remedio.

Nigerimæ

E

F

G

H

A Nigerimæ terræ cape ampelididis  
 Et optimæ lithargyri, & bituminis  
 Bis quinque uiginti drachmas, & olei  
 Aequale pondus sit tribus præpositis:  
 Et quadraginta propolis ex Attica,  
 Marrubij, symphiti, aristolochiæ  
 Helenij, chamæleonis quatuor.  
 Tres iridis sicca, & albæ, tres silyrii,  
 Gallæque non maturæ, sex aluminis,  
 Et polij, galbanum uincat obolo.  
 Et masculi thuris sint cum dimidia  
 Duodecim. chalcitis uisæ quatuor.  
 Sex Thessali centaury, queis Attici  
 Mellis, & optimi drachmas infuderis  
 Viginti, & interesse partes maxime,  
 B Si recte uis antidotum conficere:  
 Nanque uritur, nisi cures, citissime.  
 Terram ampelitim, & lithargyrum scitili  
 Vale nouo reponere, & magno, ex oleo.  
 Post igne concoquas arte lentissimo.  
 Cum uideris densata, sparges desuper  
 Aluminis quantum, & chalcitis diximus.  
 Vas aliud seorsum liquet propolim,  
 Mel, chaibanum, & siquid liquidum fuerit.  
 Hac postea quam satis ebullierint,  
 Transferre rum separatim memineris.  
 At iuncta cetera quæ fuere oleo,  
 Non multum ubi ebullierint, tum puluerem

*Antidoti ab Hera inuentæ, & litteris mandata: quarum nos quoque periculum fecimus. Cap. 16.*

Theriaca, qua Marcus imperator usus est. Seminis trifolij, bitumê redolentis, aristolochiæ rotæ  
 & oleo datur. Alia ad morsus serpentum. Praxini folijs contusis, & expressis, succum ex uino potui  
 dato: & folijs expressis uulnus obducito. Alia ad ictus phalangij. Vni pastillo trigonis misceto pipe-  
 ris grana xij. folij herbe græ. lex diluta uini portione calida ad triduum propinato. Alia, idē præstans.  
 Aristolochiæ Creticæ longæ ʒ. j. cumini Aethiop. ob. ij. sem. rutæ syl. ʒ. vi. liquoris Cyrenæici ʒ. iij. s. ru-  
 bricæ Lemniæ ʒ. x. myrrhæ ʒ. viij. opobalsami ʒ. viij. piperis albi ʒ. iij. s. cachuyos ʒ. iij. s. contusa, & cribro  
 excreta melle conspergito, & ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem ex aqua propinato. si ualencius agen-  
 dum lit. duplū dato. Alia post iā dictas theriacas antidotos. Cur autem Aesclepiades, perturbato ordine,  
 post duas portiones ad coxendices idoneas, iterum ad conferendas antidotos animi appulerit, nō fat-  
 scio: describit. n. eam, quæ zopyria nominatur: & aliā quandam e multis constat rebus, quam ad oīa ue-  
 nena efficacem ait esse, tã ante, quam post assumptam. itē ualere ad rabiosi canis morsus, ad morbum la-  
 teris, oēsque dolores internos: ac muliebres deniq; affectiones sedare. ad hanc aggregauit et aliam, quæ  
 plurimum asserre utilitatis solet, & e ceterum rebus conficit. eamque præcipue ad uenena, & eos, qui ex ce-  
 rusa suffocantur, facere consumant, post has, aliā quoque ex Lemnia rubrica descripsit: cuius nos, cū uer-  
 sus Damocratis afferremus, meminimus, quare illam silentio transibo, quæ ex centum rebus constat; ac  
 Datis me fecisse existimabo, si zopyriā, & consequentem, & eam quæ ex lēnia rubrica fit, attulerō: omnia  
 in quā ea, quæ ex centum rebus conficitur, eum eadē sit cum illa, quæ litterarum monumentis est ab An-  
 dromacho commendata. Antid. Zopyria ad omnia efficac: præsertim uero ad uenena, iecoris uitia, uen-  
 tris inflationes, & aquæ subter cutē suffusiones incipientes. maxime uero, cū maior flatus, quam aquæ  
 subest copia. Myrrhæ ʒ. v. spicæ nardi ʒ. v. s. croci ʒ. iij. s. florum iunci rot. od. ʒ. ij. s. cassiæ ʒ. iij. s. cinnamo-  
 ni ʒ. iij. piperis albi ʒ. j. s. thuris ʒ. j. ob. j. colli ʒ. j. melle attico excipiuntur, & orbiculi ad nucis ponticæ  
 magnitudinem finguntur, & ex mulso, aut aqua dantur. Alia, quæ ad uenena omnia, tam ante, quam  
 post assumpta facit. conuenit etiam ijs, quos canis rabiosus momordit, qui dolore lateris uexantur, &  
 internis doloribus cōsistunt: deniq; dolores mulierum, ac morbos pellit. Radicis dulcis ʒ. vi. ob. i. s.  
 fem. dauci Cretici tantundem. opij ʒ. iij. ob. ij. castorei ʒ. ij. ob. i. pip. lōgi ʒ. vi. ob. iij. colli ʒ. vi. ob. ij. spi-  
 cæ nardi ʒ. vi. ob. i. s. cassiæ nigrae ʒ. v. ob. ij. thuris masculi ʒ. i. s. scitileos ʒ. v. ob. ij. scordij ʒ. vi. ob. ii. s. succi  
 Hypoc. ʒ. vi. acoti ʒ. iij. fol. malabathri ʒ. vi. ob. i. lagap. ʒ. ij. fructus balsami ʒ. v. ob. ij. myrr. ʒ. vj. cro. ʒ. vii.  
 ob. ij. styracis ʒ. vj. cinnam. ʒ. vj. ob. ij. zingib. ʒ. vj. ob. ij. pip. albi ʒ. v. ob. ij. plm. ʒ. v. petrosel. ʒ. iij. nardi  
 Celticæ ʒ. iij. ob. ij. s. hyperici ʒ. ij. succi acaciæ ʒ. ij. gēr. ʒ. iij. iridis Illy. ʒ. ij. anisi ʒ. iij. thlaspeos ʒ. vi. ob.  
 ij. s. ros. siccatū ʒ. iij. ganci ʒ. ij. gummi ʒ. ij. cardamomi. ʒ. iij. floru iunci od. ʒ. vj. ob. ij. opopa. ʒ. vj. opobal.  
 ʒ. vj. s. galbani ʒ. ij. ob. ij. cerebin. ʒ. vj. ob. ij. garici ʒ. vj. s. cyphæos ʒ. vi. ob. iij. s. scinci ʒ. ij. amomi

QUINTA CLASSIS

X 2 ʒ. iij.



# Gal. de Theriaca ad Pisonem.

3. liij. polij 3. v. ob. ij. dicitani 3. vj. sem. rutæ syl. 3. iij. ligilli lēnij 3. ij. s. erysini 3. iij. uino Falerno, & Attico melle excipiunt. Alia antidotus, quæ tā ante, q̄ post assumpta uenenis aduersatur: neq; reliqua medicamēta, quæ data sint, impedit. cū uero data sit, nauſeā mouet, ut quicquid mortiferū sit, expellat. Capit autē Lemniæ rubricæ sigillo impressæ 3. j. ob. ij. bacca iuniperi 3. ij. in tenuē pollinē rediguntur, oleo optimo miscētur, & ad pōticæ nucis magnitudinē ex uino multo datur. Aphrodæ antidotus apta ijs, qui a rabioſo cane sunt demorſi, & in metum aquarū inciderūt. Latbyridis unc. j. castorei 3. liij. conterere, & denariū ex rosāci uini hemina potui præbe. Eiusdem ad aquæ metum, catapotū. Castorei 3. j. s. lathyridis gr. ix. misce ac potrige. Nicostri antidotus ad idem. Castorei 3. viij. lycij Indici 3. iij. gentianæ 3. ij. canrorum combustorum 3. j. s. ex melle commixta dantur. Ad aquæ metum, admirabile remediū. Si aqua in qua fabri ferrum intingunt, potui quispian dederit, idq; lateat artificem, mirandum in modū proderit. ut uero ij. qui iam aquam extimeſcunt, bibāt, poculum pannicūso regas, qua aqua emanat, atque ita potabunt. Si etiam tria gentianæ cochlearia per se ex aqua dederis, benefaciet. Amarantibi grāmāci ad dolores pedum antidotus, qua ipse quoq; usus est. Rhei pontici 3. x. piperis albi 3. viij. petroselini, agarici, hyperici, acori, eryngij, sing. 3. xvj. cardamomi, thalpeos, acaciæ, succi radicis dulcis, rosarum sicarum, sing. 3. xiiij. seminis foeniculi, aristolochiæ longæ, & rotundæ sing. 3. ij. baccarum rusci 3. iij. sem. apij 3. iij. sem. napi agreſtis, zingiberis sing. tantundem. gentianæ 3. vj. scinci 3. ij. thuris 3. v. phupontici 3. ij. erysini 3. vj. in idis llyricæ 3. xiiij. calicæ, ligulici, storum iunci odorati, spicæ nardi, llyscorpinri, sing. 3. vj. mellis quod satis sit datur in annos singulos ad nucis ponticæ magnitudinem. Alia, ut ipse uot. Chamædyos. 3. flxxxiiij. scordij 3. ij. petroselini 3. iij. cardamomi 3. iij. marrubij, gētianæ, sing. 3. iij. centaury 3. iij. s. aristolochiæ rotundæ 3. iij. s. mellis quod sufficit. datur ex aqua singulis annis quod ponticæ nucis magnitudinem impleat.

## GALENI DE THERIACA AD PISONEM:

Ioanne Baptista Rasario, interprete.

Commendat hoc loco Andromachum theriacæ auctorem, & cur animum ad hunc librum conscribendum appulerit, causam asserit.

Cap. 1.



VM ad te officij causa, ut soleo, Piso optime, accessissem, tibiq; cōplures, ac cōfuctos libros propositos inuenisſe; hūc ego quoq; de theriaca librū, cū omnia accurate peruestigasſe, in tuā gratiā, præsertim cū te eius cognitionis deſiderio nō mediocriter duci perſpicerem; magno cū studio mihi cōſcribendum exiſſi mani, etenim quātū tibi reip. negotia dāt otij, ſoles id totū in ueterū philoſophorū libris perlegēdis cōſumere. cū uero eo tēpore cōmentariū de hac ipſa antidoto haberes in manibus, eumq; nō sine uoluptate percurreres, & ego ingreſſus eſſem, me blādo primū uultu, tū etiā uerbis excepiſti: tunc lectionē intemiſſam, me audiente, es proſecutus. nam & ego lubens audiebam, quod cōmentarius non indiligenter ab Andromacho quodam eſſet conſcriptus: qui tum huiusce artis ſuit ſcientiſſimus: tum uero non modo longo uſu rerum agendarum erat peritus, ſed etiā in peruestiganda, cognoſcendaq; ratione multū diligēterq; uerſatus. itaq; p̄p̄ eius in hiſce rebus præſtantiā, illius ætatis imperatores ipſum ante cellere noſtraſibus, meo quidē iudicio, perſuaſum habuerunt. fortasſe uero etiā patria ei fuit ad medici nam accurare perſeſcendā adiumento: ſiquidē Cretēſis fuit: ac uerſimile eſt, Cretā ut alias herbas per multas ſic talē uirū, qui ſalutare medicamentū hominibus afferret, producere potuiſſe. cū uero tu eū librū perlegeres, ego magnā animo uoluptatem capiebam: quod te illius hominis ſententijs tam diligēter, tamq; accurate mentē adhibere perſpicerem: & uere ut dicam, magna me cepit admiratio: noſtriq; temporis fortunæ magnam gratiam habebā; quod te tā huius artis studioſum intuerer. pleriq; n. hoies H ſolum audiendis de medicina orationibus uoluptate perfunduntur: tu uero nō modo, quæ dicuntur, cū iucunditate audis: ſed multa etiā, quæ expreſſa uerbis nō ſunt, ea, quæ tibi inſita eſt, prudentia, ingenioſe inuenis. quædā etiam opera tā accurate noſti, atq; intueris, ut nos, qui ea ſummo labore, studioq; didicimus: quod ego in te reuera conſpexi, ac uehementer admiratus ſum, cum ſuauiſſimus filius tuus, ex quadam equitandi neceſſitate in abdominis affectionem incidiſſet: ut qui ſacris adminiſtrandis publicæ præſectus eſſes, quæ in deorū Romanorū honorem neceſſario celebrabantur: quo tempore nobi les etiā pueros apte equitates, ac ſaltātes quædā obire ludū oportebat. cū igitur hic locus in filio tuo ad modū tenero unde quaq; cōtulſa a ſubicctis partibus abſcederet, puſq; deinde cōtraxiſſet, ut incidere ipſum oporteret: puer quidē perinde ac uir rū eſſet, omnia patiēter ferēs, ceu quodā philoſophiæ studio ad præſentia mala forti, magnoq; animo tolerāda inſtructus, cōmōde curabatur: tu uero præſentis tāta diligentiā in curationē incubebas, & omnia, quæ nos faceremus, tā ſtudioſe animaduertebas; ut ſi quid minus accurate fieret, ſtatim urgeres, ac nihil eſſe temere faciēdum ex Hippocraſis ſententia admōneres. itaq; diligentius ego cuncta contēplans hoc etiā abs te maioribus dignum laudibus fieri perſpexi: ut ſiquid a medico imponeretur, idq; minus apte, tu id ipſum tua manu ablatum ita, ut par erat, uulueri ſuperdareſ: ut mirabile eſſet, tam repēte ob amorem tuum erga filium: & naturalem dexteritatē tuam, rantē

↑ Vide ruz gēdum q̄ uiperarum ſunt.

↑ Aliqui legi iij.

lib. Rasario aſſerit, quod auctus delicta tūe quodam.

↑ Libri græci cap. adra quibus.

A tantam artem in manu uſu in te animaduerti. proinde illud tibi uſu uenire conpetio, quod nūc ſapientisſimus, Plato in plerisq; ut conſentaneum eſt, ſepe cōtemplatus, & ueritatis neceſſitate adductus literarum monumentis conſignauit: Diſciplinam nimirū eſſe recordationes: ac uideri, aīo inſitam eſſe rerum omnium notitiam: ac tum deniq; apparere, cum uſus poſtuleret: quod uel in te poſſimum uidimus: ſiquidem filij ſollicitudo fecit, ut tuam in hac arte peritiā, nobis inopinatā, cerneremus. atq; id quidem merito, cum tanto ſis ingenio, tantaq; indole. ſed neq; in medicamēto theriacæ, quo de agimus, minus te diligentem offendiſti: ſed ut recte uti eo poſſes, dediſti operam, ut uices, temperaturam, tempus, menſuramque accurate perdiſceres.

Commendatio, dignatioque theriacæ: & imperatorum Ro. in ea ſtudium. Cap. 2.

ENimvero hoc medicamētum eſt apud oēs homines celebratiſſimum, tum qđ pollicitis neminem fruſtratum propter actionis efficaciam. nemo. n. quem ulla fera ex ijs, quæ necare ſolent, non mor diſlet, nūq; per iſſe memoratur, cum ſubito hoc bibiſſet: neq; ſi multo poſt morſu ictus eſſet, qđ hoc bibiſſet, ceu ferino ueneno illud ſuperante: quod nōnulli magiſtratus, penes quos uita, ac neceſ potestas eſt, uſu cognouerunt. cum. uelint experiri, an medicamentum ea, quæ pollicetur, præſtare poſſit, id ipſum in hominibus ſceleratis, quos morte multandos eſſe iudicant, experiant. nos uero quia id in hominibus facere non poſſumus, in alijs quibusdam animantibus idem molientes, uerū de theriaca iudicium facere conamur. acceptis. n. gallis, non domi educatis illis quidē, & noſtris contubernaliſibus, ſed agreſtibus, quorum corpus ſicciorē temperaturā eſt, ſeras obijcimus: ex ijs, qui medicamentum non biberint, ſtarum moriuntur: qui uero biberint, ualent, & poſt morſum hac et lacis uſura perſeruantur. hoc etiā modo, utrum adulteratum medicamentū ſit, probare interdum conuenit. ſi epota theriaca non purgetur iſ, cui purgans medicamentū datum ſit, ſigno eſt, ipſam eſſe optimam: quia uetuit, ne iſ, qui medicamentum purgans ſumpſerat, purgaretur. quæ ſane probatio nos, quin uerā theriacam inueniremus, nunquā feſellit. ſolent. n. multa fieri hac et in re ab improbis hoſibus fraudes: ac uulguſ ſola antidoti opinione deceptum, ab ijs, quibus hac ars mercenaria eſt, medicamentum ipſum, licet non rite conſectū ſit, maximo pretio coemit. etenim quidā ſunt, qui licet integra ualitudine ſeruant, per omne tū uita ipſi hoc medicamento continenter utuntur: præſertim uero ij, qui p̄p̄ duros, illiberalesq; mores traducere uitam ſine ſollicitudine non poſſunt. ſed perpetuo ſuſpiciant, ne aduerſarij paratis inſidijs eos de uita facile tollant. nonnulli corporis iuādī grā theriacā ſingulis diebus ſumuntur nos diuū M. Antoninū eū, qui paulo ante imperiū recte adminiſtrauit, & pro ea, qua præditus erat, prudentia, ſui corporis temperaturam accurate perſpectā habuit: copioſe, & uelut alimento quodā eſſe uſum hoc medicamento cognouimus. ab illo. n. auctoritas medicamento acceſſit, & uis ac facultas eius actionis in hoium cognitio nem magis uenit: nā cum imperator uitam duceret morbo uacantē, maiorem utilitatis fidē ſibi antidotus comparauit. uerū illius principis tpe theriacæ actio erat illis duraxat cognita, qui uiderāt. ſub his aut maximis imperatoribus uſus eius in publicum prodijt. nobis. n. oīs licet ab eis petere, ac medicamento de manu in manus tradito liberaliter curari: qñ hi non modo præſtant ceteris mortalibus, qđ a Dijs immortalibus ſint imperiū conſecuti, ſed et quod oīa bona, non ſecus, quā Dij, libenter oīsbus impertantur. ac tanta inde uoluptate perfunduntur, quātus ſit eorum numerus, qui ab ipſis ſint ſeruari: & cōm ſalutem eſſe maximā imperij parem exiſtimant: id qđ maiorem illorum in me admirationem concitauit. non. n. in hoc medicamēto conſciendo ſolū operam ponunt, ſed tanta in rebus oīsbus eorū eſt benignitas, ut ſi cui amico opus medicamentis ſit, mirabile ſit, quā proptō, alactiq; aīo ipſa cōdicari iubeant. ualde qđ nec ea cōficiunt, cum uſus neceſſitas ingruit, ſed prompta & egregie parata hāt, ut ad oēm celeritatem, & momentū tps promant. cum igitur Antipater, cui græcas conſcribendi epistolæ erat mandata prouincia, quiq; ſummo in pretio cum p̄p̄ morum grauitatem, tum perfectā in dīcendi facultate cognitionē, apud eos habebat, in renum affectionē incidiſſet, grauiq; & intolerabili dolore conſictaretur, tunc ipſorū ſtadium, ſummis ornandum laudibus, in amicorū ſalute procurāda, & admirabilem in remedijs admoquendis animi concertationē conſpeximus: uarijs. n. ac diuerſis ſymptomatis occurrentes, aduerſus morbum uſu præſtantisſimorū medicamentorū ac remediiorum ita pugnabant, ut medici optimi, & omne uita tps in medicina faciēda poſuiſſe uiderentur. Arrianum uero mihi in uolō oīmū carisſimū, & ex imie ab imperatoribus laudatā, qđ ſingulari ſtudio in philoſophiā incumberet, & Platonis lectione poſſimū delectaretur, ægram morbo non leui olim perſanauerat: tanta. n. uentriculi, aderat diſſolutio, ipſaq; ſupina ita iacebat, ut ne cibum quidē ſumere poſſet: deoq; periculum impēderet, ne alimentum deſectione moreretur: quā ob rem ipſi, ut peritiſſimi medici, cum me cōmonſtrāte uiuū abſinthite potui dediſſent, uerū curauerunt. illius. n. uentriculus eiſmodi uini potu ſtatim corrobortatus eſt, & apperendi officij conſectim recuperauit. Itā uero qđ in filio tuo uſu uenit, tibi, opinor, hæret adhuc in memoria. cum. n. abſceſſus ortus eſſet, tu ut benignus pater, lentius ad incisionē accederes, tps uero contentū excerni humorē poſtularer, dato ab ipſis medicamēto, magna ſumus ſollicitudine libera ti. emplaſtrū. n. ſuperdatum celerius ſubicctum locā diuiſit, quā in incisionē te ciſſet: & quicquid ſum humorē, ibi contentum, ita euacuauit, ut puer eam ob cauſam nullum præterea dolorem perſentiſſeret.

Cur antidotus conſcribatur e multis, cunctis rebus meſſe uim, quam rationi, ſenſibusque exquirimus. Cap. 3.

VM igitur talem adhibeant, ut uides, in t̄ euinodi medicamentis diligentiā imperatores noſtri, merito ſit, ut theriacen quoq; magno cum ſtudio conſcribant: & ſingula, quæ miſcent, ipſi ex-

pendant, ne ne quicquam prorsus negligant: unde mirabiles postea actiones ab antidoto prodeant. Etenim ut nosti, cum varijs e rebus constat, tum mirabiles usus afferi, quo nomine eum, qui primus conficere ipsam aggressus est, admirari soleo: cumque existimo non temere, sed exquisita ratione & acris studio quodam adductum confectionem deprompsisse. neque enim, ut faciunt empirici medici, neglecta rerum natura, unumquodque sine arte curant, sed quippe quaedam ab insomnijs, quaedam a fortuna medicamenta sumere profitentur: ita nos quoque in medicinae studio versamur, sed quæ una, princepsque ratio potest peruestigare, ea nos diligenter, singulari quadam consideratione perquiretes, magno studio comperimus: quæ autem inuenire non potest ratio, ea sensibus, experientiaque examinamus, ac plerumque soli, & unico sensui iudicium de eis non committimus. neque enim, quia calx candida est, qualis nix, ideo soli aspectui committendum est iudicium, quo eam refrigerare iudicemus: neque rosam censere debemus calefacere, simul atque eam rubram esse conspexerimus: sed ad sensum aspectus adiuncto sensu tactus, illam usque adeo calefacere, ut adurat, certo inuenimus: rosam uero, quod eius frigiditatem tactus noster contra percipiat, uim refrigerandi habere, accurate nouimus. atque deinceps in ceteris medicamentis sensuum iudicio cuiusque facultatem accurate comperimus, ut hoc esse salsum, aut acidum, illud amarum, aut dulce, gustatus discernit: hoc uero calefacere, illud refrigerare, aliudque humectare, & excicare aliud, tactus nobis commonstrat. multa etiam odoratu probamus, & firmitatem facultatis, ex uehementi exhalatione infirmitatem uero ex remisso odore deprehendimus. ut uim uero simplicia medicamenta probata sint, an secus, sensuum iudicio committimus, & de eis primum facimus sensu nostro periculum, deinde ex usu, & sensu fidem ducimus: atque ita deinceps experientie adiungimus rationem, eamque ut ductam in rebus omnibus sequimur, simplicibusque medicamentis, ut par est, utimur, & ratione uiam atque artem commonstrante optimam ex ipsis confectionem paramus. cognita enim cuiusque morbi natura, & perspecta uarietate, ac differentia temperaturæ, quæ in simplicibus medicamentis inest, conficimus composita medicamenta, quæ pro uaria ipsorum compositione singulis morbis obstant, & singulis hominibus pro corporis ipsorum statu, & uariato medicamenti modo, artificiose accommodentur. magna autem nobis, ut tenon praterit, medicamentorum facultas ad usum suppetit, eaque ita uaria est, ut non in compositis modo, sed etiam in simplicibus medicamentis uarietas uirtutis spectari queat. sunt quæ rota sui essentia unam quandam, eamque simplicem facultatem indicent, ut scamonea, quæ bilium flauam trahit: & Aticum epithimum, a quo atræ bilis humorem per aluum purgari uideamus: & granum Cnidium, a quo pituita, omnisque humor aqueus educitur: quæ sane medicamenta ex omni sui parte & tota sui essentia hos attrahere humores existimantur. Non est autem Aselepiadi Bithyno medico fides adhibenda, dicenti, eo ipso tempore gigni huiusmodi humores in homine ex mutatione quadam, cum corpus purgatur, cum uis ab initio statuisse, corpus e molibus, meatibusque esse constitutum, ideoque naturæ actiones de medio tollere cogere, consequens esse erat, ut ita de humoribus loqueretur: ut quod diceret & a ratione abhorreret, & fieri nullo modo posse iudicaretur, quis. n. sanæ mentis credat, simul atque medicamentum sit admotum, statim euacuandi humoris essentiam gigni: quis contra non facile tibi persuaserit, hos humores prius quoque in corporibus secundum naturam fuisse: cum atquato morbo laborantem, quo tempore purgans bilem medicamentum sumpsit, subito magnam uim bilis excernere, & a morbo expedire liberari intueatur: eum uero, quæ aqua inter autem occupat, epoto medicamento, non statim ab eo sumpto, aqua omni uentri insidentem euacuare: ut nulla, aut certe exigua humoris pars ex tanta subito facta euacuatione in particulis corporis relicta uideatur. sed hæc Aselepiades, qui pueriliter de decreto suo addictus est, studio ambitiois, ut dixi, aspiciere dissimulat: oiaque potius figmentis probabilibus conat inuenire, quam propriam cuiusque medicamenti facultatem uere cõfiteri, nos autem hæc intueamur, & ratione ducti cognoscamus, nobis integri esse, ut propriam facultatem cuiusque naturæ medicamentorum uere consisteamur, id est accurate nouimus, esse medicamenti comparatum, ut naturali facultate quadam proprios humores trahant: quemadmodum etiam ex eo, quod magnæ lapis ferum ad se trahit, uim attrahentem ei inesse naturam nobis rite persuasimus. cum enim natura, quasi deus, sit in nobis, ut Plomeri fert opinio, similia similibus adiungens, ita sui ipsius diuinas facultates ostendit.

*Non unam simplicem facultatem esse simplicium medicamentorum: & uarias corporis partes tum inuolare, tum ledere, & uarijs corporibus pro eorum uarietate congruere. Cap. 4.*

Am uero aliorum etiam omnium naturam studiose expendimus, ut facultatem, per quam agunt, accurate perdiscamus, dum autem ea expendimus, quædam ipsorum, uti diximus, tota sui essentia agere comperimus: quædam mixtæ habere in essentia facultatem, atque ita duplicem inde extare actionem: quæ ita sepe numero perspicua sit, ut uel pugnantia fieri ab ipsis in corpore uideamus: idque ipsum uidentes homines admittunt, ac lapathi quidam folijs si quis uestatur, cieri sibi aluum sentiat: semen uero eiusdem, qui sumpserit, cohiberi aluum aduertet. simili quoque modo brassicæ decoctum, ius ueteris galli, & marinarum cochlearum in uisula aluum mouent: uolus ipsum, & carnes illarum sumpsa, constringunt, id uero aloë, & aris squama carnes in ulceribus excrecentes comprimunt, & humores ex ipsis manantes excicant: eadem uero ore sumpta totum corpus expurgant. Lac, si a nobis secernatur, contrarias habere facultates usum demonstrat: si enim serum potui datum, aluum ciet; caesus, si eo quis uestatur, accurate cohibet. nonnulla uero suarum facultatum, quibus præditæ sunt, uarietate res adeo mirabiles efficiunt, ut audientibus nullo modo fieri posse uideantur, nisi ipsi suis oculis id, quod accidit, contempserint. ac trifolium quidem herbam, quæ

hyacintho

A hyacintho similis est, cum uerno tempore floret, & semen agresti enico simile habet, si quis ualde decoquat, deinde moribus aranei, aut serpentis ex aqua fortu adhibeat, sanabit, statimque dolorem omnem adimit. at si quis sanum locum in alio non comotio, eo fortu perfundat, eundem sensum, ac dolorem prorsus similem ei, quem morbus affert, inuenerit: ut re uera hoc sit admiratione ualde dignum, eandem herbam moribus remedio esse, & ita sanum locum male afficere, ac fera ipsa mordendo solent. porro ex medicamentis quædam comperias ad homines alendos non accommodata. cicuta autem stur nos alit: neque in eos uim mortiferam exercet: at nos, ut tute scis, interimit. veratrum quoque cornices nutrit, homines misere corrumpit. alia sunt, quæ partes quasdam corporis priuatiu uiriant: nam marinus lepus pulmonem exulcerat, ut cantharis uesciam peculiariu afficit. contra inuenias medica menta, quæ partem aliquam præcipue iauent: ut iecur male affectum, eupatorium eximie adiunt: & glans unguentaria licni ualde profuit: & sarxiphages, ac betonice renibus magnum saepe fructum attulerunt. simili quoque modo alia sunt aliorum propria medicamina, ut longo usu comperimus: quæ nos, ut dictum est, accurate perscrutari, cuilibet morbo, ut congruant, admolimus: & hæc in re, non secus, quam in alijs omnibus, Hippocratem præstantissimum doctorem, & auctorem habemus. accuratissime autem ab ipso conscriptam esse artem, qua medicamentorum tractatio continetur, cum ex alijs quam plurimis, quæ sunt ab illo conscripta diuinitus, cerni potest, tum uel maxime ex ijs cognosci, quæ in secundo de uulgaribus morbis ad hunc fere modum memorauit: Modos medicamentorum scimus, quibus quæque conficiantur: siquidem non omnia eodem modo, sed alia aliter componi recte solent. aliaque maturius, tardius alia colliguntur. apparantur etiam non similiter omnia, ut sicantur quædam, rudentur alia, alia elixantur, ac cetera huius generis, donec plurima plus detrahant: & quæ cuique accommodata sint, quibus in morbis conueniant, & quo tempore, quaque specie morbi, quo item uictus genere, & quo anni tempore, apte admoueantur: & quæ sunt huiusmodi. uidentur ut his nos in uniuersum doceat, atque adhortetur, ut medicamentorum naturas perdiscamus, tempusque inuestigemus, quo assumenda sint: & item temperaturas eorum, qui sumunt, intueamur. enim uero quidam sunt, qui tam facile medicinas capere possunt, ut uel eas saepe concoquant: aut non modo quicquam uoxe inde sentiant, sed interdum etiam ab illis nutriantur. alij uero ita sunt ad medicinas sumendas inepti, ut ne uti quidem eis possint: ac stomachus eas auerteret, ipsique facile ante, quam usum medicina præstiterit, dissoluantur.

*Cur medici multa simplicia misceant: & quis primus in theriaca faciendâ uiperis usus sit. Cap. 5.*

Quæ cum antiqui medici, aliorum omnium præstantissimi ab Hippocrate, ut ego quidem puto, didicissent: optimas medicamentorum compositiones, artem nimirum earum conficiendam ex cognitione naturæ singulorum edocti, repererunt. & quæ intentis erant qualitibus, aliorum mixtione, remittenda: quæ acris, hebetanda putauerunt: denique perspecta cuiusque morbi differentia, & hominum examinata temperie, ex arte medicinis usi sunt. quæ res eos impulit, ut mea fert opinio, ut hanc theriacem, de qua toto hoc libro nobis summo cum studio disserere propositum est, e plurimis, præstantissimisque medicamentis esse confectam uoluerint. cum enim animo uoluerent, noxiarum ferarum ictus curari non posse, & medicamentorum, quæ ueneno imbuta sunt, symptomata esse mortifera: deinde uero cum etiam spectarent naturas hominum inter se multum differre, aliudque medicamentum alij, atque alij natura aptum esse intuerentur: merito factum est, ut eam accurate, & ex multis rebus confecerint: ut hæc ratione aduersus ea omnia finem sine ullo errore consequeretur: & propter usus necessitatem magno esset apud homines in pretio. ac mihi quidem nihil inter uitæ mala difficilius quam uenena, ictusque ferarum, uideri solet. cetera enim, quæ molli nobis perniciem possunt, fuga uitæ nobis licet. hæc uero maxime insidiando, nobis imponunt. nam, cum sibi quicquam non caueat, imprudens per sepe uenenum sumit, inscius nimirum, quid uitandum sit: alius ab aliqua fera ictus, repente moritur. Venit enim mihi cuiusdam in mentem, ut ab historicis accepi, qui cum uellet cum Romanis manum conferere, nec satis firmus ac paratus ab exercitu esset. (is Carthaginiensis fuisse perhibetur) multas ollas serpentibus impleuit ijs, qui interficere homines celeriter possunt: easque in hostes coniecit. hostes uero ignari, quid in eos immitteretur, quod huiusmodi tela in hostes contorqueti non consueuerint, sibi non cauebant: proinde confestim icti moriebantur. atque hæc quidem bellica astutia hic uir perinde ac ipse quoque alius serpens esset, saepe hostium manus effugit. quibus quidem opus esse, quod interdum pugnandi necessitas urgeat, plane arbitret. olim uero etiam sine uiperis confectum, pariter ad hæc omnia mirifice faciebat. sed cum semper magna animi contentione medici in hoc ipsam incumberent, ut melius conficerent, & aliud, atque aliud admiscerent, in hanc sententiam quidam uenit, uiperasque commiscuit. hunc autem fuisse Andromachum ferunt, præstantem medicum, qui nos parum ætate præcessit: siquidem uixit cum Nerone, cui librum carminibus conscriptum, in quo uires, & conficiendi medicamenti rationem complexus est, dicauit. ac ne tu, uir egregius cum sis, historiam hæc ignores, carmen tibi subiungam. hæc tamen præponam. huic medicameto theriaca nomen & ab eo qui uiperas ad medicamentum adiunxit, & a nobis non solum quod moribus serpentum ualde succurrit: sed etiam, quod uiperinas carnes haberet admittas: habita utriusque significationis ratione, merito, & accommodate esse impositum. carmina autem sunt hæc, quæ sequuntur.

*Uiperis autem his non esset credos duxim: sunt enim in primo de antidotis, cap. 6.*

QUINTA CLASSIS.

X 4 Quid



Quid caussae fuerit, cur Andromachus uiperinas carnes, & non aliorum serpentum, antidoto admiscendas censuerit: & inibi de morte Cleopatrae narratio. E

**C**um autem hos uersus neque ineleganter, neque impolite Andromachus fecerit, inibi esse necessarium perquirendum uidetur, quid tandem caussae fuerit, cur cum multi serpentes huiusmodi sint, non alterius cuiuspiam, sed solum uiperarum carnes ad conficiendam theriacam esse accommodatas censuerit, qua quidem de re ipse, ut uides, ne uerbum quidem fecit. ego uero has minus, quam alios serpentes, uim tabificam obtinere arbitror, etenim basiliscus serpens substatuus, & cuius caput est triplici communium apice, ut aiunt, solum conspectus, & cum sibilat, auditus, homines perimit: immo uero si quod aliud animal ipsum mortuum pertingat, illud quoque statim perit, quae res facit, ut omne aliorum serpentum genus, uicinitatem illius deuitet. Dryinus, qui in radicibus quae cum uitam degit, tam prauus esse ad male multandum hominem memoratur, ut si supra ipsum quispiam gradiatur, cutis pedum excidat, & tota crura in magnum tumorem exollantur: & quod est multo admirabilius, si curationem adhibere quis uelit, eius manus cutis excidat. Si uero quis illum occidere aggrediat, aiunt ipsum ita affici, ut quemlibet gratum odorem esse prauum arbitretur, nec quicquam aliud odorari praeterea possit. Haemorrhus, & Haemorrhoidis suis nominibus similem hominibus perniciem inferit: homines enim ab eis commoritur, ita pereunt, ut sanguis per os, per nates, & corpus uniuersum effundatur: sicut, qui a diuina peste laesi sunt, miserandum in modum aestu, siti, & enecti moriuntur. quippe qui maxima cruciati siti, & aestu uehementi uexati, & interdum disrupti uitam cum morte commutent. Acontias sese multum extendit, ac uelut iaculum corporibus insiliens, hominem perimit. In aspidum genere, quae Ptyas nominatur, ceruicem exporrigit, & dimetito interuallo, perinde ac tum rationis particeps foret, sine errore uenenum corporibus inspuit. Vno autem horum serpentum, (sunt enim tria aspidum genera, ptyas, chersa, & chelidonia,) ferunt Cleopatram reginam, cum fallere custodes uellet, statim, & sine suspicionem sibi mortem attulisse. Cum enim Augustus, deuictio Antonio, capere Cleopatram uiam, & eandem hac uia usura suam uellet, eam studiosius, ut parerat, asseruandam curabat: ut tam praestantem foeminam in triumpho Romanis ostentaret, quod ubi illa rescituit, maluit, ut aiunt, regina ex humanis de cedere, quam priuata esse Romanis spectaculo: & hoc serpentis genere sibi mortem consciscere in animum induxit. duabus igitur omnium fidelissimis foeminis ad se aduocatis, Naera, & Caruione, quae reginae operam suam praestabat, dum illa mollires, ac comeres altera; eam capillos decenter necebat: altera extremos ungues eleganter ac scite praecidebat: iussit, ut serpentem unis, sicubusque, contextum ad se ferrent: quo, ut dictum est, custodes falleret. facto autem prius in foeminis periculo, an serpens subito perimeret, ubi eas subito mortuas conspexit, ipsa sibi exitium attulit. quam ob rem obstupuisse Augullum ferunt, & si G mul admiratum foeminarum illarum singularem beneuolentiam, & Cleopatrae magnitudinem animi, quae cadere fortiter, quam in seruitute uiuere maluerit, est enim memorie consignatum, inuentam esse, manu dextera capiti adnota, qua diadema ut uerisimile est, teneret, ut etiam mortua, ipsam spectantibus, regina esse uideretur: quemadmodum etiam est a tragico poeta conscriptum, Polyxenam, cum iugulareretur, ut decore caderet, misericordiam adhibuisse diligentiam. Ceterum qui mulieris ad fallendum astutiam, & serpentis celeritatem ad hominem occidendum efferre uerbis sibi proponunt, aiunt reginam, brachium momordisse, ac magnum, altumque uulnus intulisse, quod factum, imperasse, ut serpentis uenenum quodam in uasculo ad se comportaretur, idque uulnere infundisset, quod ubi corpus subiuit, non ita multo post, insens custodibus diem suum leuiter obiuisse. Haec autem animi caussa narrare uoluimus, ut tibi, cuius studium in omnibus disciplinis perspexi, gratum faceremus: simulque, quam celeriter huiusmodi serpentes hominem interficiant, cognosceremus, ac re uera hi serpentes celerem afferre mortem solent, atque ego quidem in magna Alexandria persaepe, quam celeriter necem afferant, sum contemplatus. cum enim aliquem morte condemnant, ea lege, ut humaniter, ac cito occidatur, ipsius pectori aspidem affigunt, atque ut paululum deambulet, imperant: itaque hominem confestim interficiunt. Nosti igitur, quam recte a uobis fiat, qui nullum ex huiusmodi serpentibus, qui tam noxiam, mortiferamque huiusmodi suis in corporibus habent, immiscendum antidoto censuimus.

*Viperam totam non adhiberi ad theriacam faciendam, & multa nobis ex animalibus suppeditari remedia.*

**A**C. ne ipsarum quidem uiperarum corpora integra antidoto immiscemus, sed capitibus, caudisque praecis relinquitur: ipsarum partes adhibemus: idque neque inconsulto, neque sine ratione a nobis fit: sed quoniam in capitibus pessimus humor, hoc est uenenum ipsum continetur, ideo damus operam, ea ut amputemus: ut medicamentum maiorem illorum facultatis uim consequatur, cum eorundem naturam uim quandam ueneni facienda habeat: quemadmodum etiam restibus attributum est, ut feminae manibus, ut lac conficiant. inrer cetera autem omnia uipera caput habet perniciosius. aiunt enim ipsam os aperire, ut maris genituram excipiat: eaque accepta, caput illius amputare: huncque esse ipsarum prauum concubitus modum. deinde uero foetus ex eo prognatus semine, naturali quadam uisione, matris uterum erodere, atque in lucem prodire: atque ita patris ulciscendi caussa matrem necare, quod egregius poeta Nicander suis uersibus non in scite scriptum reliquit, sunt autem uersus huiusmodi.

Nicander

**A** NICANDRI VIPERA, LAURENTIO SOLARIO INTERPRETE.

Et triuim fugias, & amans pascua campis;  
Vipera cum maculis mas ipse insignis, & atro,  
Diffugiens dentes miseræ denit amantis:  
Illa tamen sequitur, Venerisq; impulsâ furore  
Præcurrit, crescit ignes, uritq; uidendo.  
Immemor ille doli, & captus dulcedine amoris  
Exultat uinci, & cupido caput inserit ore.  
Hæc fouet, & lambit: statimq; in corpora semen  
Coniectum capiens, media inter gaudia uitam  
Sæua rapit: collumq; secans, caput expuit atrum.  
At noua progenies, cum primum erumpere in auras  
Tempus adest, uirtura patrem, moribunda parentis  
Viscera corrodens, discissa erumpit ab aluo.

Caudas autem & extrema corporis praecidimus, perinde ac partes caudae sint: quod, ut arbitror, fortidiorum humorem ad se alliciant. Siquidem frequenti motu agitatae, plus ad se, quam aliae partes, trahunt: sicut etiam caudae piscium propter frequentem motionem nutriti magis affirmant. noli autem admirari si praecis hisca partibus, reliqua uiperarum membra medicamentum efficacius reddant, inuata immixtaque ad salutem carnibus ipsarum facultate: quemadmodum in alijs animantibus multas partes non paucos affectus seruuere curare cognouimus: ut marium capita, quae combasta, & ex melle illita mederi alopecijs possunt, ferunt quoque milui caput podagricis prodesse, si quis eius sine pluujs combusti tantum, quantum capere tribus digitis queat, ex aqua bibat. nonnunquam etiam particulae membrorum solae quosdam sanare affectus possunt. nam cameli cerebrum exsiccatum, & ex aceto potui datum ad suffusiones facit: & ouillum simili modo apparatus, summo adiumento est, ut infantes dentes emittant: & taurini cornu ramenta ex aqua epota sanguinis eruptionem cohibent, & ossa femorum cremata sanguinem sistunt, saepe uero etiam idem remedium solutam aluum cohibuit. iam certum cornu scobes cremata, & ex uino trita, tum illarum commotos dentes confirmat. id quod bubulum quoque talum praestare proditum est. idem rotundos lumbricos cum lacte potus educit: & cum oxymelice liqum liquet facit: & inunctis uiriliginibus albas tollit, & ad uenerem modice impellit. resticuli uero castoris potui dati conuulsionibus medentur, multa etiam animalia sunt, quorum fel esse hominibus adiumento potest, itemque adeps, medulla, lac, pellis, ipseque sanguis, & serpentis senecta. quin & simum quorundam fuisse utile animaduertimus: siquidem bubulus simus exsiccat, & combustus ad triam cochlearium mensuram datus hydropico auxiliatur. Murium quoque steruus ex aceto tritum alopecias sanat: potui uero datum, uescicae calculos frangit. anserinus adeps inflammationes ex rosaceo sanat. cerui medulla medicamentum est ad mitigandum accommodatissimum. lac uaccinum potui datum dysentericis succurrit. hyenae fel cum melle aspectum acuit, & inunctum suffusiones discutit. equi stuuatilis corium combustum, & ex aqua tritum, atque impositum tollit phymata: sicut uiperæ pellis trita, & alopecijs simum aspectum reddit. Omnino autem magnus est huiusmodi rerum numerus, quas recensere, non est huius loci, ac temporis, ne longior nostra sit oratio, praesertim cum ad eorum, quae proposuimus, consistimationem, satis esse praedicta possint. Illud autem intelligendum est, saepenumero tota animantium corpora hominibus auxiliari. nam cancer stuuatilis contritus, & illitus surculos, & spicula eijcit. cantharis quoque simili modo laeuigata, & cum bryoniae radice epota lumbricos educit. Scorpius si affletur, & ex pane cum quis edat, lapides, qui in uescica sunt, comminuet. idem praestant lumbrici terrae ex uino epota. hos etiam si quis morbo regio uexatus contritos ex uino multo sumat, is purgatus statim, liber euadet. saepe etiam cum cerato rosaceo podagricis impositi, illorum leuandis inflammationibus fuerunt. Accipiter in unguento lusu decoctus oculorum hebetudini medetur, scarabaeus aurium dolores sedat, si oleo incoquatur, idque oleum auribus instilletur. Alauda tosta, si quis uestatur, saepe colicos dolores mirabiliter sustulit. Atque, ut etiam magis eam uim, quae in corporibus animantium est, admireris illud tibi studiosius recensere multa sunt, quae solum uisa, suam uim declarant. stellationem si scorpiones uideant, motu priuantur, atque ita pereunt. Amphibarna uero quae duo habet capita ut nauigiū, quod duas habeat proras, siquidem natura propter materiae copiam bina ei capita donauit: huiusmodi est, ut si praegnans mulier supergrediatur, abortum male sit factura. quocirca haud mirabile est, si uiperina corpora, illis partibus praecis, adhuc uim auxiliandi obtineant. etenim accurate, ut arbitror, modo totum animal, modo solas eius partes, modo partium ipsarum particulas hominibus auxiliari demonstrauimus.

Qua



Qua ratione interdum, quae noxia sunt, profunt in compositis medicinis unam ex omnibus qualitatem effici. Cap. 8. E

**P**eruestigandum uero, illud esse potius existimo, quod & uulgo admiratione dignum uideri: qui fiat, ut eadem animalia, quae nostris sunt corporibus inimica, & tam repente hominem occidunt, si ictibus, quos illa intulerunt, superdentur, & adiumento esse, & sola hominem ab eo malo seruare possint. Verus est quidam sermo, quaedam animalia si, dum mordent, humanum sanguinem ex uulnere manantem attigerint; commotos occidere: si non attingant, sed ita deuorent, morsos incolumes posse seruare: quemadmodum de helenio, ut Graeci uocant, (incola nicum appellant) esse posteris traditum aiunt. nam & Dacas, & Dalmaras cuspidis telorum eo inungere commemorant: atque ita si sanguinem eorum, qui uulnus accipiunt, attigerint, posse necare: si tamen eo uestantur; noxam nullam afferre, neque mali quicquam ipsi aduehere. immo uero ceruos ictu sagittarum confixos nulla in re nocere ijs, qui illorum carnes edant, attestantur. hoc tamen ad id, quod quaerimus, inueniendum, mihi non esse satis uidetur: si quidem ab experientia profisciscatur, & solum, quod accidit, afferre uideatur. atque ego quidem eos, qui sola experientia ducuntur, non admitto: cum non secus, quam uulgos, id ipsum, quod in aspectum cadit, intruente, rem quidem quae accidit, admirentur, sed tamen eius causam ignorent. quorum alij ne principio quidem dant operam, eam ut perdiscant: sed eam ratione adinuenire plane detrectant: & ea solum, quae sunt probantes, experientiam eorum, quae saepe conspexerunt, sibi ad faciendam medicinam sufficere distant: & res eodem modo, quo uulgos, admirantur: alij, qui sunt, quam hi, diligentiores, concedunt illi quidem, debere medicos maiore harum rerum cognitione, quam uulgares, praeditos esse: uerum cum ipsam consequi non possint, etiam eam perquirere superuacaneum putant. nos uero, qui multo maiore studio in hanc artem incubuimus, nec uolumus, quae fiunt, more uulgi solum intueri, experientiam non repudiamus, sed ad eam, cum usu uenit, rationem aggregantes, perfectam & rationalem hoc modo artem necessario adepti sumus: nec solum conamur inuenire, quo uiam modo aliquid fiat, sed etiam ut ex inuentione nobis quaedam ad curationem accommodatum sit, suppedietur. quam obrem hic quoque adhibita ratione conabimur rei causam inuenire. mirabile enim est, quam hoc ipsum ex preparato, & quasi alternis respondens studio per quidem cito comperiat, atque ut maiorem orationi meae fidem adhibeas, id ipsum demonstrabo allatis alijs quibusdam, quae in arte exercenda perspicue uidentur: siue foris solum imponantur; siue intra corpus per os assumantur. uulneri enim a croco dilo illato adipe ipsius, ad morum summopere profuisse animaduertimus: itemque aranci muris morsus, qui etiam interficiunt, ipso mure aranco contrito, & imposito, sine dolore persanari. simili quoque modo a uiperis ictu periculum effugiunt, si trita ipsarum corpora uulneri imponantur. haecque, ut dicebam, non sine ratione, ut ego quidem puto, fiunt. cum enim in eis tanta uis non sit, ut in ceteris queant, uirusque paulatim inas corporis partes petat, ut etiam in cataplasmatibus usu uiderimus uenire; certe cum moderata uis eorum sit, imposita cuiuslibet, sanare, non occidere plane possunt. quod uero in theriaca accidit, apertius intelligitur. aio enim ideo has feras letiferas auxiliari ijs, quos momorderint, propterea quod maior pars, in qua uis illa tabifica inest, ablati caputibus, abscinditur: minor autem, quae in alijs partibus relicta est, apparatus dum coquitur, a nobis obtunditur: quippe qui non parum salis, & anethi aquae immisceamus: idque non condimenti solum causa, sed etiam, ut corpora eliquescant: atque ita consequamur, ut uel exiguum uirus, uel certe nullum penitus in ipsis relinquatur. maximum enim momentum ad auxiliandum uiperinae carni ex confectioe & apparatu, accedit. tot enim, tantisque iuncta medicamentis, quoniam pacto perdere quempiam possit, noxia ipsius uis iam exoluta: iam uero nostra etiam uerior tibi uidebitur oratio, si rebus consimilibus allatis tibi id ipsum probauimus. Cantharis si sola detur, uesciam exulcerat, estque medicamentum uesciae inimicum, ac ualida sua uis hominem plerumque tollit: uerum alijs quibusdam admixta, uesciae ipsi adiumento est, efficaxque admodum fit ad urinam ciendam remedium. Papaueris liquorem nemo est, qui ignoret letalem esse, si per se porus detur. & tamen alijs admixtus saepe numero aegrotis prodest adeo, ut maxime saluti serum esse medicamentum uideatur. itaque phreniticorum deliria non raro eius ope curata esse strenue, cognouimus: & uires uigiliarum uel diminutas somno conciliato mirandum in modum esse restitutas. phalangia quoque ipsa trita, & ex uino epota, eos, quos momorderint, liberant: ut uel hanc unam ob rem potissimum meis uerbis adhibendam esse fidem intelligas. etenim si solum uinum feris additum in causa est, ut periculum declinetur, profecto theriaca ex tot, tantisque confecta rebus, salutaris potius, quam exitialis medicina efficitur. Ceterum, quod in conficiendis commissendisque medicamentis uis uenit, non est ignorandum: uim & facultatem cuiusque eorum, quae commiscentur, non ita seruari, ut eadem, immutataque sit, neque ulla ex parte alteretur: sed ex omnibus unam quandam effici, cum tota ipsorum temperies per tota miscetur, & una alia uis quaedam ex omnibus euadat: quemadmodum in uino multo fieri perspicimus. cum enim mel & uinum sit accurata commistum, neque mel admixtum mellis gustum omnino refert, neque uinum esse uinum in mixtione uidetur: sed cum utriusque congressum sit, aliud quiddam diuersum, quod nullum est, ex remperatura perficitur. idem in alijs omnibus medicamentis, praesertim uero in theriaca, fieri arbitrator: ut non iam una & eadem facultas & qualitas cuiusque eorum, quae commiscentur, permaneat: sed cum omnia simul coeant, ac congregiantur, & quandam naturalem unionem consequantur, quaedam alia, uariaque medicamenti natura ex omnibus inter se confusis fiat.

Alterationem

**A** Alterationem dari, aduersus Aesclepiadem, & Epicurum, qui omnia in atomos, ac moles resorbant. Cap. 9.

**Q**uod si ex atomis, & inani constant omnia, ut Epicuro, Democritoque placuit: aut ex quibusdam molibus, & meatibus, ut Aesclepiades medicus uoluit (is enim nominibus solum commutatis, ut pro atomis moles, pro inani meatus appellaret, eandem habuit de natura rerum, quam illi, sententiam) profecto medicamenta non alterarentur, cum nulla ex parte commutari, neque ullo modo e sua egredi qualitate possent: uerum cum hoc minime uerum sit, ut docebimus, sed, ut diximus, alterentur omnia, facileque mutantur, & mutuam inter se temperaturam suscipiant, necesse est, ut facta temperatura per tota medicamenta, quae inter se miscentur, id quod potentius est, infirmiora superet. ideo nos, cum usus postulat, mixtionibus artificiosis; medicamentorum qualitates immutamus. quod profecto fieri non posset, si quaedam essent exigua, imparibiliaque, & inmutabilia rerum corpuscula. ideo ego saepe admiratus sum, qui fieri possit, ut cum in uniuerso tam subitas fieri conuersiones, tantamque temperamentorum mutationem uideant, eiusmodi principia rerum omnium statuere in animo habeant: praecipue uero is, de quo modo dixi, medicus Aesclepiades: aduersus quem nostra potius dirigitur oratio, quando is apertiores conuersiones, ac mutationes, quae in corpore fiunt, non concedit. quid enim sibi uult, cum digitus solus in aquam frigidam demittitur, statim sit totius corporis conuersione, aut cum pro uentorum uariatione nostra quoque corpora simul uariantur. etenim quendam e familiaribus meis noui, qui in cubili adhuciacens, ex capitis consensu, quosdam uentus persflaret, cognoscebat. cum enim grauari sibi caput persentiret, statim austrum spirare deprehendebat. mulier etiam praegnans audito solum tonitruo, & terribile quoddam spectaculum intuens, foetum abiecit. quandoque autem cum repente uoluit auxiliari, & celerem auxilij sensum aegrotanti indere, celeritiam corporum fieri mutationem intuentur. itaque in quibusdam, quorum uires admodum dissoluantur, Hippocrates, uir admirabilis, subitam animi concitationem faciendam consulit: ut robore concitationis imbecillitati exolutionis incedatur. saepe etiam parum cibi eis dati, ipsos statim recreauit, uiresque eorum restituit: quod, opinor, corpus in meliorem statum celeriter mureret: non, quod moles sint imparibiles: ideoque talium rerum sensum impertiri nobis non possunt. quis enim tam cito componere moles queat? aut quis e molibus imparibilibus constatus, tam cito, quae occurrant, persentiscet? certa enim traspositarum molium compositio, figura quidem solum mutationem affert, sed alterationem, qualitatemque aliam ex alia genere non potest. quae res facit, ut ex illis, Aesclepiadem non modo id, quod in medicamentis euenire perspicimus tollere, ut eius dogma sequatur, sed etiam in ea esse opinione, ut naturam, omnia in nobis dispensantem, esse nihil arbitretur: siquidem uult ex compositione, conuersioneque molium generari omnia. proinde admirari soleo, cum uideo, ipsum tam mirabilia naturae opera non aduertere: maxime uero, artem, qua in prima hominis origine utitur, nimirum quomodo foetum in utero conformet: ut conformatum apte alat: quot, & quam teneris nunculis intus, usque ad maturum pariendi tempus, detineat. & quam diuino artificio, quaque similitudine ad parentum imaginem filios producat. quae res potissimum ipsius de molibus sententiam non sine dedecore coarguit: cum filij non solum genitoribus, sed etiam maioribus similes orientur. Ex uetere enim quadam historia accipi, cum deformis quidam uir, sed fortunatus, formosum procreare filium uellet, puellam formosam in tabula pingendum curauisse: atque uxori iussisse, ut cum rebus ueneris uteretur, in illam picturam intueretur. illa uero de fixis oculis tabulam aspiciens, & ut ita dicam, totam illuc mentem, cogitationemque dirigens, puerulum non parit, sed picto puero similem peperit: quod oculi, opinor, non moles quaedam de picti imaginem naturae suppeditarent. Quoniam autem hic uir propter illas suas moles sustinet, se non talibus naturae mysterijs ac sacris initiatum esse, & aspectus obscuritate, ignorantiaeque ductus non concedit suis discipulis, ut tam mirificis rebus fidem adhibeant: mihi propositum est, ipsum ad externa, & omni ex parte perspicua traducere. quis enim araneae artem intuens, ac telam sensum pene fallentibus, tenuibusque filis contextam perspicens, ut etiam fuit quorundam opinio, homines ab araneis texendi artem primum accepisse; naturae opera denegar? quis porro est, qui non animum inducat, rem admirabilem esse naturam, si id, quod uis facit, aspiciat? haec enim, ut cetera quoque partum edentia animalia, parit, sed carnem parit informem, nullis distinctam articulis, nullaque praeditam figura: quam tamen arte naturali, statim figurat. mater enim lingua, ceum apu quadam, utens suo foetui formam animalis inducit. sed dicendi aduersus hos homines, si nec faciam. quippe consueti in discipulationibus, ut equum ferocius currentem freno, sic orationem modo quodam adhibito, contentis uiribus colubere.

Quaeunque theriacam ingrediuntur, expendenda esse singillatim. Andromachi descriptionem

ceteris praestare omnibus.

Cap. 10.

**C**um autem, ut mea fert sententia, perspicue docuerim, non iam mirabile esse, eosdem serpentes ex quo apparatu, & medicamentorum admixtione & occidere, & praesidio esse hominibus; deinceps sequitur, ut ad conficiendam antidotum aggrediar: praesertim cum non exigua sit ars, qua ad eam parandam adhibemus. siquidem & fraude uenatorum in uiperis capiendis, & ignorantia medicinarum, quas commiscunt, qui eam conficiunt, inutile medicamentum plerumque esse redditum animaduertimus. plerique enim uenatores, qui artem, quam in uenando adhibent, ostentare cupiunt, in primisque ijs, qui se medicamenta quaedam ad hanc rem accommodata inuenisse prodentur, habere quidem se medicamina mentiuntur: quandoquidem nos quicquam eos habere non inuenimus, sed fraude

ac dolo malo, quo uiperas concinnant, spectantibus sicum faciunt. in primis enim tempore oportuno eas non ueniantur: sed longo post tempore, quam e caernis prodierint, cum inquam, non iam amplius uigent. deinde captas sibi familiares reddunt, easque non confectis alimentis nutriunt: sed carnes offerunt, coguntque, ut eas sepe morsu petant: itaque efficiunt, ut uenenum, quod ore continent, excernatur. præterea uero offas quasdam obijciunt, quibus dentium foramina obstruuntur. quam ob rem morsus ipsarum infirmi sunt: quod spectantibus, artem qua illi ad fraudem faciendam utuntur, ignorantibus, magnam afferre admirationem consuevit. simili quoque modo non mediocriter inficitia est, ut dixi, eorum medicamentorum, quæ ad conficiendam antidotum adhibentur, ac ne longe ab eam, optimorum, quæ in ipsam conijciantur, casus inquam, ac cinnamomi non parua differentia est, quæ multos ex ijs, qui theriacam parant, impellere in fraudem solet. quod enim pseudocinnamomum uocant, est uero consimile illud quidem, sed tamē & gustu, & odore est uero multo inferius. xylocinnamomum uero hoc differt, quod ligneum sit, ualida habeat uirgulta, nec similem odoris suauitatem præ se ferat. Inter ueri autem cinnamomi genera aliud in montibus nascitur, quod nec tenue, nec longum est: colore magis fuluo: aliud est, modice nigrum: & quasdam ueluti fibras habet: aliud exquisitè album inuenitur, non durum, fragile, parua radice. est & aliud quoddam fuluæ casus simile, leue, atque odoratum. omnium præstantissimum est, quod incolæ mosyllon uocant. habet autem cinereum colorem, uirgulta tenuia, ramos densos, ac uehementer odoratum est: id quod nos quoque anteferre ceteris solemus. est enim odoratu longe optimum, suauissimumque, & gustu acre, ualdeque mordax deprehenditur, & commansum redolere ritam uideretur. est præterea leue, & confingi facile potest. Casia quoque fallere plerumque solet, nisi in iudicando peritus sis: siquidem quædam est falsa casia, quæ similitudine proxime ad ueram accedit: minus tamen odorata est, eiusque cortex medullæ adhaerens inuenitur: quando optima sit fulua, rosam spiret, suauem gustum præferat, sitularum plena, nitum sapiat, ac ualde aromatica deprehendatur. hæc autem ziger ab incolis appellatur. Ceterum quanta fraus in longo pipere fiat, ignorare non debes. qui enim ipsum adulterant, quod uero piperi sit æquale longitudine, pyrethri, aut sinapi modicum indunt, atque ita gustu mordacitate, gustantem decipiunt. uerum in his rebus exercitatus, quiq; iucundum, & acre sciat gustu discernere, & plantæ radicem ei adhaerentem maiore studio inueniet, uerum pipere competit, atq; ab illis in fraudem impelli nullo modo potest. porro cum magnam quoque in alijs omnibus adhibendum studium sit, ut in ijs, quæ adhuc exposui; hæc ego esse satis ad te admonendum existimo, ne longior a nobis liber componatur. hoc tamen tibi consilij do, ut cum singula diligenter expendis, cum demique medicamentum conficias: propterea quod uel unius malitia, ac uitium omnia sæpenumero corrumpit. ac, ne quid ignores, descriptio est a medicis uario modo posterioris consignata: Andromachus enim, cuius supra meminimus, ut medicamentis componendis accuratus, ita descriptam theriacam posteris reliquit: Pastillorum e uiperis 3. xxiiij. pastillorum e scilla 3. xlvij. piperis longi 3. xxiiij. liquoris papaueris 3. xxiiij. magnatis hedychroi 3. xxiiij. rosarum siccatum, iridis Illyricæ, glycyrrhizæ, seminis napi agrestis, scordij, opobalsami, cinnamomi, agarici sing. 3. xij. myrrhæ, costi, croci, casia, nardi, storum iunci rot. odorati, thuris, piperis nigri, dictamni, matrubij, rhei, stoechadis, petroselinum macedonicum, nepitæ, erebintinæ, zingiberis, radicum quinque folij sing. 3. vj. polij, chamæpityos, styracis, racemorum amomi, mei, nardi gallicæ, sigilli Lemnij, phu pontici, chamædryos Creticæ, foliorum malabathri, chalcitidis assæ, gentianæ, anisi, succi hypocistidis, fructus balsami, gummi, seminum sceniculi, cardamomi, sefeleos, acaciæ, thlaspeos, hyperici, sagapeni, ameos, sing. 3. iij. gafforei, aristolochiæ tenuis, sem. dauci, bituminis iudaici, liquoris panacis, centaury tenuis, galbani, sing. 3. ij. mellis Attici lib. x. uini Falerni, quod satis esse putes. Xenocrates quoque, cuius non mediocre fuit in hisce rebus studium, alijs quidem in rebus idem sensit, quod Andromachus, in antidoto conficienda: sed tamen in sagapeno dissentit. nam pro duobus denarijs ipse quatuor statuit. Damocrates uero medicus præstantissimus, magno studio librum integrum uerbis conscripsit, in quo de conficiendis antidotis egit. is enim omnia in antidotum conijcit, quæ memorauimus, sed est in ponderibus uarietas quædam. nam quæ illi indunt, ut singulorum sint denarij quatuor, ipse sing. denarios duos admisit. præterea quædam, quorum illi duas drachmas capiunt, ipse et quatuor adhibet. Magnus uero, quem nos Archiatrum uidimus, seruat eadem omnia, quæ illi faciebant in componenda theriaca, ab ipsis solum in cinnamomo dissentit: siquidem duplum sumit, atque etiam in chalcitide, & sagapeno ab Andromacho dissentit: cum enim Andromachus quatuor drachmas iniiciat, ipse non secus, quam Xenocrates, duas immiscet. iam uero in sagapeno quoque dissentit a Damocrate, qui quatuor eius drachmas imponebat, ipseque duas modo adhibet. Præterea uero Magnus uini mensuram adiungit, præscribit enim sextarios duos, cum ceteri, ut par est uino utantur: quod ad usum satis esse uideatur. Demetrius, quem etiam nostris temporibus Archiatrum fuisse constat, cum alia omnia, quæ Andromachus in antidoto paranda seruauit, solum in pondere pastillorum e scilla ab eodem, alijsque dissentit. cum enim illi duas de quin-quaginta drachmas esse uelint, ipse solum sex & quadraginta indebat. Cum igitur tanta sit in hisce descriptionibus uarietas, nos Andromachi descriptionem, ut aliarum omnium optimam, sequimur: & cum Imperatoribus theriacam paramus, ita ut ille prodidit, componimus. conficitur autem hoc modo. puto enim ualde accommodatum fore, si eius conficiendæ rationem tibi oratione explicare, ut cum ingenio multum præstes, uelisque eam conficere, nec medicus ullus adit, optime conficere eam possis: eaque

A eaque in re hunc librum, seu magistrum doctoremque sequaris.

Qua ratione pastilli hedychroi, itemque e scilla, & uipera fiant.

Cap. II.

**A**ntequam autem theriacam componas, descriptio magmatis hedychroi, quod eidem inditur, tibi pernosceda est. eius autem optima confectio est ea, quam Magnus his uerbis expressit: Corticum radices aspalathii, calami aromatici, storum iunci rot. odorati, phu, costi, alari, xylobalsami, opobalsami, casia sing. 3. vj. cinnamomi 3. xxiiij. amomi tantundem. amaraci 3. xx. nardi Indicæ 3. xvj. folij 3. vj. myrrhæ 3. xxiiij. mastiches 3. vj. croci 3. xix. uino Falerno cuncta excipe, & dum conficis, opobalsamo inunge, & in umbra exsiccat. Simili quoque modo pastillos e scilla conficies ad hunc modum. Scillam recentem, non ualde magnam obline, non, ut quidam faciunt, luto: id enim mihi sordidum uideretur, sed serimento, in quo, seu tenerrimo, facile assatur, & assando aliquid ab ipso assumit: ubi probe assaueris uel in furno, ut uocant, uel in cacabis, in quibus assari panes solent, ut æquabiliter assa reddatur; eius internæ partes, quæ tenerrime sint, capiendæ sunt, ac diligenter lauigandæ: optimæque erui farinæ, ac recentissimæ tantundem admiscendum erit, ut Damocrati placuit. Magnus enim, qui dimidium adhibet, parum uidetur indere: itemque Andromachus, qui duplum adijcit, nimium uidetur admiscere. par ergo mensura est fingendis pastillis accommodata: ita igitur trita scilla cum erui farina, orbiculos

**B** mediocres conformabis, quos in umbra exsicabis, ac repones. Viperas postea uenari oportebit, quot ad totam confectioem sint satis: neque id quouis tempore faciendum est, sed potissimum circa ueris initium, cum e latebris prodierit, & foris in apricis locis uersantur, nec adhuc tam perniciosum uirus habent, donec enim intus in caernis delitescunt, cum nulla ex parte dissentent, uim quandam magis pestiferam in se contrahunt, atque eo quidem tempore omnis serpens senectam, quam appellant, conuahere consuevit: estque id crassissimum quoddam in regumtâ tempore quo delitescunt, contractum: hæcque senectâ potius diuturnitate laticandi, quam uitio ætatis prouenit, quocirca non sunt statim capiendæ, sed sinendæ ut aliquandiu aere persuantur, & consueto cibo nutriantur. Vescitur aut hæc seræ in herbis qui busdam, cum animalibus: quibus nutriti solent: cuiusmodi sunt buprestes, cantharides, & pythio campæ, ut uocant. hæc enim sunt idonea ipsarum alimenta. Ceterum uipera est modice staua, ad motum admodum prona: præcipue autem colulum extollat, & oculos subrubros habeat, & impudens, ipsaque toruo lumine aspiciat. Sit item capite latiore, toto corpore, ac uentre sinuoso, meatu excrementorum ad caudam potius uergente: cauda non conuoluta, sed potius flexa: gressu quieto utatur. hoc enim femina a mare differt: & quod dentes caninos plures duobus habet. quod etiam Nicander memorauit his uerbis:

**C** Noscuntur signis: dentes habet ipse caninos

Mas geminos; queis uirus adest: & femina plures.

Cum uero hoc tempore uiperas uenatus sis, primum capita, & caudas ad quatuor digitorum longitudinem amputabis. dum autem has partes abscindis, moneo, diligenter intuearis, num his amputatis, statim sine sanguine, sine motu, & prorsus emortua esse animalia uideantur. nam si eiusmodi esse conpereris, non esse ad conficiendam theriacam aptas uiperas censabis. Si uero præcisus partibus, quas dixi, quamprimum mortem superesse, & sanguinem aliquandiu posse seruari perspicias, eas, ut præstantissimas antidoto paranda adijcies: quod ex eo non inhumâ, sed ualida eas ad seruandam habere uim constat. his peractis, pellem totam e corpore detrahes: tum adipem, seu inutilem, omniaque intestina, ut porce quæ sunt excrementorum receptacula, abijcies. postea uiperas in uas sicile quam optime constructum indes: uel lebetem accurate absterfum; cui accensos carbones subijcies, ut sine fumo fiat coctio. in aqua autem fontana, adiecto sale nouo, & anethi non sicci modicis ramusculis, coquantur. ubi uero carnes coctæ probe sint, quod erit, cum carnes a spinis separabuntur: tunc ab igni lebetem auferes, & spinis diligenter a carnibus secretis, ac carnibus contritis panis, quam purissimam, & ex purissima siligine confectam, quantum ad pastillos conficiendos satis sit, quemadmodum Andromachus uoluit, admiscero. Magnus enim, & Damocrates definitam certamque panis mensuram præscribunt: siquidem & carniam, & panis singulorum tantundem adhibentes, ita ipsas cum pane simul terunt. postremo tantum iuris affundes; quantum satis sit, ac mediocres pastillos confinges, atque inter cõfingendum, manus pauco opobalsamo inunges: tum in umbra exsiccatos ad totius medicamenti confectioem repones.

Theriaca confectio: ut reponatur: quantum duret: ut probetur: quantum eius detur.

Cap. 12.

**P**orro quæ contundenda, ac per cribrum traicienda sunt, transmitti debent per cribrum, cuius foramina sint quam angustissima, quod enim in admodum tenuem pollinem redactum est, insigniter ad iuuare uidetur, quod corporibus facilius, ac melius apponatur. quæ uero maceranda, dissolueda que sunt, ea conteres, ac uino persperges. uinum autem sit optimum, quale Falernum dulce, quod Faustianum uocant, censeretur: non acre, & quod omnes actum appellant. cum autem omnia lauigaris, mellis quod satis est, adijce. erit autem satis, ut est litterarum proditum monimentis, si libras decem affundes, idque comenienter decoctum sit, ut inter decoquendum cera pars omnis, ac status abijciatur. Iam uero mel esto Hymettium, apes enim in Hymetto monte thymum depalcentes, mel optimum conficunt. resina quoque, & galbanum prius separatim eliquabis, deinde in mortarium coniectis ceteris adijcies. postremo in unum compones omnia, diligenterque teres, ac rursus manu modico opobalsamo intincta

† Impresibiles habet. nam.

† Ita etiam loco, nostr.



tineta, ita in uasis uitreis, aut argenteis antidotum repones. nec ea nimium implebis, sed aliquid loci re-  
linques, ut medicamentum perspiret, ac frequenter operculum detrahas, ut & magis distillet, & citius  
eo uti possis. neque enim exiguum tempus theriaca postulat, recte ut concoquatur, quo sit ad usum ac  
commodata. ut plurimum autem concoquitur duodecim annorum spatio. qui uero uegetiore ac po-  
tentiore uti uolunt, ij quinto etiam & septimo anno prebent: idque precipue faciunt in ijs, quos ui-  
pera, aut rabiosus canis momordit, aut qui letale medicamentum biberunt. cum enim hæc magnam  
illis noxam inferant, etiam potentiore auxilio, quod eis a medicamento suppeditetur, opus habent. est  
autem potens medicamentum usque ad annos triginta. in alijs autem affectibus, in quibus rãta læden-  
di uis, & causã non inest, etiã anno sexagesimo potest adhiberi. uita uero hoc spatium temporis, cum  
exoleat, tum uero etiam infirmum redditur. plerique igitur, qui eius experiri uim sibi proponunt, pri-  
mum medicamentum purgans dant: tum modicum theriaces potui prebent: faciuntque ita de ipsa pe-  
riculum. etenim si ualida, uigens que sit, nullo modo purgari hominem sinit: propterea quod ipsa ui sua  
medicamenti uim superat. si uero homo purgetur, perinde, ac si antidotum non accepisset, profecto ip-  
sam exolefcentem, infirmamque esse planum est, utpote purgantia medicamenti uim superare non pos-  
sit. Eandem porro mensuram omnibus potui non datus: quemadmodum ne humorem quidẽ, quo  
ipsam diluimus. in ijs enim, de quibus ante diximus, ad nucis ponticæ magnitudinem, ex tribus uini  
cyathis, dare potui consueuimus: in alijs affectibus, & pondus, & humorem uariamus. perspecta enim  
affectuum differentia, pondus medicamenti æstimamus, & congruum ad miscendum humorem iudica-  
mus. cum non solum ad morsus ferarum, & letalia medicamenta hæc antidotus esse utilis queat: sed  
ipsam aduersus alios quoque affectus maximos præfens esse remedium, nos experientia atque usu com-  
pertum habeamus.

*Cur theriaca sit tranquillitas appellata, & quot gener. morborum sanet.*

Cap. 13.

**H**æc igitur causã, opinor, Andromachum impudicam, ut in ijs, quos supra memorauimus, uerbis,  
theriacam tranquillitatem uocari, quia hæc sanitatem ceu tranquillitatem corporibus, tanquam  
morborum temperatam quadam iactatis affert. Et enim comparatum est, ut diuturnos capitis dolores cur-  
ret, uertigines tollat: audiendi difficultatem, hebetudines a spectus sedet: nonnunquam uero etiã mem-  
brum genitale imbecillum erigat. Sæpe etiam deliria phreniticorum, inducã somno, generose cura-  
uit: cuius etiam somni beneficio animi perturbationes, & implexas imagines sedauit: & comitialibus  
morbis resistere acriter consueuit. id quod facit nimiam capitis humiditatem abluens, & expeditam  
flatu uitam parans. adiuuat quoque eos, qui cum difficultate spiritum ducunt, & mittunt, cum crassa pi-  
uita quadam in pulmonis impacta fistulis respirare uentem, cum impactos, crallosque humo-  
res facile fecerit, & ut educantur, pareat, atque attenuet. mirum etiam in modum auxiliatur ijs, qui sangui-  
nem reijciunt: si quis symphytum herbarum decoquat, & theriacam eo decocto dissolutam potui det. hæc  
pe etiam stomachi uis mederi solet: ipsamque nihil appetentem, ac cibos sumere neque uentem eo re-  
duxit, cibos ut suauiter appeteret. interdum quoque intentum sine ratione appetitum ex quadã acro-  
re, mordacique materia, quæ in stomacho insidet, acriter sedauit. famem etiam magnam, quam lumbrici,  
qui insunt in intestinis, afferunt, hoc medicamentum sedat, cum lumbricos occidens uentriculalem ab-  
insatiabili edacitatis cupiditate generose liberarit. itemque mirandum in modum ex intestinis educit  
maximum, latumque uermem, qui totum alimentum ingestum depascitur, ideoque totum reliquum cor-  
pus extenuatum reddit. affectiones item iecoris, & lienis plerumque sanat: siquidem obstructions ape-  
rit. morbum uero regium ex aliquo iecoris uitio exortum strenue curat, bilim expurgans, ac uelut ab-  
stergens, & efficiens, ut iecur ipsam a sanguine accurate secernat. Liones quoque, qui obduruerunt, sæpe  
colliquat: sordes, ac superuacaneam materiam, quæ in ipsis est, paulatim consumens. Lapides quoque,  
qui in renibus consistunt, confringit: & quicquid in eis terrenum, sordidumque est, facile expurgat. ne-  
scia uitia, cum uirna ægre it, sedat: & ulcerationes uescicam obsidentes sæpe curat: & difficilem uentri-  
culi concoctionem, imbecillitatemque perlanat, cum ipse corpus calfaciat, & corroboret. intestino  
rum ulcerationes, & difficultates, & leuitates tollere consueuit. succurrit etiam ijs, qui tenuioris inte-  
stini morbo torquentur: & qui diuturna coli affectione oppressi sunt: præsertim cum intestina uacant  
inflammatione. theriaca enim humorum qui intestina occupant acrimoniam consumens, eorum status  
per uaporem discutit. est, cum cholera affectis mirifice prodest. idque facit tum humores condensan-  
do, tum fluxiones sistendo. porro maximum ipsius opus sæpe in cardiacis conspicitur. cum enim mul-  
tis, continuisque sudoribus corpus distillat, ac robur ipsius dissoluitur, ut ne unum quidem sumptum  
plerumque adiumento esse queat, theriaca potui dara sudores sistit, uires coincidentes, ueluti erigit: ual-  
idasque efficit. In mulieribus quoque menstruum sanguinem euocat, & ora uenatum, quæ in utero,  
aut sede suppressa sunt, sæpe numero recludit: & immodicas sanguinis excretiones colubere mirandum  
in modum consueuit. memento autem mixtam, uariamque esse antidoti facultatem, ut nos supra do-  
cuimus. quocirca quedam diffundit, atque extenuat, ut excernantur: quedam uero quæ naturæ caloris  
imbecillitate immodice deijciuntur, cohibere solet, dum corporibus robur addit. pedum uero, or-  
niumque articulorum dolores, ex fluxione exortos, cum maxime curat, cum incrementi tempus præter-  
iit: & status uigoris adueniat. ubi enim superdederis quæ mitigat, ac lenire dolorem possint, theria-  
cam, ut fluxiones colubeat, potui dato, nam & fluxiones iam illuc compositas abluimus: & præterea

H  
liberetur  
no solum.

**A** præterea comportentur, uetat. maxime autem etiam sanis prodest, cum frequenter eam sumant. nam  
& superuacaneos humores consumit, & rotam corporis temperaturã immutat. alia enim medicamen-  
ta, quæ podagrici bibunt, & si fluxionem ad pedes comportari uetant: tamen superuacaneum humo-  
rem non abluunt: ideoque grauioris cuiuspiam morbi causã afferunt. etenim ille fluxus per to-  
tum corpus curat, & pulmo, qui respirationis necessitate impulsus, semper mouetur, rarusque est, ipsum  
in se excipere facile potest, & omnia ad se trahere: proinde hominẽ suffocat: quemadmodum ego in mul-  
tis longo usu obseruau. quamobrem eos dererreo, ne huiusmodi medicamenti utantur: ac ualde hor-  
tor, ut aduersus hæc mala theriacã bibant: quippe quæ profit, & quod superuacaneos humores exci-  
cet, & quod alios colligi, congregarique non sinat. quæ res fecit, ut plerique in principio cum eam con-  
tinerent biberint, sint a podagra prorsus liberati. & eadem quoque ratione arbitror, hydropas sæpe nu-  
mero mirum in modum huius uis adiuuat: quod humorem ipsorum corpore contentum consumat, &  
refrigeratum iam calorem naturam exalfacere possit. maxime uero ijs, quos anasarcas, & leucophle-  
gmatis appellant, egregie prodest. distribuitur enim in corpus uniuersum, & humorem carnibus indi-  
tum, multis e partibus exprimit. proinde eius habitus, quem malum uocã, præsentissimum remedium  
est: ut quæ habitum corporis condenset, superuacanea discutiat, ac talem naturam reddat, ut naturales  
obire actiones ualenter possit. quo etiam nomine succurrit elephantiasis sæpe solet. cum enim ma-  
gna corrupti humoris sit copia, eiusque uis totam corporis molem putrefaciat, antidotus hæc fluxio-  
nes compescens, ac prohibens ne sanguis corrumpatur, superare, ac depellere morbum consueuit. iam  
uero eos, qui ex rigore conuelluntur, sæpe numero curant: siquidem neruos calfacit, ipsorumque distentio-  
nes relaxat: quemadmodum etiam membrorum resolutiones plerumque sanauit, & nativo calore exci-  
tato spiritus ad naturalem statum redegit, & suos motus particulis reddidit. Admirari autem ipsam an-  
tidotum par est, quando non modo affectum corpus ab ipsa curari, sed animum quoque male ab affecti-  
bus uexatum sanari uideamus. quippe hoc medicamentum assidue datum uitia, quæ ex melancholia  
oriuntur, sedare plane queat: ceu exhauiens, exugensque e liene, ceterisque uasculis atram bilim, si-  
cut etiam serpentum uenena: quamobrem ad febrem quartanam potissimum est accommodatum. cum  
enim hæc febris ab atra bili gignatur, facile ab antidoto pellitur: præcipue si quis antidotum, ut ars præ-  
scribit, adhibeat. equidem plerosque ægrotos, quos febris quartana uexabat, hæc curandi ratione, faci-  
le a morbo ad sanitatem perduxit. prius euacuabam imperato uomitu a coena. die uero sequenti succum  
absinthij potui dabam, ut bilis contemperearetur, atque edulcesceret. tum duabus ante inuasionem ho-  
ris antidotum dabam. atque ita mirandum in modum sæpe sum quod uolebam, consecutus: ut proti-  
nus eum, qui ipsam accepisset, morbus postea non inuaderet.

*Coarguuntur methodici, qui putabant causas morborum non esse peruestigandas. numerantur  
etiam ceteri morbi ad quos theriaca faciat.*

Cap. 14.

**I**am uero aquæ timorem, miseririmum genus morbi, hoc medicamentum pellere sæpe solet, & tanto  
rum malorum concursui admirabiliter aduersari. non solum enim ijs corpus excicatur, ac quãdã  
conuellitur, intusque acri febris exurit, sed mens etiam delirat, & in grauissimũ symptoma cadit. nam &  
aquam timent, & propter magnam siccitatem, humoris desiderio ducuntur: a potu tamen abstinent.  
Et quia mens de suo est deturbata statu, ideo quod prodesse potest, non intelligunt. aquam enim refu-  
gientes, ac formidantes, miserima morte absumuntur. qua in re ego admirari methodicos soleo, qui  
ad curationes adhibendas, inutilem esse causã cognicionem contendunt. quonã etiam modo eius-  
modi curare morbos possint, non sat scio, cum rabiosi canis morsus simplex sit, & similis ei, quem non  
rabiosus intulerit, uideatur. quem enim curationis modum ipsis indicabit uulnus corporis obiter in-  
spectum, nec interiore causã ab eis peruestigata, nec ipsorum obtutu animaduersa? cum ea a rationali  
medico sola ratione, diligentique examine adinueniatur. quamobrem qui in methodicum male curan-  
tem, utpote in rationis expertem, & bestiam miser incidit, is prorsus morietur: ab illo nimirum inter-  
fectus, quo sua sectæ decreta seruaret. nam, ut nihil ab illis declinet, peruestigare causã non uult. &  
qui bono fato medicum nactus sit, qui rationem in curando sequatur, is neque tam prauis symptoma-  
tis facile corripitur, & arte medici rationalis adiutus mortem effugiet. medicus enim rationalis cum  
primum ægrotum curandum susceperit, accurate de illo quæret, qualis nam is canis fuerit, qui momor-  
dit. si enim corpore gracili, siccoque, oculis rubentibus, ac demissa cauda fuisse, ac spumam ex ore ma-  
nantem habuisse, & exortam linguam, quæ ueluti bili infecta esset, & in obuium quonque impetum fe-  
cisse intelligat: præterea uero illum interdum sine causã cucurrisse, deinde rursus subito constitisse, &  
cum ira quadam furibunda improuisos momordisse: si inquam hæc in illo fuisse audiat, statim rabio-  
sum canem fuisse animaduertet: ac uulnus non ita simpliciter, ac methodici, curabit: sed protinus illud  
maius efficiet, carne circum ex multo intervallo præfisa, & in orbem, ne ad cicatricem facile perueniat:  
sed apertum diu permaneat, ad minimumque diebus quadraginta, ut ex eo canis uirus distillet. Locum  
autem feramentis ualde igni candentibus adurere consueuimus, & alijs uti medicamentis, quæ ex-  
trahendi uim obtinent, nec sinunt uirus intra carnem permanere. ego uero olim mecum hoc animo uol-  
uens,



uens, theriacam oleo rosaceo dissolutam linamentis excepti, ac uulneri imposui, ut ueluti cucurbitula **E** quaedam exurgeret, & ex alio uenenum extraheret. ad summam theriaca æque, ac pœonia quaedam medicina & fœtis imposta, & potui data cominosis a rabioso cane hominibus mirabiliter auxiliatur. Age uero in pestilenti statu hæc sola antidotus peste correptis auxiliari posse uisa est: cum nullum aliud remedium aduersus tantam uim mali resistere plane queat, est enim pestis uelut fera quaedam ueneno imbuta, quæ non paucos quosdam, sed totas etiam ciuitates depascitur, ac misere perdat. quippe praua quædam aeris ad corrumpendum apta mutatio fit, hominesque cum respirationis necessitate uitare periculum non possint, aerem ipsum, ueluti uenenum quoddam, intra se per os attrahunt. quamobrem Hippocratem, uirum maxime admirandum summis orno laudibus, qui pestilentiam illam ex Aethiopia in Græciam irruentem nulla alia ratione curauit, nisi aeris mutatione atque alteratione, ut ne iam talis, qualis erat, ab hominibus duceretur. Is igitur iussit, ignem per totam urbem accendi, non qui simplicem materiam haberet, sed in qua coronæ, floresque suauissimi inessent: hæcque igni alimenta esse subministranda consuluit: tum uero mouit, ut unguenta pinguisima, odorataque superfunderent: ut aerem hoc modo purum redditum, homines salutis causâ spiritu ducerent. idem ego de theriaca censeo: quæ uelut ignis quidam purgans, nullo modo sinit, ut, qui eam in pestilenti statu prius biberint, lue corripantur: eos uero, qui iam infecti sint, curare queat, cum aeris eius, quem homines spiritu duxerint, malitiam alteret, atque immutet: nec sinat, ut moles corporis præterea corrumpatur. quocirca ego tibi, Piso optime, hoc consilij dederim, ut cum propter has tam repentinas aeris mutationes, tum propter alias noxias causas, hæc antidotum, etiam cum integra ualitudine frueris, frequenter capias: ut corpus tuum externis euentis resistat: & cum iam male affectum sit, curari facile possit. hæc enim uelut bonam temperaturam quandam, salubremque statum corporibus affert: quippe quæ superuacua neos humores consumit, partibusque refrigeratis calorem reuocat, ac uirtutem naturalem confirmat sic, ut naturales actiones recte perficiat. cum enim natura ualida, robustaque sit, tunc uentriculus sine ullo impedimento cibos concoquit: uenæ eos in sanguinem facile commutant: iecur sine negotio bilim sæcernet, atque ita cor sanguinem purum excipiens, in corpus uniuersum, ut iam nutrire ipsam queat, distribuit. eadem quoque facit, ut excretiones moderatus fiant. & quæ in corpore superuacanea sunt, per totam respirationem salubriter disiciantur. præcipue autem tibi auctor sum, ut in peregrinationibus antidoto utaris, cum hieme, aere frigido iter facies. erit enim ceu salubre quoddam uiscerum indumentum: quod illis non modicum afferre caloris queat. iam uero ad animi quoque prudentiam, & acumen ingenij comparandum non esse incommodam theriacam noui: siquidem causam affert, ut sensus suo munere ualide fungantur: & mens a uaporibus libera res accuratius, diligentiusque perspiciat. **G** atque, ut uno uerbo complectar, totum corpus ita aduersus iniurias tutum reddit, ut ipsam nulla ueneni uis corrumpat. tam uaria enim, tantaque uis e medicamenti mixtione profecta, hæc aduersus omnes noxas resistenciam gignit: præsertim uero, cum uiperas admixtas habeat. Nam & memoriæ proditum est, Mithridatem magnum illum ducem, non asumptra quidem theriaca, que nondum erat inuenta, sed alia quadam antidoto multis e rebus conflata, quæ Mithridatica, ducto a rege nomine, dicebatur, e potu ueneno diem suum obire non potuisse: propterea quod ita ipsius corpus antidotus illa parauerat, ut nihil pareretur. Cum enim aduersus Romanos bellum gereret, & a Pompeio superatus, & ad extremam fortunam redactus properaret e potu ueneno illatus de uita decedere, hausit ille quidem uenenum, & copiose id fecit: sed tamen mortuus non est. filia uero ipsius quæ ob eximium in patrem amorem cum illo mori proflus uolebat, eodem sumpto ueneno, eceleriter conciderunt. ipse uero cum mori eceleriter non posset, quod propter antidotum prius sumptam uenenum nullam uim haberet, euocato ad se amico quodam, Bistoco nomine, ei mandauit, se ut iugularet. ille autem opus ueneni ferro perficiens, Mithridatem uiolentam mortem obire coegit.

Quantum theriacæ, & quando, & quibus dandum sit.

Cap. 15. H

Quantam igitur uim habeant e plurimis commixta medicamenta, ut corpora ægre quid patiantur, tu ipse intelligis. id autem præcipue præstat theriaca propter tantam, quantam dixi, uiperarum potestatem. Tibi autem consulo, eam sumas, cum probe concoxeris, & ciborum non plenus sis. mensura uero si alia, atque alia ueris, tecum bene agetur: ut modo ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem sumas ex duobus aquæ cyathis, ubi exiguum erit ad ipsius concoctionem interuallum: modo uero ad nucis ponticæ magnitudinem ex tribus cyathis bibas: ubi nimirum longius tibi ad medicamenti distributionem tempus detur. Præterea uero & anni tempus, & regionem, cum accipere ipsam uoles, perpendito: nam si æstas sit, hoc tibi consilij do, eam ne sumas. cum enim status calidus sit, corpus ab antidoto magis etiam excafactum, læditur. quod cum sapientissimum uirum Hippocratem non fugeret, medicamentum ante canem, & postquam ortus canis est, molesta esse memorauit. ea enim anni pars febrem hominibus ut plurimum affert. quocirca eos, qui ætate florenti sunt, & in quibus magna est naturalis calor copia, moneo, neque multum, neque sæpe hoc medicamento utantur: sicut eos, qui ætate iam declinante sunt, ut & plurimum eius, & non raro, nec ex aqua, sed potius ex uino sumant: ut

Aut ea pars corporis, quæ iam contabescit, & quæ portio natui caloris extincta est, excuscitari, accendique ab ipsa possit. pueri autem uitare hoc medicamentum omnino debent: quando eius magnitudo, atque uis puerorum uim superet, corpusque ipsorum facile dissoluatur, ac natium spiritum eceleriter extinguat, non secus, quam lucernæ flammam oleum, quod ei copiosius affundatur, facile restinguit. Equidem uidisoliu puerum ex intempestiuo huius antidoti usu dissolutum. is enim diuturnam febrem habuerat, eratque corpore admodum gracili, & uiribus infirmis, ut uix magna adhibita diligentia, esse superstes posset. quæ ego medica prudentia prospiciens, ne ei medicamentum daretur, mirum in modum prohibebam. eius curam gerebat nescio quis, qui se pueri patrem dicebat. is tyrânica potius auctoritate iubebat, quam ut rectam consilium ueller audire. itaque sine ratione, & magna uim compulsi, ut theriacam puero darem. eam puer accepit quidem, sed tamen, cum esset uiribus pueri potentior, concocere non potuit. totum autem pueri habitum theriaca dissoluit, effecitque, ut alius fueret: atque ita propter importunum, ac temerarium medicamenti usum nocte sequenti mortuus est. Iam uero si quando in calidiorie regione diuerferis, caue, ne theriaca utaris, cum satis esse queat calor, quem illic aer afferat. quæ res facit, ut ijs hominibus, qui primam orientis partem colunt, qui calidissimi sunt, ideoque magna siccitate præditi; non esse accommodatam theriacam arbitremur.

B

De sale theriaco: deque eius facultate.

Cap. 16.

EX hisce uiperis sal etiam paratur: cuius facere mentionem, necesse iudicauit, ut esset hæc de re. absolutissima a me conscripta tractatio. sal enim facit ad ea omnia, de quibus dixi, sed mediocriter, & progressu temporis affere utilitatem potest. frequens tamen eius usus paulatim adiuuat. quam obrem plerique, cum hoc sale usi essent, neque auxilium statim inter initia sensissent, nulli plane adiuuamento esse existimauerunt: præsertim quia corpus ipsius in cinerem ab igni redigitur. aiunt enim uim auxiliandi quæ in ipso erat, per uisionem euanescente. mea uero sententia est, non eandem esse in sale, quæ in theriaca sit, uim & facultatem: eius tamen auxiliandi facultatem non ex omni parte euanescente: propterea quod multa ignis commercio meliora reddantur: & interdum latens rerum natura in apertum ab igne profertur. idem etiam quædam ad eos, quos uolumus, usus accommodata nobis parat. aurum enim igne probamus: & adulteratum igne deprehenditur. quodque accurate est igne purgatum, id esse probum uidetur. Ferrum quoque igne candens mollescit, & flexum a nobis, ad multos uitæ usus aptum redditur. nonne etiam plurima eorum, quibus uescimur, apta ad corpus nostrum. Calendum ab igni redduntur? panes enim, & pecudum, ac piscium carnes, cum crudæ sunt, ne expectantur quidem ab hominibus: cum uero coctæ sunt, tunc etiam corpora nutriunt. iam cinnum ipsium statim ab uuis expressum, & crudum & incoctum est. solis autem aestu coctum, & suauissimum, & ad potum accommodatissimum redditur. porro multa nostra in arte medicamenta quandiu pristinam naturam suam retinent, acerrima esse, & nostris inimica corporibus longus usus nos docuit. hæc domita ignis uim, ad curationem sunt utilia. nam & chalcitis cruda, corpus adurit, & crustas facile excitat: combusta uero ulcera cicatrice concludit. Lapis etiam phrygius, si crudus sit, acerrimus erit: ignitus autem, & cum alijs quibusdam tritus, præfens sit oculorum remedium. spongiæ combustæ cinis sanguinis fluxiones ualde cõhibere conuenit. idem mihi uidetur de sale theriaco existimandum. omnia enim simul accensa, & integra uiperæ una combustæ prauam uim corporibus instram uisione deponunt: & aptum auxiliandi modum ab igne nascuntur. est autem huius salis proprium, ut morbos, qui cutim oblidet, potissimum curet. uisilligines dico, lepras, & agrestes impetigines: & omnia excrementa, quæ sub cute sunt, acra præcipue, discutiatur. quocirca plerique eorum, qui hoc sale uelcuntur, sudant plus, quam consuescent: & corruptam materiam euæuant, ut etiam pediculos quosdam ex corruptela proprie nascentes eijciant. quæ res etiam, arbitror, fecit, ut a Græcis *phlegmas* dappellentur. Dentes quoque optime detergit, ac tuetur, ne putrescant, ne ue erodantur. partes corporis laxas condensat, & fluxorem ex illis inuicentem reprimit.

Salis theriaci confectio.

Cap. 17.

Hoc autem modo conficitur. conabor enim tibi rursus oratione, ut paretur, describere. capiendæ sunt quatuor uiperæ prædictis similes, quas eodem tempore uenatus sis, nec plus, quam bidduum, alteruauis. immo uero, si fieri possit, eodem, quo eas coeperis, die, adde uero salis ammoniaci, sin minus, communis, & albi, & modice sub dio rerenti modium Italicum. tum cum his tundito gentianæ Cretensis in minutas concisæ partes libram unam, ac mediam aristolochiæ rotundæ tantundem. comæ centaurij minoris libras duas: cardamomi, armeniæ, marrubij sing. unc. vi. scordij montani, chamædryos Creticæ libram unam: seminum rutæ satiuæ libram. melle Attico omnia excipe: & horum dimidium in ollam fictilem nouam conijce, tum uiperas quatuor uinas superimpone, & cum cis scillas quinque teneras, & nuper euulsas, & in minutas partes concisas: deinde reliquum dimidium aliarum rerum adjicito, tum olla operculum imposito, ac lecto diligenter obducito, operculo tamen quatuor foraminibus,

QUINTA CLASSIS.

Y bus,

bus pertuso, ut uapor inde emanans, modum affarionis indicet. primum enim fumus copiosus, obseu rus, & admodum turbidus exire uidebitur, qui nobis indicabit; ignem uiperas iam attingere. quo sane tempore, te admonitum uelim, animum diligenter aduertas, ne eum fumum respirando ducas, corrupto nimirum aere ab eo napore, quem uiperæ exhalant. ubi uapor cessarit, ac tenuem quandam flammam eijci per foramina conspexeris, tunc ea esse optime uolua cenfebis: ollamque ab igni tolles, ac lines, ut totum diem ac noctem refrigeretur. tum referabis, carbonisque extrahes, ac diligenter, accurateque contundes, & cum his rebus per cribrum traicies. sunt autem sem. rutæ agrestis uncia ix. hyssopi Creticæ tantundem. feminum foeniculi siluestris uncia sex. nardi Gallicæ, stachyos Scythicæ sing. unc. vj. pe. troselini Macedonici unc. iij. racemorum amomi unc. iij. capitulorum organi Hera cleotici unc. ix. feminis homini torrefacti unc. iij. thymi Attici summitatum unc. ix. foliorum malaba rhi Indici unc. iij. carnis baccarum Iuniperi Laconici lib. duæ. feminis coriandri domestici unc. vi. pi peris albi lib. duæ. piperis nigri tantundem. radicem silphij unc. x. zingiberis non perforati lib. ij. radi cum [aut feminis] laryrij scilicet libra. pulegij montani tantundem. sefeleos Massiliensis, rufi, tantundem. feminis cordili montani tantundem. menthæ unc. vj. cassia optimæ unc. ij. cinnamomi unc. una. hæc ubi semel contuderis, ac per cribrum traieceris, dato operam ut iterum, sepeq; contundas, ac per cribrum traicias, ut in tenuissimum pollinem redigantur. repones autem uires uasculis, neque statim, sed post quadragesimum fere diem uteris. Confici etiam a nobis huiusmodi sal non simul combustis uiperis solet: quippe qui pastillos, de quibus conficiendis egimus, cum de theriacâ loqueremur, cum ijs, quæ cum uiperis exuruntur, admisceamus: ut quam amaritudinem in se habent, adrendo abijci ant. tantum autem pastillorum adhibeo, quantum possum coniectura consequi, quattuor uiperas con tinere: ac reuera sal optimum confectum est: quippe quod neque cinereum quidpiam propter adu sionem gustari præse ferret, neq; nigro esset colore: sed sit utentibus iucundissimum, & ad ea, ad quæ proprie ualere ipsum uixi, efficaciorum uim habeat. Hæc habui, quæ de theriacâ, salæque theriacâ di cecrem, a me, ut opinor, diligenter elucubrata: præsertim uero, cum tu quoque, Piso ornatissime, o mnia scire accurate uelis. habeo enim in memoria, cum tu inter negotia reip. operam eloquentiæ magna tua cum gloria dares, uel quædam proposita esset quæstio, iudicares eos, qui disserent, ti bi non omnino interdum satisfacere: ac tu multas eos excusandi rationes inuenires: nam & deos, cum oracula non fundunt, non loqui: quandoque enim oracula conticescere. ac mare interdum fem pestatibus agitatum, non esse nauigabile: sistere item amnes, & postea iterum fluere: terram deni que non omni tempore fructus ferre. Quare tuum ego exemplum secutus, nihil eorum, quæ de the riaca peruestigari possunt, silentio transeundi iudicauit: ac simul etiam te sum cohortatus, ut hoc meo dicatento libenter utaris: quando hoc sit longo usu obseruatum, uitam longinquam ab ipso præstari: quam tibi a Dijs immortalibus dari, summis ab eis, ut debeo, precibus contendo.

GALENI DE VSU THERIACÆ

AD PAMPHILIANVM LIBER.

Ioanne Baptista Rasario, medico, interprete.

LIBRI ARGUMENTVM.

Vsum theriacæ declarat: quibus malis aduersetur indicat: tum eius conficienda rationem plane docet.



ARPENVMERO, Pamphiliane optime, rationem theriacæ conficiendæ, atque eius usum ex me cognoscere uoluisti, sed ego arbitror, neque te iam in memoria habere, quæ de me coram audiuisti, neque eam rem esse a me tum satis explicatam, itaque nunc maius otium nactus, & memoria repetens, quæ dum Romæ essem, ab hoc medicamento recte facta ad me perferabantur, & quæ ipse illius sum usum consecutus, ea in unum redacta, ad te mittenda esse existimaui. sed & quomodo uti theriacâ, & quibus in morbis, & quo tempo re quisque debeat, ne unquam impingat, subiunxi. Equidem rustici hominis, & illiberalis esse duco, rem cælare, quæ ad salutem hominum maxime conferat: qua se merito gloriantur ijs, qui in urbe, quæ est omnium longe princeps, uitam ducunt: quippe qui priuatum beneficio: publi ce, ornamenti afficiantur; quod communis salutis causa ea parent, quæ urbem uniuersam ueni uideantur.

Libri impref sionum. 1 qualitat. 1 fecit qd ueteri in lectio nunc pro ueteri non uisum, sed rursus, quod uisum.

Libri impref s, & Belfar. hac non ha bene. In quibusda libri de, ror & uisum in... meo si paretis u... i. medici quio aule in peratione de... que præstau... uim. In lib. ueteri... legitur so... usque ad... animum i, igel... um. Et ita er... lib. de ther. ad... Pisonem.

Aris. at tetro cum alias urbes, tum uero Cretenses scio, quam non modo moderationem animi tui, & omnibus in rebus dexteritatem cominentent, sed etiam mirifice diligant. atque in Aegypto quidem, & in regia urbe Alexandria tot sunt tibi uni Cretensium amici, quot non alijs omnibus. quocirca fortunam merito quispiam admirabitur, quæ tibi nomen tam ad tuos accommodatum mores imposuerit, ut quasi te ab omnibus amatum ijs prælagiret. sed ut magnam antidoti copiam, & a multis comparare tibi possis, certe uerum usum nos tibi suppeditabimus, eritq; id nostri in te studij, summæque beneuolentia monumentum. Venim nihil plus habent, qui tibijs, lyrisque & alijs musicis instrumentis abundant, sed tamen uti nesciunt, ita in antidotis, alijsque medicamentis se res habet, ut ipsorum possessio nihil iuuet, si usus absit. Etenim, si theriacâ, ut iam multorum fama est, solum ictibus serpentum, aut uenenatis poculis aduersaretur, posset domi, tanquam pretiosum quid, reposita despici, & permitti, ut diuturnitate temporis, nulla re illius usum postulante, consumeretur: uerum quia præterea senescentes morbos depellit, uerum etiam alioqui futuros prohibet, consentaneum puto, eos etiam, qui in tegra ualitudine fruuntur cum malint expertes morborum degere, quam uexantes iam eosdem profligare: illius usum nullo modo auersari. proinde multi Romæ, potentia florentes homines hoc medi camentum prima luxæ die sumunt: alij quartam delignant, sed triduo ante student, ut probe concoquant: & alii cura habita, & hora tertia, theriacem ad Græcæ fabæ magnitudinem ex uno mellis cochleari, & duobus aquæ calidæ cyathis bibunt: hocque faciunt, non ut uexantem aliquem morbum depellant, sed ut cuiuslibet morbi suspitione liberi uitam ducant: neque spes eos frustratur. hæc enim bonum sanguinem reddit, non quod malignam illius excernat, sed quod emendet id, quod in eo absurdum est, & qualitatem, quæ præter naturam inest, superet. cum uero incidit, ut iter faciendum sit, hæc ipsa antidoto aduersus suspitiones aut loci, aut prauarum aquarum, tanquam lorica saluari quædam, habitum corporis communiunt, & innoxij euadunt. Elianus Meccius, maior natu ijs præcep toribus, quibus ego usus sum, uir & artis præstantia, & animi mansuetudine insignis, affirmabat, cum olim Italiam pestilentia corripuisset, multique mortales subita ui morbi interirent, medicique, ac ciuitatum gubernatores perterriti essent, nec quicquam medicinæ proficerent, se homines monuisse, ut sola theriacâ uterentur. atque ex ijs, qui morbo iam correpti essent, quosdam seruos esse, quosdam etiam perijisse. at eos omnes, qui prius, quam in morbum incidissent, eam hauissent, eos non modo uitasse periculum, sed etiam ne morbum quidem sensisse. neque id mirabile est. nam si hausta potest mortiferi medicamenti uim superare, nimirum & corruptum aerem, qui lædere homi nem solet, plane uincet. id quod non imperitis modo omnibus, sed plerisque etiam medicis igno rum esse, nihil est cur mireris: [cum hoc etiam nesciant, theriacem progressu temporis mutilem fieri] hæc enim ex liquoribus, succis, corticibus, radicibus, floribus, seminibus, & carunculis conficitur: & quemadmodum uires cuiusque horum trahitu temporis euanescere possunt, ita etiam tota me dicamenti confectio, quod animaduertentes elegantiore uiri, qui medicamenta uenalia habent, theriacam nimium inueteratam aut uendunt, aut alijs largiuntur: ipsi uero, cum usus postulat, recenti, & efficaci utuntur. & cum opem ferunt, non fieri uoti compotes non possunt. Iam uero & alias temporum præscriptiones, aliaque genera morborum adscribam, in quibus qui theriacam adhibebit, res ei succedet ex sententia. quos enim uipera momordit, aut serpens uulnerauit, aut aspis percussit, aut cui rabiosus canis plagam inlixit, detum quos aliqua uenosa bellua aut momordit, aut punit, aut contractu uenenum afflauit, ijs omnibus theriacâ recens auxiliari abunde poterit. recens autem est, usque ad annum trigelimum sextum. eadem contra uenena omnia ualebit. post hoc tempus, utilis est alijs morbis omnibus, de quibus post mentionem faciam: cum inquam numero prædicto non sit facta multorum annorum accessio. efficacem autem eam esse, aut secus, sic cognosces. dato medicamentum, quod alium subducatur, aut uomitum cieat, ut elleborum, aut scam moneam, aut aliud, quod esse ualidissimum existimetur, non secus, quam si purgare quempiam uelis: tum theriacâ tantum dato, quantum Græcæ fabæ magnitudinem æquet. si theriacâ efficax erit, non modo ille non purgabitur, sed ne sensum quidem ullum habebit purgationis: si secus fiat, depre hendas utin antidoti uetustate obsoleuisse. Datur autem tam post epotum uenenam, aut ictus ferarum quam ante, si quis uenenum metuat, ex tribus uini cyathis ad ponticæ nucis magnitudinem. si mili quoque modo datur ijs, qui ignora de causa, cum in corpore corruptela sit, quæ ueneni uim imitetur, & uitæ periculum imminet. notam quoque & inueteratam tussim sedat: & pectoris, ac laterum dolores tollit, si ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem sub noctem fericantibus ex aqua mulsâ: ijs uero, qui febrem non habent, ex uino nullo detur. eadem facit ad stomachi inflationes, & tormina, & intestinorum, aut coli dolores. tunc enim & ex aqua, & mane, & eadem magnitudine danda est. eadem potest nimis intencam appetitionem cohibere, & prostratam excitare, quibusque naturæ facultatibus ad proprium, suamque agendi modum redactis. ad quæ tantundem sumitur ex aquæ, aut diluri non amplius tribus, neque minus duobus cyathis. ualeat etiam hoc modo ad rigores, & perfrictiones febrium, quæ quouis seruatuo interuallo hominem affligunt: & item ad uomitum bilis, qui in febris accessione fit, quique etiam interdum exacerbationem comitari solet. si quis uero ante febris inualionem ter, aut summum, quater theriacam bibat, is febrim plane tollet: si modo uictus

ratio ei utilitati, quam theriaca affert, non repugnet: nullum enim tam præstantis in medicina remedium est, quod præstare eam opem, quam pollicetur, possit, cui uictus ratio aut aduerletur, aut non adiumentum sit. Exstimatur etiam suppressas in mulieribus menses purgationes eiere, sicut mortuos expelle- re, quos natura propter imbecillitatem, sæpe conata, extrudere non potuit. datur ex passo, uel aqua mul- ta, in qua dictam uinum, aut ruta prius ferbuerit, magnitudine fabæ Aegyptiæ, quam incolæ cithen, aut ciborium nominant. Est etiam ad aquam inter cutem, & morbum regium ex alari decocto, accommo- data. sunt autem qui theriacam solam deglutendam aquam inter cutem patientibus ante cibum præ- beant. alij uno poscæ cyatho diluunt: ita enim magno est ad sitim extinguendam remedio, totumque ha- bitum corporis firmiorem facit, & humorum redundantiæ minuit, & ad naturalem siccitatem reducit. Eadem interceptam uocem reuocat tum sola hausta, tum etiam ore detenta. Sed si potui detur, tragacæ- thæ duplum admisce, & cum uino mulso, uel passo propina. Si contienda sub lingua sit, liquari pailla- tum debet, quo sane modo ijs uti medicamentis solemus, quæ arretica nominantur. apta quoque ijs est, qui sanguinem siue thoracis, siue pulmonis uitio spuunt, quod si recens sit exortum in alium, ex pô- sca datur: si inueterarit, ex tribus aquæ cyathis. erit tamen multo efficacius remedium, si parum hct bæ, quæ symphyti nomine appellatur, aquæ uicocæris, potui datur mane, & uesperit ad fabæ Aegyptiæ ma- gnitudinem. Sed in huiusmodi hominibus nos Romæ obseruauimus præceptores nostris etiã ufos **F** co remedio, quod ex subere nominatur: cuius conficiendi rationem, si opus erit tibi oportuniore tem- pore declarabo. ita in orbem hoc medicamento ante, & retro pectore copiose delibuto, morbum hac ratione plerumque sublatum uidimus. Conuenit etiam uitis renum, intestinorum difficultatibus, cal- culis, & item agere spirantibus, & durum in icore, aut liene tumorem, aut aliud quid inueteratum ma- lum habentibus. ijs autem, qui diuò tumore uexantur, ex aceto mulso danda est potio æcetum multum ex fauis confici debet, quod quidem esse ualde accommodatum, auctor est in libro, qui est de ratione uictus in morbis acutis, Hippocrates. ijs uero, qui agere spiritum ducunt, ex uno aceti scillini cyatho, & diuidio, at in ijs, quos calculus male habet, ex apij, aut petroselini decocto, ad renu uitia, ex uino mul- so, ad difficultates intestinorum, ex rhu syriaci decocto. In morbo autem comitiali, si sanguinis patien- tas adfuit, sumitur ex aqua mullâ: si magna copia sanguinis sit, & crassitudo, ex aceto mulso. Quidam etiam per celebres medici comitialibus gargarizationes ex sinapi imperant, deinde sub nocte, ex aqua theriacam præbent, quaurum Græca fabæ magnitudinem impleat. Ad summam autem, ubi alia reme- dia omnia nihil prosunt, sed ut morbi superentur, ibi potui data theriaca, & præter omnium expectatio- nem, & admirabiliter auxiliatur: itaque cholericos, iam intercepta uocæ, & cardiacos animam penè agentes tanquam a morte ad uitam reuocauit. Sed neque possum omnia oratione complecti, neque **G** par est præferim cum ex ijs, quæ scripsimus, suppetere cuius ratio possit, qua adhibita uti hoc medica- mento ad alios morbos felici prosperoque euentu posse uideatur. eos porò, qui hoc studio effertur, ut theriacam maioribus ornamentis laudibus, ac uandis puro, quippe qui, non quæ medici, sed quæ circu- latores soleant, de ipsa polliceantur, nam & ad aurium dolores, & ad grauem auditum, & ad heberem aspectum, & ad uiam prolapsam, & ad ulcera oris ualere eam narrant: quæ sane laudario calumniã pot- tius theriacæ, quam commendationem affert. nam si huiusmodi morbos uili facilique remedio præ- stiterit curare, certe fuerit superuacaneum, hoc tam pretiosum, minore etiam spe propo- sita, experi- ri. Nunc uero de theriaca conficienda, quæ res diligentiam sedulitatemque requirit, dicenda quæ- dam sunt. Menebrates enim hac de re nihil distincte locutus est. Quoniam autem & hedychromum, & passillos ex scilla, & ex uipera capit, primum de horum con- ficiendone agemus. Hedychromum au- tem si conficias, capiet hæc: Corticis radicem aspalathi, calan aromatici, costi, aflari, ligni balsami, phu, amaraci, mastiches singulorum drachmas sex. Florum iunci odorati drachmas duodecim. cinnamomi drachmas duodecim. amomi castæ, tha pontici singulorum drachmas xv. nardi Indici fo- lij, singulorum drachmas xvj. myrrhæ, croci, singulorum drachmas xij. uino Falerno excipe, & dum- singis, opobalsamo inunge, & sine, ut in umbra siccescant. Scillinos uero passillos, sic conficito: **H** Scilla circumligatur luto, & in ignem conijce eum, quo thermæ calefunt, tum uero post idle exime, & eius quod intus est, drachmas cxx. sime, farine erui drachmas lxxx. simul tere, ac passillos confice. Ex uipera autem passilli fiunt hoc modo. Viperas cape, quatuor, aut quinque lauas. præ- star autem nuper capras esse, quàm ut diutius inclusæ fuerint. Siquidem diu detentæ magis uone- nosæ redduntur, quod de ieiuno homine potest intelligi. Deinde caput, & caudam ad quatuor digitorum mensuram præcide, pelleni rotam detrahe, interna omnia abijce: quod reliquum est in olla cum anetho coque, ubi cocta caro sit, spinas exime: idque accurate facito, ne te fugiant. col- lectis carnibus sicci, & puri panis par pondus addæ, ac simul tere, & cum opobalsamo orbiculos confice, ac sine, ut in umbra siccentur. Ipsa uero antidotus est cui Andromachus, qui primus eam conficit, tranquillitatis nomen imposuit, qui uero eam ab Andromacho acceperunt, ut Crito, & ceteri Critonem secuti, quia uiperinas carnes habet, Theriacam nominarunt. ea autem conficitur ad hanc modum. Scillinorum passillorum drach. xlvij. passillorum ex uiperis drach. xxiiij. passillo- rum hedychroi drach. xxiiij. piperis nigri, liquoris papaueris, singulorum drach. xxiiij. cinnamomi, iridis Illyricæ radicis dulcis, opobalsami, rosarum tubearum, leordij Cretici, seminis napi, hoc est rapi nigrellis, agarij, ling. drach. xij. croci, myrrhæ, zingiberis, tha pontici, radicem quinque- folij,

† Videtur de esse ignem inuicem, ut fiat opus cum capite dicit.

† Siccaris, ut dicitur omnib. bet.

A folij, calamenthi, marrubij, petroselini, stoechados, costi, piperis longi, dictamni Cretici, florum iunci odorati, thuris masculi, terebinthiæ Chiæ, calicæ fistulæ nigrae, nardi Indiciæ, singul. drach. vj. florum polij Cretici, styracis, seminis seseleos, thlaspeos, ammeos, chamædyos, chamæpityos, sicci hypocistidos, malabathri, nardi gallicæ, radicem gentianæ, anisi, mei, seminum foeniculi, sigilli Lemnij, chalcitidis ustra, amomi, carpobalsami, phu pontici, hyperici, acaciæ, cardamomi, gummi singul. drach. iij. seminum dauci, chalhani, sagapeni, bituminis, opopanax, castorei, cen- tauræ tenuis, aristolochiæ sing. drach. ij. anellis Artici libr. x. uini Falerni sextaria duo, his ita confici- turis, in mortarium succum hypocistidis & dulcis radicis mirte, itemque myrrham, opium, sagape- num, styracem, acaciam, opopanax, & mel paulatim insillando misce, contunde, ac dissolue- tum uinum affunde, quo illa possint submergi, & triduum macerato. deinde cinnamomum, crocum, casiam, hardum, thlaspin, malabathrum, Lemnium sigillum, chalcitin ustram, quæ quidem si recte ustra sit, nigro colore theriacam ornat: & amomum, bitumenque, & castoreum contusum, & cribro uniuersumque traiectum in pilam conijce, & uinum affundens, accurate contere, ac si collyrium fa- cere instituis. postea uero ijs, quæ in mortario sunt, in pilam translatis, diligenter omnia commi- sce, ac uinum infundendo, addito arida omnia, & in anum redigito. his confectis, mel, resinam, chal- banum, opobalsamumque in cacabo tepida reddito, eisq; superinfundito, quæ in pilam coniecta e- rant: & in unum redigito omnia, in stanneo, aut argenteo uasè reposito, atque utitur. Crito autem de theriaca hoc etiam monumentis litterarum consignauit: uiperas sub sinem ueris, aut uinde- miae capiendas esse: & eas, quæ magnæ, & habitiores sint, eligendas, & cum anetho solo decoquen- das: tum carnibus, quæ ex decem uiperis sumptæ essent, unam seligine panis uociam esse admiscen- dam, itaque singendos orbiculos, scillas uero messis tempore, cum nimirum panis maxime uigent, esse le- gendas censēbat.

## GALENI DE COMPOSITIONE

## MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM

## LOCOS LIBRI DECIM,

**A** Iunio Cornelio medico iam in latinum sermonem conuersi, ac denuo ad veterum graecorum codicum fidem castigati.

## ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Continet medicamenta ad pilorum & summæ cutis capitis affectiones.

Quid agendum hoc libro, ac de differentijs, & affectionibus pilorum.



**Q**UOD non solum is affectus qui curatur, curationem ipsam indicet, sed quod tum ipsius ægri temperamentum, tum affectæ particulæ natura non parum simul indicent, antea in commentarijs de medendi methodo est monstratū. Quemadmodum etiam quo modo quis ex simplicibus medicamentis per se compositum aliquod faciat, compendio quidem in illa ipsa methodo, fultus uero in septem libris ante hunc item editis, omnem componendorum medicamentorum uniuersalem uiam ac rationem ostendimus. Nunc uero quo modo quis per se uniuersali uia ac ratione medicamentorum facultates præ- paret ad singulas partes congruentes, atq; ijs quæ a prioribus medicis inuictæ sunt recte utatur, percur- rere propositum est, a capite initio factò, sicuti omnibus qui nos præcesserunt est uisum. Accidunt au- tem capiti plurimæ affectiones cum reliquis omnibus partibus communes: uerum capillorū affectio- nem cum paucis communem habet: propterea quod etiam pilosum esse, ex primaria ratione haud mul- tis inest. Generatio. n. pilorum eadem est quæ terræ nascentium, quemadmodum in libris de tempera- mentis est demonstratum. Quemadmodum autem in his quædam arte & arbitrio agricolæ, quædam uero iuxta naturales causas, proueniunt, eodem modo & in animalū corporibus. Arno. a. cuiusdam triticum,



aut hordeum aut quidpiam ceterorum cerealium seminum in se narorum habenti, ea pilorum parte que in regione superiori producit, caput simularur. Pili uero qui in uniuerso corpore, ceteris herbis simili habent generationem: non enim secundum primam rationem, sed per accidens quoddam natura eos generare solet. At pili cum palpebrarum, tum superciliorum non parum utilitatem animalibus exhibere ostendebantur, menti uero & pudendorum pili minoris utilitatis gratia producti uidentur. Quapropter etiam affectiones pilorum in oculis & supercilijs in primis nos ad sui curationem adhortantur: secundum uero locum capitis capillorum affectiones habent, deinde menti & pudendorum. Sunt autem pilorum affectiones, perfecta perditio, & coloris ipsorum alteratio, uelut in uirilagine alba, Leuce Grecis appellata, fieri consuevit. Ad hanc etiam in alopecijs & ophijs non modicum atque indecorum detrimentum simul capillis accedit. Quidam igitur promiserunt ueluti has, sic etiam incipientem auiciem, se ne auescant prohibuituros: sunt autem qui hoc impossibile esse dicunt. Ad alopeciam autem & ophijs curationem accedentes, pharmaca scripserunt per quae perfectam ipsarum sanationem pollicentur. At uero plerique medici ex ipsorum usu aliquando non solum successu longe frustrantur, sed etiam uehementer nocent, ut affectio ipsa incurabilis reddatur: quod sane ipsis etiam circa alia pharmaca contingit, quibus citra methodi rationem utuntur. Ego uero id quod Hippocrates precepit, in artis operibus facere semper annito: nimirum ut quod auxilij loco adhibetur, uelut ille scripsit, iuliet, uel certe non noceat. Quod uero pharmacorum citra methodum usus non solum non prodest, sed frequenter etiam obstat, hanc sane discere licet. Iam uero ordiendi quod proposuimus tempus adest.

De Alopecia, Caluicie, &amp; Ophijs.

Cap. 2.

Quemadmodum plantae aliqua ob humoris inopiam resiccatae corrumpuntur, aliqua uero ob humoris alieni ab ipsarum natura commercium, eodem modo & capilli aut propter humorum ex quibus nutriti consueverunt inopiam, aut propter eorundem uitiationem accidunt ut corrumpantur. Et propter inopiam sane humorum caluicies contingit: propter uitiatos uero humores Alopecia & Ophijs. Vnum quidem amba secundum morbosam affectionem malum, nomina autem iuxta figuram habentes diuersa. Serpenti enim similis lasa capitis pars in ophijs apparet. Alopecias autem ob id appellatas ferunt, quod uulpibus frequenter accidunt. Nos autem propter quid sic appellari contigit non quaerimus, unde uero oriantur causam quaerentes, eam ipsam humorum uitiationem redandantiam comperimus. Quales autem tandem sint corrupti humores, ex colore cutis capitis cognoscimus: aliquibus enim murata albidior apparet, aliquibus nigrior, aut pallidior. Quare in istis primum totius corporis purgationem adhibebis, aut pharmaco pituitam ducente exhibito, aut quod bilem pallidam, aut nigram trahit, coniectura redundantis humoris ex colore cutis facta. Ego uero semper per hieram purgati, aliquando ueratro nigro adiecto, ubi atra bilis expurgare uolui humorem aliquando scammoniam, si atrata bilis purganda esset: si uero pituitosiorum exuperare cōtēxerim humorem, nihil admiscui. Tales enim praesertim ex capite, hiera ex colocynthide purgare consuevit, simulque cum his etiam alios quosdam humores, etiam scammoniam, aut ueratrum nigrum, aut epithymum non assumperit. Quin & ex aloë carapota quae tum scammoniam tum colocynthidem admixtam habent, utiliter ita affectos purgare solent. Ceterum post totius corporis purgationem, pituitam per os ducere praestat, Graeci *ἀπομασηνίζου* dicunt: deinde usque adeo affecto loco remedia admonenda, de quorum compositione dicere aggredior. Oportet enim uelut in alijs, sic & in his affectioni incedi, cuius accessio siue symptoma est uitium capillorum. Si quidem igitur uitiatum humor circa unum locum fuerit collectus, scopus incedendi erit, ut is quam celerrime euacuetur, prius quam ab ipso cutis in quandam malum habitum deducatur tantum, ut etiam si quis uitiatum ipsius humorē euacuet, & boni sanguinis influxum praeparat, is adeo etiam a malo in ipsa habitu prius inducto corrumpatur. Si itaq; uitiatum humorem in cute euacuare uolueris, discutiorij pharmaci opus habebis. At qui contradicet forsitan aliquis, communem scopum in omnibus affectionibus quae ex influxu humorum sunt, contemni ac subuerti ratum: repelli ipsos debere asserens, partem refrigerando ac adstringendo; non attrahi calfaciendo: esse autem discutioria omnia facultate calida. Et certe affirmamus nos quoque uere haec dicta esse. Incipientes enim ophijs & alopecias per huiusmodi pharmaca prohibere oportet ne auescant: noui tamen iam principium ipsorum alopeciam aut ophijs appellari; sicut neque scabiem, neque lepram iaro appellamus quae ex impetigine orditur. Ego itaq; quemadmodum nostis, etiam iam factas alopecias aliquando sola purgatione sanauimus, nullo amplius medicamento post ipsam ad locum affectum admoto. Ut autem ampliore eius rei experientiam facerem, ex eiusmodi quopiam successu sum impulsus. Adolefcentis quidpiam bona habitudinis, & exercitij aduersus, hanc affectionem in capite habebat: erat autem satis familiaris mihi, ut uictus rationem etiam ipsius qua iam per tres aut quatuor menses usus erat, probe nossem: explebat, se quotidie ferre fungis. Hic itaq; sola hiera ex colocynthide purgati bis in quinque diebus in prima sane purgatione quatuor ex ea drachmis, in secunda quinque exhibitis. Prius quam uero ad has purgationes peruenire, carapota ex aloë undecim ei praebui, ciccribus ferre magnitudinem partem habentia. Habent autem carapota haec, Colocynthidis partem .j. aloës & scammoniae, utriusque partes .ij. his ego unam partem succi abstrahij misceo. Antea uero, et mastichen chia & bdellium adieci, hoc enim modo Quintus utebat. Verum, propter quid ea reiecerim postea, alio sermone explicabitur.

A. 1. 4. f. 7. 1. 1. c. 6. c.

Auc. ibid.

A. ibidem.

A explicabitur, quem in compositionis purgantium pharmacorum libros referuo. Cum igitur post has tres purgationes homini pituitam & capite deducere per apophlegmatismos uellem, atq; deinde pharmacum quoddam ad affectam partem adhibere, contigit ipsum de repente in profectionem quandam ab affectione circa capillos penitus curatus. Ex hoc sane successu incitatus ego, cum in alijs eandem curationem fecissem, expectaui uiderem quid citra pharmacorum ad caput adhibitionem esset seculum feci. Difficiliter enim eluuntur in his cuti admodum insidetas ferocii humores: multo uero magis in his quibus iam ipsa cutis ad malum habitum peruenit, desperanda est per solas purgationes curatio. Atque haec quidem necessario praefatus sum. Ceterum de pharmacis affectio huic commodis iam dicere incipiam. Euacuatiua igitur omnino esse oportet ipsa attingentis humoris, uerum euacuare nihil potest quod non discutendi uis sit praeditum, cum uero uim citra calefactionem habere non potest. Sed si quidem ex uehementer calfacientium numero fuerit, cutem exuret: quod si uero non uat, in principio quidem praclare iuuabit, progressu uero temporis cuticula capitis super resiccata talis euadet, qualem in caluis uidemus. Non tamen simpliciter moderate calidum esse pharmaci oportet, sed intra uidelicet fines scopi propositi accedens. Nam & tenuium partium ipsum esse conuenit, quod sane in altum sit progressum, unde radices capillorum generationes suae principium habent, & ut qualem diximus praeditum propter id quod crassior sit & durior capitis cutis, & ob id medicamentum opus habeat efficaciore. Itaque si supra hoc quod uiciatos humores discutiat, etiam idoneum sit ad bonum sanguinem attrahendum, uelut est thapsia, optimum sane pharmacum est censendum. At uero cum thapsia longe calidior sit quam affectioni sit ex usu, merito eius adhibitionem per se uitamus: exulcerationes enim in cute excitare consuevit, & omnino phlegmonosa oedemata, quapropter necessario quaedam quae eius uehementiam mitigent admiscemus. Id ipsum uero curatum ex oleo apparatus praestare potest. Sit autem tenuium partium oleum quale est Sabinum, praestat item moderate esse uerisum. Ad hanc rem confert item oleum cicinum, quod mox ab initio eiusmodi naturam habet, quale praedictum est Sabinum inueteratum. Quod si neutrum horum ad manum sit, ex reliquis graecis oleis citra olcarum germina apparatus quodcumq; tandem admiscemus, praesertim si sit uetustum. Perspicuum itaq; esse opinor oleum ex Iberia, aut Hispania, aut quomodocumq; quis eam appellare uelit, fugiendum esse, itaq; quod ex oliuis nondum plene maturis apparatus, Omocribes & omphacinum Graecis appellatum. Vnus sum autem & sola thapsia, uehementi eius facultate larga aquae admitione exoluta. Verum de thapsia, qui ipsa utitur, sciat opus est, maximam differentiam esse recentis ad uetustiore. Vis enim huius pharmaci post annum multum exoluitur, atq; amplius adhuc post duos annos: aueret autem quispiam dicere inutilem penitus eius usum ad triennium progressu. Haec igitur haud ignorans, impari aquae modum admisceris. Ad recentem enim plurimum aquae addes, eamq; saepe singulis diebus illines: ad eam uero quae per tempus imbecillior reddita est, minus adfundes, quo & ob crassitudinem diutius adherere, & propter liquiditatem non statim defluere contingat. Quin & cum compositum pharmacum paras quod thapsia admitionem requirit, quale est quo ego assidue utor, non aequale semper pondus thapsiae admisceris, sed quantum pro tempore aetatis eius conuenit, tantum ipsum pondus augebis. Ceterum de hac tota re paulo post diligentius cum ad composita peruenero differet, ubi prius omnia simplicia pharmaca affectioni huic familiaria recensero. Etenim ex his quae fortiter calfaciunt est euphorbia: quae autem sufficienter, laurinum, siue oleum siue unguentum, aut quocumque tandem nomine id appellare uelis. Nam & his una eum calfaciendi ac discutendi facultate inest nis ad trahendi sanguinem in locum ab ipsis calefactum. Licet igitur ipsis & per se uti, euphorbium quidem in oleo laurino soluendo, laurino uero solo citra alterius admitionem illinendo: si tamen nimis fluidum appareat, parum cerae addatur. Cum uero multo calidius sit recens euphorbium, si quidem eo quod duorum aut trium annorum est uteris, ad libram unam romanam olei euphorbij unciam unam iniicies, quae sane duodecima olei pars existit. Recenti uero euphorbio parce utaris, quam minima eius parte primum admista, aut etiam cerae uncia una insuper addita, quod uideas quantum hominem exal faciat: licebit enim tibi ubi rursus uti uoles, de nouo addere siue oleum siue ceram malis. Eodem modo etiam thapsia utendum est, omnibusq; fortibus medicamentis. Peccatum enim infra modum nullum detrimentum affert, supra uero aliquando exasperat & ulcerat cutem, inflammationemq; suscitatur. At qui est in sequentibus compositis pharmacis quandoq; euphorbium aut thapsia scribarur, pondus ipset, non solum in his pharmacis, sed omnibus etiam alijs, quae uidelicet succi & liquores, & flores, & folia, & fructus, & radices, & semina existunt, quando sane etiam Metallica, per longioris temporis situm & ipsa uiribus infirmantur. Vtimur tamen quibusdam pharmacis uiginti aut etiam uiginti annorum, propterea quod nondum uergentem omnino habeant aetatem: alia enim aliam tum uigentem, tam uergentem seu inclinaram aetatem habent, atque etiam, si ita dicere libeat, senectam. Vnumquodque autem proprium uigorem his qui ea saepe uidentur indicat, tum ex odore, tum ex gustu, aliquando etiam ex colore, & secundum crassitatem compage. Quemadmodum in alijs omnibus pharmacis non solum quod calfaciant operae precium est cognoscere, sed & quanta distantia; quantoq;

ordine id faciant. Sic item in his quae alopecijis conferunt pharmacis nosse oportet, quod calidissimum est quidem ex eis est euphorbium. Eo autem minus calidum est thapsia, post thapsiam auream sinapi & nasturtium. Iuxta alium modum linnicis nulli horum secundum est, habet autem praeter haec duas alias appellationes: nam & Adarcium & Adarce uocatur. Post haec succedunt sulphur, & nitri spuma, ipsaque nitrum molle usum, & quod Berenicarium appellatur, quemadmodum & Aphronitrum album, leue, ac laxum, quod nullam in se terream asperitatem habet. Deinde ueratrum utrumque, & ericæ semen, & laurinum siue oleum siue unguentum uelis appellare: ad haec alcyonium utrumque usum & notum, praestat tamen usum: & arundinis radices, itemque cortex, ambo usum. Quin & pix liquida, & cedrinum quod aliqui cedriam appellant, & murium sterces, urfaeque adeps: praestat autem si uerustior extet. Quamquam etiam hyanae, leonisque ac pardalis ac anseris adipis conueniunt, & quicumque tenuium partium substantiam habent, quo prompte in cutis profundum penetrare queant, atque ad radices usque capillorum pertingant. Sed & amygdalae amarae integrae usum commodae sunt, & thus aceto acerrimo confectum. Confectum autem intellige cum pluribus diebus, & maxime ad solem diutius cum aceto aceto sit contritum. His itaque omnibus pharmacis licet uraris, ad fortia quidem cerato liquido addito, debilibus uero oleo laurino imbutis. Et inueteratas quidem ac difficulter curabiles cum fortibus per sanare conaberis, incipientes autem & paruas, cum debilibus.

*Ad Alopecijis composita.*

Ceterum pharmaca composita, quae partim a prioribus medicis, qui alicuius aetionis fuerunt, magnopere sunt laudata, partim uero a nobis ipsis per longam experientiam sunt examinata ac probata, eiusmodi existant. Euphorbij, thapsiae, laurini, singulorum drach. ij, sulphuris uini, uerari utriusque drach. j, neque refert albo an nigro ueratro, quod ad manum sit, uraris. His admisce ceræ drach. vj, laurino, aut escino, aut ueteri oleo praetiquans, utereque hoc ut fortissimo pharmaco ad inueteratas & aegre curabiles alopecias. His etiam aliquando nasturtij drach. i, aut alcyonij usi drach. j, admiscui. Praestat autem in hunc usum alcyonium quod durius est & magis asperum. Quod si thapsia non adsit, pro ipsa tantum pondus seminis nasturtij aut erucæ addes, aut ipsum adeo nasturtium. Si uero laurinum non habeas bonum, picem liquidam adde: laurinum namque picem liquidam non multum excellit, thapsia uero reliquorum respectu maximum excessum habet. Hoc sane pharmaca omnium, quae ad hanc affectionem efficaciter faciunt fortissimum & ualentissimum est, quando uidelicet affectio, ut dicebam, aegre recipit curationem. Quae enim parua est & incipiens etiamnum, sola purgatione sanatur, & per singula quae recensui simplicia usum laurino, aut cedrino, aut liquida pice, aut cicino uel ueteri oleo excepta. Admiscui etiam aliquando mel, pro cerato, minori tamen copia & pondere, neque ulla ex parte peius euasit pharmaca. Quae uero etiam ex adipibus componuntur thapsiae pauxillum assumentia pro sunt, praesertim si euphorbium & adarcium addatur. Sit autem adipis cuiusque pars una, (sunt enim tres leonis, pardalis, & hyanae.) Si uero hyanae adeps non adsit, sufficit praesentibus reliquis duobus uti, anserino admiscui. Si uero omnes quatuor habeas, simul omnes miscebis, addito insuper si adsit urfino. Ad totam uero eorum molem duodecimam thapsiae aut euphorbij partem addere satis est: aut si omnino fortius facere uelis, amborum simul addes: nam & per experientiam haec ipsa pharmaca efficacia sunt iudicata. Plurimum enim experientiae habendae gratia, petentibus subinde medicis a me amicis, singulis aliud atque aliud eorum quae experientia cognita habui, ex tempore digestum exhibui, & reperta sunt sane plurima ex eis optime conducentia. Verum ante omnia uos methodi meminisse oportet circa eorum usum, quae communis in omnibus praesertim fortibus pharmacis existit, quare etiam saepe eius mentionem facio, utpote in qua magna omnino uis sita est. Qui enim singulis fortibus pharmacis uritur, in principio quidem ipsa molliora adhibebit, admittione uidelicet eorum quae uires ipsorum exolunt: qualia sunt oleum & cera, & ex simplicibus quae diximus debilia, uelut est thus, & arundinis cortex ac radices exustae, & amygdalae amarae, & quaecumque eius generis existunt. At uero post primum usum cum iam secundo adhibere uoles, intueri oportet qualem alterationem in affecta particula prius adnotum pharmaca fecit, atque illius respectu aut uehementiam facultatis eius lenire, aut augere. Velut in hac quam iam tractamus affectione, primum quidem capillos nouacula tollere oportet, deinde affectam cutem per linteolum neque asperum neque molle nimis conficere, ac uidere ad quantum ruborem per huiusmodi motionem ac frictionem peruenit. Hoc enim tibi ex usu ad spem curationis est futurum. Namque si per exiguas frictiones rubescat, moderatam affectionem opinaris, si uero per multas, grauiorem, praesertim cum quaedam cuticulae etiam si multum confices non rubescant. Manifestum igitur est has omnium difficillime curari, sicut contra facillime, quae facile rubescunt: quae uero inter has medio modo habent, tantum inter se differunt, quantum uel ad pessimas uel moderatissimas accedunt. Atque haec quidem accessionis loco sint dicta, quantum neque neglectui habenda, Russus itaque ad id quod propositum erat reuertens, methodi te commonefaciam quam usus pharmacorum itaque. Post primam igitur pharmaci cuius usum elegeris adhibebit, intueri conuenit primum quidem, an etiam ante confectionem cutis coloratio appareat: deinde autem an cum paulo citiore, quam prius frictione, aut an cum equali quidem, magis tamen quam prius rubicunda fiat. Prae omnibus uero animaduertere oportet ne in fortium pharmacorum admotione cutis ultra quam conuenit concalescat, id quod tum ex colore ipsius, tum digitorum tactu deprehendes. Colore namque sa-

f alperitum  
i. thapsia  
al. thapsia  
i. cedrinum

A. ibidem.

F

A. l. thapsia  
c. a.

tolla i. reser  
p. l. thapsia  
u. l. p. l. thapsia  
p. l. thapsia

A nior apparebit, & digitorum contractu abunde calidam cognosces. Horum itaque animaduersionem habere oportet: periculum enim est iterum atque iterum repetito eorum usu cutem exuri. Quare ad molliora transeundum est, aut eodem iterum quidem, sed cerati, aut adipis, aut liquoris cuiusdam oleo si admittione uel ipsius exoluta. Utendum est & olei calidi dulcis irrigatione, & cataplasmate ex pane, fomentis, & scarificationibus, ac cucurbitis, & cerati illitione, [uirium item refectrice diata] Ceterum perseverante affectione utendum est assidua rasura, & rubificatione ex sinapi uelut est praedictum, item que frictionibus praescriptis, & sequentibus diebus illita pice, aut oleo cedrino, & post frictionem scarificationibus. Quidam uero aciculas colligantes hoc modo, ut aciem ad cutem uergentem habeant per ipsas cutem compungunt. Verum post rubificationem per defrictionem inductam, & post scarificationem, pharmacis quae ex alto euocare, ac meatus transmutare possunt, Metasthenitica Graeci appellant, utemur. In omnibus autem communis scopus hic, sit ut in aere calido pharmaca ipsum adhibeamus, & maximus si fieri possit in loco insolato, qui non habeat auram ipsum persantem, hyemis autem tempore praestiterit in balneo his pharmacis uti.

*De pharmacis compositis ad Alopecijis affectionem a senioribus me medicis conscriptis.*

Heras quidem igitur in serula iuxta dictionis seriem sic scripsit ad alopecias: Alcyonium quod asperius est usum ac cum oleo tritum ac lenigatum loco illinito. Sit autem oleum maxime ex lucernis acceptum. Haec quidem sunt Heras uerba: Verum nosse oportet medium esse uiribus hoc pharmaca, & propterea ad medias magnitudine alopecias curandas sufficiens. Infirmum equidem pharmaca est si calami radicem aut corticem, aut amygdalas amaras, aut eius generis quippiam usum cum oleo committas. Fortia uero sunt quae ex euphorbio, & thapsia, & adarce apparantur. In medio uero istorum est alcyonium usum, sed & ipsum moderatius redditur oleo admiscui, fortius uero liquida pice aut laurino affuso. Miscetur item praedictis adipibus. Et sane ego cuidam qui ad hanc affectionem ut sine adipe usus erat, nec quicquam profecerat, alcyonium admiscere consului, a quo postea breui sanus euasit. Ceterum oleum lucernarum non ob aliam rationem aptum est, quam quod magis tenuium partium existit, id quod ipsi ex lucerna in qua ueluti coquitur accedit, siueque tum ueteri, tum cicino admiscui se uelut si etiam alias ad ignem oleum uelis calefacere. Itaque & sordes quae in lucernis liquido lato si miles gignantur, his qui apud nos ruti degunt cognita sunt, ad ulcera in medio digitorum pedum curanda efficaces, quae ulcera frequenter illis oboriuntur, propter illuicem & negligentiam perluendi eos singulis diebus. His itaque sordibus lutosi consului cuidam turali alopeciam, ubi prius ralisset, quam mihi ostenderat, illinire, simulque frequenti abrasione uti: qui sane ab ipsis per sanatus, etiam alios tentauit hoc modo curare, utpote qui putaret omnem alopeciam ab hoc pharmaco posse curari. Verum ego cum moderatam eius affectionem esse intuis, sperari ipsum quidem per illas sordes sanitatem consecuturum.

*Aliud compositum pharmaca Heras pueris aptum.*

Aliud autem deinceps pharmaca Heras post praescriptum, iuxta seriem dictionis hoc modo scripsit: Seminis erucæ, partem. i. nasturtij, partem. i. nitri, partem. i. In aliquibus autem exemplaribus simpliciter scriptum est: Erucæ, partem. i. nasturtij, partem. i. nitri, partem. i. contritis picem liquidam affunde, & loco prius conficere impone: atque ubi abstuleris pharmaca, locum spongia calida imbuta extere. Auferes autem bis per diem, & in pueris maxime efficax conspicitur hoc pharmaca. Fortius enim est priore, uerum inueteratam & aegre cedentem alopeciam non curauerit: quod ipsam etiam Heras indicat, qui in pueris ipsum maxime efficax adscripsit, hoc est in corporibus molli cute praeditis. Ex huiusmodi enim uitiati humores facile discutiuntur. Habent autem consimilem pueris cuticulam eunuchi & mulieres.

*De his que Crito ad alopecias conscripsit.*

Crito uero in tertio libro eorum quae ad corporis ornatum pertinent, sic scripsit: Ad affectionem alopeciam appellatam quae capillos deuastat, & cutis deformitatem inducit, subscriptis compositionibus utendum est, ut Heraclides Tarentinus tradit: Amygdalas amaras cum corticibus usas ac uitas aceto excipe, modico item affuso melle: usu uero expetente, loco per mundum linteolum praeficere, assidue illine. Prodest autem maxime etiam assidua rasura antequam pharmaca imponatur. Aliud quo Mosechus usus est. Erinaceorum marinorum restas exustas & aqua subactas locis praeficere impone. In quibusdam exemplaribus non aqua, sed adipe urfino excipi debere Erinaceorum cinerem repperi, quod mihi magis placuit. Hoc enim modo efficacius redditur. Aliud, Arundinis radices usas ad pe urfino excipe, atque impone. Aliud, Thapsiae corticem tritum, cum aceto imponito. Aliud, Chamaeleonis radicem cum aceto diligenter tritam imponito. Haec praefatus Crito deinceps ita scribit: Quod si uero perseveret affectio, subscriptis compositionibus utendum est. Quibus uerbis plane indicat per praescripta medicamenta moderatas affectiones sanari: itaque deinceps quae ad fortiores affectiones conducunt scribit, quae iuxta seriem dictionis ipsius hoc modo habent: Ad alopecias uelut Heraclides Tarentinus tradit, Orestini ad alopecias inueteratas, Muscerdae drach. j. thuris drach. ij. aceto acerrimo dissoluta prarratis locis illine. Aliud, Erinaceorum maiorum una cum testis exustorum drach. ij. gallarum acerbarum tantundem, amygdalarum amararum usas tantundem, muscerdae drach. i. aceto dissoluta & probe trita imponito. Aliud Orestini. Pilorum urfistorum, adian-

A. ibidem.

thi



ubi usque radicem arundinis ustam, foliorum fici ustorum, panniculi Cilicij usi, singulorum æquales E parti adipe urino & cedria excipe. Vnus uero tempore, loco foro, & per fici folia confectus, ac per nitrum exterio, pharmacum quoridie illine. Cutis uero superficie exulcerata, ceratum ex oui luteo impone, & farinarum tritici ac hordei succum recentem superline. Aliud Orthosis Sicili accommodatum. Cineris ranarum minimarum in ollula ustarum partem unam, muscerdas, ueratri albi, radicis arundinis usta, piperis albi, singulorum æquales portiones aceto excipe, & ad præfrictum ac prærasum locū utere. Aliud, Cineris unguularum caprinarum ustarum, succi thapsiæ, alcyonij, muscerdas, spuma nitri, myrrhæ, piperis albi, zingiberis, singulorum æquales partes probe tritas selle caprino excipe.

Quæ Cleopatra in libro eorum qua ad corporis ornatum pertinent scripsit.

In libro Cleopatrarum de ornatu corporis, ad alopecias descripta sunt pharmaca, quæ iuxta illius dictionis seriem hoc modo habent. Ad alopecias. Sandaracham tritam, largoque uisco quocumque exceptam, & in linteolum inditam, loco per nitrum prius preparato imposito. Ego uero etiam nitri spumam ad prædicta admiscui, & egregie efficax pharmacum fuit. Aliud, Scillæ 3. j. ueratri albi 3. j. ex aceto trita prærasis & nitro confictis illinito. Aliud, Sinapis 3. j. nasturtij 3. j. trita ex aceto, prærasis & nitro extertis locis imposito, Præstat autem locū uulnificulis impactis scarificare. Aliud, Corticis arundinis 3. iij. spumæ nitri 3. iij. pice liquida exceptis utere. Ceterum locū assidue radere oportet, & cum F. linteolo conficere, sic enim quàm celerime pilos producet. Aliud, Muscarum capita contrita affrica. Aliud, Muscerdas tritas illine, loco prius per linteolum affictum subruento reddito. Aliud, Amygdalas amaras unam cum corticibus exultas cum aceto & melle conterere, & loco per defricionem subruento reddito illine, idque ipsum assidue facere pergere, & locum nonacila rade: sic enim capilli cito prodibunt. Aliud, Ceterum ea quæ sequitur compositio omnes ut sua præcellit, faciens item ad profunium capillorum, cum oleo aut unguento dissoluta: facit & ad deciduos in principio palpebrarum pilos, & in caluitium prolabentes: estque omnino admirabilis: Murium domesticorum ustorum partem unam, panniculi ampelini usi partem unam, dentium equinorum ustorum partem unam, adipis utini partem unam, medullæ cervinæ partem unam, corticis arundinis partem unam. Hæc omnia acida laeuigantur, & sufficienti melle admixto ad crassitudinem mellis rediguntur, indeque adeps & medulla liquefacta addantur, & pharmacum ipsam in æream pyxidem reponatur, ex eoque alopecia donec capillos producat defricetur. Similiter autem & profunium capilli quod die ex eo illinantur. Porro inter hæc ipsa pharmaca, itemque ea quæ deinceps describentur, non difficile est diiudicare quæ aciora ac fortiora, rursusque quæ molliora & imbecilliora existant, modo quis ea quæ in principio dixi in memoriam reuocet. Ita enim & rectus eorum usus contingeret, nimirum ad mediocres alopecias mediocri Cibus adhibitis, ad fortiores fortioribus, uelut etiam ad eas quæ fortissimæ sunt, fortissima remedia admouentur.

Quæ Archigenes ad alopecias commoda conscripsit.

Archigenes item hæc pharmaca ad alopecias hac uerborum serie descripsit: Alopecias leues & in superficie hærentes, nitro conficatas, ac linteolo extertas, uerbenaca in sole trita acetoque diluta largi ter illine. Aut eodem modo extertis betæ folia impone, in superque linteolo humecto contege, aufert autem ea per loci humectationem. Ceterum in alium progressas cum aceto, & nitri gleba, aut sepia [cuius quæ piscis est] testa, aut fici folijs, usque ad dilaniationem defrica: deinde deterfo sanguine, betam ex uino coctam impone, aut caricas uistas cum uino, aut lentis farinam cum uino pro cataplasmate adhibe. Aut hypres cum aceto, aut ranunculo, aut ari radice, aut tali quopiam in cerati formam redactis, & per noctem impositis, bullas ex alopecia excita: mane uero bullas compunctas, alio, aut buse-lino, aut anemones, phernijve folijs intege. Probe faciunt etiam post excitationem bullas hippocampi marini usi, & cum modico atramento sutorio crudo trito inspersti, itemque oïa maxillarum siliarum usta. Aut ubi deraferis & cum nitri spuma deterferis, alcyonio, ex acri aceto confrica, donec sanguis emanet: dehinc ubi nucum atellanarum putamina usta ex melle laeuigaueris, inunge. Atque id bis in die fa H cito: sed ac silit eas ut plurimum in diebus decem. Aut mures domesticos in olla exustos tritosque, axungia excipe, & præfrictis cum alio alopecijs in splenio impone, idque donec capilli enascantur quoridie repete. Aut ranunculos paruos similiter exure, eorumque cinerem cū pice sæpe seruata usque quo crassa facta sit, illine, loco neque raso, neque prius conficito. Aut muscerdas & eius æquali portione cum aceto ad mellis crassitudinem redacta loco prius rubificato illine. Aut ficus aridas uistas cum oleo similiter illine, ubi prius leuigaueris. Aut ueratri album [aut] piper [aut] muscerdas, prædeterfis, ac prærasis ex aceto illine. Aut raphano & cepis oblique concisis probe conficatis illine. Aut alcyonium correfactum cum digito oleo madefactum diligenter affrica, donec morium percipiat, & correfactam alopeciam emendabis. Aut alcyonium ad lucernam correfactum, adipemque urinum similiter liquefactum misce, & præfrictis ad solem, illine. Aut præpunctis pro more, cepas tritas cum melle cataplasmatim modo impone. Aut raphani corticem eodē modo. Aut facta scarificatione, arundinis corticem superiorem quem Aegyptij Siphtherium appellant, ustum cum pice liquida committe, spleniumque impone, & quater aut quinque solue, deinde exterge, ac aliud splenium impone. Quidam nitrum ad decimam cineris ipsius partem admiscerunt, ualdeque eis succedit. Aut squamam stomomatis ferri cū aceto & oleo illine eodem modo. Aut felis siue erocodili stercoreis 3. vj. sinapis 3. iij. cum acri aceto illine.

Aut

A. Ant cantharidas uistas pice liquida exceptas ad cerati liquidi formam redige, præfrictis que ex nitro aff-so locis & extertis, in splenio impone, & per noctem sine, mane uero tolle, locumque exiccari permittit usque quo circumcirca rumpatur: ubi uero eruperint capilli, eos assidue rade. Aut nasturtium, uel ut alij piper, muscerdas, ueratum album, æqualibus portionibus ex aceto illine. Aut cum piscis corio, quale est squatina, aut folio ficulneo, aut pumice laui, superne alopecias cruentas facito, deinde que amygdalas amaras uistas cum aceto multo illinito, idque assidue facito, ac radito: auferent enim latam capilli. Aut testudinis marinæ sanguinem illine, ex laudatissimis enim hic est. Aut hippotami coriū uistum illine. Aut nuces ponticas uistas, & staphidas syluestres cum unguento laurino. Hoc enim ab Archigene laudatur. Aut muscerdas & ueratum album illinito. Aut corticis arundinis uista, & nitri æquas partes cum pice liquida ad malagmatis formam redige. Aut nuces amaras unam cum corticibus uistas ex aceto aut melle frequenter illine, idque loco prius per linteolum extertis, post uero assidue radito. Aut ammoniacum thymiam cum succo tithymali affricato, aut felis stercore aridum ex aceto. Aut rhois 3. iij. uel iij. sinapis 3. j. cum acri aceto illine. Aut amygdalas amaras & pumicem illine. Dionysodorus autem medicus, Corium, inquit, nouum uistum cum acri aceto illine. Egregie autem facit ad inueteratas alopecias, si thapsiæ succum aut radicem cerato exceptum loco inposuens, etiam si nihil præterea B. aliud facias. Decedit enim superna cutis & sanie serofumadet, capillique sua sponte subnascuntur. Vides itaque quomodo Archigenes ex Thapsia pharmacum collaudet, neque enim aliud eo præstantius reperias. Auget autem fidem commoditatis eius cōsona historia: quapropter & ego omnia quæ apud medicos expertos sunt medicamenta scribo.

Quæ Asclepiades in libro de Alopecia scripsit.

Non recentioris nunc mentionem facio Asclepiades, qui memorabiles sane pharmacorum compositiones in multis libris conscripsit, sed uetustioris, Bithini uidelicet. Hic itaque Asclepiades curandiam se reperisse gloriatur, per quam multos curatu difficiles alopecias habentes sanatos dicit. Verum plus ad curationem totam uiuendi rationem ualere quàm pharmaca ipsa tradit. De uiuendi ratione itaque hæc scribit: Abstinentum itaque ab omni uino in totum, propter has ipsas causas. Manifestum uero est inde, ipsum antea retulisse causas, quas si quis discere uelit, ex libri ipsius lectione requirat. Deinde subiungit: Abstinentum etiam a nimia repletionem. Prohibet autem & carniū esum, & casei, & lactis, & leguminum, omniumque simpliciter quæ etiam exigua copia accepta uim habet, quæ multum & nutriant & insent. Quin & exercitia plurima fugere iubet, uelut etiam assidua balnea, & multas exudationes. Ceterum de pharmacis iuxta seriem dictionis sic scribit: Est autem primum unguentum tale: Spumæ nitri partes duas, salis ammoniaci partem unam, uista trita acerrimoque aceto diluta, donec strigmentorum crassitudinem accipiant, præcalpta leuiter alopecias, quo denitentur & cruentas reddatur locus, moderate illinimus, defricamusque donec caput ea concipiat, & pharmacum in alium probe deferatur, atque ita quiescere usque ad crepusculum finimus, postea ad uesperam idem repetentes, similiter que sequenti ac tertia die, magnam permutationem reperimus. Silitur enim depaltio, & capilli dum raduntur, neque ui trahuntur, resistent, & non euelluntur. Deinde sequenti die ex aceto præfrictis cataplasma apponimus, quo ad bullas assurgant, & cutis in superficie exulceretur. Bullas autem ubi diuiserimus, atque ad duos dies aquositate exceperimus quæ ab ipsis ulceribus prodit. Inde rursus eodem unguento utimur, ulceratis tantum locis parcentes, eosque transgredientes. Sanos uero apprehendentes, eosque deradentes, [usque ad crepusculum quiescere finimus, quo idem reperentes] multumque conficantes usque ad septimum aut octauum id facere pergitur diem; quo sane tempore uidemus iam ab extremis alopecias non amplius renues ut ante, & lanuginosos prodire pilos, sed robustiores, postea paulatim etiam in partibus denudatis exerescentes, uicissimque tenues & imbecilles deficientes. Contingitque simile quiddam quale in ulceratis uidemus. In ulceribus enim cicatrix ab extremo initium faciens, postremum in medio ulcere definit ac coit. Ita in alopecia partes pilosis uicidua primum conualescunt, & densæ pilis redduntur, quæ uero in medio sitæ sunt, omnium postremo pilos producent. Si itaque curatio hoc modo processerit, reliquis medicamentis nihil opus habebimus, sed uno hoc per multum tempus semper utimur; ceditque benigniter affectio, nisi omnino magna nuditas existat. Medio autem tempore, scalpura per acurum cælum assidue facimus. Aliquando etiam cuspidi acuti speculi cute per rufam, per fissuras ipsas sanguinem moderate elicimus. Hæc his uerbis præfatus Asclepiades, deinceps de rasura contra quàm alij tradit: neque enim assidue, sed per interualla affectam partem radere iubet, ubi iam mediocriter densi capilli in ea fuerint exorti: procedentes autem iam, & adhuc tenues, rasura non dignatur. Ceterum post rasuram factam mentionem, deinceps hæc uerba scribit: Quod si uero remoretur capillorum exortus, ad subscriptas compositiones conuigimus. Sunt autem tales: Ecinacij terrestris caput aut corium uistum, tritum, ac melle subactum illinito. Aliud, Hippocampum maius & nitri parū coexure, adipeque anserino admixto, loco nitro preparato illine. Aliud, Thapsiam aqua maceratam illine. Aliud, Muscerdas aceto tritas illine. Aliud, Calami Cyprij folia in olla exurita, deinde resina pinus cineris plurimum excipito, & præcalificata alopeciam imposito ac obligato. Aut corticem siue comam arundinum eodem modo preparato, ampliusque nitri partem cineris modum admiscero, & pice exceptis utitor. Est autem non inualidum, sed plurimum efficax. Post hæc uero etiam muscarum Asclepiades meminit, iubens quàm plurima ipsarum capita, mox ubi

1 Al. Et illi  
rum & tritici  
& hordei sic  
eo recenti.

\* Al. linc.

A. l. idem.

A. l. 1. 1. 1.  
c. 6. E.



# Gal. de compos. pharmac.

ubi captae sunt, nudis alopeciae partibus affricari, atque id maxime, ubi alopecia fuerit exulcerata. Etenim fert, inquit, mulcarum sanguinem irritata tunc per medicamenta quae ex nitro atque alijs componuntur, nimirum, inquit, cum non mordeant haec ipsas tantum, sed bullas etiam in eis excitent.

*Quae Soranus ad Alopeciam conscripsit.*

Soranus autem cum praedixisset quaedam quae iuxta proprie sectae ductum digessit, meminissetque eorum quae Aesclepiades scripsit: deinde sic haec uerborum serie subtexit: Quapropter ubi recens malum est, primum abstinentia proderit, deinde simplex exiguus cibus boni succi, & irrigatio ex oleo dulci castido, & panis in cataplasmate, fomentaque, & scalpura, & cucurbita, ac cerata. Vires item reparantur. Inueterata autem iam affectione assidua rasura, & rubificatio ex sinapi, & frictiones praescriptae, ita ut in sequentibus diebus picem superlinas, aut oleum cedrinum. Proderit item rubificatio ex affricu foliorum fici, aut caprarum, aut linteoli indici aut pollicis obuoluti, & post frictionem scarificationes. Quaedam uero acus conligantes ita, ut cuspides ipsarum in eundem locum porrigantur, per ipsas cutem compungunt. Ceterum post rubificationem per desiccationem inductam, postque scarificationem pharmaca conueniunt ex alto euocantia ac transferentia, metasyncretica Graecis appellata, tum illita, tum emplastris modo imposita. Eiusmodi autem multa particularim existunt. Nam & caepe ritum, & raphani cortex, utrunque cum melle emplastri more appositum ualet. Aut spumae niri pars una, rhois partes duae, salis ammoniaci pars una, uita, & cum acri aceto trita ad strigmentorum crassitudinem redigantur. Scripta sunt & alia multa, inquit, apud Aesclepiadem & Heraclidem Tarentinum, Elephantidemque ac Moschionem in libro de ornatu. Ex quibus sane & ipse ea quae ex Aesclepiade praescripta uidit, exscripsit, & alia item quaedam quorum deinceps mentionem faciam. Adipis ursini [partem unam,] cineris foliorum arundinis ustorum partem unam, squamae stomomatis ferri partem unam, aceto & oleo ueteri subacta illine. Aliud, Stercoris felis aut crocodili 3. viij. linapis 3. iij. ex acri aceto. Aliud, Hordei usti & mulcerdae par pondus ex acri aceto. Aliud, Nasturtium & mulcerdas, uerarrum album, piper, aequali mensura ex acerrimo aceto. Aliud, Sinapi & nasturtium, aut spondylium uita trita ex aceto illine. Aliud, Ranarum ustarum 3. xvij. pumicis usti 3. xij. alij. xv. habent. linapis 3. viij. niri 3. iij. nucum ustarum 3. xxiiij. Aliud, Praestat & ceratum ex pipere, pirethro, caec uiua, & oleo myrteo. Oportet autem & partem affectam praefricare uel per alcyonium ustum, donec morsum perferentiat, uel per Euinacij marini usti cinerem linteolo inuolurum, donec locus rubescat. Alia pharmaca quae partim mihi, partim praceptoribus meis, partim amicis medicis in usu fuerant. Punice rubificatorio praefricato, praefomentatoque, & raphanae succum, donec cutis eleuetur, illinito, deinceps que fomento adhibito, cerato rosaceo uitior. Aliud, Foliorum ac radice arundinis ustorum, pilorum urti, adianti, adipis ursini, picis liquidae, pilorum caprarum ustorum, cedriae, omnium octo par pondus accipe, liquidaque cum aridis committe, & praefricatis adhibe. Aliud, Fici folia cum aceto donec lanugo prodierit affrica: deinde uero herbae quae Stoebe appellatur succum illine. Aliud, Ranas paruas uitas picis liquidae repida insperge, deinde neque praerasis, neque praefricatis illine. Aliud, Spumae niri 3. iij. sterco- ris muris 3. ij. corticis arundinis usta 3. ij. pice liquida excipito, & splenium formato, idque praerasis, ac cum nitro preparato loco imposito, & ante biduum uel triduum non auferro. Aliud, Sinapis & sterco- ris felis aequas utriusque partes, loco praefricato illinito. Aliud, Scarificato, ac sepiæ atramentum illi- nito, aut marrubium uiride tritum illinito. Aliud, Sphaeritidis folia conefacta & cum aceto laeuiga- ta imposito. Appellatur autem sphaeritis, cupressus quae sphaeria, id est, pilulas producit. Aliud, Nuces amaras una cum putamine uitas, praerasis ex aceto & melle illine. Aliud, Erinaceorum marinorum testas uitas ex melle & aceto praerasis illine. Aliud, Aleyonium ustum & murium sterco- ra cum porri suc- co illine. Aliud, Radicis thapsiae, drachmas quatuor, radice chamaeleontis, drach. ij. uisco probe sub- acto excipe, & cataplasmatibus modo impone, cumque exacerbatus aeger fuerit, adime. Aliud, Folio- rum arundinis graecae ustorum 3. iij. mulcerdae 3. ij. Erinaceorum ustorum drachmam unam, cum aceto trita illine. Aliud, Salis ammoniaci, drachmam unam, niri drachmam unam, utrunque torrefacito, acetoque rigata ter in die illinito, loco prius cum nitro preparato. Aliud, Amygdalarum amararum tostorum obolos tres, pumicis obolos ij. salis ammoniaci, obolos ij. similiter illine ex aceto. Aliud, Piper, mulcerdas, uerarrum album, aequali pondere cum aceto & exiguo oleo illine. Aliud, Squa- mam stomomatis cum aceto & modico oleo illine. Aliud, Locum per pumicem profirato, & sulfu- ris, spumae niri, ammoniaci singulorum aequas partes mistas cum aceto illinito. Aliud, Aleyonij drachmam unam, sulfuris uiri drach. ij. Tincturam ad ariditatem torrefactarum cyathum unum mu- scas per se terito, itemque sulfur, alcyonium uero aqua coctum una cum ficis laeuigato, selle uulgo ac aceto uicissim affulsis usquequo strigmentum reddatur. Deinde axungiam a rotis derasam, & manu emollitam ut emplastri forma confiat, misceto, & praerata alopecia ac rubificata, pharmacum ut opti- mum confidenter illinito. Aliud, Locum ubi deterferis, alicamque aceto irrigatam laeuigaueris, ad- diderisq; exiguum cytenaicu liquoré inunge. Aliud, Loco praefricato ac scarificato caricis assatas cum passo cataplasmatibus modo imposito. Aliud, Passum illinito, ac deinde ferulam uitam inspergito. Quae deinceps sequuntur duo pharmaca, admiranda sunt & uerbis eius qui ea produxit inscripta ad alo- pecias, caluicem, raritatem capillorum aegre curabilem in capite, in mento, ac supercilijs. Pilorum ouis unc. unam, radice arundinis unc. yj. filicis cum radice quadrantem ac unciae dimidium, castaneorum

f. Al. s. p. m. duai.

\* Al. ad. p. i. ab. an.

f. p. m. al. m. m. i. p. m.

A. ibid.

f. Al. ij.

# secundum locos lib. I.

A hispidi corticis quadrantem, Janarum succidarum quam pinguisimam sexuncem, capita muscarum numero xxxvj. muscas. v. capitibus reiectis. Omnia in nouam ollam indita in furnum mittito, deinde ci- nerem ipsorum terito. Sunt autem tibi in uino aminzo prius trita ladanum unc. una, myrrhae unc. una, adijciaturque olei ueteris sextans, & cedri unc. una, malabathri sextans: deinde inspergis aridis tritis medicamentum sume, atque ubi linteolo alopeciam praefricaueris, deindeque aut cepa aut scil- la uellicaueris, aut fici folijs lente exscalperis, pharmacum ipsum illitu affrica. Lotoque homini, in se- quentibus diebus locum intento linteolo ualide confricato contentos illitione usque ad menses duos. Quod si amplius in hac curatione perseveraris, etiam caluicem caperis habis. Ad caluescentes praeter- statem remedium. Adipis taurini insolati lib. unam, adarces unc. unam, succi thapsiae sesquiunciam, alij unciae dimidium habent, myrrhae bonae unc. unam, polytrichi lib. dimidium, callitrichi lib. dimidium membri asinini libram unam, splenis asinini libram unam, ladanum tantundem. Ego ladanum in uino pauillo maceratam contriui: adipem uero aquae uapore liquefeci, deinde asini membrum assatu donec infumatur radio: splenem uero cum callitricho & polytricho in noua olla torrefacito, contusif- que quae contriui posuit ac cribratis, omnia gleucio aut sabino excipito, & ante balneum uitior ca- pite prius pectinato. Manifestum uero est quod eadem pharmaca etiam ad menti pilos non enascentes conducunt. Aliud, Foenigraeci sextarios. iij. feminis lint sextarios. ij. ladanum bessem, succi acaciae se- xuncem, folij malabathri sexuncem, gallas numero xx. onychis aromatici sextantem, calami Syriaci sex- tantem & unc. dimidium, alij unc. unam habent. bdellij sextantem, myrti uita sextantium unum, musci, quem alij splanchnon, alij bryon aromaticum uocant, quadrantem, tridis asragalidis, alij illyricae sex- tantem, singula per se contundito, ac per cribrum arcus excutito, & deinceps ut praescriptum est mi- sceto. Vti uero expetente, pharmaci tertiam partem, aut quantum sufficit, in arenam aut testaceum uas conijcito, deinde uini Italici odorati tantum ut liquidum reddatur admisceo, atque in prunis impositum donec semel ebulliat cum lignea uirga agitato, animaduersione habita ne comburatur. Post uero illi- nes aegro cum medicamento in aquam desiderare iusto, sensumque in folio sedenti affricabis, ac pro more capite ex aqua perfuso pharmacum abluas. Deinde autem staphidem syluestrem per se, uelam ac cribra- tam, quatuor diebus illitionis pharmaco admiscebis, similiterque coques, eodemque modo illines, parce- tamen ac caute, ne in oculos destillet. Unguento autem a balneo ueteris, olei myrti libra una, cum lada- ni trite contrita. Constans & certa est pharmaci huius facultas, neque citra effectum dilabitur. Aliud ad eadem. Pericalamitidis unc. j. myropissoceri, fordis eius uidelicet quae a pilis, utriusque unciae dimidium, adipis infantis in formis libram unam, succi foliorum dionysiaci tenerorum, succi foliorum Cladonidis tenerorum, succi callicereos, succi herbae uerbenacae, succi foliorum arundinis, singulorum cy- thos. ij. cynomori, erinacionum marinorum ustorum, utriusque sextantem, aut amplius si melius redde- re pharmacu uelis, acathionis terrestriis corium uisum. Haec omnia ad plures dies in pila plumbea tere- re oportet, donec omnia probe laeuigata uniantur, atque etiam donec a pila quippiam detritum eis ac- cedat. Vtere loco acriter ex crudo linteolo ex lino praefricato, ac deinde cum althaeae siue hibisci radice deterlo, illinito. Hoc pharmacu eo modo scriptum reperit Claudianus amicus noster in libello ex me- branis contexto, eo qui pharmaco uitas fuerat uita defuncto. Multi autem faciebant eius possessionem, propterea quod duos quosdam caluescere iam incipientes ex eo curatos, conspexisset ita, ut neque ul- terius caluities progredere, & quod denudatus locus pilis densus euaserat, ad haec quod symboli- ce scriptus erat. Nos hoc nacti, singulatim considerabamus quid tandem singulis significaretur, cumque iam hoc iam aliud mente conciperemus, per magnam experientiam tandem nos ueritatem reperimus sperabamus. Vexum in praesens quidem sit posteris scriptum, scriptum etiam in posterum si quid expe- rientia cognitum repererimus. In praesens autem pericalamitidem, arundinis corticem dici putamus. Nam & alias ipsum eiusmodi affectionibus conuenire scimus maxime, uisum, non minus item alios scri- ptores ex eiusmodi pharmaca composuisse, quapropter credibile est, quoniam cortex arundini circum- daderet, pericalamitidem ipsum appellari. Potest autem etiam id quod ab aliquibus linteum, ab alijs adate & adarcium dicitur, pericalamitis appellari, propterea quod arundinibus adnascatur. At uero myropissoceri, picem & ceram dici aestimamus, unguento quodpiam ad huiusmodi affectiones con- gruenti eliquata, ueluti est gleucionum & laurinum, nardinum, leniscinum, sesaminum, & cedri uita. Cete- rum barbae hircinae sordes statim nobis uise sunt de ladanum dicta esse: nam ad has affectiones conueni- re in confesso est. Er sane generatio eius circa mentu hircorum in quibusdam locis contingit, quod ip- sum & Rufus Ephesius per os uersus indicat. Ladanum Ereborum reperitur, & alterum in aruis Caprarum circum barbas. Nam pabula capris Florentis cythi summae gratissima frondes. Illius uero lanuginis unguen inhaeret Caprarum hirsutisq; genis, atque undiq; costis. Non adeo id morbis prodest, sed spirat odorem Eximium, quare praesentia pharmaca miscent Plurima, Ereborum & tellus fert qualia campis. An quidem igitur hoc solum ladanum is qui pharmacum composuit, inijcere iubet non satis manifestu est





est: possibile est autem per unam speciem torum genus ab eo designari. Porro infantem in formem uideatur mihi uisum dixisse. Vrsam enim parere aiunt in formem quandam uelut carnis molem, uerum post per linctum matris animal formari ac effigiari. Dionysiacum autem uitem mihi dicere uidetur, quam & de hedera dici posse aliquis opinari queat. Ar uero quod ladonidem laurum appeller, nemini puto dubium esse. Calliceros autem foenum graecum appellare uidetur: nominatur autem haec planta apud nos in Asia Aegoceros. Cynomorum deinde rubum canis uerisimile est dici. Acanthiona autem postremum terrestrem, erinacium terrestrem appellatum ab eo existimo.

De defluio capillorum.

Cap. 2.

Est & alia pilorum affectio quae ad raritatem cutis, inopiamque substantiae pilos generantis conuenit. Quapropter etiam curatio hoc modo laesorum, non eundem scopum quem alopecia habet: in alopecij enim, ut uiciatus humor consumatur, intentionem summam ac primarium scopum habemus. In his uero, ut capitis habitum roboremus, & boni succi allationem procuremus, cutemque ad densitatem ac raritatem moderatam reuocemus. Quamobrem sane ad pharmaca humectantia aliquid moderate adstringens admiscere oportet, quale est ladanum, quod utraque in se moderate complectitur quae ad hoc symptoma conueniunt, caliditatem uidelicet mediocrem, & adstringendi uim iuxta eandem proportionem: propter hoc itaque oleo mistum, quo illiniri possit, symptoma siue accessione defluuij capillorum sistit. Ar uero manifestum est capitis frictionem necessario huius pharmaci usui praemitteri, & multorum pilorum ablationem, aut si anni tempus id fieri permittit, perfectam ablationem. Ita enim in affricu & illitu robusta & calida reddetur cutis, & moderatam densitatem acquirere, eam uidelicet quae secundum naturam est. Consiuevit autem haec circa pilos oblatio saepe ijs qui aegrotarunt accideri. Raro autem citra morbum, & magis sane uictu uires reficiente atque salubri, opus habet. Multiq; citra medicamentum perfecte sanati sunt, atque id breui. Cōposuerunt tamen medici eius gratia pharmaca moderatam densitatem cuti inducencia, ita tamē ut ne simul eam refrigerent: quae enim uehementer adstringunt, omnia etiam refrigerant, & alimēti influxum reprimunt, propter cuius inopiam capilli defluunt. Intentio itaque medicamentorum est sanguinem affluentem non solum non praepedire, sed etiam prolektare, cogere autem sensum & adstringere rarefactam cutem. Tale autem sponte naturae est ipsum ladanum, quod quia cere similem compagem habet, largo aliquo conuenienti liquore indiget, quo capiti illini possit. Praestat igitur huiusmodi liquorem similem ladano esse, hoc est, ex contrarijs facultatibus mistum, attractoria nimirum, & coactoria. Nequaquam ergo oleum Sabinum, aut uetus, aut Cicinum ad hanc rem aptum fuerit, sed in Iberia aut Hispania, aut quomodo cūque tandem appellare uelis, natum. Habet enim & adstringit quippiam, atque amplius adhuc eo lentiscinum, sponte naturae tale existens, quale est ipsum ladanum. Quare neque expertus sum, neq; mente concipere possum, ullum praestantius pharmacu fore ad defluos capillos, quam est quod ex ladano & lentiscino oleo permistum constat. Manifestum autem est quod raso quidem enipiam, crassius ad mouere medicamentum oportet: ad ipsam uero cutem praefectos & attonos habentibus pilos, liquidius. Quod enim commam alere non oporteat priusquam quis curetur, euidens puto. Quod si uero large defluant capilli, & coniectare possis multam raritatem cutis capitis factam, non ineptum fuerit in praesens myrtes oleum pro lentiscino ad ladanum admiscere. Licebit etiam aliquando unguentum nardinum adhibere in aetate frigida, & tempore hyemali. Bonum autem pharmacum ad omnia est diuitem foeminarum unguentum, quod Romae uocant foliatum. Non minus autem eo commodum est, immo magis, quod appellant spicatum. Quare cum his uel solis diuites ungi iubeto, & cum optimo nardino. Ladanum uero in duplo uase liquefacito, & liquefacto unā cum nardino ex praedictis praetiosis unguentis quodcunque ad manum fuerit admiscero. Atque haec quidem medicamenta mihi suffecerunt unā cum refectoria ac salubri dieta, quae in plerisque etiam sola suffecit. Composuerunt autem, ut dixi, quidam ex prioribus medicis pharmaca ad defluos capillos, in quorum relatione, ubi inuicem dissentiant exponam. Primum autem referam compositiones ab Hera scriptas, quarum priorem quidem laudo, posteriorem uero curiosam, & praeter rem auctam existimo. De priore uero ita scribit:

Compositiones pharmacorum ad defluos capillos ab Hera scriptae.

Hera in ferula duo subscripta pharmaca habet, iuxta hanc ipsam dictionis ipsius seriem, ad hoc ut capilli in capite ne defluant: Ladanum in uino austero rigatum terito, & oleo myrteo ac uino uicissim affuso ad mellis crassitudinem redigito, ex eoque ante & post balneum caput illinito. Praestat autem & polytrichon quod quidam Adianthum uocant, dimidia ladani portione adijcere, & cum myrteo aut nardino uti. Haec de priore compositione locutus Hera, deinceps haec scribit. Compositio olei ad defluos capillos, quae nigros eos facit. Intra calendas & Idus Iulias, nuce uirides centum tuadito, eisq; olei [primarij sextarium j.] affundito, & aluminis liquidi libras iij. Haec simul in uas nouum testaceu praemadefactum indito, id ipsumque quam diligentissime oblitum in loco neque humecto nimum neque calido reponito, & per menses tres sub terra situm sinito, deinde auferto, oleoq; uitico. Haec ipsa secundij pharmaci est descriptio, quae plus quam conuenit ipsum pharmacum adstringens reddit. Quapropter ut uehementem adstringendi uim ipsius corrigeret is, qui prius hoc pharmacum composuit, defodere, ac uelut putrefacere ipsum iussit, inde nimirum magis tenuium partium reddere in eo commissa conatus. Ar uero tale pharmacum in tempore, regioneque, ac natura corporis calidis commodum fuerit.

† A). bostr. bran j. h

† A). bostr. bran j. h

A fuerit, adeo ut in contrarijs non tutum sit tali uti. Et enim perfrigeratas eius usu mulieres uidi, ut inde in grauedinem ac raucedinem defluxumque a capite ad pulmonem delaberentur.

Quae Archigenes ad defluos capillos conscripsit.

Archigenes in primo libro pharmacorum secundum genus, ad defluos capillos in haec uerba scripsit: Ladani & ablinthij aequales partes, & ianiperi baccas x. tritas in linteolum illigato, & in oleo per dies v. macerato, ex eoque caput illinito, & neque capilli defluent, neque furfures habebunt. Aut dum capillos peccis adiantu cum myrteo aut rosaceo oleo adhibeto. Aut adiantu, myrti nigrae, aequales partes, gallicae duplum, cum oleo ueteri, aut lentiscino, aut myrteo, ad mellis crassitudinem redige, ac utere. Aut thus & mysi, & gallam, & adiantu, aequis partibus cum uino maris experte ad mellis spissitudinem in sole terendo redige. Aut molliter cocta donec nigrescat, deindeque cum oleo ueteri, aut lentiscino, aut myrteo mista in usum adhibe. Aut brassica aridam tritam cum aqua impone. Aut loti radice eodem modo.

Quae Cleopatra in libro de ornatu scripsit.

Quae Cleopatra in libro de ornatu scripta sunt, illius ipsius uerbis sic habent: Ad capillorum in capite generationem, arundinum tenellarum radices ubi contuderis succum exprimito, muscasque ubi siccaueris, in pulcicula misceto, simulque urinum adipem, atque oleum cedrinum, ubi in unum trueris, atque una miscueris, ad illinendum exhibeto. Quo uero odorem obrutas, uinum aut passum affundito. Aliud non longe praecedens, his uerbis conscripsum. Quo capilli enascantur, lini semen sicum unā cum lini stipula exurito, tritumque eum oleo sesamino illinito. Aliud paulo inferius scriptum hoc modo: Ad defluos capillos, terram cimoliam solidissimam uino austero & mororum succo, tanto quantum conhibere potest, rigato, ei que hyoscyami tenuissime triti acetabulum adijcito, indeq; passillos formato, quos in umbra siccatos in uas sigillum nouū reponito. Vsu uero postulante, aqua dissolutos illinere iubero. Deinde cum locus exaruerit, abluatur, quinto die id ipsum facito. Facit ire ad faciem & colli impetrigines. Aliud capillos augens cito, densansque ac denigrans. Ladanum cum oleo & uino dulci laeuigatum ac ad mellis crassitatem redactum praefectis illinito. Non longe quoque postea aliud pharmacum scriptum est his uerbis. Ad defluum capillorum citra morbum accedens. Brassicam aridam tritam ex aqua impone, aut loti radicem eodem modo.

Quomodo comptoria ab exornatoria medicina parte differat.

Comptoriae quidem scopus est, ut pulchritudine acquiratam inducat. Exornatoria uero medicinae partis, ut quicquid secundum naturam est, id omne in corpore custodiat, ad quod consequitur etiam naturalis pulchritudo. Indecoro enim aspectu est caput alopecia uiciatum, uelut etiam oculi pilis palpebrarum denudati, similiterque supercilliorum pilorum defluuium. Non solum uero ad pulchritudinem, sed multo prius ad ipsam partium sanitatem huiusmodi pili conducunt, quemadmodum in libris de usi partium est demonstratum. Quid artinet autem dicere de lichneis, aut plora, aut lepra, cum praeter naturam talia existant? Ar uero faciei colorem per pharmaca nitidiorum aut rubicundiorum facere, aut pilos capitis erispos, aut fuluos, aut nigros, aut quemadmodum mulieres solent, in longitudinem auctos, haec ipsa, & quae humulmodi sunt, comptorij maleficij existunt, non medicinae artis opera. Verum propter societatem quandam quam cum illis habent, quandoque ad regiarum foeminarum, atque adeo ipsorum Regum imperium, etiam comptoria adiungimus, utpote cum his negare non liceat, docendo tamen comptoria ab exornatoria medicinae parte differre. Quapropter uisum est mihi ea quae Crito scripsit pharmaca capillos conseruantia, eosdemq; augentia, ex primo illius de ornatu libro subscribere.

Quae Crito ad conseruandos ac augendos capillos scripsit, itemque quae ad defluum ipsos praeseruent.

In primo libro Exornatoriorum statim in principio post praefationem Crito haec uerba scripsit: Ad conseruandos itaque capillos libris scriptis compositionibus utendum est. Herachida Tarcyni conseruatiua capillorum, Phernij florem anemones cum oleo tritum illine, idem etiam eos denigrat. Aliud, Ladanum uino austero maceratum ac tritum oleo myrteo excipe, eoque pilos ante balneum subline. Aliud, Verbenacam rectam appellatam unā cum radicibus arefacta contundito, & per angustissimam cribam concernito, deinde oleo admisto, ut strigenti crassitudinem accipiat, in uas aereum reponito, atque ubi computruerit, pro oleo similiter uitico. Aliud, Ladani partes duas, polytrichi quod quidam Adiantum appellant, partem j. uino & oleo myrteo excipe ac utere. Nos autem pro myrteo, nardino usi sumus. Aliud quod ipsum & subnigros reddit. Baccarum myrti nigrae quadrante, ladani tantundem, dissoluta cum acaciae fructu, hoc est, siliquantum ipsius spinae appellatarum, decocto conterere, atque ubi limi crassitatem acceperint, nardino, aut myrteo, aut aliquo alio hedysmate j. odorato unguento excipe. Aliud unguentum conseruans pilos, quod ipsum etiam subnigros reddit. Baccarum myrti nigrae sextarium j. seminis apij sextarium j. seminis betae sextarium j. uingulorum myrti sextarium j. adianti sextarium j. dimidium, ladani tantundem, uini nigri sextarios vj. usquequo penitus dissoluantur coquito, atque ubi tertia pars super fuerit, olei euuldati, aut hedysmatis j. odoriferi unguenti sextarios ij. aut iij. addito, rursumque coquito. Vbi uero bis aut ter ebullierit, liquorem exprimito ac diligenter per saccum excolatum in hydriam recondito. Vsu uero expetente [in praeratis penitus] uitico, illitis ex eo bis per diem capillis: Aliud, Passi cretici sextarium j. ladani unc. j. corticis nucum pinearum usti sextantem, polytrichi usti unc. j. adipis urfinae libram j. succi betae cyathos iij. Ladanum & passum donec cogantur



in unam compagem coquito, deinde reliqua iniicito, & sublata in uas plumbeum seruato. Vfus autem E...

Atque de his quidem haftenus. De vitiis capillorum. Cap. 3.

Uero post praescripta pharmaca Crito alia quaedam scribat, quae quidem conseruationem ca...

liber senia sextantem.

quidam ne...

De pharmacia capillos denigrantibus, Archigenis.

Paulo ante dixi quod non ex inca sententia medicus eiusmodi pharmaca contrectat, verum cum re...

QUINTA CLASSIS

7 peniles

peniles uerucas. Ad fornicarias latiores uerucas. Ad umbilici inflationem. Ad intestinorum delapsionem. Ad hydroceles. Ad apellas. Ad proidentes anos. Ad chimethla hycnis tempore oborta ulcera. Ad rimas pedum. In his quatuor libris Crito diligentissime omnia ferme exornatoria pharmaca scripsit, appositis etiam comptorijs quae spuriam pulchritudinem non uera inducunt, quae propter etiam ego ea relinquam, solumque mentionem eorum faciam quae pulchritudinem secundum naturam conseruant. Quamquam enim uel maxime cognita habeam sinegmata corpori nitorem inducentia, itemque quae in uirginibus mamillas conseruat, & quae impuberum pueroꝝ testiculos ad multum tempus paruos conseruant, similiter & quae pilorum exortum colibent, uerecundor tamen eiusmodi scribere, atque multo magis eas quas Crito tradidit conserpiones uestium aromaticas, odoratasque uestium infectiones, & asperiones thalamorum ac ambulacorum. Suffimentorū item omnis generis uarietates, illitionumque & unguentorum, Extra enim medicinae documenta talia existunt. At uero ubi de coris secundum naturam conseruatiua scripsit, si quando locus ita tulerit ea referam, ac primum quidem quae circa capillos medicis utilia mihi uidentur, docebo.

De pharmacis pilos corrumpentibus.

Cap. 4.

**Q**uemadmodum ex pharmacis quae pilos augent, alia medici usus, alia comptorij existunt, eodem modo & quae ipsos corrumpunt. Aliquando enim & his medici necessario utuntur iuxta triplicem eorum differentiam. Nempe cum quaedam ex eis proprie pilothra appellantur, alia attenuatoria capillorum, alia uero ipsos penitus extirpantia. Haec itaque postremo loco nominata periculosa sunt usus. Ex eis enim illae corporis partes, non solum in posterum depiles omnes penitus redduntur, sed & usque ad caput, & mentum, superciliaque, & palpebrarum pilos nuditas ipsa procedit. Reliquae uero dicitur differentiae usum minime periculosum habent. Et quae quidem pilorum denudatoria sunt, & propter ut dixi, pilothra uocantur, tantum non quotidie in omnium muliercularum, ferme etiam quaedam uirorum, usu habentur. Altera uero quae tenuiores pilos reddunt & minores, eis conueniunt qui duos & magnos, multosque & crassos pilos habent, & ob id suillis non ab similes existunt. Ceterum haec ipsa secundum excessum & defectum inter se differunt, cum unum genus sit pharmacorum quod in hunc usum compositum est, nimirum eorum quae erodentem, & asforiam habent facultatem. Praestant autem erodentem facultatem habentia, quod minori periculo admouentur. Periculosiora autem quodammodo sunt usoria, quae, si quis paulo negligentius adhibeat, bullas excitant, & exulcerant, & aliquantulum cutem exurunt. At uero particularem eorum sylvam omnem in commentarijs de simplicium pharmacorum facultate tradidi. Sed tamen exempli gratia ea quibus assidue utor recensere. Ex liquidis igitur est fluxiuum tali quae praeditum. Ex aridis autem & metallicis, arsenicum, & sandarachia, & calx non extincta, quam plerique niuam, Graeci uero etiam solium asbesti. non extincta nomine appellant. Manifestum itaque est uehementem ipsorum uim per admissionem imbecilliorum pharmacorum tum liquidorum tum aridorum frangi, quorum congruentem mixturae modum coniecturaliter primam faciet uirum eorum experius. Deinde uero per experientiam defectum corrigeret, aut etiam addet. Quo uero etiam eorum quae per experientiam iudicata sunt notitiam habeatis, adscribam ea quae in primo libro de ornatu a Critone sunt relata, ubi prius ostendero etiam medicis sapienter ipsorum usum necessarium esse. Quemadmodum tincturas experientibus, honeste negare possumus, ut quae comptoriae sint maliciae: sic depilatoria negare minime licet. Si enim moderatos quisquam habeat capillos, non subterueniens ipsi ad superfluas delicias. Si uero admodum multos & longos duosque habeat, honestum esse uidetur & rationale ipsos pauciores, & tenuiores, mollioresque ac rariore facere. Contingit autem aliquando necessitas, ut eis qui multos & alte fixos, non tamen duos habent, in totum pilos collamus, quando aut punctione opus habet totum corpus, (quandoque enim hoc praesidio iuxta medicinae rationem utimur) aut quando pharmacum Emplaston, hoc est quod meatu obducatur, imponere uelimus: tunc enim necessario a parte pilos prius tollimus, quod quidem etiam per nouaculam facere licet: Quidam uero siue reuera, siue ficta, nouaculae timorem consistenter, quoniam periculum sit ex ea cutem lauari. Quidam autem non citra rationem fortasse metuant, maxime cum partes gutturis radi oportet. Quapropter necessarium est medicum etiam huiusmodi pharmacorum experientiam habere, tum quod ad compositionem, tum quod ad usum attinet.

Pilothra a Critone haec uerborum serie conseripta.

Pilothra capillorum, auripigmenti auricoloris [scripulos. vii. aur. x.] calcis uiuae tantundem, amyli sextantem, terrae quae Romanis Selinusia appellatur, [unc. i.] Omnia trita & per angustissimum cribrum excussa reponito. Usus uero tempore ex pharmaco quod sufficit acceptum aqua conuassato, deinde illi iubeo, ac animaduertere ne exurat. Aliud eius usum lauem reddidit. Calcis uiuae partes duas, auripigmenti partem. i. haec in mortarium plumbeum coniecta, aqua aut pifanae succo affuso terito, atque ubi nigra reddentur, calefacta illini maxime in balneo iubeo, laue enim corpus reddunt. Quod si uero tenuis capillus enascens subeat, calcem coquito, & auripigmentum cum aqua terito, & ubi in uas fessile acontium conleceris coquito, atque ubi coacta fuerint, nigraque reddita illinito. Tertia saltatoris pilothra uti statim pilos auferat. Sandarachia [unc. i.] calcis uiuae sextarium. i. Tertia etiam aqua diligenter coquito, atque ubi ebullire coeperint, ablatis utitur. Experimentum huius facies, si pinnulam in ipsum pilothrum immergas, breui enim glabra fiet. Aliud, Amyli unc. i. calcis uiuae unc. i. auripigmenti

Aluacia. s. Auripigmenti [unc. i.] conuasa & cribrata repono, uterque ut dictum est. Heraclida Tarentini pilothrum eius usum pilos tollit. Calcis uiuae sextarium. i. cimoliae sextarium. i. pumicis usti sextarium. i. auripigmenti partes. iij. trita ac laeuigata reponito. Usus uero tempore aqua dilutis, ut dictum est, uictor. Haec quidem igitur Crito scripsit. Ceterum eorum usus melior est, quemadmodum nunc mulieres utuntur, post corporis uidelicet illitionem, in tepidam balnei domum ingredientes, atque ubi exadare coeperint, strigili pharmacum ex aliqua corporis parte detrahentes, deinde cum simul auferri pilos senserint, reliquum corpus omne abluentes.

Quae pilos disperdant.

Scriptum quoque de his est, quae pilos disperdant in comptorijs libris, quae sane iam ex medica materia exciderunt. Quapropter & ego simplicium tantum ex eis faciam mentionem, in simplicium item pharmacorum tractatu a me relatorum. Iuxta rationem enim proposita pharmaca componunt. Ex lepore marino, hepate thuni putrefacto, cedria, ranarum in uiridibus arundinetis degentium cruore sine mucositate, testudinis sanguine, lachryma uitis albae, lachryma hederae, similiterque bryoniae, ac oleo quod insulsum appellatur. Ex marinis ite scolopendris, urticaeque marinae, & stellis marinis, nigro ac amurca ad haec admixtis. Quin & fortiori his ex erinaceis & salamandra componunt in oleo costis. Admiserunt autem ipsi & alcyonia & sandarachem, & quaecumque alia eius generis existunt.

Quae pilos attenuant.

Cap. 5.

**V**etur etiam aliquando medicus uelut dixi, his quae pilos attenuant, quae non eandem cum depilatoria facultatem habent. Quam enim in simplicium pharmacorum commentarijs exterioriam facultatem appellauimus, eiusdem sunt etiam ea quae pilos attenuant. Quemadmodum autem in omnibus eiusdem generis pharmacis, differentia secundum excessum & defectum existit, sic etiam in exteriorijs habet. Hordei itaque farina, & fabarum, ampliusque erui, spuma nitri, ac ipsum nitrum, familiaria pharmaca sunt omnibus ad tollendas sordes usurpata. Assiduus autem eorum usus eriam pilos attenuat. Quaecumque uero fortiori uel exterioria praedita sunt, in his qui ualde duos & magnos pilos habent, assumpta congruunt. Eius itaque generis pharmacorum est nitrum ustum, & nitri spuma, & aphronitri spumofum. In assiduo autem usu faciunt item purpurea appellata uasa sicilia Alexandrotica, conuasa uidelicet, & tenui cribro excreta. Ceterum pauperibus ego etiam sicilia, & clibanorum in quibus aliquid sub textu coquitur, testas, itemque pumicem ustum, ac non ustum indicaui. Vili autem & gratis habuerit quis circa mare degens, aut urbe quapiam non longe a mari sita, testas uistas cum buccinorum, tum purpurarum, aliorumque ostreorum. Septem uero testam etiam citra uisionem. Atque haec quidem pro ualde regenis indico, pro alijs uero alcyonium, & herbam lanatiam, utrunque ueratrum, bryoniae item, & dracunculi radicem, aristolochias, canchry, & panacis radicem, & quaecumque eius generis existunt: plura enim ut dixi, relata sunt in simplicium pharmacorum tractatu. At uero si haec ipsa odorata facere uolueris, cyperum, & melilotum, rosasque ficas, & iunci odorati strom, in idem illyricam, melisso phyllumque, & cydoniam herbam eis admiscebis. Et si pro diuitibus paraueris, spicam nardi indicae, celricamque, & montanam iniicies: & terram Eretria. Adde et folium malabathri, amomum, myrrham, crocum, costum, & hedy cromum. Qui uero preciosiori materiae paranda non sufficit, ei uiliores hi qui exornatoria composuerunt, excogitauerunt. Quorum etiam Crito meminit in primo de ornatu sic scribens: Ollam nouam sigulinam magnam, operculum habentem accipito, in eamque cimoliae glebas pro sitis ratione conijce. Componantur autem haec quantum fieri potest ad theatri formam, ut in medio ipsarum locum nauis uallata uariare iubeo, deinde operculo imposito marcescere ipsa mala sinito. Vili autem expente, quantum satis uidebitur accipito, terito, ac uti iubeo. Post pilothrorum uero impositionem, si uicem quendam odorem habet. Aliud, Rosas quam odoratissimas per diem unam in umbra refrigeratas, quo humor saltem ab eis desiccet, in uas sigulinum composito, eodemque modo, ut dictum est, glebas cimoliae indito, ita ut rosae substernantur, rursusque inter glebas eadem imponantur, deinde operculo addito, combibere sinito. Usus iam demonstratus est.

De fursuratione.

Cap. 6.

**Q**uidam se scalpentes, fursuribus similia ex capitis cute decidunt, & propterea fursurationem medici hanc accessionem siue symptoma appellant, a uitiatis siue sanibus prouenientem, quas consumere scopus est eis qui malum hoc sanare uolunt. Manifestum igitur est disculoria & exterioria pharmaca adhibenda esse, praeparato prius uniuerso corpore, si uitiatis humoribus repleatur. In omnibus enim huius rei meminisse oportebit, etiam si aliquando in sermone relinquatur. Admiserunt autem quidam praedictis pharmacis quaedam adstringentia, quo per ea affectum membrum corroboratur, ut ne facile in seipsum suscipiat influentes humores serolos, sed resistat, eoque repellat: & ob hoc sane Archigenes in pharmaco ex aramento sutorio composito haec uerba adiecit. Hoc inquit, adeo efficax est, ut neque sinat in posterum fieri. Crito equidem in tertio libro de ornatu, eiusmodi pharmacorum sylvam scripsit in principio statim ipsius libri. Quare uelut paulo ante dixi, minime necessarium est me ipsa hic rursus describere, cum omnes illius habeant libros. Ceterum quae Archigenes scripsit indicabo ob id maxime, quod quibusdam ex eis adscripserit, quod non permittat symptoma hoc rursus fieri. Scribit autem hoc modo suis ipsius uerbis: Vietus ratio constituat ut status

QUINTA CLASSIS.

Z 2 expers.



expers, nihil ex crassi succi cibis habens admistum, quales sunt tubera, fungi, bulbi, legumina, carnesq; E maxime bubular, ac quæ similia existunt. Sint autem cibi quibus uescuntur, boni succi faciles concocti & inel ipsilem addatur. Intinatus conferunt, acetum cum sapa. Condimenta, cuminum, & fœniculum, alijs parce utantur. & a bellarijs omnibus maxime abstineant. Vinum conducit eis album, & tenue: uoluptatis uero gratia dulce, & uinum nullum. Ex fructibus optima est uua arefacta, deinde ficus, quibus ante cibum reliquunt uesci præstat. Verum ante omnia bonæ concoctionis cura habenda est. Deambu lationes lenes plurimæ & mane & uesperis optima sunt, lauatio ex frigida balneis præstat. Si uero quis calida lauit, incongrua ei est longior in aere mora, & perfusio capitis præ folio est eligenda, postea uero larga frigida adfusione refrigerato. Dormire ad satietatem usque uile est. Ira, indignatio, uersatio in sole, & uehemens refrigeratio uitanda, omnia item quæ caput replent. *Archigenis ad furfurationem capitis.* Quibus suffures caput occupant, his cum fœnogræco, betæ succo ac nitro præfrictis & exteris, cimoliam felle bubulo aut suillo, acetoque subactam illine. Deinde post horam abluet, atramentumque sutorum ac nitrum cum oleo trita illine. Aut myrobalanum, id est unguentariam nucem, & fabaceam fatinam æquali pondere trita, in aqua coque, & affrica. Aliud, Amygdalas amaras decorticas cum aqua aut aceto affrica, cumq; exaruerint capilli, calida abluet. Aliud, Aut malum sylue streum aqua marina ad decimæ partis residuum coctam terito & affricato. Aliud, Aut niri spumam & atramentum sutorum, æquis partibus cum uino, ter aut quater in mense affricato, hoc adeo efficax est ut neq; in posterum fiat. Aliud, Aut uini Rhodij facem, & pumicem, & nitrum, pari pondere cum lupinis affrica. Aliud, Aut cimoliam cum fœnogræci cremore adhibe. Aliud, Aut nitrum assatum & bulbum. Aut hæc omnia simul pari pondere affrica. Aliud, Aut ubi picis liquida serum illeucris, alumen iasperge.

*De phthiriasi, hoc est morbo pediculari.*

Cap. 7.

**P**ediculorum generatio quibusdam in capite contingit acruatim, ex multis uidelicet humoribus calidis quidem, sed non ad tantam caliditatem progressis, ad quantam perueniunt acres ichores, id est sanies. Quare manifestum est, in profundo cutis pedicularis morbi affectionem fieri, ubi etiã animalia hæc generari possibile est, non in superficie cutis, in qua suffures consistere diximus. Pharmaca itaque ipsorum necessario exiccata sunt, & quæ ex alto trahere ac euacuare possunt, magis utiq; quam ea quæ furfuribus conueniunt. Atque hæc quidem Methodus est ea componendi. Venim sylua eorum quæ experientia constant. (Oportet enim, ut dixi, in omnibus maxime attendere ac considerare his quibus experimentum testimonium præbet, in tertio libro Critonis de ornatu scripta est. Apponam autem etiam nunc ego ab Archigene scripta hæc serie uerborum. *Remedia morbi pedicularis.* Morbo G. pediculari affectis hæc conferunt. Staphidis syluestris, id est herbæ pedicularis partes. ij. sandarachæ & niri utriusq; partem, cum aceto & oleo capiti illine. Aut Rhoen qui in obsonia additur cum oleo tritum similiter illinito. Aut oxylapathi, i. acutæ rumicis radicem cum oleo eodem modo. Aut ueratrum album, & staphidem syluestrem, i. herbam pedicularem, & nitrum pari pondere cum oleo in balneo adhibe. Aut cum aqua marina, aut uaria meraca cum aceto perfundito. Quod si nuditas pilosæ adfit, syluestrem staphidem, i. herbam pedicularem [emplastri more] cum oleo & aceto imponito. Aut alumen tritum cum oleo illinito.

*De Achoribus, hoc est ulceribus capitis manantibus, & cerijs, id est fauis.*

Cap. 8.

**I**nter affectiones cutis capitis communeratur quoque ea quæ Achor appellatur, ex genere tumorū præter naturam exiens, propriam autem & singularem appellationem hæc, ob accessionum quæ ad eam consequuntur proprietatem ualde enita tenuibus foraminibus eroditur, quæ tenuem in se humorem modice uiscosum complectantur. Ad similitudinem uero eius proxime accedit alia cutis affectio quæ fauis, Græcis Cerion uocatur: maioratantum foramina habens, in quibus humor melli quod est in fauis similis continetur. Generatio ipsius ex humore misto est, qui partim tenuem serosumque ac mordacem, partim uero crassum succum in se habet. Tenuis itaque humor, utpote mordax, primū quidē ad scalpendum ipsos impellit, progressu uero temporis, ad scalpuram tuam tumor augetur, tum foramina in ipso erumpunt. Manifestum igitur est euacuare oportere humoris affectionem ipsam operari. Qui si etiã influant amplius, prohibendus primū est ipsorum influxus per capitis euacuationem, atq; totius corporis purgationē, uelut in alopecijs est proditum. At uero si parua affectio existat, sola localia & partialia appellata remedia, citra totius corporis euacuationem suffecerint. Conuenient autē ipsi ob crassitudinem uidelicet & uiscositatem humoris eas generantis, pharmaca quæ ipsum incidat, quæq; facultate sua necessario discutiant & repellant. Atqui acetum ex incidentium ordine existens, ueltra hoc quod discutit, præcipuum quiddam in se habet, quo reprimat, ac quod influit depellit, utpote quod substantia sua parum calidum est, plurimum uero frigidum, & partium tenuium: tali namque facultate præditum esse, in primo de simplicium pharmacorum facultate demonstratum est. Sic itaq; acerrimū exquirere acidū, in quo nulla penitus uini qualitas appareat: hoc ipso sane pharmaca metallica appellata, in modo hoc, modo aliud imbues, achoribusq; ex eis medeheris. Incipere autem ab imbecillioribus præstat, præsertim si dolor simul ipsis adfit. Cimolia igitur ad hanc re apta est, & Cretica lemniaq; terra, & samia pompholyxq; & spodis, spuma argenti, & cadmia tenella. Quod si neq; ex his quiescat malum pharmacum ex charta siccum aceto dilutum illinito. Neq; obscurū est tollendos prius capillos, antequam

**A**ntequam talia admoueas. Si uero acrius tibi ex charta pharmacum appareat, miscebis ipsi argenti spumam: si quidem abunde mordacitatem eius exoluere uelis, pari copia: si uero pauillum mitigare uelis, minori: quemadmodum etiam si plurimum eius uim exoluere placeat, maiore eius copiam addes. Porro cum aliquando ruri degenti mihi pharmacum ex charta ad manum non esset, conspecta in ægri domo inuiti alia charta, faculam postulaui, exustaq; charta ac aceto diluta, locum affectum illeui, hominemq; ad me postridie uenire iussi: sciebam enim quod, cum dure carnis esset, pharmacum ferre posset, qui ubi uenisset, parum aberat quin curatus esset: quare ad aliud pharmacum non transiui, sed eodē uim iustum, postera die perfecte sanitati restitutum conspexi. Prudenti igitur uiro, quod sæpe iam dixi, opus est, & qui tum curandorum morborum substantiam, tum ægri naturam probe norit. Insuperque pharmacorum facultatem non iuxta genus tantum, sed & iuxta quantitatem cognoscat, quo singulis diebus quali præsidio opus sit coniectet. In extendenda enim aut exoluenda pharmaci, quod prioribus diebus admotum fuit facultate, in quantum sane affectio ipsa indicat, congrua curatio consistit. *Ad Achoras inflammator.* Quod si quando in ulcus manans inflammatum simul & dolorosum incidat, lenies primum per humectum concoctionumq; ac emolliens & acrimoniam arceus pharmacum dolorem. Tale autem est parygrum appellatum, ab Hera alijs que plurimis descriptum. Satis manifestum autem est, quod ipsum in manu per specillum latum cum rosaceo emollitum, & ad unguenti formam restatum, non emplastri forma, qualem a principio habebat, adhibere oportet. Conueniunt etiam hoc tempore, ea quæ ad sedem ex ulceribus aut rupturis dolentem faciunt, de quibus priuatim destinato sermone ac tempore dicetur. Sicut etiam conueniunt ea quæ caneros mitigant. Hæc igitur omnia ubi prius consideraueris, etiam particularem pharmacorum uarietatem utiliter cognosces. De qua ego quoque dicere aggrediar, medicamenta apud præstantissimum quenque medicum laudata, ordiue scripturus. *Ad Achoras Archigenis.* Archigenes in primo pharmacorum iuxta genus, ad Achoras sic scripsit: In quibus Achoras, aut papulae feruida, aut eruptiones circa caput ulcerosa sunt, ab omni acris & salso abstineant, itemque acuto. Deinde derasis capillis, aut ter, aut sæpius quotidie ex calida, in qua myrtus, aut lentiscus, aut rubus, aut bryonia, aut sycomorus, aut lupini, aut lentes, aut asparagradix incocta sint, lotis, & maxime ubi multa sanies effluerit, salicis folia ex aqua emplastri more apponito, aut lentem cum melle, aut asparagi radicem coctam eodem modo. Aut fœnum græcum betæ succo maceratum pinguis emplastri usi cognitis admiscero ac uitox. *Aliud præulare faciens.* Pinus corticem cum cerato. Aut cadmiam cum oleo ueteri illinito. Aut cinnabari similiter emplastri more utere lauigato. Licebit & myrti baccas, aut hordeum uisum, aut argenti spumam, aut cerussam, aut ostreorum testas uistas admiscere, singula etiam cum oleo ueteri illinire. Aut canerulam & mannam ex uino. Egregie constanter facit & chalcitis cum aceto & oleo ueteri illinita. Aut betæ decoctum cum exigua cimolia, sale & uino admistis, in balneo affrica. Aut hyoscyamum & semperuinum minus, trita cum rosaceo mellis spissitudine illine. Aut ulceribus ex sinegnate quopiam repurgatis, etiam cimoliam torrefactam cum uino, aut facem uini Rhodij uisam cum aceto ueteri, aut radices cucumeris syluestris decoctum adfundit ac profulto. Aut tragacantham, aut argenti spumam, aut sandarachæ duplum, cum uino, aut etiam cum oleo myrteo, aut pingui quopiam illinito. Aut argenti spumam & calcem pari pondere cum aceto & oleo illine. Aut chalcitidem cum myrteo oleo, uel suillo felle liquido illine. Hæc quidem Archigenes scripsit, doctrinam tradens non modo Empiricam, sed etiam indefinitam. Inuenire itaque est apud Empiricos, qui sane non in contentiosis sermonibus uitam contriuerunt, sed in medicæ artis operibus diligenter uersati sunt, quod in quibusdam apparentibus cognitionibus euidentia discrimina retulerunt, qualia & ego paulo ante in alopecia feci. Faciam autem & nunc in his quæ Archigenes scripsit pharmacis. Quædam enim ex eis incipientes achoras, citra humorum in uniuerso corpore uitiationem aut eorundem multitudinem redundancem, sanant, adstringentem nimirum & repulsoiam uim habentia. Quædam uero ubi magnum quoddam malum minantur Achoras, eos auertere prohibent, simul & quod influit repellentia, simulq; quod iam in eis continetur concoquentia & discutientia, quæ euadens est mistæ facultatis esse oportere. Quædam autem eis quæ in superficie hærent, paruisq; tantum auxiliantur, quæ moderatis uiribus prædita esse oportet, & nihil quod irriter habere, ex disculsoia nimirum facultate. Alia aut uiribus omnino robustissima sunt, adeo ut etiam Achoras ex crassis ac uiscosis humoribus obortos, ineluibiliberq; cuti infarctos euacuare possint, atq; id adeo ualide, ut et si obduratum quid habeant, id ipsum deturbare ualeant, quamuis morbus ipsum cutis habitum adeo uitiet, ut quod influit corumpatur, etiam si commo dum id existat. Hæc autem sunt ex efficacissimis pharmacis composita, quales retulit Archigenes ubi sallem ad reliqua disculsoia admiscet. Sal enim & chalcitis, & uini fax uisita, & sandarachæ, & calx uina, fortissima uiribus pharmaca sunt, calfacientia, mordentia, & discutientia. Eius generis est etiam sel calidorum & siccorum animalium, quorum non meminit Archigenes, sed unius suilli tantum, quod omnium moderatissimum existit: ad cuius facultatem etiam proxime cinnabari accedit. Propinquè deinde locū habent conchæ uisita, & hordeij, & post hæc oleum uictusum. Quemadmodum autem hæc emouent, secant, & discutunt uolenter impactum, sic repellunt adstringentia, aliqua quidem simpliciter citra conuulsæ facultatis admissionem, aliqua uero per dominium adstringentis in eis facultatis. Myrti equidem earumq; baccas, & pinus cortex, ex eorum numero sunt quæ non habent contrariæ facultatis



admissionem, uelut etiam robus & sycomotorus, quannis moderatius adstringant, quam myrti earumq; bacca, sed tamen adstringendi uim sensibiliter in se habeant. Miltæ autem facultatis est oleum myrteum. Nam & ex oleo, & ex baccarum myrti, aut ipsius etiam myrti succo est compositum. Oleum autem ipsum emollientem habet facultatem, Myrtus autem eiusq; bacca adstringentem, non mollire, sed cogere & stringere natam. Rosaceum item quantum minus quam myrteum adstringat, tamen & ipsum miltæ facultatis exillit. Quemadmodum autem hæc per præparationem miltas uires habent, sic alia sponte naturæ talia sunt, uelut lentiscus, cyperus, & lentes: quod ipsum in sermone de his est demonstratum. Ceterum discussoria & repurgatoria, citra sensibilem caliditatem, facultate præstant ex eis quæ iam Archigenes retulit, Beta ipsa, & cimolia usta. Priusquam uero uritur, imbecillior uiribus quam beta est, sed fortior his est cucumeris, & bryonia, ac asparagi facultas. Spuma uero argenti præstantius quidem quam cimolia usta pharmacum est, multo uero debilius quam ad propositæ affectionis sufficit medellam. Cadmia autem moderate habet ad mediæ magnitudinis achoras. Citra mordacitatem uero reficacit cinerula. Manna autem etiam concoquit. Oleum uero, ut iam dixi, laxantem quidem habet uim, sed eam non adeo fortem, atq; ob id per misturam facile exuperatur. Itaq; ubi fuerit cum obducentibus meatus & refrigerantibus permixtum, uelut est cerussa, possibile est hanc magis uim suam demonstrare, quæ est cogere, oppilare, & adstringere substantiam corporum quæ contingunt. Porro hæc omnia in Archigenis sermone confusa sunt, neq; in quibus achoris, neq; quando eis utendum sit, ipso demonstrante. Utitur autem & uno in eodem sermone, neq; apponit quale probet. Atqui multiuga circa unum differentia existit. Aliud enim austerum, aliud acerbum, aliud dulce, aliud acre manifeste est, aliqua etiam plures qualitates simul ex se ostendunt, nimirum & dulce quippiam & adstringens & acre completentia. Quando igitur simpliciter quis scribar, dilui debere quippiam uino, lectorem coniecta re oportet quem scopum pharmaci compositio habeat, & ad illum respiciendo, id quod aptum fuerit unum eligere. Adstringens quidem ubi repellere uelit, acre uero in quibus discutere. Reliquis item utitur, quemadmodum uniuscuiusq; uim demonstrauimus in loco ubi de uinorum differentijs docuimus. Acetum uero in omni occasione ad achoras aptissimum est, utpote crassos & uiscosos humores fecans, atq; id quod insinuat discutiensque & repellens. Verum ipso non utique per se quispiam utetur, si quidem non proluere aut lauare achoras uelit, sed ad diluenda cum eo pharmaca, moderata quidem in quibus incipit & adhuc parua est affectio, fortia uero in maioribus & diuturnioribus, fortiora autem adhuc in inueteratis iam & ægerime curabilibus. Verum differentia pharmacorum iuxta fortitudinem ante a me relata est. Ceterum ex relatis ab Archigene pharmacis, in totum non uti exoptem semper uiuioque & cerussa. Illud enim strenuè refrigerat quam conuenit incipientes achoras refrigerari. Cerussa uero exiguam quidem habet frigiditatem, & ex pharmacis est obducentibus meatus, emplastica uocant, pro ea autem uti possumus, cinerula & pompholyge.

*Que Apollonius in primo de parabilibus ad Achoras scripsit.*

Apollonius in primo de parabilibus ad achoras, primum quidem sic scripsit: Rosaceo oleo caput illine. Deinde post hoc, beta succum similiter illine. Tertium deinceps, Testudinis sanguinem eodem modo adhibe. Quartum, Laurino oleo caput illine. Et quintum, Crocinum unguentum inuige eodem modo. Ex his sane primum debilissimum est, pueris & mulierculis, teneræ carnis in principio affectionis utile existens. Concoquit enim & discutit ac repellit, eaque omnia moderate facit. Secundum uero ubi bene succo uti consulerit, efficacius quidem est rosaceo, discussoriam uim habens, non tamen ad fortes ac iam obfirmatos achoras sufficit. At uero testudinis sanguis curiosum & superuacuum est pharmacum, neq; unquam tentari eius periculum facere. Quod uero deinceps scriptum est, laurinum fortiter calfacit & discutit, opusque habet corporis torius & capitis euacuatione, quo discutiat humores achoras facientes. Crocinum deinceps unguentum discussorium quiddam habet & adstringens, & concoctorum: atq; ea tria fortiora in ipso sunt quam in rosacei natura; ex eis igitur quæ de illo dicta sunt, etiam de hoc ratiocinari licet. Post hæc autem ipsius uerbis ita scriptum est: Tauri uirina affrica, deinde Hæc sequitur, facit & cameli uirina eodem modo. Utendum autem eis, inquit, ad plures dies. Verum ego utique dixerim ad ipsum, non esse quod ad multos dies, sed ne ad unum quidem, purus homo tolerare queat, ut illius alicuius eiusmodi animalis uirina capiti affundatur, præsertim in affectione adeo parua, & quæ facile curari potest. Bis enim per omnia (quod dicitur) distans est, rosaceo uidelicet uti, quod penitus exiguam habet ad propositum symptoma facultatem, & tauri ac cameli uirina quæ acerrimæ grauissimæq; & penitus inuicundæ existunt. Deinceps uero tale quoddam pharmacum his uerbis scriptum est: Furfurum cheenicem medium in aqua heminis duabus maderacito, posteaq; terito ac succum excolato, cumq; mediæ acetii hemina ad limi spissitudinem coquito, & ex eo caput fricato, deinde aqua in qua beta, aut fœcum græcum, aut lupini cocti sint, abluo. Unguento autem uritur face irini. Hoc pharmacum discussorium est citra mordacitatem, ex repurgantibus atq; extergentibus appellatis compositum. Eiusmodi enim facultatis sunt furfur, beta, & lupini: discutit autem simulq; calfacit non uehementer fœcum græcum: ex eo autem genere est & irini unguenti fœx. De acetii uero facultate antea quoq; dictum est, quod aptum sit ad achoræ affectionem, quare hoc ut conuenientissimo & efficacissimo pharmaco utendum est. Aliud deinceps post hoc pharmacum scriptum est ab Apollonio his uerbis. Cucumeris syluestris radices decoquito, & succum affricato. Didicimus autem cucumeris radicem plurimum discussoriam facultatis

A facultatis esse. Et postea hoc pharmacum scriptum est: Terræ cimoliæ, sulphuris uiui, par pondas cum aceto terito, & in balneo affricato, calidaque abluo. Hoc illinire etiam conuenit pharmacum, non solum, ut dixi, in balneo adhibere. Omnes enim habet facultates quibus affectio indiget, aceto quidem ipsas habente, uelut antea est dictum. Solum uero sulfur ulterius quam conuenit ex calfacere & discutere potest. Quapropter cimoliam ei admiscuit, quæ compositionem ex utroque ad moderatam remperaturam reducit. Ceterum quod sequitur pharmacum ubi inquit, Maluam exiccatam & rusam in urinam inspergito affricato, reprehendo, in quantum etiam superius urina plura derestatus sum, etiam facultatem eius affectioni conuenire non negauerim. At quod deinceps scriptum est, in quo ait, si folia in aqua coquito, & aquam insolato, iniecta que in ipsam face usta affricato, post hæc uero repurgantibus pilos, eluito. Acre ualde hoc exterforum medicamentum est, quod si in balneo tantum adhibeatur, non uehementer ualet achoras irritare, præsertim si quis, ut ipse deinceps iubet, proluat, hoc est ex aqua dulci caput perfundat. Ad illitionem uero eiusmodi pharmaco uti periculosum est. Est enim plurimum acre medicamentum fœx usta, quemadmodum in libris de simplicium medicamentorum facultate est demonstratum. Quod uero sequitur pharmacum securum usum habet, eoque confidenter quis utatur ex spuma argenti laurinoque composito. Miror autem quomodo, ut laurino simile, oleum simplex admiscet, sic quodammodo scribens, Argenti spumam cum oleo albo, aut laurino tritam, ubi calida prælaueis circumlinito. Longe enim deficit a laurini facultate oleum commune, quod album appellauit, e regione ipsam a laurino distinguens. Quin & quod post hoc scriptum est, consimilem habet absurditatem: pro spuma enim argenti, cerussa utitur, diluit autem ipsam myrteo aut laurino, cum multam omnino differentiam hæc pharmaca habeant: alterum enim repulforium est, alterum uero plurimum calfacit & discutit. Vnusque eorum est repulforij quidem in principio, discussorij uero, ubi humor qui achoras generat iam est firmatus. Amplius autem deinceps cum rubi canini folia contundere & exuccare iubet, deinceps oleo miscere, imbecille est pharmacum, & incipienti affectioni solummodo aptum, utpote cum rubus caninus adstringat. Tale pharmacum est etiam plumbago cum cerussa uino subacta, usquequo ad compagem quæ illini queat redigantur. Porro contrariæ prædictis facultatis sunt, quorum æqualiter nulla distinctione apposita meminit, id uidelicet quod ex nasturtio, & quod ex scilla constat. De priore quidem hæc uerba tradens: Nasturtij & salis sparem modum ad præferentiam admisceto, terito, ac utitur. De altero uero sic scribit: Scillam in farnace uelut cucurbitam cinere obruito, cumque mollis fiet, exprimito, deinceps ad siccum oleo non multo admiscito, illinito. Manifestum uero est multo uehementius esse, quam hoc quod ex nasturtio apparatus. Quod uero deinceps tradit, ex mitigatorum pharmacorum genere est, quod ubi dolor quispiam uehemens circa achoras existit, donec eum leniat, conuenienter adhibetur. Si uero duros & inueteratos achoras discutere uelimus, omnino imbecille est. Scripsit autem in hunc modum de eo Apollonius: [Mitigatoria ad Achoras inflammatos, & ad ragades ani intumescences rimasq; ac fissuras sedis &c.] Olei quam optima hemina in pilam plumbeam infundiro, & plumbeo pistillo terito, donec crassum & subnigrum reddatur. Deinceps scorum spumæ argenti libram unam, & cerussæ tantundem, terito, oleoque admisceto. Postea uero eloto & siccato capite, pharmacum illinito. Neque uero ex simplicibus tantum oleo, sed quandoq; rosaceo, quandoq; myrteo apparatus, & ad rugas ani intumescences rimasq; ac fissuras sedis, ad ulceraq; dolentia, omniaq; alia quæ ex fortiorum pharmacorum usu exacerbata sunt, optimum medicamentum habebis. Egregie enim ea lenit, etiam si serpendo exedentia, aut etiam caucrosa, aut quomodocumque maligna existant. Nequaquam igitur eius compositionem tantum scribere oportuit, sed quemadmodum ego antea dixi, sufficiebat illud dicere quod dolorifici achores eiusmodi pharmaci mitigantur. Commune enim hoc est in omnibus dolore affectis, proprie autem faciens ad achoras. Deinceps autem tale pharmacum scripsit: Spumæ argenti. 3. viij. foliorum ruæ renerorum. 3. v. olei. 3. viij. acetii hemina quartam partem, simul trita capiti illinito. Hoc sane pharmacum diuulso usu habemus exploratum. Propinquum autem ipsi facultate est id quod consequenter ab eo est conscriptum, iuxta hanc commensurationem, Cerussæ. 3. vj. spumæ argenti. 3. iij. ceræ tantundem, sulphuris. 3. iij. olei rosacei aut myrteci quod satis est, ut ceratum liquidum fiat. Arida cum cerato committito, caputq; inde illinito. Hoc autem & ad omnes in toto corpore eruptiones uehementer commo dum est, ut rite sit ab Apollonio conscriptum. Quin & quod postea sequitur, plurimum discussorium est, ut quod spumam niri habeat multam adeo, ut nisi olei multitudine castigetur, acrius sit quam conuenit. Iubet autem ad unam spumæ argenti partem, quincuplum spumæ niri admisceri, hæc; dum terunt paulatim oleum ad fundam, donec ad compagem illitioni aptam redigantur.

*Que Crito ad achoras pharmaca scripsit.*

In Methodo de curandis morbis uniuersales facultates pharmacorum ad singulos morbos recensui, uerum paucorum definitæ materiæ exemplorum mentionem feci, reiecta illis multitudinis ipsorum commemoratione. At uero in præsentem, quam nunc in manibus habemus, tractatione omnia quidæ que omnes pharmaca scripserunt, longum fuerit recensere. Que uero a probatis medicis per experientiam tradita sunt, ea omnia usum est mihi conducibilis enumerare, quo etiam inter se propinqua, & quæ omnino eadem apparent, paululum uero iuxta apponderationem aut præparationem euariant, hi qui in his scriptis uersantur, cognoscant, eaque maxime præparent, quorum materias in promptu habent.

Contingit enim aliquando, ut aut in totum ea quae in compositionem miscerentur non reperiamur, aut et talia reperiamur, ut ipsa inijcere non audeamus. Ceterum eius maxime in componendis pharmacis cura habenda est, ut bona integraque & in vigore sint omnia quae admiscerentur. Ob id igitur etiam iam omnium, quae Crito tradidit, mentionem faciam: nam is sane diligentius achorum curam tractasse mihi videtur. In quinque itaque sermones doctrinam de ipsis distinxit, quorum primum & ipse recenset. **PRIMUM** Critonis sermo de achorum curatione. Scribit itaque Crito haec verba: Ad schoras in capite contingentes, qui pleniusque furfuribus precedentibus sunt, & ferme etiam scabie, in principio sub scriptis compositionibus utemur. *Ad achoras recentes.* Gluten fabrilis aqua coctum obline. Aliud, Papaveris sylvestris & hyoscyami folia cum oleo emplastri more appone. Aliud, Fici sylvestris uirgulta aut folia tenera trita cum aqua imposito. In inueteratis uero cum aceto terito. Aliud, Nucem amararum nucleos in aquam tepidam iniectiones & decorticatos, cum aqua terito, & cerati crassitudine praeratis imposito. In inueteratis cum aceto diluito. Aliud, Recrementi ferri & rosarii par pondus cum uino terito & imposito. Quidam uero trita cerato rosaceo excepta adhibent. **SECUNDUM** sermonem ad achorum affectionem his uerbis conscripsit: Circumcisa autem cute, & ob id molestiam inferente, subiectis compositionibus utendum est. *Lipara seu pinguis compositio ad achoras, psyllarum, papulas feruidas, intertrigines. Est comoda quoque uisus sedis.* Sputum argenti drach. l. foliorum rutae tenerorum drach. xxv. aceto diluito, & rosaceo aut myrteo excepta, cum penna illinito. Alia, Spumae argenti drach. cc. cerussae drach. cl. rutae drach. c. staphydis sylvestris drach. xxv. aceti sextarios. ij. myrtei libras. iij. particulatim singula terito, & affuso liquore, ut dictum est composito. Alia, Cerussae drach. cl. spumae argenti drach. cc. rutae drach. centum, myrtei sextarios. ij. particulatim tritis aquam affundito. Alia, Cerussae uisae drach. centum, rutae drach. c. mannae thuris tantundem, corticis pinus drach. l. olei myrtei sextarios. ij. aceti tantundem, similiter composito. Alia, Recrementi plumbi drach. c. pampinorum uitis drach. c. thuris drach. centum, myrthae & spumae nitri tantundem, aceti & myrtei quantum sufficit. In **TERCIO** autem haec tradit: At ubi affectio inueterata fuerit, sub scriptis compositionibus utendum est, & deinceps ita scribit. *Democratice compositio ad achoras humectos & inueteratos.* Ladani drach. viij. cerussae tantundem, sulfuris uiui drach. iij. uino & myrteo oleo subactis utitor. Alia, Spumae argenti drach. viij. pampinorum uitis drach. viij. succi hypocythidis drach. iij. spumae nitri drach. ij. gallarum drach. ij. aur. ij. ex aceto & myrteo adhibe. Alia, Malicorij, gallarum, acaciae fuluae tantundem: Malicorium & gallas uino macerata coquito, acacia uero uino dilutam reliquis probe tritis adijcitur, cumque recte omnia comparata fuerint, myrteo excipitur. Alia Spumae argenti cerussae, hyoscyami, misyos uisae, ramulorum cicuta, aequales portiones thuris uisae, ramuorum olea tantundem, aceto & oleo lentiscino exceptis utere. *Alia ualde comoda.* Cerussae uisae 3. viij. spumae argenti 3. viij. atramenti sutorij 3. iij. rhois rubri 3. iij. sulfuris uiui 3. ij. opij 3. ij. myrthae 3. ij. aceto & lentiscino oleo excipe. **QUARTUM** uero sermonem de achoris curandis haec uerborum serie conscripsit. Quando uero ex his quae ad achoras scripta sunt, pleraque resiccant, magisque dolorem inferunt, utpote cute in ipsis affectis circumcisa, sub scriptis compositionibus utendum est, per quas post haec omnia citra dolorem emendari licet. *Leuec emplastrum album inexcuperabile, faciens ad humectos achoras, qui acie tolli possunt, facit & ad papulas feruidas, & intertrigines.* Spumae argenti 3. c. ceruae 3. c. alij. l. habent cerussae 3. c. thuris 3. xxv. aluminis scissi 3. xvj. terebinthinae 3. xxv. pipereis albi 3. iij. olei sextarium unum, arida tundito. Oleum uero et argenti spumam ac cerussam in ollam nouam coniecta ad prunas coquito, atque ubi maturationem acceperint, ceram & resinam addito, ac donec non inquinent amplius manus agitato, deinde ab igne ablatis, & quodammodo refrigeratis arida adijcitur, & in pilam translata diligenter emollito. Utitor autem in linteolum incompactis, solutoque tertia die. Magis autem emolliat phar macum hoc, si cum melino emplastro Passionis fuerit permixtum, ita ut emplastri inexcuperabilis, Anicetum Graeci hoc appellant, partes duae, Melini autem Passionis una pars committantur. Alia, Cerussae 3. cxx. spumae argenti 3. lxxx. ceruae 3. xxxiij. terebinthinae 3. xij. mannae 3. xvj. aluminis scissilis viij. olei heminas. ij. committe ut dictum est. *Melinum Louci emplastrum, quod omnem fluxum resiccat, faciens ad achoras inueteratos & humectos.* Ceruae 3. viij. sandarachae 3. iij. adipis uicillini 3. iij. terebinthinae 3. ij. thuris 3. i. myrthae 3. j. aluminis scissi uisae 3. j. corticis pinus drach. j. olei myrtei quod satis est liquefacta cum aridis comituro. *Aliud Melinum Hygieni, resiccans omni fluxu.* Spumae argenti lib. j. cerussae lib. j. salis fossilis lb. j. aluminis scissi libra dimidia, atramenti sutorij sexunciae, olei sextarios. ij. aceti sextarium. j. Oleum, salcem, cerussam, spumam argenti, donec non inquinent manus coquito, arida uero trita, cribrata, acetoque diluta, ad refrigeratum phar macum adhibito, paulatim ad stillandum ac assidue agitando, deinde in pilam translata ac probe emollita tollito ac utitor. *Thebaei emplastrum ad achoras humectos.* Spumae argenti 3. xlviij. cerussae 3. xxxiij. corticis thuris 3. xij. gallae omphacitidis 3. xij. ceruae 3. viij. resinae terebinthinae 3. xvj. olei sesquiheminam, composito ut dictum est. **QUINTUM** postremum sermonem de achoris Crito ita orditur: Ceterum ubi affectio de creuerit & cicatrix perfecte fuerit obducta, ad totius mali translationem subsequenti compositionibus utendum est. Deinde sine gmata plura scribit, unumquodque iuxta hanc compositionis formam. *Sinegma ad achoras, furfures, asperitates, & scabies.* Terra cimoliae lib. j. nitri rubri lib. j. expressionis nucis unguentariae sexuncem, alij lib. s. habent, myrthae 3. octo, pipereis albi 3. octo, nardi celricae 3. iij. canae drach. iij. casti 3. iij. coctur-

\*Al. l.

\*Al. l.

fior.

f Ta antiqui  
cod. ut legi-  
tur. Cerussae  
uisceratae  
spumae argen-  
ti drach. iij. aur.  
drach. ij. thuris  
drach. ij. olei  
sutorij 3. ij. sal-  
tis fossilis 3. ij.  
aluminis scissi  
3. ij. aceto & li-  
ntiscino oleo  
excipe.

\*Al. duos  
\*Al. duos

**A**sa & cribrata reponere, ac utere in balneo. Aliud, Nitri rubri lib. iij. terra cimoliae tantundem, expressionis nucis unguentariae lib. ij. cyperi lib. j. alij. iij. baccarum lauri lib. j. iridis aridae lib. j. radices bryoniae, alyconij, amygdalarum repurgatarum, cornu ceruini uisae, singulorum libram unam, composito ut dictum est. Aliud, Facis uini uisae, quam Romani faeculam, nos tryga appellamus lib. xxij. aquae pluralis sextarios. xlviij. thuris lib. ij. terrae samiae lib. ij. olei sabini lib. iij. alij sextarios. iij. ceruae lib. ij. & dimidiam. Facem & aquam in dolium figulinum non picatum coniecta ad dies. vij. madescente finito & ter in die cum ferula agitato. Sequenti deinde die dissolutum & sacco excolatum liquore in uas aereum splendidum transferto, & igni impositum coquito. In culentiore autem igne utaris, atque ubi tertia pars reliqua sit, oleum & ceram inijce, rursusque ad lentum ignem decoque: postquam uero iniecta fuerint liquefacta, thus & terram samiam trita, addito, coquasato, & in uitreum uas robustum transferto: tenuia enim rumpuntur. Vltis autem tempore affectos locos circumlineas & diligenter conficans, abluere inbe. Praestaret quidem in balneo id facere, quod si fieri nequeat, in domo abluatur. Commo- dum est phar macum ad omnes sordes, asperitatemque ac scabiem cutis, itemque ad imperigines. Aliud, Facis uini uisae lib. j. aquae pluuiarum sextarios. vj. thuris albi lib. ij. masticis lib. ij. alyconij lib. j. ammoniaci thymiamatis lib. ij. terrae samiae lib. ij. olei rosacei lib. ij. ceruae Tyrrhenicae albae lib. ij. Facem in aqua ut dictum est macerato, ter singulis diebus cum ferula strenue agitando. Deinde excolatum per saccum liquorem in uas splendidum transferto, postumque ad ignem ad dimidiam partem coquito, deinde liquefabilia adijcitur, atque ubi dissoluta fuerint, alyconium tenuissime tritum inspergito. Habeas autem ad manum prompta, in facis aqua dissoluta, probeque trita, thus, ammoniacum, masticum, terram samiam, eaque strigmenticia praedicta crassitudine, haec ubi adieceris, ac diligenter subegeris insperge, & ablatis utitor. *Aliud Diaphyrenum appellatum.* Facis uisae lib. xxiiij. aquae pluralis sextarios quadragesima octo, olei sabini lib. iij. ceruae lib. iij. terra samiae lib. ij. thuris lib. ij. masticis lib. ij. ammoniaci thymiamatis lib. j. alyconij lib. j. myrthae 3. viij. Composito ac utitor ut dictum est.

Alucliam

Al. libras

tas.

Quae Cleopatra in libro de ornatu ad achoras scripsit.

Porro quae Cleopatra ad achoras scripserit, ea deinceps referentur illius ipsius uerbis: Foenogreco renui cocto, & in betae nigrae succo macerato caput eluatur: aut betae decocto, aut terra cimolia in his macerata, atque exoluta, inungatur: aut myrto leuigata ex uino & oleo, ut uocant, superneque betae folia imponantur. *Aliud ad ualde uisceratos.* Cerussae frictae 3. ij. thuris 3. ij. sulfuris 3. ij. trita ex oleo illinito. *Aliud, quod & ad furfures facit.* Nitri, atramenti sutorij, utriusque 3. j. terito affuso oleo, & illinito. *Aliud ad achoras.* Myrtham & myrtae albae folia uiridia uino trita illinito. Aut terram cimoliam torrefactam cum uino nigro illinito. Aut cerussae & plumbaginis aequales partes cum myrteo tritas illinito. Aut sulfuris uiui drach. vj. thuris masculi drach. j. aluminis scissi, staphydis sylvestris, id est pedicularis herbae, erucae, spumae nitri, singulorum 3. j. atramenti sutorij 3. j. rutae ramulos tres, terito aceto moderate affuso, item laniato, aut myrteo, aut crocino, aut oleo ueteri ad stillatum, quo pinguis compositio fiat, eamque ubi prius hoc sinegma affricaueris illinito. *Sinegma.* Hyssopi choeniceae. j. lupinorum choeniceae ij. pitifanae choeniceae. i. fabae fresa choeniceae. i. radices cucumeris syluestris. 3. iij. Haec trita misceto, & ad fricanda praebeto. Idem & ad lepraem & ad uaros facit.

Quae pharmaca Soranus ad achoras scripsit.

Quandoquidem uero & Soranus de achoris, tum in quarto de medicina, tum in unico medendi libro, quem Monobibulum inscripsit, pharmaca quaedam tradidit, quae etiam nobis per experientiam constat partim quidem proprio, partim uero praceptorum, aut medicorum amicorum usum cognita. Quare etiam ea ipsa hic apponemus iuxta ipsius dictionem hoc modo tradita: Vbi multus saniei fluor existat & uexatio doloris uehementer incumbat, lenticulam coctam tritam cum exiguo melle cataplasmatim modo imposito. Aut panem cum coriandro, aut plantagine, aut solano, aut feride, aut polygono, aut peralicio herba. Soranus quidem igitur uelut in implicata affectione, eiusmodi remedia adhibet. Iuxta propriam sectam rationem. Apparet autem reuera comoda in principijs & circa generationes, communi repellendi ratione. Deinceps uero inquit: Vbi autem exacerbationes remiserunt, radendi sunt loci, & foenigree decocto aut betae, & similibus, ex aqua non urina confricandi. Quae admodum etiam nos prius reprehendimus eos qui per urinam eiusmodi fricationes faciunt. Postea uero pharmaca scribit etiam nobis, ut dixi, cognita, Plumbaginis sulfuris uiui, aequales partes terito, & affuso rosaceo, aut myrteo, aut lentiscino donec strigmentosum reddatur, illinito. Aliud, Sulfuris uiui, spumae argenti, cerussae, omnium aequales partes, croci dimidiam, trita cum passo cretico illinito. Aliud, Rutae leuigatae drach. iij. spumae argenti drach. viij. aceto & oleo rosaceo admixto illinito. Aliud, Spumae argenti drach. xx. calcis uiuae drach. xx. aceti heminam unam, terito ac uelut liparan aliquam seu pinguem compositionem illinito. Aliud, Chalcitidis drach. ij. sandarachae 3. iij. spumae argenti 3. iij. uino austero & myrteo oleo fistul trita illinito. Huic uero deinceps Soranus aliud forte phar macum scripsit, quod pro luxa sectae instituto Metasyneriticum, hoc est, quod ex alto euocat humores ac transfert, appellauit. Conuenit autem in inueteratis & aegre cedentibus achoris, ex eiusque usu quispiam medicus nobis amicus magnum nomen adeptus est. Olei cedrini sextarium. j. aceti acris sextarios. iij. coquito donec exhalet acetum, deinde adijce adipis sulli ueteris tale seruati lib. ij. coque liquefacto, ollam ab igne aufero, & nitri uisae bellis, sulfuris uiui sexuncem, sandarachae unc. j. infarcito.

Addit in aliquibus ant. olei heminae unam.



infarcito. Postquam uero illitum pharmacum exaruerit, in balneo per praedicta sineginata conficari E iube, perque uinum & aqua ac nitrum, & per radicem cucumeris syluestris decoctum: aut face rhodia & pumice, cum aqua calida.

*Ad psoriasis, & achoras, pustulasque pleurosas, helcyria Graecis appellatas, & exanthemata in capite.*

Cap. 9.

**A**D praescriptas affectiones conuenienti uictus ratione uti oportet, corporisque ac capitis purgationem adhibere, per pilulas ex aloe, colocynthide, & scamonia, ita ut brassica succo coacta ex his pilulis exhibeantur. Deinde ipsa locali curatione utendum est, cuius generis est, adiantum cum rosaceo illitum. Aut foenigræci decoctum adfrictum. Aut malua cum farina hordeacea pro cataplasma te imposita. Aut melilotum cum farina foenigræci ex nino impositum, & cicerum decocto, ipsi quoque cicer coctum impositum, nuce amaræ commanfa & illita. Discurit autem maxime & lilij radix affricata, & thus cum uino & aqua, & lupinorum amarorum decoctum affricatū, bulbi cum nitro affricatū, thus ex aceto illitum, putamen mali punici cum laurino illitum. Aut anchusæ radicem uisam & tritam cum oleo donec strigmenticiam crassitudinem accipiat, cum penna illinito, & agrum iuuabis.

## GALENI DE COMPOSITIONE

## MEDICAMENTORVM LOCALIUM, SIVE SECVNDVM

## LOCOS LIBER SECVNDVS.

## ARGVMENTVM LIBRI.

Medicamenta exponuntur ad dolores, contusiones, ulceraque & ceteros capitis affectus.

*De omni capitis dolore, dimidiaque eius partis affectione in uersalis doctrina.*

Cap. 1.



**Q**UICQVE citra distinctionem indiscriminatimque doloris capitis auxilia scripserunt, maius deriderent, quam emolumentū ijs qui eis fidem habuerunt, attulerunt. Neque enim omnes ob unam affectionem caput dolent, sed tum ipsa affectiones plures sunt, tum curatio ipsarum singularum propria existit. Vna etenim affectio est iuxta intemperiem simplicem citra humorum complexionem. Alia iuxta humorum qualitatem, uelut etiam tertia quæpiam alia iuxta multitudinem tantum ipsorum humorum contingit. Quibus accedit ea quæ fit, cum humores transitus liquorum ac uaporum obturauit. Et ad hæc alia est, cum in quibusdam capitis partibus, propter imbecillitatem, statuosus spiritus innascitur. Quandoque etiam ob causam aliquam externam, procatarticeam Graeci appellant, uelut est ardor externus, frigiditas, ebrietas, plaga, capitis dolor contingit. Vehementissimi igitur capitis dolores sunt iuxta caliditatem & frigiditatem, maxime cum inaequales existant: moderati uero iuxta siccitatem: ad humiditates uero nullus consequitur dolor. Eodem modo cum ob redundantes humores siue iuxta omnes capitis partes, siue iuxta unam quamcunque tandem, siue duas, dolor contingit, uehementior quidem ob calidos & frigidos, moderatior autem ob resiccantes citra caliditatem aut frigiditatem manifestam oboritur. Homocentantes uero penitus nullum dolorem inducunt, quantum ad qualitatem ipsorum attinet, ob multitudinem sane instrumentalium partium morbos faciunt, non tamen similiarum partium ullum aliquem, in quibus solum affectiones iuxta intemperiem simplicem sunt. Ac uero affectiones ob humorum multitudinem, citra quidem oburationem, caput grauant: cum oburatione uero, si quidem ea moderata fuerit, moderate dolorosa, si fortis, fortiter contingunt. Quod si etiam mordacem qualitatem humorum multitudo complectatur, etiam iuxta hanc dolorem augebit. Atque hæc quidem differentia sunt affectionum, quantum ad causas attinet eas producentes: Alia uero sunt iuxta affectarum partium naturam. Aliquando enim extra caluariam affectio est, aliquando intra. Et quandoque quidem omnium exteriorum aut interiorum est, quandoque non omnium, sed unius tantum corporum generis arteriarum uidelicet, aut uenarum, aut neruorum, aut membranarum, aut cutis, aut ipsius adeo cerebri. Itaque difficillimum est affectum cognoscere locum, siue unus, siue plures uno existant, aut qui tandem hi ipsi extent. Nec uere affectionem inuenire promptum est, sed & hoc exercitato homine indiget, qui tum per rationis exercitium, tum per multam & assidua affectiones ægrotorum inspectionem, eam cognoscat. Proprietates enim aliquæ quidem omnino dici non possunt, quædam uero ægre circa ægrotantia corpora ostendi possunt, utpote quæ tantum ijs qui eas sæpe uiderunt cognite exillat. Non parum uero ad affectionis cognitionem faciunt quædam ex causis antegressis, quæ priuatim procatartice, id est antegressiæ medicis Graecis uocantur, uelut cum manifestus sensus & offensa ægros ardoris

*Al. 3. h. 1. p. 17.*

**A**ut frigoris contigit: & facile sane eiusmodi affectiones recentes sanantur: probeque & rite ab eis inueniuntur sumplerunt medici, qui praesidia ac auxilia morborum cum distinctionibus descripserunt. Multa quidem igitur a uetustioribus pharmaca simplicia & composita ad eiusmodi affectiones descripta sunt. Mihi uero etiam hic satis erit ex recentioribus apponere, qui sane tum ea quæ ueteres inuenere descripserunt, cum ipsi etiam alia quædam addiderunt. Equidem uniuersum curationis scopum singularum affectionum ratio nos docet. At uero materiae facultates experientia ipsa demonstrat. Per hanc igitur auxiliorum copia progressu temporis augetur. Atque adeo nunc tempus ad istum sermonem, propria auxilia iuxta singulas affectiones describendi, initium ab ijs quæ secundum qualitates solas a naturali cuiusque particula statu discesserunt, facturo.

*Quæ Apollonius ad capitis, propter ardorem, dolorem conscripsit.*

Apollonius igitur in primo de facile parabilibus ad capitis dolorem propter ardorem sic scripsit: Rosaceo assidue caput irrigato, aut lanam siue linteolum rosaceo tingito & imposito. Aliud, Naveissino unguento similiter utitor. Aliud, Melino unguento eodem modo utitor. Aliud, Aut mori succo per linteolum expresso, cum pari rosaceo utitor. Aliud, Portulacæ folia rufa, per se, & cum polentæ flore imposito. Aliud, Cupressum teneram tritam per se, & cum polentæ flore imposito. Aliud, Solanum per se, & cum polentæ flore imposito. Aliud, Sesamum terito & rosaceo ad stillam imposito. Aliud, Vitis folia cocta trita cum mulla aqua imposito. Aliud, Folia ricini contusa & in octo aquæ heminas cocta sub diuo per noctem exponito, & cum aqua caput perfundito, & post hæc quæ ad huiusmodi affectum scripta sunt, emplastri more apponito. Aliud, Conyzae odore fasciculum decem & sex digitorum, in aquæ heminas octo coiectum sub diuo per noctem exponito, & leniter aquam effundito. Utendum & cibi subtractione, & uentris euacuatione, somnoque & quiete. Vitanda autem maxime uinum, sol, & balneum. Amplius autem & fomenta, clamor, contentio, omnisque mentis perturbatio, & percussio. Atque in loco bene perspirabili t̄ degendum.

*Ad capitis dolorem ex frigore.*

Irino unguento calido caput rigato. Utere etiam lanis ac linteolis in eo madefactis. Aliud, Laurino unguento similiter utere. Aliud, Farina cocta cum aqua mulla uritor. Aliud, Lauri folia tenera cum irino unguento trita capiti infunde. Aliud, Sampsocho cum uino trita aut rosaceo similiter utitor. Aliud, Cyperum tulum adipe asferino admixto, capiti illinito. Aliud, Cornu ceruicis uero eiusque acetabulo uinum odoratum dupla mensura admiscero, terito, ac illinito. Aliud, Conuenient & fomenta per spongas calidas imbutas & expressas, maxime si lauri folia tenera in aqua fuerint incocta, aut sampsochi, aut cyperi: & lanarum mollium pilei unguento irino & uino rigati, capiti quoque circumpositi. Item tegmina, & tepor, & ciborum subtractio, ac uentris euacuatio. Amplius autem & somnus, & quies, & corporis tranquillitas ac lætitia. Vitanda uero similiter, clamor, contentio, uini potus, & frigiditas. Hæc quidem auxilia aduersus capitis dolorem ex ardore [ & perfrigeratione ] obortum Apollonius scripsit. Appellant autem ardorem, ex Sole æstiuo circa caput factam perseverantem caliditatem. Omnes enim homines in sole æstiuo diuini uersantes capite incalescunt, non tamen omnibus æqualiter caliditas permanet, sed statim quiescit, quibusdam etiam ante balneum, plerisque uero post lotionem. Quibus uero permanserit, affectionem capitis iam iuxta habitum solutum difficilem, non uero iuxta simplicem modo contactum habitumque solutum facilem putantes, ardorem appellant, hoc Graeci κατὰ φύσιν, illud κατὰ ἔξιν dicunt. Aliquando igitur sola intemperies consistit, affectione circa caput calidior facta: aliquando uero etiam humorum aut uaporum multitudo ad ipsum caput decurrit: & maxime cum redundantia quædam humorum, quam Erasistrati sectatores plethoran, hoc est plenitudinem uocant, in toto corpore obserat. Fit autem hæc quatuor humoribus ex æquo auctis, aut etiam sanguine solo. Nam cum alius quispiam humor redundarit, uelut est pituita, & flaua bilis, itemque nigra, eiusmodi auctiorem siue redundantiam, non plenitudinem, neque simpliciter multitudinem, sed cum appositione pituitæ, aut bilis flauæ, aut nigrae, in corpore factam multitudinem dicunt. Ceterum eis qui ex ardore caput dolent, cutis tactui aridior ad primum contactum apparere, oculosque rubros habent, frigidisque non perfusionibus, tum illitionibus gaudent. Principio igitur repulsoria curatione utendum est, ex refrigerantibus & adstringentibus constante. Postea uero mitigatoria & concoctoria pharmaca ad repulsoria admiscere oportet. Deinde etiam ex dissensu quæpiam addendum, paulatim detrahis pharmacis quæ repellunt. Optima sunt autem censenda quæ tenuium partium substantia prædita adhibentur. Quapropter in principio quidem melius est rosaceo probe apparato quam frigidissimo caput perfundere, lana fasciculo in orbem circumposito, iuxta frontem quidem, ubi pilosa eius pars desinit, iuxta utrumque uero eius latus, ubi pili ipsi ad aures neantur, exinde uero post uerticem, non tamen longe inferius. Neque enim facile exuritur capitis ea pars quæ occipit, & Graecis Inion appellatur: neque etiam citra molestiam, refrigerantia sustinet, propterea quod illic principium medullæ spinalis existat, ad stipitis modum in multos ramulos diuisa, in sexaginta ferme iuxta numerum neruorum. At uero regio capitis iuxta sinciput, propter laxitatem coarticulationis iuxta coronalem suturam, & ob ossium tenuitatem & raritatem, facile tum caliditatem tum frigiditatem omnium, quæ adhibentur pharmacorum intro distribuit. Quare siue refrigerare oporteat ex caliditate ardorem, siue calfacere frigiditatem, apertissimus est capitis iuxta sinciput locus. Optima autem in principio refrigeratio

ex









sequitur quartum. Quintum uero non prope ad horum tum accedit, ubi scilicet cataplasma ex aqua & E  
uiticis semine componit, quod non solum ab utraq; facultate tum calfaciendi, tum resiccandi, quibus  
ea praestant, quae ex myrrha composita sunt, malum dehect, sed & contrarium facere potest in his qui  
caput ob frigiditatem dolent. Quod uero deinde sequitur ex lolij farina & anserino adipe compo-  
situm, in quibus resiccare intendimus utile est, neque in capite solum sed & in alijs partibus rationabili-  
ter adhibetur, id ipsum uero ob anserinum adipem citra molestiam resiccantem contingit. Abunde enim  
pharmacum hoc & mirigat & sedat dolorem. Verum quod deinceps sequitur, de quo haec uerba scri-  
psit: Portulacam per se & cum lini semine uitam imponito, refrigeratorium est pharmacum, praclare  
faciens ad affectiones calidas. Quod uero post hoc scriptum est hoc modo: Olea folia tenerima oleo  
ac uino nigro affuso terito & inponito dolorem quidem non mitigat, uerum humiditates succorum eua-  
cuar. At uero quod deinceps scriptum est forti facultate praestat, in quo uidelicet iubet cinerem aceto  
aut aqua dilui, eoque caput rigari. Si quidem enim ex aceto praeparatur, inueteratas affectiones, & in  
scirrhum induratas sanare potest, non tamen doloris mitigatum exilit. Si uero cum aqua cinis dilua-  
tur ac percoletur, fortitudine quidem plurimum ab eo deficiet quod ex aceto constat, neque tamen sic  
doloris mitigatum erit. Quemadmodum neque id quod postea descriptum est, ex terra sigulina & so-  
lano compositum. Superfluum autem compositionem Apollonius in eo quod ex halicacabi fructu con-  
stat, ostendit, ut pote quod neque praedictis, neque postea dicendis quicquam amplius habeat. Quem-  
admodum sane ea quae deinceps sequuntur singula alia facultate praedicta sunt. Non rite autem fecit haec  
omnia indefinite tradendo. Quid enim simile habeat cataplasma ex blito cum oleo uiro, ad illud quod  
ex ricini semine, aut cotiandri, aut melanthij componitur? Calefaciunt enim haec & resiccant. Blitum  
uero debilitat humectat & frigefacit. Porro quod in sine sermonis ipsius scriptum est, primum neque  
ab ullo in usum assumi experiri gratia consuluerim, ne dum saepe. Raro enim cogimur pharmacis ex  
opio uti, cum uidelicet praedoloris uehementia homo de uitae periclitetur. Quamquam & tunc solidae  
partes ex eius usu offendantur, adeo ut post haec correctione opus habeant. Sic & ex opio collyria mul-  
tis detrimentis fuerunt, adeo ut debitum oculum reddiderint, & uisus hebetudinem, Amblyopiam Gre-  
cis appellatam induxerint: uelut etiam auditus grauitatem inducunt, quaecumque ad uehementem au-  
rium dolorem ex papaueris succo composita sunt. At uero ob capitis dolorem uehementem nemo un-  
quam animi deliquio comprehensus mortuus est, neque seipsum occidit, quemadmodum quidam coli  
dolore uexari fecerunt. Utinamque enim dolent, longe minor ipsorum dolor est, quam eorum qui cor-  
li, aut auris, aut oculi, aut demis dolore uexantur. Mitigantur illi ipsi perfusionibus & illitionibus, &  
cataplasmatum impositione.

Quae Archigenes ad capitis dolorem remedia conscripserit.

Relato igitur iam Apollonio, ad Archigenem transeamus, qui in puore libro de pharmacis secun-  
dum genus ei inscripto, hoc modo scripsit. Archigenis ad capitis dolores circa febrem abortos. Commune-  
ter in principio auxiliatur eis aqua potus, parcitas cibi, solutio alui. Haec praefatus deinceps pharmaca  
multiformia conscribit. Praestabilis igitur mihi uideretur singulatim unaqueque ipsius dictionem in  
manus sumptam considerare, & primum sane principium eius collaudare, in quo manifeste discrimen  
ab eo quod quis non febricit inducitur distinguitur. Fuit itaque Archigenes non quidem uulgaris medicus,  
uelut & Mantias, & Heraclides empiricus: uerum ad diligentiam quam circa artem fecit, etiam hoc  
Archigeni accessit, quod posterior natu illis ipsis fuit. Ceterum maximum hoc censeo debet his, qui ar-  
tem quancumque tandem rationalem edificere rite uolunt, cum natura apti ad eam fuerint, ingeniosiq;  
& a pueris in primis disciplinis eruditi. Plerique autem ex his qui eiusmodi artes tractant, non ut ipsi  
sapientes in his euadant, sed ut uulgo tales uideantur studio habent. At uero Archigenes ut si quis alius,  
quae ad medicam speculationem attinent diligenter edificere studuit, atque ob id merito scripta quam-  
plurima memorabilia reliquit. Non tamen in omnibus sane quae tradidit irreprehensibilis mihi uide-  
tur, uerum uelut ipse pleraque eorum uirorum a quibus adiutus optimus euasit, reprehendit, sic par est  
ipsum delinquentem a nobis posteris examinari. Difficile enim est ut quod homo sit non in multis pec-  
cet, quaedam uidelicet penitus ignorando, quaedam uero male indicando, quaedam tandem negligen-  
tius scriptis tradendo. Quemadmodum sane & nunc mihi in distinguendo non febricitantes a febricitan-  
tibus, peccasse uideatur, cum non omnes eorum qui non febricitant distinctiones & discrimina apposuerit.

De his qui ex stomacho caput dolent.

Statim igitur primum in his discrimen est doloris capitis ex stomacho producti. Quidam enim etiam  
si pauculus quispiam humor acris in uentre, & praesertim circa os eius congregetur, statim caput dolent,  
atque ob id si diuinius famem tolerant, offenduntur. Augetur enim ipsis mediam ferentibus eiusmodi  
humorum malitia. Eos igitur qui hoc modo affliguntur sanare oportet, ita ut nihil remedium capiti  
adhibeamus, quando quidem neque proprius est hic capiti affectus, sed ab humorum in uentre mali-  
gnos uapores excitantium in ipsum adlensu affligitur. Quemadmodum alij in suffusorum symptoma-  
ta ob huiusmodi humores iaciunt. Quae igitur horum erit cura? ut uidelicet affligentes in uentre hu-  
mores quam celeritate euacuemus. Euacuantur autem ad uomitum procliuus facile ab aqua potu, agre  
uomentibus uero difficilius, adeo ut etiam digitorum sine pinnularum immersione uenter ad uomitum  
inuitatus, quibusdam nihil amplius effuderit. His igitur conabimur quamprimum cibum boni succi ac  
stomacho

A stomacho commodum exhibere, si res ita ferat a balneo, si non, ante balneum tantum cibi offeremus,  
ut ne laedantur inde postea laetantes. A coena autem modicum abstinthium in potu dabimus, atque  
ira & postredie faciemus, eoque modo in posterum diuinae ipsi constitraemus, donec ualde bene con-  
coquentes ipsos uideamus, atque tum sane panis paucillum eis praebemus circa tertiam aut quar-  
tam horam, aut paulo prius, uel etiam serius, ut satis amplum spatium ad consuetam balnei horam in-  
terit. Quicumque uero panem citra obsonium edere non possunt, his oliuas, aut palmulas, aut uinas,  
aut tale quiddam addemus, per experientiam cognoscendo quid ex eis praestet, cum aliud alio melius  
sit iuxta naturae proprietatem. Ceterum ad uitiosorum in uentre humorum redundantiis tum faculta-  
tis concoctoriae debilitas, tum oris uentris infirmitas, plurimum conferunt. Quemadmodum etiam  
solum mollietis, & ad haec caput ad eiusmodi humorum uapores suscipiendos aptum, quemadmo-  
dum & in quibusdam oculi. Ego quidem igitur saepe & in multis experies sum hanc quam narraui eu-  
randi uiam, ad capitis ex stomacho dolorem commodam. Archigenes uero cum simpliciter ad omne  
capitis dolorem citra febrem, cibi parcitatem auxiliarem scribat, palam facit se nihil de eo qui ex bi-  
lioso humore oboritur scire. Quod sane etiam amplius quis crediderit qui postremam eius dictionem

legerit, quae hoc modo habet. Archigenes, In his uero qui ex stomacho caput dolent, statim sequi-  
tur distenduntur, acetum in quo papaueris capita incocta sunt affundito, aut spongiis eo imbutas imponi-  
to, deinde polentam cum uenta & aceto fronti pro cataplasmate imponito. Aut pulegium cum is-  
dem. Aut solani succum cum rosaceo illinito. Stomachum equidem os uentris appellat, cum & me-  
dici hanc partem ita appellare sint aduersi, qui etiam stomachica animi deliquia appellant, & quos-  
dam stomachicos esse dicunt, a quosdam uidelicet in eo loco oborto affectu ita appellantes, uelut et-  
iam hepaticos ab hepate, & colicos a colo, & nephriticos a renibus, & splenicos a splene affectos.  
Vnam autem ex stomacho affectionem dolorosam scripsit quae caput occupet, eorum quos ipse statim  
se distentos uocant, quam ex uini largi potu magis oboritur scio. Qui enim propter humores acres ca-  
put dolent, mordacem dolorem, non distendentem percipiunt. Fames igitur in distensionibus commo-  
da est, at non his qui mordaces humores in ore uentris habent. Cum itaque hic mordax humor fue-  
rit amarus, pallida & flaua bilis appellatur, quae ob naturalem leuitatem ad uentris os sursum fertur:  
cum uero pituitosus, aut acidus, aut saluus fuerit, magis in rotis uentris spatio coinetur, quam quod  
in ore ipsius firmetur: optimum autem fuerit (quantum sane nunc in his dicere licet) in fundo uen-  
tris ipsum contineri, facile enim relicto uentre in intestinum delabitur. Pessima autem sit affectio ubi  
uitiosi humores in uentris tunicas inelutibiliter fuerint imbibiti. Quorum optimum remedium est ex

Caloe pharmacum, quod aliqui pieram, hoc est amarum, aliqui hieram, id est sacrum ex aloe appellant:  
inque eius compositionem aloes drachmas centum conijciunt, & sex uniuscuiusque reliquorum, quo-  
rum etiam sex numero existunt, cinnamomum, spica nardi, xylobalsamum, mastiche chia, asarum, cro-  
cus. Praestantur autem fit pharmacum ubi minus de aloe additur. Vasa namque mihi est, nimia eius co-  
pia centum drachma esse, ad proportionem reliquorum quibus ha additur, quapropter etiam per xc.  
drachmas ipsum composui, & per lxxx. Quin & per pauciores aliquando crocum, propterea quod qui-  
dam ex eius usu capite laedantur, quod ipsum saepe ex solo croci odore perpetuar. Quare optima eius  
fuerit compositio meo iudicio, quae ex aloes drachmis xc. & croci drachmis v. constat. haec ego uor.  
His uero qui neque croci odorem citra molestiam ferunt, sed statim capite replentur, ex quatuor cro-  
ci drachmis pharmacum compono. Cogor autem assidue hoc pharmacum praeparare, propterea quod  
non solum his de quibus iam dixi, sed & suffusorum speciem patientibus, aut etiam alia symptomata ex  
stomachi affectione habentibus, id ipsum exlubeam, & praeterea his qui alio adstricta laborant, & mu-  
lieribus, quae non probe purgantur. In quibus maiorem efficaciam habet, ubi aloes drachma lxxx. & cro-  
ci vj. fuerint commiste: praestat autem & capellum praefato conijcere, quamquam etiam utriusque me-  
dis aliquando composuerim. Datur ad summum ex pharmaco hoc drachma una, cum aquae calidae cy-  
athis non pluribus quam tribus. Minimum uero dimidium eius praebetur. Datur & intra hos modos, qua-  
ritate iuxta artem, corporis magnitudinem, consuetudinemque permutata.

Quae Archigenes consequenter ad primam dictionem scripsit, in quibus  
est etiam Galeni censura.

De his quidem igitur qui caput ex stomacho dolent haec suffecerint. Transeundum itaque iam ad  
ea quae Archigenes post primam dictionem deinceps scripsit. Faciam autem iuxta singula ipsorum con-  
similem expentionem, qualem circa primam feci, connectendo ad ipsa propter rerum consequentiam  
etiam ultimam ipsius dictionem. Sed nunc a secunda initium faciam: Irrigationes autem, si quidem a  
frigore aut hyeme patiantur, conueniunt, oleum tepidum: & illitio narium. succus e bacis lauri ex-  
pressus, aut oleum laurinum, aut unguentum Syriacum, aut cicinum, aut styracinum, aut glencinum,  
aut tale aliquid aliud calfacitorium. Ut igitur a postremo exordiar, opinor ipsum resinam quae sua ipou-  
te emanat dicere, quae plurima in Laedaeone prouenit, & Capnelaeon, hoc est oleum fumosum Ci-  
liciae, & Amaricinum ac Styrcinum in Cyzico, & quod in Peiga apparatus irinum. His uero unguen-  
tis nares obliuere operari precium ducit, quo per odorem ipsorum caput calefiat: quod ipsum inde eue-  
nire manifeste apparet, adeo ut & idiotae uulgo his utantur, & maxime eis quae facile parari possunt. Pa-  
rabilia autem sunt alijs alia, quae uidelicet apud singulos redundant. Et apud nos sane in Asia aegrestibus is

Al. 1. 5. 1. 1. 1.  
c. 29 p. 316

Al. 5. 1. 1. 1. 1.  
p. 316

\* Al. Apolo-  
nius,

Al. 1. 5. 1. 1. 1.  
p. 443



& ruri degentibus hominibus cedrino appellato uti mos est, & si quando eius inopia sit, pisselæo, quo E nomine id appellatur quod ex oleo & liquida pice constat. Admiserunt autem tum huic, tum cedrino, oleum aliqui plus, aliqui minus, in quantum visum ipsorum uehementiam exoluere uelint. Vtuntur autem omnibus quæ dixi & circa caput, & præsertim circa sinuiput, ueluti dixi. Illinunt & frontem ex eis, & animum meatus: quidam etiam uestigia pedum, ac sedem. Ceterum cum Archigenes succum e bacca lauri expressum dicit, quod simpliciter laurinum dicitur ipsum nominare putandum est, uelut id quod oleum admixtum habet, laurinum oleum appellatur. Syriacum uero unguentum, cum dicere Co magenum existimo, quando quidem id ipsum nobis ex Syria apportatur. Aestate uero, aut ubi aliàs astuose distenduntur, per acetum & oleum, aut aquam & rosaceum. Amplius uero & per polygoni succum, aut portulacæ, aut solani, aut aliquo alio ex refrigerantibus irrigato, spongiæque posca imbutas capiti imponito. In hoc sane sermone uidebitur forte quibusdam negligentibus, unam simplicem affectionem Archigenes curare, uerum non ita habet. Ex eo enim quod astuose dicit, calidam affectionem indicat: ex eo uero quod addit, distenduntur, affectionem quæ hoc modo a flatu uentoso affligitur ostendit: ut non solum secundum intemperiem mutata sit, sed etiam uaporosi status redundancia adsit. In principio itaque in eiusmodi utriusque affectionibus, refrigerantium auxiliõrum facultas apta est, quæ intemperiem calidam refrigeret, & uentosi status allationem repellat & retardat. Atque mea quidem opinione præstiterit diligentior rei inquisitionem facere. Aliquando etenim ex corpore uentosi status affertur, quemadmodum in doloribus capitis ex stomacho relatum est. Aliquando uero in ipso capite generatur. Veneri nanque interdum ægre solubili modo inflatur. Interdum uero etiam post ipsam sita intestina, quandoque quidem ieiunium, aut tenue intestinum, quandoque etiam colon. Nihil igitur mirum est, neque impossibile, eandem affectionem in quibusdam iuxta caput partibus oboriri, uentosi flatum generare, cuius generationis in locis circa uentrem causam inuenimus, tanti caloris inopia, ut ex cibis ac potibus uaporosum & uentosum flatum generet, propter infirmitatem uero comprehensivæ facultatis, interna ita affectarum partium capacitas inleatur & expleatur, ut propter expletionem quidem distendatur, propter tensionem uero dolore afficiatur. Inuentum equidem & hoc nobis in commentarijs est, in quibus communes & generales dolorum causas considerabamus, quod ob dissolutionem continuitatis simularum partium, dolor oboritur. Dissolunt autem ipsam erodentia, diffecantia, distendentia, & uehementer calfacientia ac refrigerantia. Quapropter in doloribus circa caput, ægros interrogare consueui, qualis nam eorum qualitas sit. Quidam enim uelut erodantur corpora, doloris sensum perceptant. Quidam uero uelut distendantur, aut grauentur, aut tūdantur, aut solius uehementer inualescentis caliditatis aut frigiditatis. Si quidem enim uelut erodantur, aut pungantur uelut humorem uel eiusmodi status acredo causam putanda est. Si uero circa morsum distendantur, repletionem distensarum partium, uel per uentosum flatum, uel per multum humoris influxum causam parabimus. In quo genere & inflammatio & erysipelas existit. Inflammatio quidem, ubi inflammata corporis pars multum sanguinem in se continuerit. Erysipelas uero, ubi biliosum continetur humorem. Quod si ex utrisque redundantibus pars aliqua expleatur, aut inflammatio erysipelacea aut erysipelas inflammatum oboritur. Et ne quis putet nos longum sermonem de una particula iuxta utrumque symptoma affecta facere, (communis enim omnium dolore affectarum ratio est) & si quis diligenter in articulos digesserit, promptior ac expeditior ad auxiliorum inuentionem in omni affecta parte fuerit. Quod enim artis coniecturale est, id maxime in affectionum cognitione consistit. Quæ ubi inuentæ fuerint, curationem non coniecturaliter, sed scientificè indicant, cum hoc quod & cognoscere datur, quam ægre aliqua affectiones medelis cedant, in quibus rationabiliter iuxta indicationem remedijs utimur, etiam si nihil efficere in principio appareant, atque hoc est quod in aphorismo dictum est, in quo ait: Omnia secundum rationem facienti, si iuxta rationem non succedat, ad alia transferendum non est, sed perseverandum in eo quod uisum est à principio. Aliquando enim adeo uehementer in angustijs meatuum status uaporosus infarcitur, atque eo adhuc magis uiscosus aut crassus humor, ut multo tempore opus sit ad curationem. Etenim quæ sic infarcta sunt attenuare oportet, meatusque dilatare per quos excreuantur, habita simul prouidentia ne quid aliud, puta humor, aut eiusmodi status, amplius influat: & ad hæc corroborandum est affectum membrum, ut neque ipsum uentosum flatum gignat. Qui igitur primi ad eiusmodi affectiones pharmaca composuerunt, merito uariam materiam opus habuerunt: siquidem influentem substantiam, siue humor, siue uapor fuerit, repellere necessarium existit: impactam uero concoquere & attenuare, eandemque ipsam discutere: atque nihilominus, imo magis circa affectam partem firmitatem inducere, ne uidelicet quod influit suscipiat, attenuatum uero excernat, impactumque concoquat & attenuet. Verum in mixtura pharmacorum hæc facultate præditorum, alius alio felicior coniectura usus, alius minus, alius magis commodam fecit compositionem. Quapropter uelut nos, (ad uos enim sodales loquar quibus maxime hæc scribuntur,) duo omnino uisibus mihi præparata pharmaca eundem effectum præstiterunt, quandoque etiam tria & quatuor, & ex horum mixtura in ægre curabilibus affectionibus à me sæpe quod oportuit factum esse. Considero nanque in quoniam eorum copia, simplex pharmacum calfaciens superet, aut frigefaciens, uelut etiam reticcans, aut humectans, aut tenuium partium, aut crassarum: Deinde contemplan quid effecerit quod ægro iam fuit admotum, secundum

A secundum usum aut per aliud quoddam, aut per hoc ipsum facio. Sæpe quidem ad aliud quod idem promittit transeo, aliquando uero utraque committo, ac medium quiddam ex eis conficio. Talia autem omnia abunde à me non uniuersim tantum, sed & particulatim in medendi methodo relata sunt, nosseque oportet, quod & iam ante dixi, hanc tractationem illam sequi, & cogor tamen etiam nunc rursus meminisse, quo magis ea quæ istis tradidi assequamini. In prædicta itaque affectione, calore doloroso prædominante una cum flatu uentoso, in principio quidem repulsoria curatione utendum est, quæ ex refrigerantium facultate constat: quod ubi moderate factum est, ex mitigatorijs ac concoctorijs quippiam admiscere ad repulsoria oportet. Deinde etiam discussoria addenda, ita ut paulatim repulsoria pharmaca detrahamus, donec ad contrariam mixturam perueniat pharmacum ei quanta principio habuit, hoc est ut plurimum quidem discussorium sit & attenuatorium. Minus uero concoctorium & mitigatorium, minimum autem repulsorium. Portulacam quidem igitur refrigerantis & aquosæ substantiæ esse didicistis. Minus ea polygonum. In solano autem tantum admixtum esse crasse & terreæ, quantum adstrictionis. Acetum uero repulsoriam simul & attenuatoriam, immo & discussoriam habet facultatem, tanquam quod temperamento, tenui frigiditate præpoleat, quemadmodum exacte serenus aquilonaris aer. Didicistis etiam rosacæ facultatem, quod uidelicet & repulsorium quiddam habeat, habet autem & concoctorium & mitigatorium, & ad hæc etiam discussorium. Merito igitur Archigenes in prædicta affectione eiusmodi pharmacis utitur, ipsum quidem per se solum acetum neque alibi exhibens, neque hic, ob facultatis ipsius uehementiam, admiscera autem ei uel rosaceum uel aquam. Transeamus autem iam ad sequentem Archigenis dictionem: Si uero augetur affectio, perfecta cibi abstinentia congrua est. Deinde uenæ sectio e cubito, & alui euocatio per ualidum clysterem. De his auxilijs dictum à me prius est, quando Apollonij dicta considerabam, ubi sane in biliosis causis sanis renuenciam, uelut etiam uenæ sectionem in pueris & senibus ac uicibus debilitatis fieri prohibui: laudam autem euacuationem per clysterem, non solum propter euacuationem eorum quæ in intestinis continentur, sed etiam ob reuulsionem eorum quæ ad caput feruntur: atque ob id probe in his quæ scripsit Archigenes non simpliciter dixit, Euacuatio alui per clysterem: sed addidit ualidum: multum enim in eiusmodi clysteri situm est, quantum ad reuulsionem attinet, ultra hoc quod non solum ea quæ circa uentrem & mesaræum sunt, euacuant, sed etiam quæ circa hepatis sima hærent. Archigenes. Irrigationes autem, ruta cum aceto & oleo trita. Memores affectionis ad quam auxilia scribere proposuimus, iudicamus unamquodque eorum quæ recensere cœpit. Affectionem itaque sic scripsit: Aestate uero, aut ubi aliàs astuose distenduntur. Deinceps uero refrigerantis facultatis auxilia subiicit, & postea inquit: Si uero augetur affectio, perfecta cibi abstinentia, & uenæ sectio, & clyster ualidus adhibeatur. & post hæc proposuimus conscripsit dictionem, in qua cum aceto & oleo ritam rutam adhibere iussit, non apponens an uiridem, an aridam uelit. Est enim non parua differentia, cum arida multo acrior & calidior, quam uiridis existat. Mihi sane uiridem consilere uidetur, neque enim acernatim subito uero refrigerantibus ad contraria transgressus est. Acetum uero ad hoc quod refrigerat & repellit, discussorium quid habere antea dictum est. Mitigatoria autem & laxatoria facultatis existens oleum merito ipsis admiscuit. Alia, Succus elauri bacca expressus cum aceto & ruta. Hæc priore longe efficacior existit. Ad succum nanque elauri bacca expressum fortiter calfacientem, rutam admiscuit cum aceto, relicto oleo. Alia, Succus radicum iridis cum aceto. Hoc remedium nihil calfactorium habet, melius itaque fuerat ipsum primum in transitu ad præclariora auxilia postum esse. Alia, Sallieis folia trita cum aqua. Hoc præscripto ex uide imbecillius est, atque his quæ omnium primum scripta sunt simile, ut intempestiue nunc ab eo sit relatum. Alia, Serpyllum cum aceto & oleo tritum. De aceto & oleo prius dictum est: adiecit autem nunc eis serpyllum acris qualitatis pharmacum, & ob id etiam calfactoria facultatis. Negligenter uero etiam hic reliquit, an uiride aut aridum uelit: præstiterit autem fortassis uiride intelligere. Alia, Polygonum cum ruta oleo & aceto dilutum, Polygoni succo primo sermone ut refrigerante uisus est, nam & reuera talis existit. Quare etiam ad inueteratos dolores iuxta primum transitum rationabiliter quis eo utetur, ruta admixta. Animaduersione autem dignum est in singulis contrariae facultatis pharmacorum mixturis, ut in principio parum ex præstantiore admisceamus, iuxta secundum uero & tertium usum, copiam augeamus. Alia, Amygdalæ amarae delibratæ trita cum aceto & oleo irrigationis modo adhibita, aut carati crassitudine in linteolo fronti impositæ. Et hoc ad primum transitum pertinet, didicimus enim discussoriam circa mordacitatem facultarem amygdalæ amaræ habere. Alia, Ruta syluestris cum oleo & aceto eodem modo. Inordinate rursus hoc ualde forte pharmacum interposuit, in doloribus multum inueteratis merito adhibendum. Alia, Populi albæ fructus cum aceto tritus. Discussoriae facultatis est albæ populi fructus. In quibusdam autem exemplaribus non cum aceto, sed cum posca, scriptum reperitur. Alia, Ocymi semen cum aqua. Ocymi semen calfactoria & attenuatoria est facultatis, non tamen uehementer: cum aqua autem sola inueterata affectione minime rationabiliter quis eo utatur, melius enim erat oleum & acetum, uelut in alijs dixit, etiam huic admiscere. Alia, Facit & balsamum, peucedanum, castoreum, simul & singulatim unumquodque cum oleo & aceto. Hoc pharmacum rursus uehementius est, maxime cum ipsum peucedanum solum adhibeatur citra castorei admixtionem. Quid uero balsamum nunc uocet, non habeo dicere. Num uidelicet plantæ fructus, aut succum quem opobalsamum uocant, aut

ramulos ipsius xylobalsamum appellatos. Melius tamen mihi uideretur opobalsamum accipere, quod E  
renuium partium & discussoniarum substantiæ existit, non tamen manifeste calens. Alia, Lauri fo-  
lia, & populi alba, & uicis cum oleo & aceto. Et hoc pharmacum ex simplicibus facultatibus differē  
tibus composuit, lauri enim folia calidissima, uicis uero moderate refrigerantia sunt: in medio utro-  
runque populi folia existunt. Alia, Panacem cum oleo illinito. Nihil hic refrigerantium admittū  
est, & ob id ualde inueteratis affectionibus, & nihil amplius caliditatis habētibus utile existit. Quapro-  
pter merito quis ipsum reprehenderit, citra distinctionem pharmaca auxiliaria conscribentem. Pana-  
cem uero negligenter nunc ipsum dicere puro, panacis radicem: neque enim opopanaca putandū est  
ab ipso panacem dictum esse. Differt autem a radice hic non paruo caliditatis excessu. Alia, Viti-  
cem aut mentam, amygdalas amaras, iridem, equali mensura cum aceto & rosaceo mista adhibeto.  
Aliorum uires supra relatæ sunt. Mentæ autem nunc primum mentionem fecit, pharmaci calfactoriæ  
facultatis. Alia, Aut mororum succo cum aceto admisto rigato. Hoc pharmacum euidenter ap-  
paret refrigerantium medicamentorum generis ab ipsa conscriptorum esse quæ incipiente affectione  
conueniant, minimeque recte nunc ad pharmaca auctis affectionibus commoda admiscuntur.

Alia, Inueterata autem affectione pituita denudato, illitionibusque & rigationibus prædictis, cras-  
sus tamen apparatus utitur. Alia, Resinam cum melle temporibus & fronti illine. Aut muscer-  
das cum aceto & rosaceo. Tertium hoc tempus est & oportunitas in capitis remedijs adhibendis.  
Primum namque erat incipiente affectione. Secundum uero, ut ipse scripsit, augete. Tertium au-  
tem hic cum aut inueterata, quod ipsum uehementioribus auxilijs opus habet, quorum aliqua non re-  
cte prioribus admiscuit.

*De his qui ob biliosum humorem caput dolent.*

Signa in his similia sunt eis quæ ex ardore oboriuntur, accedit his maior morbus, & faciei pallor, &  
aliquando oris amaritudo. Aetati autem uigoris, & temperaturis calidioribus, & uita curiosa, & his  
qui flauam bilem congregant, hæc affectio præcipue contingere solet. Itaque balnea tepera, & unctio-  
nes, & potus dilutus eis exhibenda sunt, omnisque uictus ratio liquidior, & boni succi constituenda.  
Euacuandus item biliosus humor per absinthij cremorem, aut per aloem, & per ipsam pictam antidotū  
per se datam, aut modica addita scammonia, uel per cataportia ex aloe confecta. Illinenda frons passil-  
lo croceo, aut Trigono appellato, aut aliquo alio his consimili.

*De dolore capitis per consensum.*

Si quidem in uerbo corpori caput per consensum coafficitur, illi cum aduersus intemperiam, tum ad  
uersus exuperantem materiam instandū. Et si quidem humorum multitudo, & maxime circa uenas  
fuerit, uenâ secabimus. Si uero qualitas magis inualuerit, purgatio pharmaco utemur. Si uero uni ali-  
cui parti condoleat, uelut hepati, aut uentri aut stomacho, his ipsis auxiliabimur: calida quidem in ip-  
sis substituente intemperatura, panem ex uino diluto exhibendo, & sorbitiones ex alica. Et foris irriga-  
tiones moderate refrigerantes, & firmitatem addentes, uelut antea dictū est. Si uero propter uiscosos  
& crassos in stomacho contentos humores caput doleant, etiam hos exturbabimus, acetum multum  
in potu præbendo, oxymeli dicunt, tum simplex, tum Iulianum appellatum. Ex hyssopo etiam ac ori-  
gano portionibus, & quæ his adhuc fortiores sunt, magisque incidendi uis præditæ, utemur, & uomira a ra-  
phanis, irrigationibusque ac cataplasmatibus calidioribus.

*De capitis in febribus dolore.*

In doloribus capitis qui in principio cum febribus irruunt, uena secanda est post primam aut secundam  
remissionem, nisi quid impediat, & præsertim in corporibus bonæ habitudinis, & multo sanguine reddidā  
tibus. Animaduertendū autem nisi ob uapores a uentre sublato, aut ob aliu suppressionē capitis dolor con-  
tingat. Quod si ferius post septimum tandem irruat diē, alio per clysterē qui aliquid operæpretij faciat præ-  
euacuata, eucurbitæ ad occiput siue ceruicē affigatur, caputque rigationibus ex oleo mitigetur, rosaceo  
quidē in calidioribus a chora æstua, & cū exiguo aceto. Chamæmelino uero in frigidioribus, ex crocomagmate  
in calidioribus. Ceterū ad capitis dolores ob febris magnitudinē obortos, medela præscripta sunt in  
febrili tractata. Porro uirare oportet hæc, non solum in dolore capitis per consensum stomachi oborto, sed  
omnibus et alijs circa caput obortis affectionibus. Sunt autem ea quæ sequuntur. Vtriusque semē, absinthij suc-  
cus, lac in potu, glādes quercinæ in cibo, oliuæ nigrae, arbuti fructus, mæmecylon Græcis appellatus, er-  
uū, quod ipsam et articulos dissoluit. Amplius autem offendunt myrrhā, thus, hederæ cacumina. Mentē et  
perturbant lentis fructus, crocus, peucedanum, cyclaminus sicca cū uino potata. Styrax paucus qui-  
dem potatus tristitiam uultus discit, multus uero somnos multum turbulentos inducit.

*De Cephalæa capitis dolore antiquo.*

Cephalæa inueteratus & egre cedens capitis dolor appellatur, qui ex facili occasione, maximas  
exacerbationes habet, adeo ut neque strepitus, neque nocem uehementiorē, neque lumen splendidū,  
neque nini potum, neque odoramenta caput replentia tolerare possint, sed in quiete &  
tenebris ob dolorum magnitudinem decumbere uelint: tanquam a malleo enim pertundi sibi uiderentur.  
Quidam enim uelut contendantur, aut distendantur ea quæ circa caput sunt sentiunt, non paucis uero  
usque ad oculorum radices dolor progreditur. Habet autem hæc affectio aliquando quidē continuos dolores,  
aliquando

Aliquando uero exacerbationes, & interualla siue ordinata, siue inordinata. Intermittunt enim quan-  
doque eiusmodi exacerbationes, uelut in comitiali morbo apprehensis, interceditque tempus aliquod  
quod omnino accusari non potest. Manifestum igitur est hanc affectionem consimilem aptitudinē ca-  
pitis ut facile lædatur, uelut in cephalalgicis, id est capitis dolore uexaris habere. Verum ad maiorem  
debilitatem deueniunt in hac affecta capitis partes. Et quidam ex eis cerebri inuolucra dolent, qui-  
dam uero membranam tantum caluariam ambientem. Dolores igitur cum grauitate, humorum mul-  
titudinem significant: cum mordacitate uero, aut humorum, aut uaporum acredinem: cum pulsu uen-  
tosi multitudinem demonstrant: cum pulsu uero, membranosi corporis inflammationem. Si uero cum  
grauitate distentio fiat, humorum multitudinem intra membranas contentam. Et dolores quidem  
in superficie hærentes, membranae os caluæ ambientis affectionem significant: qui uero in profundo  
sunt, cerebri inuolucrorum. Quibuscunque enim affectio intra caluariam est, his usque ad oculorum  
radices dolores procedunt, propterea quod oculorum tunicæ ex cerebri inuolueris habeant ortum. Si  
uero humor putrefactus calidior fiat, cum febris caput dolent: febriçitant autem omnino & qui ex in-  
flammatione dolent. Si quidem igitur humorum aut uaporum multitudinem repperis causam, si qui-  
dem propter totius corporis repletionem facta est, in uerbo corpore euacuato capitis dolorem sana-  
bis. Si uero uelut debile existens caput ad se sublato humores ac uapores suscipiet, materiam reuel-  
lere oportet in totum corpus, atque ita particulae mederi. Per clysteres itaque reuulsiō fit, & ligaturis  
extremis, & pluribus infernarum partium confractionibus. Interdum etiam sanguinis ex cubito  
detractio. Quod si amplius sanguis redundare uideatur, etiam ex naribus aperta uena, & quantum  
sufficere uideatur sanguine euacuato. Deinde hieram dabimus exacutam, & postea apophlegmatismis  
pituitam detrahentibus, & medicamentis quæ naribus induntur utendum est, qualia sunt quæ ex elate-  
rio & cyclamino cum lacte & porro apparantur. Caput autem curabis, quādo quidem reuulsio uti  
oportet, per repulsiōs irrigationes. Ceterum post totius corporis euacuationem, iam caput euacuan-  
tibus uteris, deinde his quæ firmitatem addere possunt admotis. Repellit igitur oleum omphacinum,  
& rosaceum, per se & cum aceto, & quod ex papaueris capitibus, & oleæ teneris germinibus, & hederæ  
cacuminibus, ac menta uiridi apparatur. Afferantur autem remedia repida quidem, ubi frigidior  
& crudior fuerit humorum multitudo, frigida uero ubi calidior & biliosior extiterit. Discutit autem  
oleum dulcissimum calidum, & magis inueteratum, itemque scyoniū. Si uero crassior sit humorum  
multitudo, spondylium, aut serpillum, aut pulegij comam, aut calamintum, aut mentam oleo inco-

A. lib. 6. 7. f.

quendo, multitudinem euacuabis. Eadem hæc etiam firmitatem parti addunt, quapropter usque ad  
perfectam curationem eis uti conuenit. Omnium porro longe maxime discutit & perfecte corroborat  
uerbenaca recta maxime uiridis. Immo & arida cum radicibus, & simul cum serpillo, oleo incocta.  
Coniuncta etiam ad ea crocodiliadis maxime iuxta aquas nascentis radix. Quin & ipsam per se uer-  
benacam si oleo incoxeris, caputque inde rigaueris, omni capitis dolori antiquo ex frigiditate, aut ex  
crassis humoribus oborto medeberis. Maxime etiam profunt sub aquario nate nascentes aselli, Mille-  
pedæ appellati, si oleo incoquantur.

*Archigenes de Apophlegmatismi.*

Post hæc uero Apophlegmatismi, quibus pituita a capite detrahitur, ex sinapi, aut hyssopo cū pas-  
so cocto, aut ex staphide syluestri, id est pedicularia herba cum pipere & melle trita, aut ex oleo admi-  
sto melle, aut ex staphide syluestri per se, uel cum melle trita. Pharmacorum quippe quæ pituitam  
a capite euacuant, & medicis pro more Apophlegmatismi appellantur, materiam postea referā. Nunc  
autem tantum ostendere commodum fuerit, quod hocce auxilium pituitæ instantis est medela, quæ  
admodum sane & ipsum nomen eius apud Græcos ostendit. Archigenes autem calidam & flatuosam  
affectionem se curatum pollicitus est, non frigidam & pituitosam. Iuuantur autem plurimum lauri,  
Dauritæ, aut panacis, aut papaueris capitum, aut baccarum lauri decocto perfusi. Fortibus calefacien-  
tibus pharmacis, non scio quomodo papaueris capita non instrenue refrigerantia annumerauerit, cum  
in sermonis contextu singulis dietis aliquem per se uti posse ostenderit, & fortasse etiam aliquando si-  
mul mittis: non tamen manifestum fecerit num quippiam ex papaueris capitibus ipsis adiciendum sit,  
quo uidelicet aliorum pharmacorum uehementia minuatur & mitigetur, an & solis aliquando utendū  
sit, quod sane incipiente & augete affectione rempessiuus fieret. Inueterata enim affectione non  
solum non profunt, sed etiam nocentiora capita papaueris existunt. Commodum est & ex salibus fo-  
mentum. Omnem rationem Archigenes hic confudit, cum foimenti mentionem faciat per pharma-  
cum resiccans quidem non strenue, uerum & calfactorium quiddam in se habens. Meminisse enim eū  
oportebat, quod cum calidam affectionem curare assumpsisset, aut semper ab illa ipsa indicationem ser-  
uaret, aut de transmutatione in diuersam speciem quippiam diceret, iuxta quam tēporis progressu ca-  
lore sedato, obduratio, aut intentio, aut tale quiddam accessisset, quod cōtraria curatione indigeat, &  
non ea quæ in principio fuit determinata. Post perfusiones uero aut fomenta iuuantur, si lini semē ro-  
saceo infarctū adhibeas, & lanas sordidas ex aceto rosaceo calidas circumponas ac obligeas. Hoc mitiga-  
tiuum est auxilium, cū uehementer infestat dolor, una cum hoc quod & subiectæ commodè affectioni. Quæ-  
re ubi ad intensum capitis dolorem remedia scripsit, istic præstitit etiam de hoc fomento mentionem

QUINTA CLASSIS.

Aa 3 INCER.

cap. 2.  
A. lib. 6. 1. p. 1. 1. 1.



facere. Verum pro presenti temporis opportunitate, de qua nunc sermo instat, si quis fomentis aut cataplasmatibus uti uelit, fomenta ex milio meliora fuerint. Quomodo enim Hippocrates ait, leue & leue milium existit. Sales uero ob grauitatem molesti sunt, praesertim capiti admoti.

*De cataplasmatibus in capitis dolore, Archigenes.*

Cataplasmatibus uero utere hordeacea cruda farina quae iridee contusam habeat admixtam. Aut rutae femine eodem modo. Aut feniculi radice similiter. Aut cruda hordeacea farina cum aceto nullo appropinquata. Aut polenta & pulegio mistis. Et haec cataplasmata ad secundam temporis opportunitatem pertinent, quam supra auferente capitis dolore constituit. Nam & hunc mitigant, & affectionem iuuant. Aut Nilei pharmacii, castorei & iridis decima parte admixta, cum aceto & rosaceo imposito. Nilei quidem igitur pharmacum quod ad emplastrum formam paratum est, iam olim nobile, & laudatum pharmacum est, & ob id omnibus notum. Promittit autem reliquiarum inflammationum in praecordijs inueteratarum curationem. Verum eorum quae ei admiscerentur, castorei uidelicet & iridis, Archigenes obscure mentionem conscripsit. Incertum enim non alterius ipsorum decimam Niliaeci malagmatis partem esse uelut, an utriusque. Verum mihi praestabilius uidetur utriusque decimam partem admiscere. Oportet autem castorium atque iridem probe trita esse, & Nilei pharmaco diligenter emollito paulatim haec admisceri, manibus partim rosaceo partim aceto madefactis. Aut nucem amaras decorticatas, & rutam ac parum ex iride, cum aceto & rosaceo committito, & malagmatis forma imposito. Cum eiusmodi multa pharmaca circa secundam propositae affectionis tempus Archigenes conscripserit, faculatis ipsorum expositionem illis feci. Aut viticis feminis, persae viridis foliorum, & myrrhae aequales partes cum unguento Aegyptio fronti cataplasmatibus modo imposito. In sola Alexandria persae arborem uidi, & in ulla alia Romanis subdita gente. Quidam Person ipsam appellant, aiuntque in Persis leralem eius arboris fructum esse, cum qui in Aegyptiorum regione, innocuus existat. At uero Aegyptium unguentum non solum sic sed & Mendesium nominatur. Quidam etiam Megaleum uocari aiunt, utroque cognomine a Megalo, qui ipsum composuit accepto: & ab illius quidem proprio proprio nomine in denominatorum forma Megaleum, a patria uero ipsius Mendesium appellari. Est autem laxatorium, & sedat dolores. Aut sulfitur, caestorium, baecae lauri, aequis portionibus cum cerato rosaceo infarcta, temporibus & fronti imposito. Hoc pharmacum multum caesfacit, & frigidas affectiones relaxare potest. Aut castorium & peucedanum pari mensura. Consimilis est & huius pharmaci facultas cum praescripta. Quod si affectio perseveret, uena sectione a naso aut fronte, aut cucurbitis ad occiput affixis utitur. Sanguinis a locis affectis detractiones in affectionibus inueteratis conueniunt omnes fere medici consentunt. Verum cucurbitae ad occiput affixae, ex reuulsorij auxilijs sunt, cum humores ad oculos, aut ad anteriorem capitis partem ferri consueuerit auertere conamur. Aut sternutatorio quoque concurro, fasciolaque collo circumposita spiritum cohibere iubet. Virilitatem ex hoc auxilio indicauit per uerbi concurro adiectionem. Quod uero fasciolam collo circumdare iubet, ad uehementiorem affectionem pertinet. Aut per nares purgare. Hoc praefatus deinceps ea quae per nares purgant recenset, de quibus ego sermone faciam, uelut etiam de Apophlegmatismis, ubi pharmacorum quae capiti adhibentur tractationem absoluero. At uero in uehementer inueteratis affectionibus, cum nihil profecerint reliqua auxilia, curationem Metasyncriam a methodicis appellaram omnes fere adhibere consueuerunt, prioribus medicis haud scio quae ratione primam ad eius usum progressis. Ego uero cum intemperies quaequam humida & frigida, aut per se ipsam in partibus affectis adest, aut propter eiusmodi humorum frigiditatem fuerit obortum, ex sinapi & thapsia ac similibus adhibeo pharmaca. Calidis uero & siccis non adhibeo. Ceterum hi qui affectiones cognoscere non possunt, ad eiusmodi pharmaca uelut ad sacram appellatam anchoram confugiunt, & ob id saepe quod conuenit perficiunt, quod plerisque hominum eiusmodi affectiones propter malam & uitiatam dietam infestent.

*Archigenes, de his qui ex ebrietate caput dolent.*

In ijs qui ebrietate caput dolent, iridem siccam & uiticis folia ex aceto & rosaceo adhibe. Aut apij comas coccias in uino impone. Aut pulegium ex uino eodem modo. Aut Mendesium unguentum per se, uel cum anserino adipe irora. Aut myrrham cum uino Mendeseo impone. Aut rutae folia, baecae lauri, uiticem, populi albae fructum aequali mensura trita, cum aceto & oleo tepesfacta irora. Ceterum Amethista quae ab ebrietate praeseruent, eiusmodi esse poterunt. Absinthium mane ieiunis bibendum praebet. Aut myrri florem & myrrham ac rutam trita ex aqua. De his qui ex ebrietate caput dolent satis dictum a me est, cum ea quae Apollonius ad hanc rem tradidit expendere. At uero post hanc praescriptam Archigenis dictionem alia sequitur de his, qui caput ex stomacho dolent, de qua iam dictum est.

*Eiusdem Archigenis Amuleta quae capiti corona modo circumposita*

*& alligata dolorem eius auerent.*

Quandoquidem uero & amuleta ad dolorem capitis Archigenes scripsit, quae quidem nullam medicam rationem habent, ea his qui talia per experientiam cognouerunt, & secundum mirabilem quandam contrarietatem homini incognitam efficacia esse dicunt, relinquam. Quae uero ab eo iuxta medicam rationem tradita sunt, selecta referam, tantum iuxta illius ipsius dictionem, quemadmodum haecenus de pharmacis

A pharmacis facere consueui. Polygoni duos ramulos coronae modo imposito. Quod polygonum caulis & statosis capitis doloribus conueniat, ipse prius dixit. Nihil itaque mirum est, in talibus saepe ipsum iuuille. Nam propter ardorem & ebrietatem dolores capitis assidue contingunt. At uero quod duos omnino ramulos esse oporteat, ab illis adiectum est qui polygoni utilitatem ex incognita contrarietate, & non ex ipsius temperamento procedere uolant. Aut eichorium quod Romani Intubulus appellant, agri capiti imposito, & maxime si ex ardore doleat. [Rectissime apposuit si ex ardore, I ego uero etiam apponam, si ex ebrietate. Sic enim & rosaceae coronae iuuant. Eas igitur uolenti icidē licebit adscribere, numerumque quemcunque tandem uelit addere, & ex totidem rosae nexam coronam capiti mederi assueuerat. Deinceps Callitricho coronare caput operaeperitum ducit, quod Trichomanes, inquit, quidam appellant. Ego uero eos qui de herbis scripserunt, Adiantum magis appellare Callitrichum scio quam Trichomanes. Deinde paulo post philanthropio herba coronari iubet, & palmulae masculae cortice summo. Et post haec in haec uerba scribit: Aut aduersus solem aegrum expositum, donec dolor quiescat finito. In Amuletorum catalogo & hoc ab eo relatum est, quod quidem ex frigiditate dolens caput iuuare potest, si neque humoribus omnibus aequaliter redundet homo, neque ex cruditate laboret, aut aliquem uitiarum humorem in uentre, maxime circa cauitatem eius habeat: uerum calidos dolores, ex quorum numero sunt & ex ardore ac ebrietate oborti, non parum laedat. Confinilia his deinceps scribens ad chamamelum peruenit, cuius experientiam habemus quod capitis dolorem iuuat, si quis eo, uelut ante dictum, queat uti. Appellat autem Archigenes Anthemidem hanc herbam, quemadmodum alij multi, & ait florem quidem ipsius tritum olfactu prodesse, folia uero olfactu summe nocere. Liberata capitis dolore uerbenaca herba, quam aliqui hieram, id est sacram uocant, tum coronae modo circumposita, tum illita ex rosaceo & aceto. Hoc auxilium oportebat eum non nunc inter amuleta, sed prius inter medicamenta referre, si quidem adeo ei consistit, per longam experientiam cognitum & probatum. Aut testudinis palustris, quam quidem amyda, hoc est lutariam uocant, sanguinem incipiti instilla. Et hoc si quidem uerum est, inter pharmaca, & cum discrimine referri conueniebat. Nisi sane hoc uale quod omnem capitis dolorem iuuat, idque omni temporis occasione. Ita enim & nos contrarietatis testimonium ei praebemus, non efficaciae quam ex temperamento habet. Absoluto igitur de amuletis sermone, deinceps haec scribit.

*Archigenis de fissuris, & confusionibus in capite factis.*

De uulneribus porro in capite factis deinceps dicitur. Parua autem fissura facta, aliqui myrrham aceto tritam, aut aloem cum linamentis indunt, glutinaturque ita, & absque inflammatione mirabiliter adseruatur. Ceterum in confusionibus circa dispartitionem ac fissuram circa caput factis polenta imposita commoda est. Amplius uero & Oesypum, hoc est lanae sordes, atque ipsae adeo lanae sordes sudoris succidae eodem modo. Magis autem proprie similitudinem ex aqua pro cataplasmate impones. Aut origanum cum polenta. Haec utilia iudicata esse quid attinere referre? uerum alterius negocij arguae operis sunt, quam ut ob huiusmodi causam caput dolentibus apta esse iudicant ea adscripsisse putamus: sed ut quae obortas inflammationes curare, aut easdem prohibere possint. Atqui in aliquibus eorum plaribus haec in totum non habentur, uelut in alijs etiam plura his in huncce modum. In mediocribus capitis uulneribus, aut quae omnino legitimo medico non habent opus. In quibus quidem nuditas per se non adest, pilos rademus, sibilisque impositis constringemus, ac glutinantibus experimento cognitis utemur. Egregie glutinat uulneratam cerebri membranam, calamintha succus infusus, & farina milij arida inspersa, deinde butyro, & rosaceo, ac adipe stillo ceteri mittis ac tepesfactis infusus. In quibus uero os denudatum est, diuisa membrana calaasiam ambiente, os ipsum scalpamus, & per suturam adductionem, tanquam non sit denudatum curabimus. Si uero non permaneant suturae, iuxta conarnationem, uelut etiam aliorum uulnerum, curam faciemus. Referretur autem huiusmodi curationis ductus in proprio loco. Ceterum in quibus uulneribus aut propter paruicatem, aut alias futuris uti non dicitur, linamentum conuulsium cum aceto & oleo imposito, aut cum myrri succo, aut teneis, aut rubi, aut conyzae tenuia folia habentis, ad aliquem eorum exiguo admixto melle ita, ut linamentum ex his imbutum imponas. Et folijs alicuius ex praedictis pro cataplasmate utitor. Aut spongiam nouam aceto & oleo imbutam imposito. Aut lanam sordidam eodem modo. At uero ad ipsum uulnus brassicae folia adponito, aut polentam aceto subactam per se imposito, aut cum brassicae folijs eritis. Haec quidem Archigenes scripsit ad capitis dolorem, discrimenibus simul quibusdam additis, quemadmodum etiam Apollonius fecit: Asclepiades uero uaria quidem pharmaca scripsit, sed eorum discrimina iuxta affectiones non ita multum apposuit, sed saltem in incipientibus & inueteratis, quanquam neque hoc in multis fecerit, sed in primo solum & postremis duobus. Postrema igitur credere quis possit inueteratis efficacia esse, utpote ex fortibus simplicibus pharmacis composita. Primum uero ob id fortassis solum quis in usum talem adsumpsit, quod papaueris succum non paucum admixtum habet: huiusmodi autem didicimus, non propterea quod affectionibus proficit, sed quod sensilem facultatem stupefaciant, dolores mitigare solere. Quare etiam ea omnia deinceps a me conscribentur.

*Quae Asclepiades ad capitis dolorem in primo externorum scripsit.*

Ad recentes capitis dolores irrigatio, qua usus est Nicomedes, † foliorum rutae. ʒ. ij. menthae. ʒ. ij. peucedani. ʒ. iij. iridis. ʒ. ij. feminis ocymi. ʒ. viij. feminis papauis nigri. ʒ. iij. alij. ʒ. viij. posset.

QUINTA CLASSIS.

Aa 4 feminas

Nota quidam sententia in huius





ueteri idem melanthium contrini, acque ita intro instillans usus sum, quo modo etiam Archigenes eo utitur in narium obturatione. Priora uero quod cum aceto infunditur, Crito utitur ad arquat morbum.

*De hemisrania, hoc est dimidia partis capitis affectione.*

Cap. 3.

**H**emisrania affectio dolorosa circa dimidiam capitis partem aliquando dexteram, aliquando alteram contingit, quae iuxta suturam secundum longitudinem eius extensam terminatur, & ut plurimum per circuitum exacerbatur, influxu uaporum aut humorum siue multorum, siue calidorum, siue frigidorum causam dolori suggerente. Quidam igitur ipsorum circa temporum musculos uehementer dolitant, & pleraque sane ipsorum pars hoc modo affligitur. Quidam uero dolore ad sublimiora ascendentem habent. Et quidam adeo uehementer dolent, ut neque manuum contactum facile ferant: in quibus palam est pelliculam caluam ambientem esse affectam, & neque cutem ipsam omnino ab affectione immunem existere. Rationabile igitur est uaporum, aut humorum, aut utrorumque influxum siue per uenas, siue per arterias, siue per utraque contingere: cum interdum ea sola quae intra caluam continentur, hoc est, cerebrum eiusque membranae, quod in ipsis redundat foras protrudant: interdum uero corpus infra caput positum uitiatos uapores aut humores sursum mittat. Quapropter ubi quis hemisraniam curare aggreditur, prius quali purgatione aut uena sectione aeger opus habeat, consideret.

Atque ita deinde ad capitis auxilia progrediendo, tum per digitos suae manus, tum per linteam dimidiam frontis partem, & eam maxime quae circa temporum musculum est, conficiendo excalfaciat, atque id ante irritationis tempus faciendum est. Post exacerbationem uero pharmacis hemisranicis a medicis appellatis utendum, si quidem multa caliditas in doloribus percipitur, ijs quae refrigeras quippiam habent: citra uero hanc ijs quae multum excalfaciant. Utrisque uero aliquid ex ijs quae firmitatem ac robur addunt miscetur, quod adstringentem uidelicet habeat facultatem. Demiror autem quod neque Apollonius, neque Archigenes, neque Asclepiades quicquam de hemisranicis pharmacis, quae merito post doloris capitis totius pharmaca subiicienda erant, conscripserunt. Decebat enim ipsos, tamen si nihil priuatum in se habeat, propterea quod inter ea quae totius capitis dolori destinata sunt, contineantur, id ipsum saltem annotare. Similiter autem & ab Hera & a Critone, uberior de hac affectione tractatio neglecta est. Ceterum per quae pharmaca in ueterato capitis dolori medentur, per eadem constat eos etiam hemisranicis affectionibus auxiliari. Heras itaque in medicamentario libro statim a principio in haec uerba ad capitis dolorem pharmaca conscripsit.

*Pharmaca ex libris Heras ad capitis dolorem.*

Crocomagmatis partem j. gallae partem j. trita ex uino fronti ac temporibus illinito. *Pastillus ad capitis dolorem egregie faciens, a tempore ad tempus bis aut ter illinitus.* Croci drach. xv. atramenti sutorij drach. x. aluminis scissi 3. xij. myrrhae 3. iij. opij 3. iij. omphacij 3. iij. chalcitidis drach. iij. gummi drach. xv. tritis uini falerni austeri quod satis est affunde, & ut collyrium tere, indeque in pastillos omnia redige. Vsu uero expetente posca aut aceto dilutus utere. *Malagma ad capitis dolorem.* Aeruginis rasilis drach. iij. cris uili drach. iij. squamae stomomatis ferri drach. ij. cimoliae drach. iij. chalcitidis drach. iij. pumicis crudi drach. iij. terebinthinae unc. j. cere drach. xxxvij. & dimidiam olei ueteris cyathos ij. Aridis tenuissimae tritis liquefabilia liquefacta affunde, emollit, ac utere. Quod si durius uideatur pharmacum, oleo amygdalino emollito. Haec quidem pharmaca Heras ad capitis dolorem scripsit. Utuntur autem eis quidam etiam ad hemisranicos dolores, quemadmodum etiam alijs medicamentis quae praedicti uiri ad inueteratos capitis dolores destinauerunt. Non tamen per omnem frontem pharmacum extendunt, sed per affectam solum partem. Ceterum ex praecceptoribus nostris quispiam hoc pharmacum ad inueteratas hemisranias in usu habebat, Piperis albi drach. ij. crocomagmatis drach. ij. euphorbij drach. di. dimidiam, utere. Porro de euphorbij facultate iam mihi relatum est, quod cito exsoluatur. Quare in eiusmodi pharmaca non uetus conijcere oportet. Dicitur etiam recens albidius esse, quod uero inueteratum est, flauioris aut pallidioris coloris reddi. Verum si non ualde uetus sit euphorbium, sed quorsum aut tritum auorum, duplum eius adijcies, hoc est drach. j. Quemadmodum autem euphorbium recens conijciendum est, sic et idem stercoris columbinij drach. dimidiam ex columbis montanis, quas in turribus nutritur sibi ipsis uictum querentes, non uelut quae in urbibus intra domos nutritur. At uero & atramenti scriptorij aequa portio, hoc est, drach. dimidiam ad columbinum stercus inijcitur, atque ad hanc rem nostrum Pergamenum praestat, eo enim semper praecceptor noster utebatur. Aur igitur illud ipsum ex Pergamo atramentum inijcere oportet, aut aliquid aliud optime preparatum: atque ita omnibus his mistis & probe subactis acetoque acerrimo imbutis ac dilutis temporis musculis, & dimidiam frontis, & affecta capitis pars illinenda est. *Aliud pharmacum.* Quod non solum in hemisrania, sed & in omni inueterata capitis affectione illinitur: in capitis quidem dolore per omnem frontem, in hemisrania uero per mediam capitis partem affectam. Croci drachmas xv. atramenti sutorij drach. x. aluminis scissi drach. xij. myrrhae drach. ij. opij drach. iij. chalciteos drach. iij. omphacij drach. ij. gummi drach. mas xv. Omnibus tritis uinum falernum adijce, & rursus ut collyrium tere, deindeque in pastillos redige. Vsu uero tempore posca dilutus aut aceto illine. *Aliud ad eandem affectiones.* Scammoniae drach. mas vj. croci drach. ij. comae hederae drach. vj. salutaris uuij drachmas quatuor, feminis anisi drach. octo, feminis apij drach. viij. diligenter trita cum oeymi succo in pastillos cogito. Hoc pharmacum multo rosaceo dissolutum capibus lethargicorum rigandis sit commodum. *Aliud pharmacum non usum solum conueniens.*

A. ibidem c. 37.

F. A. ibidem 28. F.

C. A. 1. 3. 4. 5. E. c. 15. E.

A. ibidem

A. 1. 3. 4. 5. E. c. 15. E.

**A** conueniens, sed & uirginosis auxiliare. Radicis peucedani drachmas quatuor, iridis illyricae drach. ij. aerginis drachmam unam, acori drach. j. spondilij drach. iij. piperis nigri drach. ij. & dimidiam, castorij drach. ij. & dimidiam, serpylli drach. iij. & dimidiam, myrrhae drach. ij. baccarum lauri numero xxxv. rutae uicidris drach. viij. mentae uicidris drach. quatuor, opij drachnam unam. Aceto excipe, & in pastillos redige. Vsu exigente aceto & rosaceo dilutus illine. Verum cerato rosaceo exceptum hoc pharmacum ut malagma imponitur. *Pastillus non solum Hemisrania laborantibus commodus, sed & coxendicium morbo affectis auxiliaris.* Thapsiae drach. iij. euphorbij drachmas quatuor, laseris siue succi medici drach. iij. myrrhae drach. j. opopanacis drach. j. Simul contusa in pastillos cogito, quos deinde usus tempore aceto tritos illinito. Haec quidem composita sunt pharmaca. Saepo uero & ex tempore ac improuiso pharmaca praeparare conatus, simpliciter euphorbij illitione usus sum, exigua cera compagis acquirere gratia adiecta. Sufficit autem in libram olei siue Sabini, siue alterius ei propinqui, cere quadrantem inijcere, & euphorbij unc. j. atque ex hoc dimidiam frontis partem illinere, una cum temporis uidelicet musculis. Ceterum in quibus suspitionem habueris a calidis uaporibus aut humoribus, dimidia capitis partis fieri dolorem, in his ne adiuueris hoc pharmacum. His uero qui ob frigiditas causas inestantur, compositum adeo est, ut saepe semel ante balneum illitum, quam citissime affectionem persanet, ut a balneo omnino sani aegri euadant. Inuat etiam hos si oleum tepidum in aure infillatur, modico euphorbio ad oleum iniectione, nimirum ad libram olei unam, euphorbij uncia dimidia, si ualidum euphorbium existat. Si uero non, etiam amplius inijcere conuenit. Verum in corporibus molli ac tenero sensu praeditis, etiam minus quam dimidiam unciam inieceris, melius res procedet.

## GALENI DE COMPOSITIONE

### MEDICAMENTORVM LOCALIUM, SIVE SECVNDVM

#### LOCOS LIBER TERTIVS.

#### ARGVMENTVM LIBRI.

Docet medicamenta ad aurium, & narium affectiones.

C

*De aurium affectionibus, & ob quos causas aures dolore affligantur.*

Cap. 1.



**A**urium dolores aliqui ex frigiditate fiunt, quos sane in peregrinationibus a frigidis uentis perlati habent. Aliqui uero ex balneis frigidis, & quibusdam medicatis aquis oboriuntur, in quibus quidam ob delicias lauant. Quaequam sint qui & ob corporis commoditatem id faciunt. Fiunt & aures dolores ex inflammatione, interdum quidem solius circa meatum cutis, interdum uero in profundum progressa, quando uidelicet nervus auditorius, ad inflammatam affectionem peruenit. Qua uero ratione inflammatio partes inflammatas distendens dolorem producit, iuxta eundem modum etiam status uentus transitum non habens dolorem excitat. At uero consimilis dolor est ex serosis & saniosis humoribus in corpore aurium generatis ei, qui ex mordacium humorum illapsu forissecus factis contingit.

*De dolore auris ex frigiditate.*

Dolores quidem igitur a sola frigiditate abortos calfacientia quam celerrime curantur, atque in hunc usum quosdam rurales homines magnas cepas exculpere uidi, deinde oleo eas explere, & in ferreate cinere moderate calfacere, atque ita auribus infundere. Quosdam uero non cepas tantum sed & alium in oleo contondere, uel feruefacere, atque ita infundere uidi. Ego uero euphorbio omnino exiguo ad multum uetus oleum admisto utor, uelut etiam pipere exquisitissime trito. Aurium enim dolores a frigiditate inductos eiusmodi calfacientia magnopere inuant. Prodest etiam Amaracinum oleum eis infundi, & oprimum nardum, & quod apud Romanos foliatum, itemque quod Spicatum appellatur, prodest eis & Commagenum: atque si rutam quoque oleo non adstringenti ampliusque tenuium partium incoxeris, uelut est Sabinum, magnopere inueneris. [De dolore auris ex aqua medicata.] Cum uero ex aqua medicata quippiam circa auditorium meatum contineatur, oleum assidue infundere conuenit, quo ipsum eluamus, deinde lana molli extergere, rursusque infundere. Magnifice autem eos mirrigat omni candidum, quo etiam ad lippitudines utimur, itemque lac muliebre. Manifestum uero est, quicquid adhibetur, mediocriter calidum esse oportere. Plurimum inuuantur quoque ex adipe anserino, atque item uulpino.

*De dolore auris ex inflammatione abortu.*

Quod si inflammatio adsit, optimum ad eam pharmacum unguentum nardinum cum exiguo basilico appellato pharmaco infunditur, idem etiam tetracharmatum appellatur: & Commagenum quoque aptum est, & ex adipibus pharmacum, cuius compositionem paulo post describam. Cogente uero dolore



lore necessarium est etiam ijs que sensum stupefaciunt uti, quemadmodum etiam in ijs qui colunt, aut Erenes, aut quancunque tandem partem affecti uehementi dolore affliguntur, facere consueuimus. Miscetur autem opium mulicchi lacti & oui candido, quæ ipsa & per se sæpe aurium inflammationibus profuere. Miscetur & castorio opium. Verum multo ante usum tempore, siue pari pondere, siue duplo castorio admisceatur, præparatum id esse conuenit: & miscetur quidem in uehementissimis doloribus pari, in minoribus uero duplo. Liquor uero quo hæc diluuntur, ex multo sapa fit. Multo enim magis quam dulcia uina, dolorem hæc sedat. Statim itaque in principio prædicta pharmaca diligenter trita cum sapa miscantur, castorium quidem diligenter prius tritum & lenigatum, papaueris uero succus ipsa sapa dissolutus, atque ita hæc tria mista probe leuigantur. Deinde uero usu postulante rursus sapa diluantur in eiusmodi compagem, ut per aurifusoria specilla ad lucernam reposita infundi possint. Verum ego nullum pharmacum dolore uexatis infundo, neque etiam per lanam instillo: utpote qui experientia edoctus sum, quod præstat neque omnino contingere doloris tempore auditorium meatum, sed per auriculum specillum lana mollissima obuolutum dolore uexatos foneo, pharmacumque ita moderato tempore in aurifusorio specillo præparatum injicio, ut interrogato per nos agro, num repidum ei uideatur, & num calidius ipsum ferre possit, ad tantam caliditatem procedam, ut nihil amplius offendat. Tinctum itaque in hoc modo præparato pharmaco specillum ad principium meatus moderate imponito, & in alium desuere ex eo pharmacum permittito, & postea iterum iterumque & sæpius tingito, idemque facito nullo tempore intermisso. Palam est autem cum hoc fit, etiam foris omnino aliquid effluxurum esse, expleto nimirum toto auditorio meatu. Hoc igitur quantum possibile est moderate excipe, nec aurem contingas. Postquam uero probe foueris, meatum pharmacum expletum finito, & mollem lanam forinsecus tum meatus osculo, tum uniuersæ auri imponito: atque ubi rursus fomera adhibere oportebit, incumbente foris lanam leniter tollito: rursusque similiter foueto, quantum possibile fuerit diligenter cauens, ne uel auditorium meatum, uel aliam quampiam auri partem attingas. Ad hoc uero præceptum maxime animum aduertas, utpote quod omnium potissimum sit in aurium curatione. Fomenta uero fiant per ea quæ, uelut dictum est, dolorem sedant, quale est optimum Nardinum unguentum paucissimo in eo tetrapharmaco dissoluto. Deinde etiam Commagenum & Sufinum, & preciosa diuinitum muliccularum unguenta, quæ ipsæ spicata & foliata appellantur. Sunt autem spissiora quam ut infundi queant. Quapropter per nardinum unguentum ea dissoluere oportet, & æstatis tempore, & si caloris sensus egrum circa inflammatam aurem infuset, per rosaceum bonum: aut si hoc non adit, amygdalinum. Memineris autem quod bonum semper rosaceum dico, in quo plurimæ rosæ maceratae sunt: uerum oleum in quo hæc macerantur, omphacinum sit ex crudis oliuis & nec dum penitus maturis expressum, citra salis additionem præparatum. Immo neque etiam aliud quicquam ad rosas conijciatur, quemadmodum illi faciunt qui spissamenta stygmata Græcis appellata adiunt, quo uidelicet per multum tempus ipsum rosaceum odoratum permaneat.

*De dolore auri ex flatu uentoso, aut crassis & viscosis humoribus.*

Si uero flatum uentis, aut crassum aliquem & uiscosum humorem, qui transit uti non habeat, inclusum esse conieceris, etiam ex pharmacis ab obturatione liberantibus quippiam admisce. Artificialia enim coniectura causarum huiuscemodi doloris tibi contigat, si tum prægressa, tum præsentia percunctatus fueris. Frigiditate enim antegressa flatu uentis congregatur: grauitate uero capitis, cibisque pituitosis & mali succi, frigidi & crassi humores. His enim si frigiditas accedat, dolores contingunt, eis nimirum quæ prius dissabantur propter densitatem inclusis & retentis. In his igitur spuma nitri, & nitrum ipsum molle, eiusmodique aphronitrum, & oleum amygdalinum appellatum rationabiliter in auricularia pharmaca miscentur. Ex hoc genere album item ac nigrum ueratur est, & struthium, ac amygdalæ amaræ, & ex tribus aristolochijs quæcunque fuerit ad manum, & iris illyrica. Injicies autem & cinnamomum si habueris, aut cassiam illo non præsentem, tum eam quæ Zigeres, tum quæ Motodes appellatur. Item carpesium, quod plurimum in Sida Parophylliæ nascitur, & ob id uilissimo pretio uenditur. Quintus sane, cum cinnamomi inopia esset, carpesium pro ipso iniecit duplo pondere, uelut aliqui eius loco cassiam. Ceterum aurium meatus ab obturatione liberant etiam quæ lapides in renibus atterunt, omniaque insuper renium partium citra mordacitatem, ut ne dolorem exacerbent. Ex quorum numero est etiam cucumeris syluestris radix, itemque bryonia, & Ari, & dracunculij, ac centauræ, & polij, & omnino omnium amarorum: citra mordacitatem namque & absque molestia expurgant hæc meatus, dilijciuntque & dissoluant obturata. Verum ob id multa eiusmodi exempla scribo, quamuis sane omnia in libris simplicium pharmacorum facultatibus retulerim, quod uidelicet omnibus terræ locis remedijs uos abundare uolo, ut ipsorum memoriam in promptu habeatis. Alia enim in alijs regionibus abundant, & meliora ijs quæ alibi nascuntur existunt. Alioqui sane ex adipibus compositum pharmacum tibi sufficit, & ex simplicibus quæcunque paulo ante recensui doloris mitigatiua. Mirari porro subit medicos qui citra distinctionem ad aurium dolores pharmaca quadam conscripserunt. Quæ etenim a frigiditate dolent, per caliditatem celestrem curantur: si uero a mordaci acedine, aut a pulla tili inflammatione dolor fiat, maximum detrimentum edinget, si eiusmodi pharmaca adhibeantur. Atqui moderate inflammationes & non pulsantes etiam per eiusmodi pharmaca curantur: quale est acetum cum rosaceo repositum, utriusque diligenter simul comixtis. Sic etiam Glaucium in cote medica cum acetum tritum moderatis

A moderatis inflammationis doloribus prodest. Præter autem pastillum ex glaucio multæ sane utilitatis pharmacum, prius præparatum habere, qui sit ex glaucio probe cum aqua pluuiali trito, deinde in pastillum redacto & exiccato. Si uero fragilius uideatur glaucium quam ut in pastillos formari possit, parum gummi ei addes. Sufficit autem id duodecimam, aut quintam & decimam glaucij partem esse. Quin & collyria ex glaucio eodem modo cum aceto trita, eis profunt auribus instillata, atque his nihilo minus collyria ex croco. Hæc quidem igitur sunt doloris & inflammationis remedia. Ceterum de alijs affectionibus quæ in auribus oboriuntur, ubi pharmaca quæ per experientiam cognoui recensuero, ita deinde ad ea quæ a prioribus medicis scripta sunt transibo.

*De ulceribus aurium.*

Ulcerata aurium recencia tum glaucium solum cum aceto tritum, ut iam dictum est, curat, tum collyria ex croco, & collyria ex croco, & ex rosis medicis appellata, uelut etiam quod Nilo inscribitur. Curat item ea Democriti collyrium ex myrrha. Quæ uero pure manant citra dolorem, atque id moderate patiuntur, per eadem curantur uerum quæ fortiter affliguntur, per eiusmodi qualis est pastillus Andronij, & pastillus Musæ cum sapa & exiguo aceto dilutus. In quibus componendis uarietas rursus dicitur. Vbi uero & hæc a malo uincantur, scoria siue recemento ferri ad plurimos dies in sole cum acerimo aceto trita & lenigata confidenter utere. Etiam si præter rationem uideatur aurem acerrima pharmaca sustinere posse, quam paulo ante dixi, neque mollissimorum infusorum ad motionem & allapsum citra molestiam sustinere, sed & hæc ipsa offendere ipsam uideri.

*De audiendi difficultate, & de sono aurium.*

Restat itaque adhuc de audiendi difficultate, & de sono aurium disserere, quæ nihil cum doloribus & ulceribus commune habent. De quibus deinceps dicam, ubi prius compositiones auriculares a celeberrimis medicis magnifice laudatas recensuero, iuxta quam rationem eas composuerint tandem illi, initio ab ea quam Heras scripsit sumpto.

*Compositio auricularis, Heras.*

Heras quidem igitur ita scripsit. *Compositio auricularis ad omnem dolorem, omneque ulcus, hac infibriente quodam usum, & ab doloribus delirante, & feliciter successit.* Myrrhæ. 3. j. thuris. 3. iij. alij. vij. spuma nitri. 3. iij. croci. 3. iij. alij. j. succi papaueris. 3. iij. chabani. 3. ij. amygdalas amaras delibratas. xx. aceto excipito. Usus uero tempore, si quidem dolor adit, rosaceo diluta instillato, si uero audiendi difficultas adit, aceto. Heras itaque unum hoc pharmacum scribere contentus fuit, ad omnem dolorem, ac aurium exulcerationem remedium. Ego uero dolores per pharmacum ex adipibus constans, & per nardinum unguentum tetrapharmaco admisso leniri dico, unaque & affectiones ipsas iuuat, uelut etiam oui candido, & lacte muliebri: per papaueris uero succum mitigari solum dolores, nihilque iuuat affectiones: uerum per accidens, non primario etiam affectiones inde operi sentire quis dicere possit. Sedato enim dolore, & somno consequente, natura affectiones dolorem efficientes concoquit. Ceterum ulcera in auribus omnino cum glaucio ex aceto curauit, quemadmodum etiam quæ cum fluxione aut purulenta consistunt, per pastillos, a minoribus auspiciatus, qualis est Polyida, & post eum Andronius, & ab illo Bithynus appellatus, cui similis est meus, hoc est, ex charta usta constans, & uelut ego iudico, eo et præstantior. Minime uero semper omnium usu opus habemus, sed sufficit omnino unus, si quis ipso uti norit, aliquando quidem per saram diluto, si quidem mitius reddere pharmacum uelit, & rursus per uinum dulce, deinde per acetum non acre, deinde etiam per acre, ac postremo per longe acerrimum. Quapropter cum per eiusmodi misturam alias aliter parabilem, huiuscemodi pharmaci uehementiam exolueri possis, fortissimum tantum præparatum habere poteris. Verum mirari rite, uelut dixi, licet plerisque medicos, qui citra discrimen omnigena aurium doloris pharmaca conscripserunt, eaque committerent in unum ordinem redacta, quæ uel maxime contrarias habent uires. Quemadmodum statim, (a ueteribus enim auspiciari præstat.) Apollonius Herophilus sectator, in parabilem pharmacorum descriptione, in principio quidem libri, capitis doloris remedia scribens, primum omnium ea quæ ex ardore oborto conueniunt, locauit, deinde consequenter ea quæ dolori congrunt ex frigiditate. Deinde ea quæ ex ebrietate & meri potu oborto medentur, sic enim ipse appellauit. Quarto loco ea quæ plagæ aut casui dolores capitis inducentibus adhibenda sunt subiicit. Et postremum iuxta illius præscriptum ea, quæ ad temporum & totius capitis dolores citra manifestam causam obortos conducunt. Verum in aurium dolore nullam omnino apposuit distinctionem, sed simpliciter. Ad aurium dolores titulo præscripto, deinceps pharmaca recenset, aliqua calefacientia, aliqua refrigerantia, quædam humectantia, quædam resiccantia, & iuxta secundas facultates ac qualitates, austera, acerbata, amara, acra, acida, salia, & ad hæc insuper alia discutientia, alia adstringentia, & cogentia, ac repellentia influxiones, alia extrahentia e profundo corporis. Alia ab obturationibus liberantia, alia repurgantia & extergentia, alia sensum stupefacientia. Si quidem igitur una affectio dolorum est causa, rationabile est etiam unam esse remedium ipsius facultatem. Si uero multæ, tantum remedium numerum esse oportet, quantum est efficientium causarum. Cum itaque Herophilus distinctiones in tantum, ut haud sciam si quis alius, lau det, & sequæ Apollonius capitis doloris pharmaca distincte scripsit: magis utique miror, quod circa aurium dolores ita indiscriminatim omnia tractauit. Et quantum insuper pharmacorum genus penitus indistinctum reliquit, illud scilicet quod postremum ad capitis dolores citra manifestam causam obor-

Al. 1. 4. 6. 30  
p. 172.

A. 1. 4. 4.  
6. 17.



tos descripsit. Quamquam & huiusmodi capitis dolores necesse sit primū communibus generibus car-  
sarum dolores efficientium subiectos esse, solutione uide licet continuitatis, aut intemperie, quemad-  
modum a nobis est demonstratum, deinde etiam ijs quæ has ipsas operantur. Quæ omnia a me proprio  
huc rei & tractationi loco sunt determinata: nunc autem eorum quæ ad aurium dolores pertinent solū  
mentionem faciam, cum omnium postrema, uelut sæpe in methodi medendi libris dictum est, hæc tra-  
ctatio existat. Etenim curandi methodos illic tradens, unum atque alterum particulare exemplum ap-  
positi, multitudine pharmacorum quæ ex multis compono, in præsentem tractationem reiecit. Qua-  
re medendi methodum de simplicium pharmacorum facultate libri. xi. merito præcedunt: post hos ue-  
ro .xliij. de medendi methodo rite consequuntur, his demum de compositione pharmacorum libri,  
quos nunc in manibus habemus, succedunt.

*Quæ Apollonius ad aurium dolores scripsit.*

Quod uero Apollonius deliquisse dixi, in eo quod non distinxerit in quali aurium dolore unum-  
quodque eorum quæ describit pharmacorum utile existat, ne falso uirum reprehendisse coarguar, ex pau-  
cis exemplis demonstrabo. Cum enim præscripsisset, ut dixi, ad aurium dolorem infundenda, inter ea-  
que scripsisset, Anserinum aut gallinaceum adipem liquefactum sensum instilla, rursus deinceps scribit, Fel-  
taurinum aut capritum cum porri succo instilla. Adeps quidem igitur horum quæ dixi animalium ma-  
xime mitigat omnes affectiones dolores inducentes, simulque ipsarum aliquibus magnifice auxiliatur,  
fel uero ipsum cum porro, tum ex inflammatione, tum ex acibus & mordacibus humoribus obortos  
dolores augeat. Solos autem iuuat ob obturationem, aut frigiditatem inductos, siue ob nudam intem-  
periem frigiditatis solida partes dolore nexentur, siue propterea quod in eiusmodi affectionibus uen-  
tositas, & frigidi humores generentur: excerni autem prohibeantur, propter continentis corporis  
condensationem, circa inflammationem factam. Vbi enim ab huiusmodi acibus & calidis pharmacis  
dolorum causa fuerint exclusæ, curatio simul & doloris sedatio contingit. Gallinaceus itaque & anseri-  
nus adeps, si quidem euacuatum corpus inuenerint, & humorem qui inflammatam affectionem exci-  
tat, non amplius influentem, duabus rationibus tum mitigandi, tum curandi profuerint. Si uero influe-  
te adhuc causa adhibeantur, affectioni quidem nihil auxiliantur, leniunt tamen doloris accessionem si-  
ue symptoma, quemadmodum etiam si ob humorum acedinem mordacitas contingat. Verum fel cum  
porri succo nunquam in eiusmodi affectionibus quicquam commodum efficere potest. Quemadmodum  
neque piper, & tamen eo etiam medicum quendam usum scio in muliercula, ex calidarum natura spon-  
te aquarum usu aurem dolente. Cum enim per omnia parabilem pharmacorum Apollonij libris fide  
haberet, & iam ante feliciter sæpe ex pipere remedio usus esset, etiam tunc sperauit se in auris dolore  
opitulaturum: uerum adeo ab ipso exacerbata est muliercula, ut parum abesset quin se ipsam strangula-  
ret. Scribit itaque Apollonius in hunc modum: Piper in uino feruifacitum terito, & mediocri crassitudi-  
ne instillato. Scribit autem consequenter post hoc etiam hæc: Lycio, & papaueris succo, pari pondere  
lacte muliebri dilutis utere. Et post hoc rursus aliud, hoc scilicet: Castorij & papaueris succi par pondere  
in resta Attica, aut si haberi nequeat, Romana torrefacito, & trita passo diluta instillato. Phamaca  
igitur ex papaueris succo omnia sensum stupefaciunt, & ob id sane necessario cogimur ipsi uti, ubi nul-  
lum aliud mitigatum opem tulit. At uero ex pipere phamaca alterius generis est. Quemadmodum  
etiam quod ex adipibus constat. Et uelut id quod deinceps scriptum est hoc modo: Galbanum sulfino  
unguento diluico, & mel ac rosaceum admisceto, atque lanam fordiam auriculario spicillo obuolutam  
in eis agitando imbuito, & tepesfacta instillato. Dificillimum est circa molestiam hoc phamacum, in-  
flammationibus conducent in quas nihil amplius influit. Probe etiam fecerit in ijs qui ex frigiditate  
dolore uexantur. Ceterum quæret fortassis aliquis, quam ob causam, cum non solum Apollonius, sed  
alii etiam quidam celebres uti papaueris succum & castorium torrefacere iusserint, quo uidelicet ue-  
hementia uirum ipsorum uinuereur, ego ad priorem meum sermonem id apponere reliqui, nimirum  
supra, cum auris doloris curandi rationem scriberem. Huius ego respondebo in hunc modum. Castorium  
quidem igitur neque omnino torrefacere operaprecium existimo, neque enim tanquam sensus stupefacti-  
uum ad papaueris succum admiscemus: sed ob contrariam omnino rationem, ut uidelicet uehementia  
refrigerandi facultatis in eo obtundat. Quare qui papaueris succum torrefacere iubent, non probe  
faciunt. In castorio uero omnino absurde id præcipiunt: ipsum enim per se concoctum a gre solubi-  
lium & in scirrhum induratarum affectionum nim habet. Abunde igitur satis esset lenitas, quæ ex eorū  
compositionis perennitate comparatur, torrefacitum enim efficaciam amittit. At si castorio miscetur,  
perennaret, quippe manet & nunc abunde efficacia, eius uero malignitas obscuratur, ex qua etiam ali-  
qui læduntur, ut obscurius uideant per multos omnino dies & capitis grauitatem sentiant, & neque pro-  
be concoquant cibos, & ob hanc sane eius malignitatem plerique medici ad torrefactionem contuge-  
runt. Verum cum rursus in torrefacendo efficacia ipsius pessondari uideatur, id quod sæpe sum exper-  
tus, melius esse existimari intotum quidem misceri, sed post tempus aliquod inueterata iam composi-  
tione in usum adsumi. Hæc itaque extrarem dicta sunt, sed quæ tamen utilia existant. Ceterum ut ad id  
quod propositum erat reuertamur, non parum noxæ inferunt illi qui indefinitis pharmacorum descri-  
ptionibus fidem per omnia habent. Porro multi alij iuxta eundem modum in plerisque tum locis, tum  
affectionibus indefinita phamaca scripserunt, neque cognouerunt quantam uim habeat certa disti-  
ctio

Actio ad artis constitutionem in quibus sane nihil miror quod omnia indiscriminatim confuderunt, quem  
admodum in Apollonio Herophili scitatore mihi accidit: utpote qui norit quod iubeat Herophilus,  
Medicum omnino anniri debere ut sciat, quæ, & qualis, & quanta sit morbi causa, & ubi maxime ea do-  
miatur, quo uidelicet & curationem unicuique conuenientem faciat. Magis uero adhuc Archigenem  
quis miretur, qui & ipse non pauca indefinite & indistincte scripsit cum in alijs curationibus, tum in eis  
præsertim quæ ad aurium dolores destinantur. Vna enim tantum in ipsis distinctione usus est, a uehementia  
nimirum & mediocritate doloris. Atqui & ipsius totam tibi adscribam dictionem.

*Quæ phamaca Archigenes ad aurium dolores conscripsit.*

In priore de pharmacis secundum genus libro, Archigenes in hunc modum hæc uerba scripsit: In  
aurium dolore, præcedente alia uictus ratione quam ad capitis dolorem ordinauimus. Si quidem mo-  
deratus fuerit, simplicia unguenta tepida instilla, uelut crocinum, aut irinum, aut rosaceum, aut nucum  
amararum succum, aut castæ unguentum, aut simplicem nardum, aut salinum, aut anygdalinum, aut ro-  
satum, aut mali punici, aut papaueris succum cum oleo calido, aut porri semen tritum. Aut ueratrum al-  
bum cum rosaceo tritum, tepidum per strigilem infunde. Aut opij panam cum lacte muliebri. Aut opij  
succum eliquatum cum lacte eodem modo. At uero ubi uehementis sit dolor, alius per eiytherem uali-  
de subditur, & sanguis a cubito detrahatur, & quæcumque similia adhibeantur. Indeque fomentum  
ex decocto lauri, aut similibus quopiam fiat, aut ex sulfure uiuo in aquam insperfo. Exprimantur aut uehe-  
menter spongiæ, auribusque apponantur, facillime enim ab humore soluntur ac laxantur. Quapro-  
pter fomenta sicca longe commodiora eis existunt, ex sale uidelicet aut milio, aut delicatis pileis, molli-  
ter uel effigatis. Aut rutam feruifacito, eiusque decoctum in angusti oris uasculum transfundito, la-  
naque os eius obturato, & auriculæ admoueto, quo uapor inde per lanam ad aurem penetrare possit.  
Quidam in posca \* & exiguo oleo rutam coquunt, atque ita liquorem in uasculum infundunt, ex eoque  
fomentum parant. Post fomenta uero aurem concutito, & balsamum cum rosaceo dilutum infundito,  
aut aliquod ex prædictis unguentis tepidum. Aut aliquod aliud conueniens ad auris dolorem ex ijs,  
quæ mox describentur imponito. Aut papaueris calicem tenuem farina admista, & in aqua multa co-  
ctum. Aut papaueris calicem cum hordeacea farina in uino coctum. Aut scenugrecum aqua multa co-  
ctum. Aut semen lini eodem modo. Summe auxiliatur spongia ocularis melle cocto atque adhuc cali-  
do imbura, & imposta. Aut ceratum ex irino, styrace ad ipsum admisto. Egregie facit ad aurium dolo-  
rem aloë rosaceo permista, & mellis crassitudine infusa. Aut chalcitis uino diluta. Aut perdicij succus  
tepidus instillatus per se, & cum melle. Aut nitrum exigua aqua diluico, admistoque oleo tepidum in-  
stillato. Aut aristochiæ radicem cum oleo. Aut ueratrum album cum rosaceo tritum tepidum per stri-  
gilem instillato. Probe facit opium in testa torrefactum, similiterque castorium pari pondere, cum ro-  
saceo & passo ad mellis spissitudinem redacta. In quibus deinde post fomentum, specillum lana obuolu-  
tum intingitur & imponitur. Aut succum foeniculi cum aliquo ex prædictis unguentis in principio in-  
stilla. Aut anguis lenetam cum calicibus papaueris coquito & infundito, aut cum quopiam ex prædi-  
ctis unguentis. Aut garum Hispanum calefactum per strigilem instillato. Facit & acopon foetidum te-  
pidum infusum. Aut papaueris succus rosaceo, & exiguo crocino dilutus. Omnibus tamen præstat Hie-  
ra aromatica cum quopiam ex unguentis. Egregie facit & ueratrum album tritum cum melle & ro-  
saceo infusum, mætam per purpuream lanam obturato. Præclare facit & ueratrum cum uino oleo uel un-  
guento. Facit & cedria cum nardino unguento infusa. Seuerus autem Afellos in aquarijs uasis nascen-  
tes, Millipedas Latini uocant, cum unguentis tritos ulceratis infundebar. Quidam uero frigidam aquam  
dolenti auriculæ infundunt, & confectum quidem longe magis dolent, paulo post uero perfecte a dolo-  
re liberantur. Alij melius faciunt, & in alteram non dolentem aurem frigidam infundunt, quemadmo-  
dum Lucius solet. Præclare faciunt & aloë & crocinum cum unguento amygdalino infusa. ut æs tri-  
tum cum aceto & aliquo unguento. Summe prodest Silphium cum rosaceo, si exulceratio adsit. Mira-  
biliter confert in excellenti aurium dolore porri succus, & caprina urina, & rosaceum, cum exigua myr-  
tha infusa. Aut Scuari adeps in strigili tepesfactus instillatus. Aut alumen scissum & mentæ succum cum  
passo instilla. Aut piper album & sale pari pondere, cum sapa, sinistra manu ter aut quater aut quili-  
quies infunde. Aut cochleam siue limacem aphricanam putridam compungito, & rosaceo impleto, &  
feruifacitum calidius per strigilem infundito. Quod si ex plaga, externa pars auriculæ doleat, ad mi-  
eam thuris lac affundito, semelque atque iterum diffundito, ac tertio macerari in eo iuncto, & agitatum  
infundito: statim enim dolorem sedat. Hæc quidem Archigenes ualde indistincte scripsit, possit au-  
tem quispiam mente præditus, reuocatis in memoriam his quæ prius dixi, facile animo concipere qua-  
le tandem ex prædictis pharmacis, singulis relatis aurium doloribus conueniat. Nimirum si memor sit  
facultatis eorum: de qua in simplicium pharmacorum libris mentionem feci. Verum ego iam ad auri-  
culares compositiones Andromachi scriptas transibo.

*Auriculares compositiones Andromachi numero, xxxiiij.*

Quatuor & uiginti compositiones auriculares ex ordine Andromachus conscripsit, quarum aliqui-  
bus distinctionem quandam, aliquibus nullam apposuit. Et prima quidem ex eis hoc modo scripta est.  
*Compositio auricularis ex libris Galli qua rtor.* Myrrhæ ʒ. j. salis ʒ. iij. thuris ʒ. iij. spumæ niri ʒ. iij. croci ʒ.  
iij. succi papaueris ʒ. iij. amygdalas amaras xx. galbani ʒ. ij. aceti boni quantum satis est. Descriptio

F. A. l. i. f. 1. c.  
30 p. 17. b.

uid

uid

A. l. i. f. 1. c.  
516.  
† A. l. probe

† In antiquis  
additur Myr-  
rhæ, si hōat





niticis, singulorum drach. j. lycij indicij, florum mali punici, florum rosarum, (singulorum drach. ij. aceti E hemina unam. Viticis stemen, mali punici flores, rosarum flores in aceto coquito, & ubi dissoluta fuerint reliquis adijcitur, & excepta reponitur. Vitis tempore passio diluta infunditur. *Aliud ad purulentas quæ cum dolore, quo usque est tunc.* Castorij, 3. ij. aluminis scissi, croci, myrrhæ, thuris, singulorum 3. j. passio aut uino myrrhæ excipiat, ac utere ad recens malum cum uino mulso, ad inueteratum cum aceto. *Aliud Claudij Damonicij ad purulentas, & inueteratas affectiones.* Croci, drach. ij. myrrhæ, drach. unam, nuce amaras depuratas numero. xxx. spumæ nitri, nardi syriacæ, aluminis scissi, singulorum drach. unâ, thuris obo los, ij. Aceto acerrimo excipiuntur, & per acetum diluuntur. *Ad factorum ex-nomen sine ulcus de pascendo proferens, compositio Hispanorum appellata.* Gari nigri quod Romani Sociorum appellant, sextarii unâ, aceti scillitici sextarium unum, mellis arctici sesquiseptarium. Ad compagem coquito, & in uireo uase repositis utitor. In alijs descriptionibus sic legere est: Succu cucurbitæ sextarium unum, composito. facit ad factorum cum inflammatione. *Charixeni ad corruptiones & fetores.* Aluminis Melij, 3. viij. atramētū sutorij 3. viij. abes. 3. viij. crocomagmatis. 3. viij. myrrhæ. 3. viij. uini myrrhæ sextarium dimidiū. Alumen & uinum coquito, atque ubi in compagem coierint, reliqua aceto dissoluta inijcitur, & repositis utitor. *Ad carnum incrementum, quo usus est Heraclidæ Tarentini.* Aeruginis rasæ. 3. viij. squamæ æris. 3. viij. in alio exemplar. 3. iij. mellis hemina dimidiū. Arida trita, ac melle excepta, donec rubefiant, coquito, & ablatis utitor. Aliud, Aeruginis. 3. iij. atramētū sutorij, 3. iij. myrrhæ 3. iij. succi marubij cyath. ij. mellis quantum sufficit, præpara ut dictum est. *Chalcedonia ad inueteratas affectiones.* Veratri albi drach. iij. croci. 3. iij. myrrhæ. 3. iij. castorij. drach. iij. thuris. 3. iij. opij. drach. iij. atramētū sutorij. drach. xvj. piperis drach. ij. myrrham, opium, thus, castorium, in aceto cui malicorium incoctum est, usque ad dissolutionem macerato; deinde ueratum, crocum, piper, atramētū sutorium, conuulsa inijcitur, atque omnia simul diligenter terito: quod ubi probe factum fuerit, uini mulsi quantum satis est infunditur, ut ad diluti mellis crassitudinem redigatur. Vbi uero experiente tepesfacta infunditur. Ex huius pharmaci usu sæpe egregie mihi successit, uerum temporis progressu omphacij. drach. j. ad hanc descriptionem adieci. *Aegyptia ad easdem affectiones, etiam si sint comatæ.* Amygdalarum amararum depuratarum. 3. ij. fabarum ægyptiarum interioris partis amaræ, piperis albi, croci, myrrhæ, opij, singulorum 3. ij. thuris. 3. ij. omphacij. 3. iij. aluminis scissi. 3. iij. castorij. 3. ij. atramētū sutorij. 3. iij. spumæ nitri. 3. ij. Aceto in quo malicorium incoctum est excepta, ad limi crassitudinem redigito. Vitis uero tempore quantum suffecerit ex pharmaco acceptum, ac nardino unguento dissolutum infunditur. *Ad sanguinis ex auribus eruptiones.* Heraclidæ Tarentini, facit ut ne in grumos coeat. Marrubij succum coquito & admisto aceto infunditur. Aut mali punici in aceto cocti succum exprimito & infunditur. Aut G polygonij succum cum exiguo aceto. Aut acaciam, aut amuream, aut lycium cum aceto. *Aliud Boerhauii sicut sanguinis eruptiones.* Succum rubi, & succum gallarum in aceto coctarum, simul mistos infunditur.

*Quæ pharmaca Archigenes post prius scripta subiecit.*

Pharmaca ad aurium dolores ab Archigene scripta supra relata sunt. Nunc uero etiam ea quæ ad alias affectiones conscripsit apponam. Humentibus uero polygoni succum cum pari rosarum succo in funditur. Aut crocum & myrrham cum passio & rosaceo tepesfacta infunditur. Purulentis autem prodest quidem polygonum cum rosaceo infusum. Verum egregie conuenit eis uinum, in quo conizæ tenuia folia habentis folia sint incocta, infillatur. Quidam etiam thus ad uinum admiscerent. Aut lycium rosaceo dilutam infillatur. Aut marrubij syluestris semen cum aceto & rosaceo eodem modo. Aut cuminij & croci æquale pondus cum uino trituro. Aut croci & myrrhæ utriusq; 3. ij. nuce amaras depuratas numero. xxxv. nuce tritas cum mellis hemina dimidia, & porri succi hemina dimidia commiscerato, & reliqua item probe trita iisdem liquoribus diluito, ac simul deinde tepesfacta infillatur.

*De auribus exulceratis.*

Ceterum exulceratis auribus & eruentis ac dolentibus, galbanum & opium cum passio & rosaceo mellis crassitudine infilla. Aut pro galbano peucedani succum admisce, & magis succedet. Aut cinerulam assatam cum rosaceo tritam infunditur. Aut lycium cum lacte muliebri. Magnifice opitulatur etiam ipsum mel per se tepidum infusum, præsertim si foetores simul adsint. Quidam asellos Miltepædas appellatos, qui in aquarijs uasis reperiuntur, cum unguento quopiam infillant, & eximie opem sentiunt. Aut blattas domesticas cum rosaceo infillatur. Probe facit ad omnem auris affectionem adeps uulpinus recens & inueteratus liquatus & infillatur. Aut sphodylij interiorum uelut medullam cum melle & rosaceo infunde. Aut elora & conscalpta auricula porri aut marrubij succum cum melle infunde. Aut lixiuum figularium cum melle feruesfactum. Aut thus cum aceto in mali punici putamine feruesfactum infunde. Aut crocum & alumen scissile cum uino mulso in mali punici putamine eodem modo feruesfactum infunde. Aut gallam tritam linteolo illigatam in uino coquito, & ex hoc infillatur, statim a dolore liberat.

*De uermibus aurium.*

Porro in quibus uermes sunt, peratrum album cum melle immitte, aut aridum infilla, aut rubi succum infunde. Quod si uero auriculæ os corrosum, uel pingui humore imbutum sit, fissura retro autem impacta, ipsum scalpito, deinde trito, ac citra molestiam cicatricem inducto.

De

A

*De sonitu in auribus.*

Sonitus quidam ex flatuoso spiritu generantur. Quidam ob exquisitam sensus audiendi subtilitatem sunt, quemadmodum in oculis imaginariæ suffusionis, propter uapores ex ore uentris exhalantes. Ceterum neutrius affectionis certa cognitio in principio haberi potest. Non conuenit tamen citra artem, aut cognitionem aut curationem auspicari. Dictum enim iam sæpe est, atque etiam demonstratum, nõ unum coniecturalis spei genus esse: atque artificialem quandam coniecturam ex causis forinsecus lactentibus, procatarticiis a Græcis appellatis, facere licet, si quis ipsum uires norit, cum alia affectio ex frigiditate, alia ex ardore fiat. Quemadmodum etiam ex prægressa plaga, aut tali uel tali morbo: uelut & ex cruditate, aut largo uini potu, aut uiolento & multo uomitu: aliquando & ob pharmacorum auricularium usum, sonitus quidam fiunt. Quin & si uel paulatim congregetur, uel coaceruatum irruat sonitus, id ipsum quoque ad inuentionem affectionis conducit. Insuperq; si per interualla repetat, uel continenter hoc symptoma perseveret. Verum certa cognitio tempore contingit, post usum pharmacorum artificiali coniectura exhibitorum. Si quidem igitur in febribus sonitus fiant, minime interturbandi sunt: ut plurimum enim statim sedantur. Si uero ob flatum uentolum, cui transitus interclusus sit, sonitus fieri suspicatus quispiam fuerit, & ob hanc rem discantibus & attenuatorijs ac discussoijs pharmacis admotis, nihil profecerit, simulque apophlegmatismis usus sit, & toto capiti prospere: huic merito in hanc suspicionem inclinatus animus erit, sensus audiendi uidelicet subtilitatem sonitus causam esse, præsertim si acuto audiendi sensu æger præditus appareat. In eiusmodi itaq; quendam, qui prædictis pharmacis usus erat, neque quicquam opis senserat, cum ego forte incidissem, ex stupefacientibus sensum quippiam aduiscui, uelut est mandragoræ succus, & papaueris succus, ex eisq; a sonitus symptoma liber euasit. Quæ igitur a prioribus medicis ad huiusmodi symptomata & accessoria mala conscripta sunt auriculares compositiones, ex discussoijs & incidentibus pharmacis constant. Supra itaq; in Catalogo & enumeratione compositionum auricularium ab Andromacho descriptarum, ex eiusmodi materia composita quædam recensebantur, quas ipse ad sonitus conuenire scripsit. Nunc uero eas quas Archigenes ad hanc rem conscripsit recensibo.

*Compositiones ab Archigene ad sonitus conscriptæ.*

In sonitibus repentinis acutum cum rosaceo instilla. Aut cuminum & oleum crassitudine mellis. Aut radice cucumeris syluestris succum. Aut ipsam radicem oleo incoctam. Si uero ad multum tempus perseverent, omnibus amaris & acibus, attenuatorijsq; & discussoijs, quæ ad dolorem ex crassis humoribus obortum descripta sunt, uraris, singulis in aceto coctis & admisto melle. Aut reclinato ægro, & nitro crudo trito in aurem insperfo, acere acutum tepidum infunde, ac postquam feruere desierit, lana scalpando exerge, & nucum amararum succum infunde, & lana obtura. Aut nitrum & myrrham probe unita, cum rosaceo & aceto ac atramento scriptorio crasso instilla, aut penna in eis immersa bis in die inde. Aut castorio ac nardino pari mensura cum aceto & rosaceo utere. Aut aceto ac nitro melleq; mistis collue. Ceterum quibus ob multam sensus subtilitatem sonitus obortantur, castorium & cucurbitæ semen cum aceto trita instilla. Ex morbo uero obortis sonitibus, ubi fomētum ex decoctione abinthij adhibueris acetum & rosaceum instilla. Aut raphani succum cum rosaceo, aut aloen optimam cum uino mulso dilutam. Si uero perdurent, ueratum nigrum aceto decoctum adhibe. Huiusmodi quidem Archigenes ad sonitus aurium conscripsit: uerum Apollonius in primo parabiliū subscripita habet.

*Quæ Apollonius ad sonitus & suspiras sibilosque ac inflationes aurium conscripsit.*

Acetum acre tepidum instilla. Oleum & acutum tepidum instilla. Mel atticum calidum instilla. Laurinum oleum eodem modo. Porri succum cum lacte muliebri aut rosaceo infunde. Cucumeris syluestris foliorum aut fructus succum per linteolum instilla. Cucurbitæ syluestris medullam oleo dilutam infunde. Cuminum tritum cum medulla utulina instilla. Cucumeris syluestris medullam oleo dilutam infunde. Glandem unguentariam terito, & adipe asserino ac resina pari mensura admistis infillatur. Semen lini tritum & unguento Arabico dilutum instilla. Misy terito & unguento rosaceo dilutum infillatur. Nucam & cuminum pari mensura trita & aceto diluta, admisto melle infunde. Hyssopum tritum & cedrino oleo dilutam instilla. Amygdalarum amararum oleum melle mistum eodem modo. Quod si efficacius reddere uelis hoc cum priore committito. Viticem & stellionis caput pari pondere trita admisto oleo instilla. Cepas & allium & adipem asserinum pari mensura trita, & excolata infunde, & aqua collutis prius calida, nitrum tritum infilla.

*Ad aures exulceratas & purulentas, eiusdem.*

Primum quidem collutiones Apollonius scripsit. Secundum deinde locum infusilia habent. Tertium resicatoria, & quartum quæ infillantur, iuxta subscriptam ipsius dictionem. *Collutiones.* Aqua calida assidue collue. Lenticulæ decocto eodem modo. Aqua multa calida similiter. Hederæ cremore aut decocto cum uino utitor. Malicorij cremore aut decocto similiter cum uino. Gallæ pleuræ decocto cum uino. Myrto in uino decocta elue. Vino cum exiguo alumine trito, uterè. Steobes semine in uino cocto elue. Vrina & uino mistis ac calfactis elue. *Infusilia.* Picis serum infunde. Myrrham cum ueteris uino conuulsa infunde. Olea folia exuccato, & admisto melle coquito ac



utitor. Papaueris succum passum dilutum instilla. Ceparum succo cum melle utere. Ruræ sylvestris succo E  
cū uino & oleo rosaceo in mali punici putamine calcatis instilla. Fel bouis uel suus in putamine mali  
punici repositum infunde. Fel capræ uel ouis uel marnæ testudinis cum muliebri lacte repositum  
infunde. Cardamomum tritum cum melle instilla. Peucedani succum rosaceo dilutum instilla. Aloen  
& crocomagna diluta instilla. Absinthio cum melle trito utere. Myrrham & resinam ac anserinum adi  
pem cum oleo trita infunde. Pinguidinem caseo in sigulinum uas recens coacto superstantem repe  
sa etiam instillato. Diphyrges tritum cum melle instillato. Alumen scissum tritum cum passo & aceto ad  
mellis crassitiam coquito, ac utitor. *Resicatoria.* Cedriam melle mistam instilla. Piperis albi grana  
tria unguento Aegyptio diluta, & in parua concha trita instilla. Crocum & cerussam pari mensura tri  
ta, & rosaceo diluta infunde. Melanthium & sulfur pari pondere terito, & rosaceo diluito, & unguento  
irino adipeq; anserino pari mensura additis tursus terito ac utitor. Myrrham & sulfur æquis partibus  
trita & oleo mista instillato. Myrrham, & puramen mali punici dulcis æquis partibus trita ac melle di  
luta infundito. Animalcula ex arboribus, ueluti rubri uermes, trita & oleo diluta instilla. Animalculū  
quod Intestinum terræ appellatur, coctum & excolatum instilla. Resinam & mel ac oleum pari mensu  
ra mista ac dissoluta instilla. Malum punicum dulce accipito, & ex eo eius umbilico acinos eiecit, de  
inde passi cyathum unum infundito, & arramenti sutorij triti obolos duos infundito, & ad medicrem E  
crassitudinem coquendo redigito, ac tepido utitor. *Quæ insufflantur.* Gallam tritam insuffilla. Piper  
rotundum cum uino contritum insperge. Eodem etiam magis diluto pro insuffili utendum est. Ompha  
cium & gallam torrefactam æquis partibus trita insuffilla. Cinerulam cypriam læuigatam insuffilla. Vren  
dum etiam deambulationibus, & uentris euacuationibus, & ciborum lubricatione, & purgatione au  
rium diligentiore. *Ad aures humectari.* Ceterum ad aures humore madidas, ita enim Apollonius ap  
pellat, subscripta pharmaca commoda existunt. Misy uel linteolum utum & læuigatum insufflato. Gal  
la usta ac trita similiter utitor. Spodio trito eodem modo. Artamen in testa torrefactum & affuso oleo  
tritum insufflato. Ceterum eadem diligentia circa dietam utitor.

*Ad audiens grauitatem.*

Porro in subfurdis, siue grauitate & difficulter audientibus, aut etiam surdastis appellatis, utpote qui  
exiguas uoces penitus non audiunt, magnas autem uix percipiunt, hoc ipsum symptoma ualde suspi  
ctum habere oportet: paulatim enim augetur, temporis progressu perfectam surditatem inducit.  
Quapropter per hieram purgandi sunt, & per catapotia ex colocynthide, pituitaque eis per apophleg  
matismos detrahenda, ac caput resiccandum est, omnique modo curandum ut robur ei addatur, quem  
admodum iam saepe est demonstratum. Utendum etiam attenuatori iam uicinis ratione. Atque in ipsam au  
riulam pharmaca coniicienda sunt, quæ crassos & uiscosos humores findant ac fecerit attenuentque.  
Quorum sylua eiusmodi est.

*Quæ Apollonius in primo parabilium ad audiens grauitatem pharmaca  
conscripti in hæc uerba.*

Ad audiens grauitatem repentinam, & ex dolore capitis obortam. *Fomenta.* Absinthium cum  
aqua decoquito, & per stipulam fomentum inde facito, quo modo alias per arundinem id fieri demon  
strauimus. Baccis lauri aut folijs eiusdem in aqua decoctis similiter utitor. Similiter etiam origano, at  
que itera hyssopo. Aqua quoque marina & aceto eodem modo. Eisdem autem & in olla coctis uren  
dum est. Fomentum uero per ollam quomodo fiat iam demonstratum est. *Collationes.* Aceto albo  
& aqua pari mensura cum nitro trito feruifacis ad plures dies eluito, atque inde aqua simplici calida  
eluito. *Insuffilla.* Et sic ea quæ ad hanc rem descripta sunt infundito. \*Marrubij succum & uinum un  
guentum mista instillato. Fel tauri & capræ ac unguentum rosaceum mista instillato. Ceparum succo &  
resina oleo dilutis æqualiter utitor. Oleo nucum & resina mistis pariter utitor. Alumen aceto dilutum  
instillato. Myrrham & alumen pari pondere trita & aceto diluta infundito. Adipem anserinum & fel  
bouis, ac laurinum pari mensura mista instillato. Hederæ sylvestris baccharum succum per linteolum ex  
pressum instillato. Veratrum nigrum aceto tritum, melleque multum cocto exceptum in parua colly  
ria ad formam glandis redigito, eaque meauri indito, ac per dies quinque finito. Senectam anguillæ ace  
to tritam instillato. Eadem & cura felle bubulo, aut caprino, aut testudinis marinæ, aut collionymii pi  
scis diluta utitor. Nasturtij quantum sufficit, & nitri parum, carne ficus reiectis granis excipito. Hoc  
collyrium auditorio meatui congruum formato ac indito. Per triduum autem ipsum eximito. Hoc  
multas sordes educit & confestim leuis malum reddit. Ceterum reliqui corporis quoque cura habenda  
est. Deambulationibus itaque pro uiribus multis utendum est, & capitis reliquorumque membrorum fri  
ctione. Insuper & apophlegmatismis, & collationibus quæ pituitam extrahere possunt, Cibis utendū  
est copia moderatis, & ex genere eorum quæ facile exoluuntur, facileque excernuntur. Plurimum autē  
auxiliatur in huiusmodi affectione constitutis spongia tenuissime contrita in orbemque conuoluta,  
melleque imbuta & auricula indita. Idem remedium commodum est & ad carnem in auditorio meatu  
enascentem. Post hæc uero inquit utendum esse collæ fomento iam ante a se indicato. Inducit autem  
hoc ipse inter reliqua audicus præsidia, uerum ego ipsum uelut a me condemnatum reliqui, propterea  
quod ad elorionem quidem præstet in aurium dolore, utilitatem autem de se omnino nullā præbeat.  
Quapropter nunc ipsum apponam, uelut simile est enim surdastros inde uuari, utpote qui contrarijs præ  
sidijs

A sidijs opus habeant his, qui aurium doloribus uexantur. In doloribus enim affectæ partes exquisita quie  
te opus habent. Surdastri uero uehementi motu, & fere dixerim transmutatione in contrariam ei que  
iam adest affectionem indigent.

*Fomenta ad aurium dolorem ab Apollonio his uerbis conscripta.*

Fomentis porro utendum est per spongas aqua calida imbutas ac sufficienter expressas. Itemque per  
cucurbitas affixas. Amplius uero & per uaporem ex arundinibus perforatus allatum. Oportet autē alte  
rum arundinis extremum concavitati auriculæ congruens esse, alterum uero in ollam perforatū ope  
culū habentē & undiq; obturatā incubere. Sit autē in olla abstrinuum in aqua feruifacium, quo uapor  
inde sublarus ad auditorium meatum perferatur. Similiter & per fermentum in ueru assatum fomentū  
adhibendum est. Vehementer etiam subscriptus fomenti modus conuenit. Vinam ta uel maxime, aut  
certe bouis uetustissimam, in ollam nouam angustioris infundito, & aceri tertiam urinae partem, ac myr  
tum contulam admisceto, deinde restas pro olla magnitudine satis multas, igni candefactas in ollam  
conijcito, posteaque hominem inclinatum apposita ad aurem olla fomentum admittere iubeto. Circum  
auricam uero fasciculū ex lana in orbem circumponito, ne uidelicet circūstitæ partes exurantur. Utendum  
& fatinā hordeacea ac triticea in uino cocta, itemque unguento irino calido, gratia fomenti. Superne  
B uero auriculae imponende sunt lanæ molles ac puræ, uino & oleo imbutæ: hordeacea tridem & triticea  
farina, aliquando quidem per se cocta, cum uino & unguento irino, aliquando uero columbino (seco  
re, & aristobolia tenui, æquis partibus admixtis. Confert autem & cibi abstinentia, & diæta tenuis, &  
alui euacuatō largæ & memorabilis. Insuper & quies, ocium, capitis uelamē. In potu aqua calida, aqua  
mullā, pituita succis cum melle, donec remiserint dolores.

*Quæ Archigenus ad audiens grauitatem ac surditatem his uerbis conscripsit.*

In auditus grauitate succum corticis raphani cum rosaceo aut cyprino repositum instilla. Aut gal  
banum cum aceto & melle feruifacium. Quod si surditas succedat, Veratrum nigrum erit magnitudi  
ne in cocto melle indito, ac donec quod impedit erodat finito. Aut ubi abstrinui decocto elueris, mel  
& oleum instillato. Aut collyrio ex nitro, sicu, & sinapi immisso per triduum id non exuratur. Postea  
uero acatis uocibus assiduis & uicissim granibus inclamamus, & per turbam sonitu immisso malum de  
pellere conamur. Post hæc & asphodeli radices oleo ueteri incoctas utiliter infundamus, caprinaque uri  
na assidue eluimus. Ceterum surditate ex capitis dolore oborta, raphani succum cum rosaceo infunde.  
Aut foliorum cucumeris syluestris succum. Aut castorium cum baccis lauri & aceto. Aut nigrum uera  
trum albo aceto irrigatum sub orobi quantitate cocto melli miscens, glandulæque cōponens impone.

*Eiusdem de corpuseulis, quæ auribus illabuntur.*

Quod si aqua in aurem illabatur, auxiliatur acetum, & altero pede affectæ auriculæ propinquo exili  
re, aliquoties seipsum reclinando. Hoc enim modo facile excernitur. Quin & exuctio simplex per os,  
aut etiam per stipulam egregie aquam extrahit: quod ubi factum fuerit, conscalpta per lanam auricula  
ex prædictis unguentis aliquod instilla. Si uero calculus, aut faba, aut coniumile quippiam, in auditoriū  
meatum illapsum fuerit, eluito, aut lana circa auricularium specillum obuoluta, & resina uncta extrahi  
to. Idem & per glutinosum aliquod pharmacum fieri potest. Quod si neque sic sequatur, sternutorio  
in nares iniecto os ac nares obturato: facta enim spiritus conuulsione, id quod incidit efflatur:  
adque assidue, donec excidat facito. Si enim intus manserit, aure inflammata conuulsiones inducet.  
Optime etiam confert ad eorum quæ illapsa sunt ejectionem conuulsio. Si itaque puer fuerit, pede cō  
prehensum & in caput eleuatum cum conuulsione uibrabis. Si uero perfectæ ætatis quisquam ita fue  
rit affectus, ipsum in tabulam secundum affectum aurem reclinatum caput ad tabulam firmare iube  
to, deinde leuata tabula circa caput parte defertur finito, idque saepe repetito. Mouebitur enim quod in  
cidit, & ad expeditiores meatus partes progrediatur, atque ita angusta & concava specilli parte immis  
sa seute extrahito. Si uero faba aut coniumile quippiam in aurem illapsum in ea maneat, madefactumque  
D & tumefactum dolores inducat, impossibile quidem est ipsum integrum eximere. Quare per specilli  
coacuum industria partiri ac diuidere ipsum oportet, atque ita particulatim extrahere, deinde lapam  
aut uinum dulce calidum infundere, ac lenire meatum ex laceratione offensum. At uero si animal ali  
quod illapsum sit, scammoniam aceto dilutam, aut abstrinui succum, aut peucedani succum, nitrumque  
ac sulfur cum raphani succo instillato.

*Apollonii de insidiam.*

Apollonius autē de insidiam scripsit. *Ad pulices & uermiculos in auribus, reliquaque uerum poro illapsa.* Ace  
tū & oleū instilla. Aut capparidis succū instilla. Aut amygdalas amaras terito, & oleosum ab ipsis expres  
sum instillato. Veratrum album tritum inspergito. Aut aristolochiam tritam inspergito. Aut calamitibæ  
succum infundito. Aut cimabarim uidelem instillato. Aut ueratrum album cum uino infundito. Aut  
aluminis & seminis cucurbitæ syluestris, siue medullæ eius æquas partes uitas cum oleo cedrino in  
stilla. Aut cepam tritam & cæspum æquis partibus in uino diluito ac infundito. Aut myrrham tritā,  
acetoque ac melle pariter dilutam adhibe. Aut chalcididem crudam tritam ac melle dilutam infunde. In  
uniuersum uero eximendum est quicquid in meatū incidit hoc modo. Per auriscalpium nimirum uol  
fellā, aut lanā mollem specillo obuolutā & resinatā, aut et quæ unctam habeat tenuē appensum. *Ad au  
rium sordem.* Nitrum assatum tritum auriculæ inspergito, & acetum instillato, ac lana apposita per noctē





est, Stercus caprinum ex aceto inueterata ac indurata, nullumque amplius memorabilem dolorem habentis parotidis pharmacum esse possit, uelut etiam lienis in scirrhum indurati. Tertio deinde loco conuenienter Radices runcicis syluestris in uino coctas tradidit. Si sane & qualitatem & aetatem uini appo-  
 fuisse, fortassis & ego tentassem de eo iudicium ferre. Cum uero non adiecerit, multumque differat  
 acerbum, aut austerum, aut acre, aut dulce, aut recens, aut uetus, aut crassum, aut tenue, aut fuluum, aut  
 album, aut nigrum uinum esse, ob id etiam ego nihil habeo quod de hoc pharmaco dicam. At cum uo-  
 bis hoc cognatum sit, quod maiori discutiendi ut praeditum sit uetus, praesertim si ex genere natura cali-  
 diorum sit, uelut sunt in totum fulua, contraria uero huic secundum uires tum austerum, tum acerbum,  
 huiusmodi: quidem uinum uitare oportet. In fuluo uero & mediocriter uetusto, & renuium partium ru-  
 nucis radices coquentes, in parotidibus citra uehementem dolorem obortis ijs uti poteritis. Scribit  
 deinceps: Picum tritam cum atramento sutorio. Discussoria quidem igitur & concoctoria facultatis  
 est ficus, praesertim arida: recens uero discutiendi quidem uim habet, uerum concoquere non potest.  
 Verum atramentum sutorium necno ignorat utraq; facultates fortes repulsiuam & discussoriam com-  
 plecti, quapropter etiam uehementia eius uitanda est. Cocta deinde fico nimirum arida, cum absinthio  
 & uino tritis uti iubet. His sane etiam uos utemini in tempore, ad medias magnitudine ac tempore in-  
 flammationes. Quemadmodum etiam buccinis, & purpuris, & ostreis uitis in durentibus ac uetu-  
 stis. Est enim pharmacum quod omnem afflictionem & acrimoniam mitigat & discutit, non solum si  
 melle quis eorum cinerem imbuat, sed & multo magis si adipem suillum insulsum, uetustum, & a fibris  
 depuratum admisceat. Citra omnem enim molestiam omnes inueteratas inflammationes discutit, etiam  
 si ex rheumatica afflictione sint obortae. Deinceps cerato rosaceo & cyprino cum ruta uti iubet,  
 quod discussorium quidem pharmacum est, uerum nihil uehemens neq; uolentum in se habet. Paulo  
 uero efficacior sit compositio, si sulium uiuum pro ruta admisceamus. Quae sequitur deinde cimolia cu  
 aceto neque fortem, neque dolorosam, neque magnam parotidem curare potest. Ficus uero aqua ma-  
 rina cocta in inueteratis iam comoda fuerit, ut pote discussoria ut praedita, etiam si aquae marinae penu-  
 ria muria quis utatur. Simile huic est, quemadmodum etiam ipse Archigenes dixit, Marrubium cum  
 sale. Post haec uero de butyro scripsit, cuius ut uultum circa illius dictionis ordinem paulo ante mentio-  
 nem feci, post quod rursus ad generosum pharmacum transit, Pyrethrum tritum fico excipi iubens.  
 Deinde calce uina cum melle trita uti praecipit. & post hoc mussela sanguinis illinendi meminit. At  
 uero talia tanquam curiosa & superuacanea, & quae magnam rei medicamentariae egestatem indicent,  
 si per alia auxilia citra sanguinis musselae adhibitionem parotidas curare nequeat, neq; in usum adsum-  
 ptis, neque eorum experimentum habeo. Sed neque ex amicis nostris quispiam alius uti tentauit.  
 Verum cerebrum illinere quodcumque tandem medioerium parotidum medela existit. Post hoc uero  
 haec uerba scribit: Aceto feruenti perfundito, aut spongiam in acida muria imbutam imposito. Fosso-  
 rum ac messorum fortassis ea fuerit medela, non hominum urbanorum. Deinceps aeris mentionem fa-  
 cit pharmani ex mussela uita, cuius cinerem cerato irino excipi iussit. Verum eiusmodi pharmanis, qua-  
 do diu durant, & in scirrhum indurantur utendum est: pleraque enim ab eo scripta ueterascentium &  
 aegre solubilem parotidum remedia existunt. Quapropter etiam ipse ad pharmanum hoc adiecit, quod  
 etiam Strumas probe sanare possit. Post hoc uero eiusmodi dictio inordinare inserta est, tum assidua ca-  
 lida dispersio, tum assidua cruda hordeaceae farinae impositio. Quod ipsum siue quis per se legat, siue  
 prioris dictionis finem huius dictionis principium faciat, utrumque male dictum est. Manifestum ue-  
 ro hoc erit, ubi praecedentis dictionis finem praeposuerimus, ut totus sermo eiusmodi fiat. Mirabiliter  
 discutit & strumas, saepe etiam parotidas tum assidua calida dispersio, tum assidua cruda hordeaceae fa-  
 rinae impositio. Etenim apertum mendacium est strumas atque parotidas mirabiliter ex assidua aquae  
 calidae aspersione, assiduaque cruda hordeaceae farinae impositione discuti. Si uero de parotidibus so-  
 lum dicatur, certa distinctio aberit, quae doceat nos in quibus & qualibus parotidibus aquae calidae a-  
 sperio, & assidua cruda hordeaceae farinae adhibitio conueniat. Non enim in omni, sed quam citissi-  
 me uelimus suppurari, haec faciendae sunt, quemadmodum in superiori sermone est indicatum. Hoc  
 itaque uisiose, ut dixi, interserum est. Ceterum Archigenes ad consequentia transgressus rursus phar-  
 maca scribit, non apponens quod induratis & inueteratis [ parotidibus ] salutaria existant, cum nos  
 ex materia ipsorum ipsa talia esse cognoscamus. Adscribam autem iam uobis ipsius Archigenis di-  
 ctionem, quae sic habet: Proprie uero lypinorum amarorum farinam cum melle coctam, exigua calce  
 uina addita, pro cataplasmate imposito. Egregie discutit & hoc. Picis brutiae, mammae siue mica-  
 rum thuris aequales partes, terebinthinae, palmarum Syriacarum non uetustarum pingulum carnis pu-  
 rae, utriusque duplum, chalbanum dimidium mannae, probe unitis utitor. Si uero dura sit, resinam mi-  
 sceto. Aut nitrum & rubricae sinopidis tertiam partem cum unguento cyprino ad strigentiam  
 crassitudinem redacta, ac linteolo infarcta imposito. Aut calcem uiuam cum strigentis eodem mo-  
 do. Aut caricas, chalbanum, nitrum, pari mensura, sulfuris tertiam partem, terebinthinae, opopanax,  
 utriusque parum quiddam, unitis utere. Aut calcem uiuam cum aceto tritam impone. Quod si neque  
 per haec discutiantur, adiuuabimus per mutationem in suppurationem per frequentia ex calida cruda-  
 que hordeaceae farina cataplasmata: dehinc rursus digerendum per largam & frequentem decocti lau-  
 ri aut baccarum eius perfusionem, aut sulfure, uel consimili quopiam in aquam inperso, siue  
 siue

siue columbino stercore in ea admisto. Aut etiam cucurbita cum scarificatione affixa. Deinde ad  
 chirurgiam perueniendum est, & crudi abscessus sectionem. Optimum enim in his, ut quam celerime  
 fluxio foras euellatur. Haec quidem Archigenes scripsit. Sunt autem & multa emplastra quae parotidas  
 discutunt, aliqua quidem iam inueteratas & induratas: aliqua uero eas, in quibus sedato dolore nulla  
 amplius puris suspicio est: quemadmodum etiam aliqua quae iam suppuratas curare possunt. Talia ue-  
 ro inter discussoria emplastra, singula cum uirium suarum professione conscripta sunt, uelut etiam ea quae  
 simplices parotidas curant, laxatoria appellata omnibus nota sunt. Exempla ipsorum sunt, Emplastrum  
 Mnaeae, & quod ex succis constat, & quod ex psilana. His etiam praestant quae molliora sunt, & cerati  
 forma constant, cum ex butyro, tum ex oesypo confata ostreis, aut buccinis, aut purpuris uitis additis,  
 cuiusmodi est haec: Adipis porcini ueteris insula quadrantem, quidam semistem, butyri unctam unam,  
 cerae sextantem & unciae dimidium, ostreorum uistorum quantem uisime tritorum sextantem. Liquefacti  
 bilia liquefacito, ostreaq; infarcito, ac unitis utitor confidenter. Efficacissimum hoc ad parotidas existit.

De afflictionibus naribus.

Cap. 3.

Ex genere tumorum praeter naturam polypodes in naribus generantur. Ex genere uero ulcerum  
 ozanae. Secundum genus autem excretionum praeter naturam sanguinis eruptiones sunt in mor-  
 bis acutis iuxta rationem earum, quas recentiores medici priuatim superexcretionem appellant, nimi-  
 rum in quibus natura ad iudicatum auxilium concitata modum excessit. Primum itaque de ozanis  
 sermone faciam, quae ex humorum acrimia & putrescibilem influxu generantur: ita ut si acres solum  
 sint, aegre curabilia ulcera producere consueuerint, non tamen graue olentia. Ceterum cura communis  
 amobus his est, itemque polypi, ut uidelicet primum caput siccetur & firmetur, cum palam sit ob ui-  
 ciatum humorum redundantiam defluxum ex eo in nares provenire. Quomodo uero caput to-  
 tum corroborare oporteat, quo nullum recementum ex eo ad inferas partes delegetur, saepe iam dictum  
 est. Cum igitur per illa caput ualidum reddideris, ad naris progredieris curationem scopo in ozanis  
 proposito, ut affecta pars per mistae facultatis pharmaca tum repellentia, tum discutientia resiccetur.  
 Repellentiaque tum austerum, tum acerbum, quae commune adstringentium appellationem habent. Di-  
 scutiunt autem calida & sicca facultate praedita, quorum sylvia talis est. Archigenis pharmaca ad ozanas.  
 Cum ozana in naribus fuerit, calaminthae succum infunde. Aut ipsam calamintham aridam per fistu-  
 lam insuffla. Aut ueratrum album cum seminis nasturtij chema quotidie insuffla: post hoc uero caput  
 perfunde. Obline autem eos uel chalcitide, aut atramento sutorio, aut psorico cum melle. Aut instilla  
 to in narem melle, & per sternutatorium facta cocussione rectoria ulcere obducta excutito, deinde pra-  
 scriptum ex nasturtio & ueratro pharmacum per narem attrahere quamplurimum iubeto, & postea amur-  
 cam cum melle illinito. Aut myrrham & nasturtium cum melle. Aut ranunculi succum cum alumine li-  
 quido in narem infunde, aegrumque resupinatum donec ad os penetrat attrahere iube, atque id usque  
 quo percuraueris identidem repete. Si uero uetera sint ulcera, etiam acetum uetus admisce, aut sulfur  
 tritum. Acere item acetum in uasculum angustis oris fissum ad multum tempus ad respirationem ipsorum  
 appone, deinde Misy cyprium, & dimidium eius nardi indicae cum uino chio ad mellis crassitudinem  
 redige, ex coque meatus penna obline, & per lanam obtura. Ad uicera in naso. Ulcera in naso ex malo-  
 rum puniceorum succo in aereo uase ad medietate cocto perlina. Aut malum puniceum dulce integrum  
 in uino coctum terito, & forinsecus inposito. Aut aris squamam & aruginem cum alba uigola ex aqua  
 affricato. Aut rubi succum & alumine Mellum cum aqua diluta eodem modo. Si uero uetus sit ulcus cum  
 aceto diluito. Aut itidem & sandaracham cum melle obline. Aut adipem uiculinum & resinam illinito.

De polypodum.

Polypus tumor est, qui praeter naturam in naribus generatur polypodis carni asinilis iuxta substan-  
 tia proprietatem. Manifestum itaque est afflictionem hanc ex crasis & uiscosis humoribus generari,  
 atque ob id multa materia medicamentaria opus habet, ut uidelicet partim adstringat, partim leuet &  
 detenuet, partim etiam discutiat & excicet, & condenses. Archigenis ad polypodas. In polypode nastur-  
 tij tenuis chema, siue dracmam dimidiam cum ueratri albi obolis duobus nare attrahere iube. Vbi  
 uero exciderit, linamentis cum anthera siue florido emplastro ex melle utere, aut lycio eodem modo.

Asclepiades ad Ozanas & polypos. Asclepiades in quinto exterorum sic scripsit. Aridum ad Ozanas. Alu-  
 minis scissi drachmas quatuor, myrrhae 3. iij, sandarachae drach. iij, gallae drachma unam. f. [ atramen-  
 ti sutorij ] uiti drachmam unam, tritis utere naribus prius uino odorato elotis, & pharmaco per specillum  
 extremum siue nucleum admoto. Aliud, Seminis ericae 3. ix, myrrhae 3. viij, nitri rubri 3. viij, malico-  
 rij 3. viij, seminis tamaricis drach. j, crocomaginis 5. ij, tritis utere. Aliud, Soreos aegyptij friabilis  
 3. ij, chalcitidis uita 3. ij, seminis tamaricis 3. j, croci 3. j, myrrhae 3. j, tritis utere. Aliud, Chalcitidis  
 uita 3. ij, atramenti sutorij assati 3. ij, misyos 3. ij, amomi, drach. j, myrrhae 3. iij, croci, drac. j, tritis utere.  
 Alia compositio, quae flauescens appellatur. Aluminis scissi drach. viij, chalcitidis cruda drach. vj, sandarachae  
 drach. iij, putaminis mali punice drach. ij, atramenti sutorij uiti drach. ij, misyos assati drach. ij, tritis ute-  
 re. Alia, Atramenti sutorij uiti drach. iij, diphrygis drach. ij, calcis uiuae 3. ij, sandarachae drach. ij.  
 Arida admone, aut linamentum torum aqua inactum ac pharmaco imbuum inde. Aliud, Mi-  
 syos assati drach. ij, mannae thuris drach. ij, chalcitidis assatae drach. ij, squamae aris seiquidrachmam, eru-  
 ginis drach. unam, arida adhibe.

Lamporis



Ad ozanas, & agilopas, ac polypodas, & quaecumque uelis citra sectionem ac uisionem submouere. Dirimit etiam ossa corrupta, facit & ad ulcera serpentina ac putrida insperla, & ad sordida ulcera, linamento excepta ac indita cum melle. Scobis aeris rubri unc. j. salis ammoniaci sextantem, ammoniaci thymiamatis sextantem, aluminis rotundi quadrantem, aceti acerrimi heminas vj. Arida terito, & affuso aceto omnia in uas aeris rubri transferto, in eoque ad solem sub canicula ardore cum aeris rubri radio agitato donec pharmacum exarscat, deinde in mortarium translatum diligenter terito, & in fictili recondito. Vsu uero exigente aquam absorbendam dato, deinde etiam in ore continendam, pharmacum uero per fistulam insufflato. *Scribonij largi facti ad omnia extuberantia.* Misysos ustri, chalcitidis ustrae, atramenti sutorij ustri, foreos, squamae aeris, singulorum drach. viij. arida admoueto. Oportet autem praecedenti die quiescere, deinde sequenti pharmacum post cibum indere. Illinenda etiam nares antea cum bitumine, aut liquida pice, aut myrrha facte. *Philoxeni chirurgi ad polypodas, ozanas, omnem excrecentem carnem, haemorrhoidas, & quibuscumque crustam inducere uelis.* Aetis ustri, auripigmenti torrefacti, misysos assati, singulorum drach. \* duas, diphrygis drach. iij. chalcitidis ustrae, atramenti sutorij ustri, squamae aeris, singulorum drach. \* quatuor, tritis utere. Ceterum post pharmacorum adhibitionem etiam sternutatorijs utimur, quo uidelicet tectoria ulcere obducta excutiamus, quae tribus aut quatuor fere diebus excidere consueverunt. Vbi uero exciderint, adipe anserino ac haryro cum rosaceo cerato curantur. Verum Aesclepiades in primo pharmacorum exteriorum sic scripsit. *Aesclepiades ad ozanas, quo usus est ad eges.* Seminis ericae drach. iij. myrrhae drach. iij. niri rubri drach. iij. putaminis mali punice drach. iij. croci drach. ij. costi 3. ij. trita insufflato. Aliud, Aluminis scissi drach. iij. myrrhae drach. iij. sandarachae drach. ij. rhois rubri drach. \* duas, salis fossilis drach. ij. costi drach. ij. croci drach. ij. trita insufflato. Ante curam uero nares uino odorato & optimo melle eluere conatur. *Ad narium polypodas, quo usus est Antipater.* Aeris ustri drach. iij. minij sinopici drachmam unam, trita per arundinem insufflato. Quin & per specilli nucleum admoueto. *Aliud Antonij Muse.* Atramenti sutorij partem j. sandarachae partem j. trita insufflato. *Aliud Charixeni post chirurgiam.* Coruui cerui ustri drach. iij. squamae aeris rubri drach. iij. auripigmenti drach. unam, trita insufflato. Aliud, Bryoniae radicis ustrae drach. iij. atramenti sutorij drach. iij. spumae niri drach. iij. elateij drach. iij. trita insufflato. *Ad ulcera in naribus.* Recrementum plumbi, uini ueteris, olei myrtei, singulorum aequales partes. Plumbi recrementum, ut quam leuissimum fiat, terito, & adfuso uino rursus laugato, deinde myrteum addito, omniaque simul misceto ac conuassato, & in sigulinum uas coniecta prunis imponito, assidueque agitato, atque ubi strigmentosum reddidit fuerit pharmacum, sublatum in pyxide plumbea seruato. Aliud, Plumbi ustri & loti drach. viij. uini rosati quantum sufficit, olei myrtei quod satis est, apparatus, & utitur ut dictum est. Aliud, Spumae argenti drach. vi. ceruae drach. viij. malicorij drach. iij. aluminis scissilis drach. iij. uini aminae quantum sufficit, olei myrtei quod satis est. Arida trita, & cribrata in mortarium, coniecta cum uino ad strigmentitiam trasit uindinem redigito, postea uero myrteo oleo affuso conuassato, & ablatis in pyxide plumbea reconditis, ut dictum est, utitur. Sint autem myrtei heminae quatuor, uini cyathi. iij. *Diogenis pharmacum acromodatum.* Adipis anserini drach. iij. celypi selquidrachmam, medullae ceruinae drach. ij. cereae tyrrhenicae drach. viij. plumbi ustri & loti drach. \* duas, stibij ustri & loti drach. viij. iadani drach. ij. adipis uirulini drach. ij. terebinthinae drach. iij. ceruae drach. ij. spumae argenti drach. i. rosacei quantum sufficit. Liquida cum aridis committito, & repositis utitor. Vsu autem expetente quantum satis fuerit tollito, & rosaceo dilutum naribus sublinito. Ex primo de parabilibus Apollonij. *Ad affectiones in naribus.* Ad narium exulcerationes, & putredines, ac fetores, Mali punice nucleo carentis dulcis itemque acidi succum in aere uase, donec dur partes superint coquito, ac teritor quam penitissime illinendo. Facit & malum punicum dulce cum uino coctum & contritum & forinsecus inpositum, atque intro illitum. *Ad excrecentem carnem & polypum.* Diphryges tritum admoueto, & linamento nares disparato. Aliud, Veratrum terito, eique origani par pondus tritum addito, ac naribus bis in die insufflato. Aliud, Veratrum nigrum cum pari sandaracha terito, & admisto oleo lana excipito, eoque nares expleto. Aliud, Florem aeris, & aergineam, ac silphij succum pari mensura oleo admisto terito, & unguenti crassitudine ad dies quinque naribus sublinito: deinde per uollellam eximito. Aliud, Auripigmentum & calcem trita cum specillo large adhibeto. Vbi uero intumescit & eleuatus fuerit polypus, ueratro nigro arido trito moderate utitor. Ut plurimum enim in diebus septem nasus uacuus redditur. Deinde diphrygis cum melle usu expurgato. Aliud, Auripigmentum & calcem ac ueratrum album trita cum specillo admoneto. *Ad ea quae naribus illabuntur.* Quae naribus illabuntur, autiscalpio aut uollella extrahito, aut sternutatorio admoto os apprehedito, atque alteram nares comprimito, si quidem non in utraque nare affectio exsultat. Haec quidem Apollonius quibus ipse usus est tradidit. Verum ut ego usus sum, & in polypis ac ozanis narium, probatissima reperi subscripta. Ac primum quidem quod ex malis punicis constat pharmacum. Sint autem pari numero ac magnitudine ex tribus eorum differentijs accepta. Aliqua enim ex his sunt austera, aliqua dulcia, & quaedam acida. Contruenda itaque sunt recentia & inatura, atque integra diligenter confringenda, quo succus ex eis exprimi possit, quem in uase stanneo depositum adseruare oportet modice coctum, si quidem liquidior quam oporteat uideatur. Quod uero ab eo reliquum est solidum & crassum, rursus diligenter contruendum est, ut a coruisione rursus

E

\* Al. j.  
\* Al. j.

\* Al. ij.

\* Al. ij.

\* Al. viij.

Auritus in pila atteri ac laugari possit, indeque collyriorum forma effingi, quae congruam ad aegri nares proportionem habeant. Induntur enim haec in nares quam polypus obsedit, meatum, quo citra mordacitatem & consensum, qualem actia pharmaca excitare solent, per longiorem moram ipsum expurgat. Quod si humectior & mollior tibi appareat polypus, plus ex austere malis punicis conijcies: si durior, ex acidis. Quandoquidem uero perpetuo tolerare collyrium molestum est, ab eius usu interquiescere conuenit, atque eo tempore quo ipsum non indis, per expressum succum aegrum curare, & sane oris ducto uictu hianti, etiam circa illas partes iuxta quas nalis ad palatum perforatus est, liquidum ipsum expressum pharmacum illinere uel cum penna, uel cum lana specillo duos nucleos siue cuspides habenti obuoluta. Ceterum ex acidis pharmacis diphryge citra mordacitatem aliquando per multum tempus consumptum polypum noui. Probatur etiam in ipsis praedictum collyrium ex malis punicis effictum, si ubi exaruerit, probe contundatur, crebreturque ac laugetur, indeque insuffletur, aut etiam per specilli nucleum indatur. Omnia autem haec assidue facere oportet, ut nunquam ab affecta parte pharmacum absit, cum facile ab humiditate eluatur. Quemadmodum igitur in lipientibus, sic & in his semper, si possibile est, pharmacum adhibere oportet: abluatur enim facile, ut dixi, ab influente humiditate. Porro cum eunuchus quidam nullius pharmaci ferre posset adhibitionem, sed ab omnibus irritaretur, B rosis aridis contulis ac probe tritis atque inditis, mirum quam uiderim hominem magnopere citra omnem mordacitatem aditum. Quare in corporibus mollibus & humidis, aut quibus aegre ulcera ipsa faescunt, rursus eodem pharmaco usus sum, contigitque ex duobus alterum, aut ut nihil noceret, aut omnino citra molestiam opus suum perficeret. Pleraque enim eorum quae polypodas exerunt, eos exacerbant, ubi a scopo aberrant. Ceterum ulcera in narium meatibus semper per pastillos curauit, An dronium uidelicet, & Passionis, & Polydiae, & Byrthinum, & per eum quem ego composui, his ipsis aliquando uino dulci dissolutis, aliquando austero, & quandoque moderatae etatis, quandoque ueteri. Interdum etiam aceto dilui uel uinoso, uel simpliciter acido, uel etiam aeri ualde & uetusto, iuxta praedictas indicationes, usu pharmacorum secundum symptomata affectionum repero. In diuine uero quopiani qui odoratum pharmacum sibi adhiberi exerebat in ozanae curatione, hedychoi usum excogitauit, ipsumque uino salerno ueteri dissolui, & mirum quam breui affectio ipsa sit curata. Relata est hedychoi compositio circa theriaces antidoti descriptionem.

Heraclide ad eruptiones sanguinis in naribus ad Antiochidem.

Cap. 4.

Sufficienter quidem de sanguinis eruptionibus in curandi Methodi libris dictum est, uerum nunc quae Sex sylua usu cognita constant, & a praedecessoribus nostris approbata sunt, referentur. Vbi grunos sanguinis eduxeris, lanam specillo obuoluito, eamque in lycio aqua diluto imbuito, & sanguine manantem locum illinito. Aut linamentum longum lycio imbutum indito, deinde forinsecus cum digitis apprehensum nasum comprimito, donec contiterit sanguis. Aut chalcitidem medioeriter laugato, & linamentum ex ellychnio contortum in frigidam aquam demittito, deinde in chalcitide obuoluito. Aut linamentum priapi siue pudendi forma naribus indito. Aut linamento fissili utitor quam penitissime intruso. Praestat autem digitum ad palatum immitttere, ne eo linamentum fissile deteratur. Aut thus confringito, & polygona aut seminis potri succo diluito, in eoque linamentum fissile, aut ex ellychnio obuolutum indito. Aut mentam tritam indito. Aut spongiam siccam immittito. Aut spongiam in aere & feruidum acutum coniectam imponito: & sanguine manantem narem specillo forinsecus donec impellatur, apponito. Praestat autem spongiae principium filo per acum transmitti, quo facile extrahi possit: extrahito autem cum opus suum perfecisse existimaueris. Si uero inarescat spongia, intusque agglutinetur, per auricularem clysterem frigidam aquam immittito, ac infundendo humectato, atque ita extrahito. Vtere etiam compositionibus uulnerarijs & sanguinem sistentibus quae describentur. Accommodatum est & frontem spongijs refrigerare, itemque partes quae ad caput sunt sublimes facere. Brachia autem & manuum iuncturas, femoraque, & inguina, atque genua, qua parte contracta sunt, deligere, quemadmodum in uenarum sectionibus facere in oris est: iubendique sunt ut ea membra moueant, manus quidem conficando, pedes uero ambulando. Expletis enim sanguine quae in eis sunt uenis, nares sanguine manare cessant. In poru amplius exhibenda sunt ea quae ad sanguinis reuersionem conferri bentur. Aures quoque intente per lintecola ac ceram obturentur, & in ore aqua pluuialis frigida contineatur. Quod si quid ex sanguine deglutitum esse uideatur, etiam id ipsum ubi multa eius sit copia, per euacuatiuum educito. In uentre enim & intestinis in grumos coactum inflationem facit. *Pharmaca Aesclepiades in quinto externorum ad sanguinis narium eruptiones scripta, quae marcella inscribit.* Platanus pilulas collectas in umbra exsiccat, & defecatas super pannum asperum in discum diffundito, easque alpera ipsius panni siue tunicae parte confricato: aut in panno ex pilis siue setis composito obuoluito, ac semen quidem pilularum abijcero, tomentum uero collecta in testaceum uas nouum reponito. Vsu autem expetente ea ipsa lanuginosa tomenta in arundinem, cuius geniculi recti sunt, indito, & qua parte excavata est arundo, naribus imponito ac insufflato, compendio hoc uincit sanguinis eruptionem. Aliud, Atramentum sutorium diligenter tritum reponito. Vsu uero postulate saluram quampiam lintecolorum in pharmacum immerfam indito. Aliud, Spongiam cruda pice imbutam exurito, ubi uero aliquid huius linamento torto exceperis, indito. Aliud, Putaminis ouli partem unam, gallae acerbae partem unam, trita linamento torto aqua aut aceto madefacto excipito, & indito. Fronte uero & nasum gypso

ant

aut luto figulino integito. Aures autem fortiter continere iubero. Quidam spongiam aphricanā aceto acerrimo incoquunt, deinde exprimunt, eamque in ignito lapide frequenter obuolunt, atque ita suffitum & uaporem excitant, quem naribus atrahere iubent. *Que Andromachus scripsit.* Ad sanguinis quidem ex naribus eruptiones nihil priuatum Andromachus scripsit. Verum inter ea quæ sanguinem cohibent, pleraque etiam hæmorrhagias nauum sistunt. Quapropter etiam ego adscribam eiusmodi pharmaca, quo modo ab ipso descripta sunt. *Compositio ischeimos, id est, sanguinem sistens, qua uitor.* Chalcedidis misyos, mannae thuris, singulorum drach. iij. tritis uitor. *Flaua, qua uitor.* Chalcedidis 3. centum, atramenti sutorij drach. l. misyos assati drach. [\*uiginti quinque] aris ussi drach. xij. & dimidiam, tritis utere. *Ischeimos magna.* Misyos cyprij drach. vij. atramenti sutorij drach. vij. corticis pini drach. iij. squamæ aris drach. iij. mannae sine micarum thuris drach. iij. alij drach. xv. habent, aris ussi drach. xv. chalcedidis drach. xv. calcis uiuæ drach. \* octodecim, alij. xl. gypsi torrefacti drach. iij. alij \* octo. tritis utere. *Ischeimos aphrode.* Chalcedidis drach. vj. mannae thuris drach. ij. resinae terebinthinae friatæ drach. iij. alij tres accipiunt, tritis uitor.

\*Al. iij.

\*Al. vij.  
\*Al. v.

G A L E N I D E C O M P O S I T I O N E F  
M E D I C A M E N T O R U M L O C A L I U M , S I U E S E C U N D U M  
L O C O S , L I B E R Q U A R T U S .

ARGUMENTVM LIBRI.

Agit de medicamentis, quæ affectis oculis soleant adhiberi.

*Doctrina affectionum quæ in oculis sunt, inter quas etiam de pharmacis acrimonia  
carentibus, & meatibus obducentibus, & de alijs omnibus.*

Cap. I.



**N**ON equidem alia est componendi, alia utendi Methodus in his pharmacis. Ipsa enim compositio uelut ad usum relata conficitur, ita ut ij qui pharmaca componunt, scopum habeant, utilitatem ex usu ipsorum emergentē. Verum quemadmodum in alijs, sic etiam in his affectionibus quidam indefinite pharmacorum usus scripserunt, uerbi gratia: Ad dolorem accommodatum est hoc pharmacum. non apponentes affectionem in qua dolor sit obortus. Quidam uero etiam affectiones adscripserunt, alij quidem magis iuxta experientiam alij autem magis secundum rationem. Iuxta experientiam quidem magis, quicunq; ex conspicuis circa oculos signis discrimen fecerunt. Secundum rationem uero magis, qui ex obscure apparentibus, aut neque in totum apparentibus idem fecerunt. Conspicue itaque apparet fluxus multus & modicus, mordacitas & leuitas, ruborque plus aut minus, ueluti idem uenæ pauco & multo sanguine plenæ, & inflammationis tumor minor aut maior. Quemadmodum etiam colores præter naturam uarietati, & oculorum fordes sine semper plures aut pauciores, aut minores aut maiores progredientes. Apparent item nobis manifeste asperitates in palpebris oculorum. Quid uero attinet dicere, quod & ulcera & pustulæ tum secundum locos, tum magnitudine non paruum differentiam habent, item quæcumque eius generis alia existunt? Quin iuxta aliam sane modum ex eorum, quæ conspicue apparent, numero sunt etiam ipsi adeo dolores. Nihil enim interest siue nobis siue ægris appareat. Etenim quod dolent, & quo modo dolent, quippe quod cum compressione, aut tensione, aut obturatione, aut corrosione, aut quibusdam pulsationibus dolent, nobis aperte denunciant. Ceterum eiusmodi discrimina non apparent (uelut aliqui scribunt.) ad fluxum qui ab ijs quæ intra cranium, i. calariam sunt, aut ad fluxum qui ab ijs quæ extra cranium sunt, aut etiam per louem ad eum qui ex arterijs, aut ex uenis affertur. Et cum quidam dicant distensionem aut obturationem in profundo oculorum esse humoribus uidelicet crassis, aut viscosis, aut multis impactis, nullū symptoma adeo ægros grauat, uelut uehementis dolor circa quodcumque tandem membrum, non sane circa oculos solos, adeo ut mortem aliqui ultro elegerint, melius fore rati obire, quam unum integrum diem dolorem ferre. Ego uero cum in alijs quibusdam, tum duodecimo de curandis morbis Methodi in uniuersum manifeste scriptum de differentia affectionum, in quibus uehementer dolent, tum quæ causa uniuersumq; ipsarum existat. Scripsi item in decimo tertio eiusdem operis omnia, quæ necesse est medicum de oculorum affectionibus nosse, & quæ ad ipsarum curationes requiruntur. Referam nihilominus tamen & nunc breuibus, capitibus tantum repetitis eorum, quæ ad præsentem tractationem utilia sunt, hoc est eorum quæ cum materia medica doctrina coherant. Nam & liquores, & succi, & semina, & fructus, & plantarum particulae ocularibus compositionibus induntur, ueluti etiam non pauca ex ijs quæ Metallica appellantur, aliqua quidem extreme aullera & acerba atq; acia, aliqua uero his moderatiora, & tamen torua. Quemadmodum item aliqua omnis mordacitatis expertia ac lenissima per lotionem reddita.

De

A

*De pharmacis mordacitatis expertibus, ac lenibus.*

Pompholyx igitur lora nulli pharmacorum mordacitatis expertium inferior est, atque ob id ea uimur ad tenues & acres fluxiones, capite uidelicet prius simulque uniuerso corpore euacuato. At uero manifestum est quod per uenæ sectionem ac purgationem totum corpus euacuemus, per apophlegmatifinos uero caput a pituita uindicamus. Pore est enim pompholyx lora, quemadmodum etiam spodiū, atque anylum, simul & moderate humores resiccare, simulque ne per tuniculas euacuetur ea, quæ in \* magnis ipsorum uenis superflua humiditas continetur, prohibere. Quare si quis prius quam caput ab humoribus ad oculos defluentibus expurger, obturantibus pharmacis uratur, uehementem dolorem ex distentis tunicis efficiet, & ex multitudine influentium humorum aliquando rupturam aut erosionem ipsorum inducet. Eiusdem generis cum prædictis pharmacis subtenuis ouorum liquor existit, ex redundanti potens humiditates abluere, & exasperata obluere. Verum obturandi meatus uim cum illis æqualiter non habet, sicut neque uim resiccandi. Atqui foenigræci succus quod ad uiscositatem atinet, similis est albo ouorum liquori, disculforiam autem habet facultatem, & moderate calfactoriam, atq; ob id multos dolores mitigare conlueuit.

*De pharmacis acerbis.*

Prædictorum pharmacorum sylvæ secundum genus maxime cōtraria acrum liquorum materia est, ueluti liquoris cyrenæici & medici, & sagapeni, & euphorbij, atque simpliciter loquendo, omnium uehementer calfacientium citra exasperationem atque hæc ipsa sylvæ non solum in liquoribus, sed & in succis, & seminibus, & floribus, & plantarum fructibus continetur.

*De extergentibus siue repurgantibus.*

Tertio consequenter post prædictas fortis facultas est extergentium pharmacorum, qualis squamæ aris est, & chalcedidis ussæ, & aris ussi, itemq; floris eius, & misyos, ac foreos, itemq; sibiij.

*De erodentibus.*

Al. 3. 4. 1.  
196.

His adhuc aliud genus adiacet erodentium uidelicet, qualè est auripigmentū & sandaracha, & Asie petrae flos, participat & misy paululum eiusmodi facultate.

*De adstringentibus.*

Est & aliud genus pharmacorum quod in oculares compositiones iniecitur, eorum uidelicet quæ natura adstringunt. Quæ igitur mediocriter hanc uim habent, influxiones repellunt. Quæ uero uehementer, ampliore dolore infligent tunicas exasperando, quam iument influxionum impetum repellendo. Miscetur autem aliquando uulter ex eis parum quid in compositiones oculorum aciem exacuentes, ut potè quæ oculorum substantiam cogant & adstringant. Verum quæ mediocriter adstringunt, lipitudinibus commodissima existunt: conferunt autem & reliquis fere omnibus affectionibus cum ulcerum, tum pustularum, tum fluxionum. Sunt uero eiusmodi, Folia rosarum & flores & succus, ericæq; fructus, & nardi spica, ampliusq; & malabathi folium, & crocus, & lycium, & quæ hypocyliis appellantur. Porro uehementiore his adstringendi uim acacia habet & omphacium, quæ & ipsa in succorum genere numerantur. Item balauistium, & cytini, & gallæ omphacitides ex genere eorum sunt quæ multum adstringunt.

*De concoquentibus.*

Inflammationes, itemque alias affectiones concoquunt hæc, myrrha, crocus, castorium, & thus, & foenigræci cocti succus, quæ etiam disculforia ui prædita sunt, & præsertim ex eis myrrha. Atq; hæc quidem est ocularium medicamentorum sylvæ, & quicunque sane naturali intelligentia præstant, rationationeque exercitati sunt, nihil amplius opus habent mea instructione, potentes nimirum ad singulas oculorum affectiones aptum componere pharmacum. Quandoquidem uero paucitales existunt, & multorum utilitatis potiore rationem habere conuenit, præstabilius mihi uisum est compositionis ipsorum rationem integre recensere, ubi repeti uero prius perspicacitatis gratia cōmuniem in genere tum singularum quorum mentionem feci pharmacorum. Quæ uniuersim quidem in quinto de simplicium pharmacorum tractatione commentario a me relata est, & per consequens sex libros particulatim usq; ad extremum. Vtar autem appellationibus facultatum in pharmacis, iisdem quas in prædicta tractatione posui, uelut exempli clarioris gratia: Quædam substantia terrestri dico, citra refrigerationem manifestam aut caliditatem, in medio quodammodo utriusque consistentia: atque ex his aliqua quidem parum quid ex frigidityte aut caliditate complectitur, aliqua uero in totum nullam eiusmodi facultatem ex se ostendunt. Totum autem hoc genus pharmacorum emplasticum, hoc est meatus obducens & obturans appellari, contrariam uim habens ijs quæ ab obturatione liberantia & phrastica sunt appellata, qualis est Samius Aster, magis tenuium partium existens, quam quæ simpliciter Samia terra appellatur. Et pompholyx lora, uelut etiam cinis eius locus, & cadmia ussæ ac lora. Viderur autem mihi parū quid extergentium in ipsa cadmia inesse, siue post uestionem, siue citra eam lauetur. Pompholygi uero & spodio parum quid adstringens inest. Quemadmodum etiam plumbo post uestionem & lotionem. Nam & hoc pharmacum omnis acrimoniae expertus est parum quid adstringens habens. Neq; refert siue masculino siue muliebri genere pompholygem dicere uelis. Eodem modo etiam anylum habet, quod & ipsum lotum exquisitè mordacitatis expertus est & medium, ut neque adstringentem neque acridinem habeat, hoc est neq; frigidityte neque caliditate participet. Quin & cerussa lora proxime ad facultatē ussi

ac

ac loti plumbi accedit, manifestumque signum stringēti exhibetur, quod penitus qualitatis omnis expers sit, id quod amyllum, & Samius auster gustu & odore ostendunt. Vnumquodque igitur huiusmodi pharmacorum genus, siue exiguum in gustu aut odore qualitatem exhibeat, siue penitus nullam ostendat, consimiliter ut purissima aqua qualitatis expers nominatur, & per solam terrestrem substantiam moderate a natura resiccat. Quapropter etiam longiori tempore commoditatem ex se proficiscentem sensui perceptibilem faciunt, utpote quae per primos dies nihil inuise putentur. Adhibentur tamen a medicis tanquam acrimonia expertia circa aere curabiles affectiones, in quibus ulcus est siue solum, siue cum erosione corniformis tunicae, & prolapsu uniformis appellata serosis humoribus longe mordacissimis affluentibus. In his enim nullum aliud pharmacum conuenire potest, utpote cum adstringentia cohibeant effluentes humores, atque per hoc dolorem ex mordacitate ipsorum obortum interdant. Acria uero affectionem simul adaugeant, siue in solis oculis affectio sit in eiusmodi malum habitum partibus perductis, ut quod insluit corrumpant: siue etiam ipsum quod insluit uitiatum sit, aut propter solum caput, aut etiam ob totum corpus tale existēs. Unde etiam affectam partem quo ad curationem apta fiat praeparamus, tum totius corporis purgationibus, tum reuulsionibus, primum quidem ad infernam corporis partem, deinde etiam ad occiput, & capitis cutem. Utimur etiam sectionibus arteriarum quantum retro caput porrectas circa aures arterias incidentes. Excindimus quoque partem arteriarum in temporibus, tantum ut curemus in tunica oculorum factam affectionem, ob quam etiam bonus sanguis per uenas ad ipsas tunicas delatus corrumpitur. Ad has igitur affectiones solas conuenire uidentur praedictorum medicamentorum genus citra mordacitatem resiccans in affecta parte uitiatos humores, qui ut dictum est, id quod insluit corrumpunt. Adstringentium enim facultas neque resiccat talem affectionem, cohibetque mordacium humorum serosorum effluxus. Calidorum uero & acrimia facientia, non solum nihil uiuat, sed etiam simul auget mordacium humorum qualitatem. At uero relaxantia ac discutientia pharmacorum uis euacuare quidem potest quod generatur. Verum ulcerata neque renurture, aut ad cicatricem perducere potest, neque quod prociudit retrudere & concludere. Quemadmodum etiam neque concoquentium facultas id praestare potest, etiam si concoquere affectiones non paruum commodum complectatur. Ex eorum uero genere sunt crocus, myrrha, & thus, quemadmodum dixi. Quid porro dicere refert de his pharmacis, quae acidas aut amaras habent uires, quod mordacia & exacerbantia eiusmodi affectionum existant? Verum his adhuc ampliore malicia praedita sunt, quae nitrosam, aut salinam, aut astringentem uim habent. Reliquum igitur est genus id quod ulcera cum acri fluxione curare potest, eorum uidelicet quae paulo ante mordacitatis expertia pharmaca dixi, quae longiori tempore affecta partis uitiatum humorem consumunt. Appellatur talia a medicis collyria lybiana & cygni ob colorem quidem album, qualem etiam cygni habent, praevalet in ipsis amylo, & terra Samia, ac cerussa rhodiaca. Na & alia optima haec est, & colore albidior ac leuior, magisque tenuium partium, quam quae in alio quopiam loco conficiantur. Ceterum in quibus alia pharmaca praedominantur, colorem iuxta suam ipsorum substantiam efficiunt, ueluti si quis albo colori paucum coeruleum admisceret. Haec ipsa uero collyria quidam in cotibus terunt boni succi lacte ex nutricum uberibus insillato, ut obductoria meatuum uim quae in ipsis ouis est euent, cum in lacte serosa quaedam exterioria uis contineatur, cuius usus congruus est ad propositam curationem. Relatum enim in tertio curandi methodi est, quod ulcera explenda citra acrimoniam extergentibus medicamentis opus habeant. Quod si huiusmodi lac haberi nequeat, per foenigraci decoctum collyria terere praestiterit, utpote quod extersoria quandam uim habet, quae una ipsa in totum caret.

## De aspritudinibus palpebrarum.

Cum aere curabiles praedictae affectiones existant, adhuc molestius se extendunt, ubi accesserint aspritudines palpebrarum, a quibus etiam in lippitudinibus oculorum tunicae conoisa dolore affliguntur: uerum in illis auctemus ad inflammationem propria pharmaca miscere paulum quid de extergentibus, uelut est collyrium ex uino aspritudinibus accommodatum, quo primum ea quae palpebris succreuerint, H deprimantur: ubi uero inflammatio oculorum mitior euaserit, aspritudines repurgentur. In his uero qui ulcus habent cum mordaci fluxione, impossibile est eiusmodi uti pharmaco: corniformis enim tunica amplius erodetur, & uiformis magis prociidet, & uehemens dolor hominem apprehendet, augebiturque malignitas fluxionis. In huiusmodi itaque affectionum complexu medici ad consilij inopiam redacti solum remedium uelut in desperatis repererunt, ut palpebras ipsas in uersas citra pharmacorum usum repurgent & abstergant. Aliqui quidem specilli concauo superficiem deradentes, deinde molli spongia id quod desluit excipientes, palpebrasque quod ad reliquum aspritudinis ad aequalitatem redigentes. Aliqui uero etiam marinorum quorundam animalium coria in superficie aspera in eiusmodi usum congrue adsumunt. Quidam ex praceptoribus meis etiam ex punice collyrium fecit, atque eo uersis palpebris aspritudines deradebat. Manifestum est autem punicem exquilitate laeuigatum esse oportere, atque ubi id factum fuerit cum tragacantha aut gummi in collyrium formati. Ceterum ubi temporis progressu per praedicta collyria fluxio fuerit sedata, auctemus iam pharmaca quae extergant palpebras adiuuere, parum tamen quidpiam ex eis in principio admiscendo, quod ubi homo perpeti possit uidebitur, paulatim copiam augebimus. Postquam uero fluxus fuerit resiccat, & palpebrae moderate habuerint, caua ulcera collyrio ex thure explere oportet, ita ut in principio paucillu collyrij ex uino

Ad admiscemus, & paulatim eius copiam extendamus, ut ne palpebrae amplius tunicas oculorum inflescent, & ulcera munda reddita exacte impleantur, & ad cicatricem perducantur. De his itaque sufficienter dictum est. Transiendi enim iam tempus ad reliquas oculorum tum affectiones, tum pharmacorum ad easdem compositiones.

## De lippitudine siue ophthalmia.

## Cap. 2.

Exordium autem a frequentissima oculorum affectione sumam, quam proprie ophthalmiam, hoc est lippitudinem appellant. Est autem uelut didicistis, inflammatio tunicae os capitis & caluariam ambientis. Neque refert si pelliculam quis, aut quocumque tandem nomine appellare uelit. Vocant autem & membranam agnaram, propterea quod alijs quae oculum ipsam constituunt, tunicae forissecus agnata sit, ligamentum existens toti oculo ad circumscripta ossa, & ob id omnia quae circum circa oculos sita sunt usque ad malas quandoque in uehementi lippitudine simul atolluntur. In proparulo itaque est omnia pharmaca huiusmodi affectionem curantia sub communem omnium inflammatorum curationem cadere, assumereque necessario quippiam pro partis ipsius natura, quae excellentem molliem & ad hoc ut laedatur aptitudinem super omnem totius corporis cutem nacta est propter sensus subtilitatem & substantiae raritatem. Adhibenda sunt autem pharmaca repulforia non exasperata, hoc est non uehementem sortita adstrictionem, sed quae tum propria sua substantia sunt moderatiora, tum lenitium liquoris admittione adhuc magis talia sunt. Lenitios autem liquores dixi uel candidum, & foenigraci decoctum, & ad haec amplius ipsum lac: in quo prouidum esse conuenit, ut iuuenula simulque boni succi femina existat, ubi uis ipsius in cotem in qua collyrium teritur expressis, quo calidum adhuc oculis infundatur. Ceterum hoc in uehementi dolore afflicto, aut propter inflammationis magnitudinem, aut ob influentium humorum acritudinem facere cogimur. Ut plurimum uero albus uel liquor cum accommodatis pharmacis lippitudines curare sufficit, per collyria uidelicet Monohetera, hoc est unius diei, appellata. Adeo enim haec non parum saepe magnas inflammationes mitigauerunt, ut in uesperam quidem homo balneo uteretur. In sequenti uero die nardino collyrio ad instauracionem & corroboracionem inungeretur. Admiscere autem ei circa primam inunctionem minimum quiddam acrimum & sistentium medicamentorum oportet, & circa secundam paulo amplius quiddam priore. Sufficiunt enim haec duo pharmaci adhibiciones & deambulatione aliqua non multa ante balneum. Porro collyria Monohetera appellata, quaedam priuatum saeculentum dicta multam in se habent acaciam. Quaedam siue omnino exigua, siue ueque in totum habent. Complectuntur autem alia quidem aeris squamam, alia uero aere uisum exiguum additis multis alijs quae mediocriter adstringunt, & concoquunt, & discutunt. Talia autem sunt, crocus, myrrha, lycium Indicum: & castorium quidem, & thus citra adstrictionem concoquentium simulque discutunt. In quibus igitur adstringentia praedominantur, plurimum ueliquorem, & paucissimum pharmacum esse oportet, praesertim si quid ex metallicis pharmacis in se complectatur. In quibus uero crocus, & myrrha, castoriumque ac thus, & lycium peritalcant, paulo crassiore pharmaco utendum est. Fomentum praeterea omnino adhibendum est ipsis per spongiam, si quidem mediocris sit dolor, semel aut bis in die. Si uero uehementior dolor urgeat, praestat terere aut quater & saepius uti in longis praesertim astutis diebus. Fiat autem fomentum per meliori & foenigraci decoctum. De lippitudine itaque satis dictum est, deinceps de ulceribus dicam.

## De ulceribus oculorum.

## Cap. 3.

Ulcerum oculorum eandem secundum genus curationem requirunt, quam alia ulcera, eam uidelicet quam per longum in tertio & quarto curatiue methodi recensui. Verum ob partis naturam quam tenuissima adhibenda sunt, ex quorum numero id quod ex pompholyge lora constat esse dixi. Admiscetur eis etiam succi quidam non solum omnino mordacitatis expertes, sed qui etiam uehementissimos dolores mitigare possunt, uelut est mandragora succus. Quidam etiam polygoni succum admiscuerunt, quemadmodum alij ipsorum etiam ouorum candidum. Manifestum uero est, quod ubi iam propemodum instat tempus praeparandi pharmacum, tum demum huiusmodi admiscetur, propterea quod facile accescant. Eodem tempore etiam rosarum additur succus. Ceterum lyua medicamentorum quae proprie ad oculorum ulcera pertinet, in idem scopum habet, ut ulcus mundum seruetur, utpote partium natura ipsam explente & ad cicatricem perdacente, quemadmodum in alijs ulceribus est praedictum. Si itaque inflammatio adhuc circa oculum existat, aut quispiam etiam dolor, collyria ex thure, & metallicis lotis, & succis mordacitatis expertibus adhibentur: ubi uero sordida reddita ex eorum usu ulcera fuerint, de repurgantibus quippiam admiscere oportet, quale est paccianum ex uino croceum, quo utimur, minimum quid ex eo praedictis pharmacis addentes. Habet autem hoc plurimum in se crocum, unde etiam croceum appellatur. Habet etiam ex repurgantibus metallicis aliqua, quapropter etiam aspritudines extirpat non paruas modo, sed magnas quas lycoseis Graecia granorum sicut similitudine appellant. Attenuat item pterygia, hoc est oculorum unguis. De his itaque medicamentis paulo post dicetur. At uero ulcera quae per erosionem tunicae corniformis fiunt, ut etiam ex uiformi quid prouat, manifestum est quod tum propter seipsa, tum ob prolapsionem repellentibus adstringentibus pharmacis opus habent. Conandum est autem ut ex ipsis eligamus quae nullam aspritudinem faciunt. Verum his contraria pharmaca, hoc est discutientia pustulae expertunt, & pus quod intra corniformem est generatum. Recentia igitur & adhuc inflammata pharmaca ex myrrha, thure, & croco



croco sedantur. Vetusiora autem ex discufforijs etiam quid deponunt, quemadmodum item indurata inflammationes tunicarum. In his enim & per acres liquores tunc ipsa pharmaca in collyriorum formam reducta proficiunt, & quae priuatim a medicis inunctiles liquidae compositiones appellantur, quales etiam in his qui suffusionis principium sentiunt, apparant. In pterygijs uero & sycosis repurgantia, ut dixi, pharmaca adhibentur, partim in collyriorum formam reducta, partim arida circa alicuius figuram inductionem, in quibus aliqui etiam ex erodentibus pharmacis aliquid addiderunt. His uicinis sunt quae scabras in palpebris affectiones persanant, atque ob id pforica appellantur. Fortissima uero omnium sunt quae antiquos callos liquefaciunt, & quae pterygia dicta curant ex repurgantibus & erodentibus medicamentis conlata.

*De uocularum pharmacorum uiribus.*

Cap. 4.

**P**orro cum iam omnium fere in oculis affectionum, pharmacorumque eorundem secundum genus expositionem fecerint, relataque sint a me pharmaca secundum genus mordacitatis expertia, qualia ex lotis metallicis componi dixi: melius fore mihi uideretur si etiam aliorum ocularum pharmacorum uires exponam. Et hoc enim existimo ad componendum promptiores futuros, & de iam compositis feliciter indicaturos eos qui uisum ipsi fuerint exercitati. Cum igitur mordacitatis maxime expertia sint pharmaca quae dixi, sintque acrimoniae omnis expertes tres liquores, quorum primus scoenigraci decoctum erat, alter lac, tertius tenuis ouorum liquor. In hoc genere esse existimandum est tum gummi, tum tragacantham: & nisi praedicta tria copiaque & usu prompta & expedita essent, possumus parum gummi aut tragacanthae in multa aqua maceratum in eundem usum uelut illa assumere: ita ut per ipsa in medica cote collyria teneremus, & per sola etiam in fusa serofos in affectis oculis generatos humores elueremus. Sed tamen etiam nunc ipsi circa omnia fere collyria utimur, paucissimis enim demptis, omnia postquam trita sunt, moderate his ipsis pharmacis madefacta excipiuntur. Vnum sane hoc genus ocularum pharmacorum numeretur, in tribus liquoribus, tragacanthaque ac gummi, & lotis metallicis contentum. Alterum uero genus eorum est quae exiguam habent mordacitatem, propterea quod quaedam eis admixta sunt quae parum adstringunt & extergunt. Qualia pharmaca sunt rosa & thus, rosae quidem paucam habentibus adstrictionem, thure uero modicam tum extergendi. Et cum thus mediciter calida ut praedictum existat, eam ob rem habet quid concoctorium & quod dolorem sedat. Ex eodem genere cum ipso, quantum ad concoctionem & discuffionem attinet, censendus est crocus & myrrha: quae inter se in eo differunt, quod crocus moderate adstringat, myrrha uero circa adstrictionem non in genere discuffiat & resiccat humiditates. Suntque sane haec uiribus praestantiora thure, & ob id etiam maiorem discuffionem uim habent: uerum exterioria ut carentia, ad uulcerum curationem thure inferiora existunt. Huius generis medicamentorum, concoctorij inquam & discufforij, Lycium quoque est & castorium. Neque obscurum esse puto, Indicum lycium a me dici, non hoc quod apud nostros populos prouenit. Proxime uero ad horum facultatem accedit sarcocolla dicta, quae concoctorium & discufforium est medicamentum, atque ipsa magis adhuc galbanum praedictas uires habet. Meliori uero decoctum ad concoctoriam facultatem adsumptum etiam quid adstrictorium, eiusdem fere generis cum croco existens. Inijcitur etiam in oculares compositiones lapis Haematites appellatus, humores resicandi uim habens, uelut & Cadmia. Milius autem pharmacum lapis ipse quam Cadmia existit, utpote ex humidis substantia, non retresit, uelut Cadmia, generationem adeptus. Hanc enim eius naturam indicat solutio, quae fit in medica cote, cum per attritionem cum liquore quopiam in succum resoluitur. Quin & cum solus per se circa liquoris alicuius affusionem teritur, non in terrea fragmenta dissoluitur uelut Cadmia, sed in aequalium partium & cohaerens corpus. Consimilis substantia ei est & lapis Schistus appellatus, sed fortiores facultates habet. Quod uero sibi uim appellatur, illorum quidem fortem ex se ostendat adstringendi facultatem: lotum uero exoluitur, ut prope ad mordacitatis expertiam uim accedat. Vehementem autem extergentiam facultatem as istum habet, itemque squama eius & flos. Neque minus efficax, sed minus mordacitatis expertis chalcitis usta est. Quod si lauentur talia pharmaca, exterioria quidem adhuc manent, tanto autem efficaciora imbecilliora, quantum mordacitatis magis expertia sunt. Huius generis sunt etiam misy & arugo, fortissima pharmaca his quae sycosis & callis conueniunt admixta. Quidam uero ipsi etiam gallas iniecerunt, uehementer adstringens pharmacu: quem admodum aliqui chalcanthum neutro genere appellatum, atque etiam, ut aliqui usurpant, chalcanthum, tum masculino tum muliebri genere, quod ad adstringendum una cum acedine uehementissimum inter haec omnia pharmaca existit. Manifestum est autem quod multo moderatius redditur usum & lotum. Ad hanc syluam pertinet etiam stomomatis squama. At thuris cortex adstringit quidem & ipse non in genere, uel si praedictis omnibus longe inferior est. Atqui & misy ipsum tum ad easdem affectiones, tum arplus ad scabras palpebras quidam in collyria miscuerunt. Quandoquidem uero & mannae quidam mentionem fecerunt, & uidetur aliquibus nihil a thure trito ac leuigato differre, cognosse operari etiam est, quod mannam proprie appellant, id quod exentium est a thure circa magna onera contracto. Auferuntur enim simul ab ipso fragmenta quaedam parua corticis thuris, quare a thure differt tale pharmacu in hoc quod parum quid adstrictorium adsumpsit. Quaecumque igitur ex adstringentibus multam terram compagem habent, aspritudines & sycosis ac callos consumunt. Ceterum quae ex succorum genere sunt, uelut omphacium & hypocisthis, eluantur facile in subtilioribus diffusione simul

cum

**A** cum lachrymis. Ex hoc genere est & glaucium & acacia. Citra mordacitatem uero extergit cerui cornu usum, uelut etiam caprarum. Dicitur est autem & thus ex talium genere esse, uerum hoc, uelut dictum est, omnino exigua participat extergendi facultate, doloris sedatiuum & concoctorium existens. Cornua uero praedictorum animalium extergendi quidem uim habent, sed neque dolorem sedant, neque concoctoria facultate praedita sunt, frigidi nimirum & sicci temperamenti existentia. Habet autem & quod armenium uocatur, extergendi uim, quemadmodum & atramentum Indicum appellatum, & ob id sane ulceribus inflammatione carentibus circa molestiam adhibetur. Mistae uero quodammodo facultatis est aloe, uelut etiam rosa. Habet enim quid in se amarum, quod extergentia natura aptitudinem habet: inest autem ei etiam quid adstrictorium, ut committat & ad cicatricem ulcera perducat.

*Quae ad scabras affectiones conueniant.*

Ex pharmacorum ad scabras in palpebris affectiones conuenientium numero sunt sales ammoniaci, & lapis alius tum ipse, tum flos ipsius, & quod pforicum appellatur, non simplex, neque sponte natura productum, sed preparationis modum quendam habens, quem etiam Dioscorides conscripsit, & alij fere omnes, qui de medica materia commentari sunt. Admiscetur his & misy usum, & sandaracha, & quod a ueteribus Graecis Arhenicum, nostro uero auro Arsenicum appellatur. Ex medicamentis uero aromaticis id est odoratus casia & malabathi folium. Quin & amomum, & cinnamomum quidam ocularibus compositionibus admiscuerunt, cum discufforiam quidem uim habeat cinnamomum, reliqua uero etiam adstringendi facultate participent. In communi porro de omnibus repurgantibus siue extergentibus & rhypticis a Graecis appellatis medicamentis id nosse oportet, tum eis quae moderata sunt, tum eis quae sycosis & callos consumunt, quod haec omnia etiam ad cicatrices crassas conueniant. Attenuant enim ipsarum crassitudinem, & substantiam superficiei deradunt ac remouent.

*Quae in uulnibus auxiliantur.*

Compositiones quae ad induratas oculorum tunicas conueniunt, ex succis constant & ammoniaco thymiamate, quemadmodum etiam antea dixi. Miscentur autem eis moderatiora quaedam, quae uiribus eorum tamen non oblucentur, myrrha uidelicet, & thus, & galbanum, aliaque consimilia.

*Quae suffusis conueniant.*

Ad suffusos uero quidam medicis liquida pharmaca composuerunt. Ac prima fere omnium compositionum est quae ex foeniculi succo, & hyanae felle, ac melle aruco constat: quidam uero etiam caprinum fel addiderunt. Verum postea alius aliud fel admiscuit, alius galli, alius uiperæ, alius testudinis marinae, alius callionymi piscis. Nunc uero in pretio est pharmacu ex felle scarorum. Quemadmodum & quod ex myrrha stacte constat. Promissiones itaque omnium horum pharmacorum magna sunt. Verum effectus aliquando nullus, aliquando ualde exiguus.

*De aridis medicamentis oculis conuenientibus.*

Cap. 5.

**E**x praescripta materia medica sylua composita sunt a medicis pharmaca arida, quae parum ab ipsis arida collyria appellantur. Quorum aliqua quidem callos & sycosis consumunt, excrescentem item iuxta nasi angulum carnem, encanthida appellatam, & pterygia, quae etiam ungues dicuntur. Aliqua uero scabras palpebris conueniunt & ad palpebrarum defluua, quae Mylphae appellantur, conducunt: uerum aliam ab acris collyrijs facultatem habent, unde etiam a quibusdam medicis Apodactrytica, id est delachrymariua, & repulsoria appellantur, uelut etiam ipsa collyria uisa sunt appellari. Ex his autem pleraque etiam obtuse eernentibus siue per atatem, siue crassitudinem, aut frigiditatem humorum in oculis, aut etiam statur caliginosi redundantiu id contingat, non parum prosunt. Aliqua deinde ex aridis pharmacis affectionem in oculis congregari prohibent, impediendo uidelicet influxiones humorum, ex quibus oculi laedi consueuerunt. Praestantissimum uero horum apparuit, & experientia iudicatum est quod ego composui, & ob id apud multos in usu est, ac fere per omnes gentes, quibus imperant Romani. Ac primum sane ipsius compositionem scribam, cum praestantius potem esse nullis omnino affectionibus corripit, quam eas quae iam praecoccuparunt optime sanare. Quando uero etiam Asclepiades plurimamque & optimam tum aridorum, tum liquidorum collyriorum conscripsit syluam ab aridis primum initio facta: & ego sane mihi recte facturus uideor, si consimili scribendi ordine utar. Quare ubi meum aridum adscripsero, deinceps omnia quae Asclepiades habet in primo exteriorum quae Marcellae inseribit, iuxta ipsius ordinem subiungam. Et post haec cataplasinata oculis accommodata, agglutinatoriaque & inuicilia pharmaca ab Asclepiade descripta adiciam. Praestabilius enim mihi uidetur & istorum ordinem in scribendo seruare, atque ita ad collyria ac liquida pharmaca transire omnibus appositis, uelut Asclepiades ipse recensuit, illius ipsius uerbis.

*Pharmacum Aridum ad tuendam oculorum ualitudinem a me compositum.*

Utilissimum sanis oculis praeseruatuum ego composui pharmacu, quod omnes iam in usu habent. Uritur lapis phrygius in minutas partes contractus, ut maior tamen sit nucce quae pontica a quibusdam uocatur, ab alijs nucce parua. Modus utendi idem qui in alijs est, lapide in ollulam nouam coniecto, deindeque ollula fornicens laeo circumlita operculum perforatum uel in solo uertice, uel quod melius est, et circa alias plures partes imponimus, quo per ipsa foramina fuliginosa & fumosa eorum que aruntur exhalationes facilius effertantur. Postquam uero totus lapis ignitus factus fuerit, tum sane ollula

QUINTA CLASSIS,

Cc in

in purum quoddam vasculum euacuare oportet, butyrumq; infundere non uetustum, & circummagitare...

Arida pharmaca ad oculos ab Asclepiade conscripta.

Cap. 6.

In primo libro pharmacorum externorum quae Marcellae inscribitur, in hunc modum haec uerba scribitur...

\*Al. Salis ammoniaci...

\*Al. duas.

\*Al. nam...

\*Al. codex...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

\*Al. quibus...

A torrefactus, itemque piper, postea uero simul laeuigatis ac repositis utitur. Pharmaca callibepharon...

B Compositio qua usits est Philippus in Caesarea. Misyos affati, drach. viii. myrrhae, drachm. iiii. cadmiae...







men vero lavari habeto. Hoc assidue usus sum in maximis epiphoris. Aliud Neapolite facit ad maxi- mas epiphoras maxime in oculis qui egri videntur & subalbioant circa inflammationes, ut simile quiddam chemosi appa- reat. Hoc nos usi sumus post illationes regis laure infusi. Lapidis schisti drach. viii. thuris drachm. vii. aris usli & loti 3. octo, opii 3. octo, myrrhæ 3. quatuor, gummi drach. octo, excipe uino ac utere cum ovo. Temperamentum est aquosum. Saepe vero hoc infundere oportet, & post intervallum ab illatione la- uari iubere. Falsum Olympico inscriptum, facit ad maximos dolores, facit & ad chemosis, & omnino ex accom- modatissimis collyriis est: nam statim liberat. Cadmiæ usæ & lotæ 3. octo, acaciæ 3. octo, sibiij usli & loti 3. octo, aloes indicæ 3. octo, croci 3. quatuor, myrrhæ 3. quatuor, opii 3. quatuor, gummi 3. octo, aqua excipe ac utere cum ovo. Temperamentum est crassum. Ego etiam pompholygis ac thuris utriusque drach. iij. adieci. Aliud Zosimi inscriptum odorum, facit ad dolores & recentis affectiones. Cadmiæ usæ & lotæ uino Italico hoc est extinctæ, 3. viii. aloes drach. viii. sibiij drach. viii. aris usli & loti drach. viii. aut ii. croci drach. duas, myrrhæ drachmam unam, nardi indicæ drachmam unam, opij drachmam unam, acaciæ drach. \* nouemdecim, gummi drach. duodecim, aqua pluuiali excipe. Hermia opthalmici Lu- zoyi, id est balneum appellatur, ad maximos dolores eadem die ad summum auxilium, facit & ad inueteratas lippitudi- nes. Aloes, 3. octo, aris usli & loti 3. sexdecim, opii drach. \* sexdecim, myrrhæ drach. \* duodecim, croci 3. octo, cadmiæ drachmas quatuor, thuris drachmas tres, gummi drach. sexdecim, uino Mendefio excipe, ac utere cum ovo. Temperatura est aquosa. Oportet hoc per intervalla triuim aut quatuor ho- rarum infundere, & usque ad mali depulsionem tinere, atque tunc lauari iubeto. Theodotior Philacia- num, Hæpoeratum inscriptum, ad maxima epiphoras & dolores, laborat extra nensæ sessionem. Succiacaciæ 3. nigtiniquatuor, cadmiæ drach. viii. aris usli & loti drach. viii. sibiij 3. sexdecim, aloes drachm. quatuor, croci drachmas tres, myrrhæ drachm. iij. lycij indicæ drachmas duas, castorij drachm. l. opij drachmas duas, gummi drachmas uigintiquatuor, aqua pluuiali excipe, ac utere cum ovo. Temperatura est crassior. Hæc collyrium tumorem palpebris inducit. Scylacium pharmacum accommodatum eadem die cu- rans, euulsiuo soluit inflammationes. Sibiij 3. quatuordecim, cerussæ 3. octo, myrrhæ drachmas quatuor, nardi indicæ drachmas quatuor, croci drachmas duas, lycij indicæ drachmas quatuor, castorij drachmas ii. aloes drach. duas, opij 3. duas, chalcitidis asæ drachmas duas, gummi drachmas \* duas, excipe rosarum decocto ac ute- re cum ovo. Temperatura est crassior. Neapolite Phanon, id est lampas seu facula ad maximas epiphoras & dolores molestias, facit & ad affectiones. Cadmiæ lotæ drachmas octo, acaciæ drachmas \* octo, aris usli & loti drachmas vi. sibiij loti drachmas \* uiginti, psimmythij drach. \* sex, myrrhæ drachm. duas, aloes drach. duas, nardi celticæ sesquidrachmam, opij sesquidrachmam, croci drach. unam, castorij drach- mæ dimidium, gummi drachmas uiginti, aqua pluuiali excipe, utere illinendo. Aliud Phanon Serapia- cum inscriptum. Acaciæ 3. quatuordecim, sibiij 3. quatuordecim, cadmiæ 3. sexdecim, aris usli & loti drac. duodecim, aloes drach. iij. myrrhæ 3. quatuor, cerussæ drachmas duodecim, opij drach. duas, croci 3. duas, castorij drach. duas, nardi indicæ sesquidrachmam, gummi 3. uigintiquinque, aqua pluuiali exce- pta illineto. Malabathrinum nostrum, facit ad dolores uexationes, & affectiones in declinatione. Cadmiæ dra- chmas sexdecim, acaciæ 3. quatuordecim, aris usli & loti 3. quatuordecim, opij 3. duas, lycij indicæ drac. duas, myrrhæ 3. quatuor, malabathri drach. iij. nardi indicæ 3. duas, castorij 3. duas, croci drach. iij. aloes drach. duas, cerussæ drach. octo, sibiij loti drachmas viij. gummi 3. quatuordecim, aqua excipe, & utere cum ovo in principio affectionum, & in declinatione facta illatione pharmaci panchesti appellati. De scriptum hoc inter mordacia collyria habetur. Aliud Philadelphium inscriptum, facit ad declinationes in- flammationum, & ulcera sordida, & pustularum eruptiones, euulsiuo auxiliatur. Sibiij usli & loti drac. uiginti, plumbi usli & loti drach. x. cadmiæ drach. viij. [acaciæ drach. iij.] aris usli & loti drach. iij. aloes drach. iij. cerussæ 3. iij. lycij indicæ 3. duas, & dimidiam, myrrhæ 3. duas, & dimidiam, nardi indicæ drachm. iij. croci drach. iij. castorij drachmam, opij drachmam. i. gummi drachmas viij. aquam, & ad exceptionem candidum ouorum. x. Collyrium album ad epiphoras & affectiones, inscribitur Tripherum, id est delicatum. Cad- miæ lotæ drach. sexdecim, cerussæ 3. viii. amyli 3. quatuor, gummi 3. quatuor, tragacanthæ 3. quatuor, opij drachmas duas, excipe aqua pluuiali. Vnus est cum ovo. Collyrium ex terra Samia Teronnum inscri- ptum, ad epiphoras & affectiones. Cadmiæ lotæ 3. duodecim, cerussæ drach. duodecim, terræ Samiæ dra- chmas duodecim, opij drachm. i. gummi 3. quatuor, aqua excipe ac utere cum ovo. Aliud dolorem se- dāns, ad fluxum omnis generis, ulcera, dolores, papulas & tubercula, prolapsus, chemosis, & omnigenas affectiones. Cerussæ drachmas octo, terræ Samiæ drach. viij. spodij pompholygis drach. xii. tragacanthæ drach. ii. opii drachm. iij. gummi 3. quatuor, aqua pluuiali excipe, ac utere cum ovo. Aliud Diocleum inscriptum, ad dolorem molestias, & epiphoras, ad suppuratos oculos, ulcera, pustulas. Hoc pharmacum delicatius existit. Tragacan- thæ 3. viij. gummi drachmas quatuor, amyli drachmas quatuor, spodij pompholygis 3. xvi. cerussæ 3. viij. opij torefacti 3. duas, aqua pluuiali excipe admodum cum ovo. Pharmacum ex thure, accommodatum ad fluxiones & chemosis. Cadmiæ 3. uiginti, thuris 3. uiginti, cerussæ 3. xl. opij drachmas vi. gummi dra- chmas. vi. aqua pluuiali excipito. Ceterum nos sic apparatusimus, Cadmiæ 3. x. pompholygis 3. x. thuris drach. x. cerussæ drachm. xl. opij drachm. vi. gummi drach. vi. aqua pluuiali excipito admodum cum ovo. Aliud Tripherum, id est delicatum inscriptum, ad inuisiones epicaumata grecis dictas, pustulas, chemosis, maxime in ijs qui nullam mordacitatem perferre possunt. Cadmiæ lotæ drachmas. xx. amyli drac. xx. thuris drachm. viii. cerussæ

\*Al. xii. Al. i. s. i. c. d. p. 1025. f. Al. x. Al. xvi.

A. sibi dem.

\*Al. xl.

\*Al. xx. \*Al. ij. \*Al. ij.

Al. i. s. f. i. c. d.

\*Al. xii.

\*Al. viii.

Al. i. s. f. i. c. d. p. 1025. d.

\*Al. xxii.

\*Al. viii.

A. sibi dem. \*Al. viii. acc. oz drach. xx. Al. ii.

\*Al. xii.

\*Al. xviii. Non est in quibusdā anti- quis exemplari- bus.

\*Al. ii.

A. sibi dem.

Acerussæ 3. quatuordecim, opii 3. vi. gummi 3. sexdecim, aqua pluuiali excipe, usus indicatus est. Cygnus inscriptus Regina, ad maximos dolores & affectiones. Cadmiæ drachmas \* sexdecim, cerussæ lotæ drachmas octo, amyli drachmas duas, tragacanthæ drachmas duas, acaciæ drachmas duas, opii dra- chmas duas, gummi drachmas duodecim, excipe aqua pluuiali, & ad excipiendum adieci ouorum cradorum recentium candida. iiii. Aerianum Diomedii inscriptum, collyrium accommodatum ad epiphoras, & ueteres affectiones, itemque recentes. Spodij pompholygis drachmas octo, cerussæ drach. \* uiginti, æru- ginis drachmas quatuor, myrrhæ drach. quatuordecim, thuris drachmas tres, opij drachmas tres, gummi drachmas octo, excipe aqua pluuiali, ac utere cum ovo. Cygnus ex terra Samia, ad ulcera omnis generis, ad epiphoras, dolores circum circa molestantes, suppuratosque oculos. Spodij loti 3. sexdecim, cerussæ lotæ drachmas octo, terræ Samiæ drachmas quatuor, amyli drachmas quatuor, acaciæ 3. quatuor, opij 3. quatuor, gummi drachmas quatuor, tragacanthæ drachmas duas, aqua pluuiali excipe, ac ute- re cum ovo. Aliud Dionysio inscriptum. Cerussæ 3. \* triginta octo, æruginis uermiculatæ 3. sexdecim, succi papaueris drachmas octo, gummi drachmas quatuor, excipe aqua pluuiali, ac utere cum lacte. Aerianum pharmacum nostrum, ad ueteres ac recentes affectiones accommodatum. Cerussæ drachmas uiginti- quatuor, cadmiæ usæ & lotæ 3. decem, sibiij usli & loti 3. decem, thuris 3. decem, squamæ aris 3. v. B opii 3. tres, myrrhæ 3. tres, gummi drachmas duodecim, excipe aqua pluuiali, ac utere cum ovo. Collyrium Genadij. Cerussæ 3. \* octodecim, sibiij drachmas duodecim, myrrhæ 3. duodecim, squa- mæ aris 3. duodecim, opii 3. vi. gummi drachmas uigintiquatuor, excipe aqua pluuiali. Collyrium ex terra Samia, Paeonij opthalmici, ad affectiones intensas. Cadmiæ 3. sexdecim, cerussæ 3. sexdecim, terræ Samiæ drachmas quatuor, opij 3. duas, thuris 3. duas, sibiij 3. quinque, gummi 3. quinque, excipe aqua, ac utere cum ouo. Theriacum id est asium inscriptum. Cadmiæ usæ & lotæ 3. \* uiginti, acaciæ 3. duas, terræ Samiæ 3. uiginti, cerussæ 3. uiginti, squamæ aris usæ & lotæ 3. \* duodecim, corticis thuris 3. duas, tragacanthæ 3. quinque, gummi 3. sexdecim, aqua pluuiali excipe, utere cum ovo. Collyrium Hygionij appellatum. Cadmiæ 3. octo, myrrhæ 3. octo, acaciæ 3. vi. opii 3. duas, aris usli & loti 3. duas, gummi 3. vi. fructus ericæ drachmam unam, aqua pluuiali excipito. Aster Anticus, hoc est inueterabile, ad dolores uexationes, pustulas, staphylomata, ulcera sordida & serpentina, facit & ad inuetera- tas affectiones, & cicatrices extertit. Cadmiæ usæ & lotæ 3. sexdecim, cerussæ lotæ 3. sexdecim, amyli 3. duodecim, sibiij usli 3. duodecim, spodij 3. octo, plumbi usli ac loti 3. octo, terræ Samiæ 3. octo, myrrhæ 3. duas, opii 3. duas, tragacanthæ 3. octo, excipe aqua pluuiali. Libyanum, ad pustulas, inu- siones, rupturas, conuulsiones, oculos purulentos, chemosis, staphylomata, facit & ad circum molestantem dolorem, & affectiones, & cicatrices extertit. Cadmiæ usæ & lotæ 3. sexdecim, cerussæ lotæ 3. sexdecim, sibiij usli & loti drachmas \* sexdecim, plumbi usli & loti 3. octo, amyli 3. duodecim, spodij pompholygis dra- chmas octo, myrrhæ drachmas viii. terræ asteris 3. octo, tragacanthæ 3. octo, opii drachmas duas, aqua esto pluuialis, & ad exceptionem ouorum albumina decem. Aliud Libyanum. Pompholygis drachmas octo, cadmiæ usæ & lotæ 3. \* sexdecim, † [ sibiij usli & loti 3. duodecim, ] cerussæ lo- tæ 3. sexdecim, amyli 3. duodecim, terræ Samiæ drachmas octo, plumbi usli & loti 3. octo, myrrhæ 3. duas, opii 3. duas, tragacanthæ drachmas duas, excipe aqua pluuiali. Collyrium ex cornu ceruino, ad ulcera, pustulas, cicatrices extertit. Cornu ceruini usli & loti 3. quatuor, thuris drachmas quatuor, plumbi usli & loti 3. quatuor, squamæ aris lotæ 3. duas, opii drachmam unam, gummi 3. quatuor, excipe aqua pluuiali. Aliud ex cornu ceruino, Neapolite. Plumbi usli & loti 3. sexdecim, cornu cer- uini usli 3. sexdecim, thuris 3. octo, acaciæ 3. octo, spodij cyprii 3. octo, amyli 3. quatuor, opii 3. duas, squamæ aris 3. duas, croci drachmas octo, myrrhæ 3. quatuor, tragacanthæ 3. unam, gummi 3. octo, hyoscyami cremore excipito. Viride ad affectiones. Spodij cyprii 3. sexdecim, amyli 3. sexdecim, croci 3. octo, sibiij 3. octo, opii 3. quatuor, gummi 3. quatuor, excipe aqua pluuiali, ac utere cum ouo. Aliud uiride 2 oili opthalmici, id est ocularij. Spodij cyprii 3. octo, croci 3. octo, amyli 3. octo, D opii 3. duas, sibiij 3. octo, gummi 3. quatuor. Anagallidis succo excipito. Aliud alia exemplaria ita habent. Zali uiride. Cadmiæ usæ & lotæ & uino Italico extinctæ 3. octo, croci 3. quatuor, sti- bii usli & lacte extincti 3. quatuor, amyli 3. \* unam, gummi drachmas duas: excipito succo anagallidis quæ coeruleum habet florem. Ex libro Scribonij Largi, Psittacium inscriptum, ad dolorem molestias, pustulas, inuisiones, cicatrices resolutas, prolapsus, confusiones, & ubi multus sanguis astate susfunditur. Commodat etiam ad alias affectiones, & presertim in oculis molli sensu præditis, in quibus tenuis lachryma profunditur. Compositio hac modo ha- bet. Cadmiæ 3. viii. croci 3. octo, sibiij 3. octo, amyli recentis 3. octo, opii 3. quatuor, gummi drach- mas quatuor, aqua pluuiali excipito, utitor cum ouo. Naucrasite pharmacum affectionibus accommoda- tum. Cadmiæ 3. duodecim, croci drach. duodecim, opii 3. vi. squamæ stomomatis purgatæ drach. v. squamæ aris drach. vi. succi rosarum 3. sexdecim, plumbi usli & loti drach. v. myrrhæ 3. tres, nardi dra- chmas duas, acaciæ drachmas duas, gummi drach. duodecim, excipito aqua pluuiali. Antoi uiride. Cadmiæ 3. xlviii. myrrhæ drach. uigintiquatuor, croci drach. xlviii. opii 3. uigintiquatuor, plumbi usli & loti 3. octo, squamæ aris 3. sex, nardi indicæ drachm. vi. acaciæ 3. sex, gummi drachmas uigintiqua- tuor, aqua pluuiali excipito. Pharmacum ex Galbano, quo usus est Nicetes, ad dolores & lippitudines. Cad- miæ drach. octo, spodij cyprii drach. octo, aris usli & loti drachmas octo, opii drachmas octo, myr- rhæ 3. octo, chalbani drachmas octo, aqua pharmacum excipito: ex ualde approbatus est, recipiturq; am- QUINTA CLASSIS. Cc 4 plus









adstringentibus uti, non incommo- dum fuerit, cum ocolorum, cum capitis fomenta adhibere. Magni- ce uero auxiliator, inflammationesque soluit, & si qua diffentio adfit, eam laxat, linteolum molle buty- ro madefactum, ac oculis superpositum.

*De chymosis, huc est utriusque palpebrae distortionem ex inflammatione obortam.*

In quibus uero chymosis fortis contingit, oui luteum cum muliere carne terito, atque ubi ad cerati for- mam deducta fuerit, linteolo excepta impone, confestim sedant.

*Obstaculo oculorum.*

Panis purus ustus, acacia, & hederae permixtus cum aqua. Verum ad doloris uexationes rosas uiri- des aut aridas passo maceratas terito, & admixto oui assi utello, ac croco sufficienti, cum passo utitor. Aut etiam hordeaceam uel triticeam farinam passo coctam adhibero. Si uero maior dolor fuerit, pa- paueris folia recentia admiscero, aut corticem papaueris capitum. Aut hyoscyami folia drach. iij. pon- dere cum oui utello. Aut lilymbium aqua coctum terito sufficienti affuso uino, & imponito. Aut papaueris albi capita passo cocta ac trita imponito. Aut opij recentis coma, atque pulegij recentis similiter utitor. Aut peponis, aut cucumeris carne. Aut oui assi luteum cum exiguo croco ac pauco uino ritum imponito. Ceterum dolentes ex inflammatione oculos, cum panace & pulegio uino sub- actis integito. Praclare facit & pini cortex, & polenta cum uino. Aut hyoscyami folia, & opium trita imponito. Aut papaueris cortices terito, rosisque ac meliloto, myrrhaque admixtis, albumine oui di- luto, atque ita imponito. Aut aloen ac opium cum aqua diluta, linteoloque excepta, in emplastri mo- rem appone, uitando ne quid in oculum praeferlabatur. Ceterum in his qui dolore uexantur, crocum bonum cum lacte instillato. Verum ad uehementes dolorum molestias coriandri succus cum muliebri lacte oculorum angulis instillatus. Similiterque papaueris succus torrefactus auxiliatur. Folia ite pla- tani trita cum farinae polentae flore oculis superpone, emplastri more apposita. Cataplasmata uero in flu- xionibus conueniunt. Cupressus uiridis cum uino, aut paluri folia [aut spine folia.] Aut portulaca tri- ta cum adipe aserino & croco. Aut iris sicca cum melle. Aut uicas thuris, & myrrham cum oui can- dido lana excepta fronti imponito. Aut apium cum polenta, aut scelis flores uino maceratos imponi- to. Aut papaueris folia recentia adglutinato. Quod si uigiliae inslent, mandragora radicem & succum, papaueris folia, & polentam aequis partibus in massam cogito, eamque odorandam exhibeto, & odor- miscerit. Porro in magnis fluxionibus, pulegij recentis semen, & maxime siluam, cum aceto ad mala- gmatris formam redigito, ac fincipiti imponito, sanis superne additis, ac leni uinculo constructis. Aliqui etiam papaueris recens ei admiscerit, aut opij minimum quid, aut rosas, aut melilorum coctum. Aut amy- lo ex uino aut oui candido oculos ipsos integito. Praclare faciunt ad fluxionem uberem, tenuem ac ue- rustam, itemque ulcera, pompholygis 3. iij. opij torrefacti [oboli iij.] gummi 3. iij. aqua pluuiali aut fontana exerce. *Agglutinatorium ad fluxionem.* Similaginem, & mannae thuris dimidium eius, cum oui albumine ad emplastri formam redigito, & in principio fronti in linteolo imponito. Aut oui assati ui- tellum cum thure. Aut cochleam cum testa sua & oui candido ad frigiditatem formam redactam in splenio a tempore altero ad alterum extendendo imponito. Sua sponte decidit, ubi restiterit fluxus. Aut Mosela malagma, aut barbarum emplastrum, aut uiride, aut aliquod aliud eorum quae aceto con- stant, splenio inditum fronti imponito.

*Ad haemalopias & hypophagmata, id est cruentatos oculos, & suppuratos.*

Ad plagas oculis illatas, & ad oborientes ex eis cruentas suffusiones, statim in principio tum ad in- flammationem, tum ad dolorem compescendum facit columbinus sanguis instillatus, & praesertim is qui ex teneris pennis exprimitur. Candidum etiam oui eodem modo in oculum instillatum, atque am- plius pura lana exceptum & superne impositum. Prodest etiam oui assi luteum cum uino impositum, aut melilorum coctum cum uino eodem modo. Insuper & folia rosarum ac flos per se & cum uino tri- ra, itemque cum flore farinae polentae. Aut beussicae folia in cataplasmate. Vbi uero diutius cruentatio- nis persistit, thure & bitumine aequis portionibus acceptis ac misis oculum suffito. Aut hyssopi comam H- tritam lino panniculo illigatam in feruentem aquam demittito, oculoque admoueto. Sequitur enim cruor, adeo ut ex linteolo compresso exprimi queat. [Aut nitrum, & terram Aethiopicam, ac myr- rham pari pondere cum aqua illinito. Aut foliorum oleae uiridium succum sublinito. Aut amnium & hyssopum cum lacte bubulo terito, agitato, ac sublinito. Aut semen lini tritum cum butyro per linteo- lum exprimito, ac sublinito. Caput uero frigida perfundito.]

*Cirratio tumorum.*

Ad tumores ex plaga circa oculos obortos ualde conuenit fomentum per mollem spongiam assi- due factum, ita ut noua spongia postea aceto diluto madefacta imponatur. Conuenit in super sinapi ne- rium ex aqua tritum, assidue circumpositum & ablatum. Similiter & nasturtium, si post eorum abla- tionem loci assidue calida aqua foucantur.

*Ad oculos scabros ac aridos.*

Ad oculos propter solem, aut omnino puluerem scabros atque aridos factos, aqua multa assate qui- dem frigida, hyeme uero calida assata commodat. Conuenit & spongiae calida, aut lentis decocto im- buta fomentum. Ipsi uero oculorum angulis, rubi, lentisci, myrrae, osarum succum, unumquaque per se cum aqua adhibeto. Aut rosas aridas tritas cum uino, aut earum florem. Aut uinum maris expertis,

Aut oleum uetus, maxime ubi dormire uoluerint admoueto. Conducit, praeterea his, ut a salis, acerbis, amplusque acidis omnibus abstineant. Porro ad inueteratas & callosas circa palpebras affectiones, amurcam coctam cum oleo tritum illinito.

*Ad glabras, simulque nascentes alias palpebras, pilos Graecis dicitur.*

In his qui glabras, simulque nascentes alias palpebras, quique pilos non habent, egregia facit, ac pilos producit hoc medicamentum. Acaciae 3. ij. atramenti librae aridi, aut si fieri potest memphitici, 3. v. sic- ci porri heminas quatuor, uini maris expertis heminas. iij. Coquito donec frigiditatem formam indu- ant, & repositis in pyxide utitor. Aut muscerdas & caprarum stercorea uita pari mensura, cineris calami graeci duplum, cum melle attico illinito. Hoc uero etiam palpebrarum defluua emendat. Aeru- ginae tritae partem unam, ammoniaci thymiamatis tantundem, trita adhibero. Facit idem & egregia ad scabros oculos. Aut caduam tritam melle subactam in ollula urito ac affato, deinde aris usti tantundem admisceto, ac tritis utitor.

*Ad pilos inutiliter & pungentes in palpebris nascentes, Trichiasin hoc malum Graeci appellant.*

Pilos inutiliter in palpebris supernascentes euellito, & sanguine cimicum illinito, & non enasce- tur. Papias Laodicensis Autolyti medicus multas in his terabat, euellibat prius ipsos pilos, deinde lo- cum diligenter cum dropace irritabat, & cum chamaeleone albo trito uiridium ranarum sanguine per- miso, (Sunt autem ranae quae in arundinibus degunt.) illinebat. Neque enim postea enascuntur. Pores & euellis prius pilis cedriam cum tellinatum cinere missam ac tritam illinere. Ad eandem quoque rem au- culae cinadi appellatae felle utitor. Aut phagri marini piscis tridema felle. Aut ricini a cane foemina ade- pti sanguine. Egregia facit hoc. Fellis & sanguinis erinacei terrefactis pares partes, fells chamaeleonis tantundem, castorei parum, ad formam squamularum piscium reducto, & pilis radicibus euellis utitor, squamulam unam oris salua maritima dilutam illinendo, locumque ad dimidium horae obligando. Do- litant equidem ex medicamenti huius usu, sed pilis amplius non enascuntur. Aut felle hyaenae foeminae, mox ab euulsione illinito. Aut tellinatum tenuissimum puluerem oblinito. Aut euellis pilis, ciente fo- lium, & cedriam aequalibus partibus cum uespertilionis sanguine illine, illitumque donec exarescat te- ne. Si enim hoc oculum contingat, eius humorem corrumpit. Aut ab euulsione, caprae fel cum brassicae succo illinito. Aut capni siue fumariae herbae succo palpebrae alam, siue summitatem illinito: deinde pi- los euellito, rursumque illinito. Testatus est & Hermeas spumam aquae post dropacum adhibitionem illi- tam summe conducere.

*De Staphylomatibus siue uuis, & Albuginibus.*

Staphylomata colles cantharidum succo illito. Albugines uero cito sanat nitrum cum oleo ueteri di- ligenter tritum & illinitum. Aut lacera stercus illine, & colles. Aut nyctitoracis ouu illine, & tinges ip- sas. Aut croci, piperis, aequales partes, tum felis felle in collyria formato, ac illinito. Aut sepiae testa tri- tam melle subigito, ac urito, & lauigato, postea pharmaco hoc sublinito.

*Curatio obfuscationis uisus, & suffusionis.*

Obfuscationem omnem, aut etiam incipientem suffusionem per sanat uisuris fel cum marubii suc- co ac melle attico. Aut myrrhae, & piperis partes aequales cum melle. Aut solanum nigrum illine. Facit & Cyprius in aera pyxide reposita. Aut feniculi succum, & fel taurinum liquidum paribus partibus, mellis attici duplum illinito. Aut croci, & piperis aequas portiones felle taurino excipito, atque in colly- ria redigito, ac illinito. Aut populi nigrae liquorem cum duplo mellis attici illinito.

*De humorum suffusionibus.*

Fellis testudinis marinae partem unam, mellis attici quadruplum illinito. Fel ipsum etiam per se suf- ficit cum aqua illitum.

*Ad pterygia.*

In pterygiis oculorum, atramenti sutorii, salis ammoniaci, aequales partes, gummi dimidium, cu ace- to in collyria formato, ac illinito. Aut populi nigrae liquore cu duplo mellis attici mistu ac tritu illinito.

*Ad glaucos oculos, & nyctalopias, hoc est lusciosos.*

Solani succus instillatus glaucos oculos denigrat. In lusciosis uero, hepar hircinum affato, ipsumque inter assandum destillantem cruorem coadunato, atque hoc quidem ipsos illinito: ipsum uero hepar ede- dum praebeto. Auxiliatur & columbinus sanguis illitus, & fel caprae. Aut hepar caprinum coquito, eol- que obuelatos in ollam intendere iubeto, quo elatum inde naporem oculis susceperit. Ipsum uero he- par assidue edendum dato. Ex hoc enim cito auxilium sentient. Aut elaterii obolum, seminis portulacae 3. i. cum melle inunge. Aut steracus asini recens exuccato ac illinito. Vescatur aeger beta, uisuris iccore affato, eiusque felle illinatur.

*Ad crithias, i. malar hordei oblongos circa palpebrarum pilos abscessus, qui item possunt Graecis appellantur.*

Abscessus circa palpebrarum ciliacritas ab hordei similitudine Graecis appellatas ceræ albæ fome- to discuties. Aut muscerdas caput auellito, ac reliquo corpore abscessum ipsum confricato.

A. l. c. c. c. 1. 1. 1.

Al. dracul. & obellij.

Al. quiriti- eod. libent. Aut nitrum & Aethiopi- cam myrram pari pondere &c.

GALENI DE COMPOSITIONE  
MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM  
LOCOS, LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ad reliquas faciei, denticum, ac gingiuarum affectiones, medicamenta.

De sugillatione sub oculis, hypopion Graeci dicunt.

Cap. I.



**Q**uoniam hypopion sub oculis fiat, nomē ipsum indicat. Idem enim est uelut si quis hypophthalmium dicat, quod ipsum sub oculis sonat. Est autē ex genere effusionum, ecchymomatum appellatarum. Appellant ita Hippocrates & alij multi medici, circa cutem affectionem, cum tenuibus in ipsa uenis cōtūsis sanguis per fissuras effunditur, non uno loco acruatim ac statim ita excretus in grumos coeēt, sed postquā per persultationem, hoc est diapedesin, ut ipsi appellāt, effusio ipsa facta est, contingit sane aliquando ubi ita coierit, temporis progressu liuescere & denigrari, paruis nimirum grumulis ex disperso in multas cutis partes sanguine coactis. Quare merito ad eius curacionem statim testinant medici, priusquam denigrescat, scopum medendi habentes ut sanguis discutatur, cum sciant id quod in grumos coierit ex sanguine, agerrime discutī posse. Cum uero tuniula uenarum, ex quibus sanguis exiit rumpatur, parū quiddam ex adstringentibus ad discutientia admiscetur. Si enim ex sola simplici facultate discutioria pharmacum a principio adhibeatur, nō solum quod effusum est discutiet, sed & per fissuras aliquid attrahet ex sanguine in contūsis uenis contento. Postquam uero in suam naturam redierint uenulae, ad discutioria pharmaca citra adstringentium admisionem opportune transimus. Quemadmodum autem in alijs affectibus plerique medicorum indistincte auxilia conscripserunt, ita etiam in his citra eas quas iam recensui distinctiones, simpliciter sugillatorum remedia prodiderunt. Porro si uos eorum quae in libris de simplicium pharmacorum facultate didicistis, memores fueritis, facile discernere poteritis, quas nam sugillationes sola discussione digerere oporteat absque adstrictione, & in quibus admiscere conueniat quippiam ex parce adstringentibus. Quin & ex ipsis discutiorijs imbecilliora primum adhibenda esse manifestum est, fortiora uero inueteratis & denigratis adiuuenda. Exempli itaque loco primum ea quibus ipse uxor indicabo, inde ad ea quae probati medici tradiderunt progressurus. Appellatur autem collyrium Nili ex rosis diachodon, multis iam annis praclarum & celebratum, cuius compositionem proximo libro tradidi: hoc ipsum in oculiariorum coricula ex aqua contero, atque sugillationi illino, fertula campanae ac foenigræ decocto prius pro fomento adnoto, deinde etiam collyrio ex eo decocto dissoluto: postea etiam ex ipsius folijs foenigræ decocto. Quod si reliquae quaequam affectionis resistunt, in foenigræ decocto collyria ex myrrha, diasmirna appellata, soluo ac illino. Conducit autem his in die pharmacum hoc illinere, simileque fomentum decoctorum calidorum per mollem spongiam prius adiuuere, ita ut primum ex ambobus foenigræ & meliloto decoctum fiat inueterato autem malo ex solo foenigræ. Hic curandi modus ut plurimum perfecte sugillata per sanat paucis omnino subterfugientibus eumque respuentibus, in quibus collyrium ex sandice conuocatum est, & ex pharmacis ad sugillata a medicis descriptis ea quae generose discutendi uim habent. Iniritum autem faciam ab eis quae Archigenes in primo pharmacorum secundum genus conscripsit propositurus quidem ipsius uerba: postea uero si quid ab eo ad distinctionem pertinens relictum est, appositurus.

Archigenis pharmaca ad sugillata, iuxta ipsius distinctionem.

Sugillata enestigio sanant raphanus impositus, auferes autem ipsum postquam mordere inceperit. Re & fecit in eo, quod adscripsit tollendū esse ubi mordere coeperit: si enim diutius maneat, uenulas contusas commordendo oscula ipsarum aperiet, quapropter & a principio eo utendum non est. Vbi uero inueterata fuerint sugillationes & iam denigratae, etiam si quis longiori tempore incumbere ipsum sinat, magis iuuabit. Facit & caseus recens salis impositus. Ipse quidem caseus uim obstruendi uentus habet, uerum recens salis & nondum inueteratus mistam facultatem habet, obducrim ex seipso, discutioriam uero & aliquantulum adstringentem ex sale, quare nihil absurdi est eo etiam in principio uti. Aut ceratum cum absinthio, uel raphani succo subactum. Aut hyssopi coma laeuigata eodem modo. Si uero cum absinthij coma trita, siue cum succo ceratum subactum adhibeas, eandem uim demonstrabit. uerum ad tactum mollius reddetur pharmacum, si succus cum cerato committatur. At uero raphani succus, aut hyssopum cerato addita efficacius reddunt pharmacum, quam ut a principio statim adhiberi conueniat, nisi iam plane liuida aut nigra facta sit sugillatio, quod etiam ipse deinceps dicet. Sume facit ad cetia & liuida sugillata spōgia muria tincta & assidue imposita ac ablata: postea uero fomentum assiduum

ex

**A**ex calida aqua prodest. Quemadmodum raphano in principio uti minime tutum est, ob eam quam dixi causam, sic etiam muria: quapropter etiam post eius usum, calida fomentum probat, quo uidelicet acrimonia ex muria inducitur compescatur. Neque uero in omnibus sugillatis fomento ex muria uti consueuit, sed in his quae statim liuescunt. Breni itaque tempore in his muria utendū est, in quibus uero cruentus, aut subflauus, aut subpallidus est color, fugere muriam oportet. Cataplasmate autem utere faba fresca coacta, absinthio, hyssopo, origano, raphani cortice, uua passa exacinata, uno quoque per se cum melle, aut aceto, aut aqua. Imperfecte primum haec remedia conscripsit, cum non apponat ad sermonein, coctis ne an crudis uti iubeat faba fresca, & absinthio, & hyssopo. Videtur autem crudorum usum praecipere. Nam ad finem ubi dicit, cum melle, aut aceto, aut aqua, singulis praedictis utendum esse, tum quidem coctis apposuit. Quin & eo ipso sermone tria uicibus in aequalia medicamenta tradens, minime recte mihi uidetur praecipere cum hoc uel illo esse utendum. Aqua enim [calida] acrimoniae omnis ex peritissima est, non in cute tantum, sed ipsi etiam uicibus. Mel uero ulceribus mordax est, cutem autem non offendit. Acetum uero utriusque mordax existit. Neque uero raphani cortex uua passa uicibus par est, sicut neque absinthium, ac hyssopum, & origanum. Fortia enim haec sunt, & discutioria uel praedita. Moderata autem est uua passa, & omnis acrimoniae experta. Et bulbus albus cum ouo & melle. Bulbum flauum ut acriorem in principio statim adhibere recusat. Scimus autem mel discutioria facultatis esse, quapropter ouum ipsis admiscere uidetur, quod mitigandi facultate multum praestat. Cyclaminos per se, & cum uua passa. Neque hic paruum est, quod inter est inter cyclaminum & uua passam. Quare haud seio qua ratione per se cyclamino utatur, & admista uua passa: etenim per se uehementissimum est medicamentum, ac cum uua passa commiscens tantum auferet facultatis, quanta fuerit admiste uuae passae moles. Aut nitru cum hyssopo & uua passa melle exceptu. Hic sermo priore rector est, in quo etiam folijs cyclamini usum permittebat. Nam si etiam nunc hyssopum ipsum per se adhibere consueuisset, non apponendo inueteratis sugillationibus id conuenire, similiter utique deliquisset. Myrrum cum sale & aqua. Dicitur etiam antea a me est, quod ex discutiorijs medicamentis, in principio praestantiora sunt quae exiguam adstringendi uim complectuntur, qualia sunt rosae, & meliorum, & crocas. Non tamen ex eiusmodi pharmacorum numero est myrtus, utpote uehementer adstringens. Quapropter ego nunquam ipsa uti audeam, praesertim si iam liuidus sit color sugillationum. Sinapi cum adipe ouillo. Inueteratis & nigrefactis sugillationibus solum hoc medicamentum conuenit, & maxime si non omnino paucum sit sinapi adipi admistum. Myricae folia & fructus trita cum aqua, per se & simul mista. Et hoc pharmacum non solum discutioriam, sed & contractoriam quandam uim habet, quare in ueteratis & nigrefactis sugillationibus non conducit. Facit & spongia, & linteolum, aceto ac melle imbuta & apposita. Hoc remedium in principio adhibendum non ualde acri aceto opus habet: in progressu autem temporis liquefacta aut denigrata sugillatione nihil profuerit absque acerrimo aceto praeparatum. Aut fabam frescam commaducatam imponito cum melle. Quin & fabae lomentum etiam citra maducationem cum melle subactum liuida discutit. Ex maducatione autem summe discutiorium redditur, nimirum uicibus a salua adsumptis. Oui uicellum eodem modo. Si mel ad oui uicellum miscuerimus, uelut ante dixi de faba fresca, simile faciemus praedicto medicamento tum in apparatu, tum in facultate. Aut porci pulmonem calidum imponito. Hoc remedium non tolerat uir mundiciem amans. Aut myricae decocto prolue. Non ita longe ante de myricae facultate dictum est. Aut cardamomum cum myrrha impone. Discussorium quidem pharmacum est myrrha, uerum acere cardamomum. Haec sane sufficere uidentur mihi ex Archigenis scriptis exempli gratia prolata ostenso simul modo examinandi pharmaca, qualia scilicet in principio conueniant, antequam liuida aut nigra sugillatio fiat: & qualia liuidis, aut iam nigrefactis, & inueteratis sint adhibenda. Quare quae consequantur apud eum deinceps, ea sola per se adscribam ipsius Archigenis uerbis. Aut cernilla, & spuma argenti aequales partes cum melle reueto: & admista faba fresca ad cerati formam reducto, ac uitor. Aut anguim leueto cum aqua marina tritam illine. Aut cuminum linteo illigatum in feruente aqua tinctum pro fomento adhibe. Aut sinapi cum cerato poue. Aut foeniculum tritum impone. Aut thūs & thapsiam aequis portionibus cum rosaceo cerato. Aut menta & argenti spumam pari pondere impone. Aut hordeaceam farinam cum aceto mulso coctam. Aut fabam uino maceratam donec dissoluatur, tritam splenij modo impone. Aut cicer eruinum uocatum eodem modo. Aut furorum fuliginem cum pari cerassa ex uino odorato illine. Aut thapsiam & eruinæ farinæ triplum eodem modo. Aut crudum salisamentum, omotarichon Graeci uocant, exprimito: deinde in uino odorato tritam imponito. Ceterum ad uetustiores sugillationes similacis fructus cum uua nigra tritus facit. Aut thapsiae radix trita, & succus eius adipe exceptus, ac assidue appositus. In uetustis exemplaribus non uetustiores comparatiue scriptum est, sed uetustissimas superlatiue. Dicitur est porro a me statim in principio, quod in eiusmodi sugillationibus pharmaca fortis discutioria uel praedita uti oporteat, qualia sunt sane ab eo his uerbis descripta, & quaedam item ex superioribus, uelut est indicatum. Atque haec quidem Archigenes prodidit. Verū Apollonius diligētius & cum pluribus distinctionibus in primo parabiliū in hunc modum scripsit.

Pharmaca ab Apollonio conscripta ad sugillata recentia ac liuida.

Spongiam in aqua marina feruente tinctam assidue locis pro fomento adhibeto. Aut spōgia in acrimonia tincta similiter foueto. Aut in aceto feruente, & pariter in uino. Imponendum est & splenium melle

melle & aceto madefactum, aut lana, aut spongia. Cataplasmate autem utere, absinthio trito cum melle, aut hyssopo leuigato cum melle, & faba freka eodem modo. Origano similiter, raphani cortice cum melle, bulbis tritis per se, aut cum melle & oui vitello. Ini femine & salibus cum oleo & oui vitello. Silphio trito cum oleo & uino. Sampuchio trito cum melle, myrro & sale tritis cum aceto, foeni culo trito cum cerato, hyssopo & nitro cum melle & aceto, calce uiua cum cerato, sinapi trito cum adipe uituli no, aut cum cerato. *Ad sigillata inueterata.* Ari radicem rasam ac melle subactam in linteolum illitam imposito, utere etiam discussorijs facultatibus & compositionibus, quæ ex descriptionibus commentariorem apparantur. *Ad sigillata cum tumore.* Spongiam aceto imbutam imposito, & præmonstratis fomentis frequentius utitor, cataplasmatibus loco farinam hordeaceam ex acero multo coctam imposito, donec locus sigillatus humilior reddatur: de cetero uero subscriptis cataplasmatibus utitor. *Ad sigillata cum inflammatione.* Aqua calida foue, & pro cataplasmate leuiculam coctam tritam cum melle impone. Aut cochleam ægyptiam contusam impone, Vbi uero inflammatio remiserit, tunc iam etiam alijs pharmacia utere. *Ad sigillata cum perforatione.* In ipsam quidem perforationis fissuram ex medicamentis, quæ eruentis uulnibus conueniunt, inde: circumscitis uero partibus cataplasma ex medicamentis ad sigillata circa perforationem coactis imposito. Præstabat fortassis hic iam sermone de sigillatis desinere, uerum cum ea quæ ex consentiente experimento indicata sunt, alijs stabiliora existât, utilium est mihi etiam ea quæ Crito in tertio de ornatu scripsit apponere, quæ sane iuxta illius dictionem ita habent.

*Quæ crito ad sigillata recentia medicamenta scripsit.*

Cicutam tritam ex aqua impone. Absinthium tritum ex aqua, & in linteolum infarctum imposito: quod si tenera sit cutis, parum mellis adijcto. Hyssopum cilicium ex aqua tritum, & in linteolum ligatum in globulos cogito, atque lus in feruentem aquam tinctis sensim foueto. Bryoniae radicem tritam cum melle imposito, aut rosaceo cerato exceptam adhibeto. Muriam acrem facito, spongijsque in ea madefactus foueto. Et post hæc raphani corticem tritam cum melle, & linteolo infarctum imposito. Aut sinapi tritum cerato exceptum, & exiguu adipe uulino addito in linteum infarctum imposito. Et de his quidem in tantum. Quod si inueterata sint sigillationes, aut etiam appellati luores, subscriptis compositionibus utendum est. *Ad inueterata & sigillationes profundas.* Torulyj partes duas, terre samie partem unam, aceto excipito, paulumque mellis simul conuassato. Animaduertere autem oportet diligenter ne cutis exulceretur. *Medicamentum detevens sigillata, Aristarchi.* Hyssopi cilicij drachmam i. radice thapsie tantundem, thuris integri non secti tantundem, ceræ tyrrhenicæ 3. ij. resinæ terebinthinæ 3. j. atrida cum liquefibilibus comittito, deinde linteolo infarctum imposito, animaduersione habita ne locus exulceretur, & ob hoc sane frequenter tollere oportet. Aliud, Radicis thapsie drach. xij. aut succi drach. vj. thuris insecti drach. viij. veratri albi drach. ij. absinthij drach. j. cerati rosacei drach. xvj. mollita reponere, ac linteolo infarctis utere. Oportet etiam hoc assidue amouere. Aliud, Viticis albæ obolos tres, struthij tantundem, glandis ægyptiæ tantundem, pulmonis caprini usti tantundem, radice asparagi tantundem, bdellij tantundem, succi thapsie tantundem, acero multo exceptis utitor. Aliud, Seminis uiticis albæ drach. ij. radice struthij tantundem, nitri rubri tantundem, succi raphani tantundem, hyssopi cilicij tantundem, farinæ fabarum tantundem, glandis unguentariæ drach. xl. myricæ drach. xl. puluonis caprini usti drach. xl. bulborum rubrorum drach. xl. radice thapsie drach. xl. thuris drach. xij. excipe cerato rosaceo, ac utere, ut dictum est.

*Medicamentum ab Hera conscriptum ad sigillata.*

Apfert, ut inquit Heras, tribus horis: quod si inflammatio fiat, cataplasma ex uiridi caseo probat, & fomentum ex pane. Succu cicutæ obolos duos, croci drachmas ij. myrthæ drachmā unam, acaciæ drachmam unam, opij drachmas ij. succi thapsie drachmas duas, gummi drachmam unam, cum aqua cogito. Hoc equidem Heras scripsit. Ego uero nucem per atatem iam oleosam factam expertus sum aliquando ad cruentatos facientem. Oportet autem ipsam nucem diligenter terere, atque ita imponere homini si supine reclinato, quo ad horas duas & tres pharmacum adhæreat: ubi enim sic fecerit, etiam si postea surgat, ad multum tempus adhæret, oportetque priore delapso aliud statim imponere. *Eiusdem Heras ad ægilopas.* Maluæ folia cum sale & melle trita imposito, destruit hoc ac extirpat ægilopas. Aliam etiam in aceto coctam incipienti ægilopi imposito. Aut myrri recentissimas baccas cataplasmatibus modo adhibe, ubi uidelicet fluxio infestauerit. Similiter facit & lemma terra, si illinatur.

*De ægilope.*

*Cap. 2.*

Inter nasi os & magnum iuxta oculum angulum, paruum quoddam abscessum simile tuberculum oriri solet, & rumpitur sane sæpe in angulum, ut ægre curabile reddatur, nisi mature occurratur. Mederi igitur oportet ipsi cum discussorijs medicamentis, quæ circa mordacitatem efficacia sunt. Coactur enim oculus ab acibus, atque ita etiam affectæ partis inflammatio augetur. Verum affectio ipsa non ob id solum ægre curabilis est, sed & propterea quod cum multa liquida pharmacia in experimentum adsumi possint, ea non tolerat locus ipse: necessario enim ex eis in oculum quid influit. Neque uero adhærere eiusmodi queant circa obligationem, quæ totam oculum complectatur, quam impossibile est tot diebus aliquem perferre posse, quod ad mali curationem requiruntur. Ob hanc igitur causam Apollonius nulla pharmacia ad ægilopas scripsit. Archigenes uero paucis enumeratis, deinceps ad curationem ipsorum

Alportum per chirurgiam progreditur, quamquam res ipsa non manuatis operæ, sed pharmacia secundum genus sit subiecta, itaque totam ipsius dictionem adscribam hoc modo habentem.

*Quæ Archigenes ad ægilopas scripsit in primo pharmacorum secundum genus.*

Ægilopas qui circa oculorum angulos oriuntur eruo cum melle integimus, aut cinere uicis cum aceto subacto. Probe facit & thus cum columbino stercore recenti impositum. Aut succum herbæ ægilopis, auenam uostri dicunt, cum melle illine. Ceterum in non dum perforatis staphidem syluestrem, & ammoniacum thymiana cum melle ueluti splenium impone. Aut alumē scissile cum terebinthina splenij forma impone. Aut lanæ tomentum sanguine marini leporis tinctum inde. Aut melanceriam tritam adhibe. Quod si neque sic sanentur, diuiso angulo, & cum tenui perforato terebelto continuis foraminibus incusis disperato, capitale emplastrum adhibeto, discedent enim squamæ, & sanabuntur. Aut ossē denudato cauterium admoue, & sic squamulæ discedunt ac sanantur. Quidam diuidentes angulum ossi, qua parte perforatum est angustum infundibulum admouent, ac plumbum liquefactum infundentes uunt, atque hoc modo optime sanant. Hæc quidem Archigenes scripsit.

*Quæ Asclepiades ad ægilopas conscripsit.*

**B** Porro Asclepiades in primo exteriorum hæc prodidit. Succu illecebræ libram \* dimidiam, succi solani lib. dimidiam, thuris 3. viii. mastiches \* drach. iiii. galbani libræ dimidium, succos cum thure coqui to, & ubi dissolutum fuerit galbanum inijcito mastichen uero dimitte. Aliud, Thuris 3. viii. myrthæ 3. viii. ladanij 3. iiii. ceræ 3. iiii. aluminis scissi, coaguli leporis, utriusque 3. iiii. spumæ nuri 3. iiii. pharmacorum contudito. & cinollito irini unguenti face.

*De uariis.*

*Cap. 3.*

**T**umor paruis & durus in faciei cute oritur, Varus Latinis, Græcis Ionthos appellatus, a crasso uidelicet succo congregatus, demonstransque simplicius curatione rationabiliter per pharmacia emollientia & discussoria sanantur. Etenim duricies ipsius emollientibus, tumor uero præter naturam discutientibus opus habet. Cum igitur iam sæpe tum in superioribus libris, tum in de simplicium pharmacorum facultate commentarijs, prædictæ sint mihi materiae tum discussoriorum, tum emollientium medicamentorum, compositio sane ipsorum particularis per experientiam iudicata utilis erit ad redum relatorum usum, quæ uidelicet paulo post referentur, ubi saltem prius determinauero, quæ similes sunt uariis affectiones, & aliqua parte ab ipsis differentes.

*De sicosis tumoribus.*

*Cap. 4.*

**C**Vna quædam hæc affectio est ex his, quæ in mento enascuntur, differens a uariis in eo quod non solum crassus sit qui hos tumores efficiat humor, sed & serosa tenuitate participet, ob quam et cito exulcerantur, si non ut debent curentur, & ob id magis resiccantibus pharmacia quæ uariis opus habent.

*De lichenosis impetiginosis uel tumoribus.*

*Cap. 5.*

**E**T hæc affectio ex misto quopiam generatur humore, serosis nimium ac tenuibus & acibus succis cum crassis permixtis, quapropter etiam facile in psoram, id est scabiem & lepram transit, indigetque etiam ipsa pharmacia fortiter resiccantibus. Postquam uero in psoram aut lepram transierit, ultra hoc quod resiccantibus indiget pharmacia, etiam repurgantia & extensoria expostulat.

*De menti eruptionibus.*

*Cap. 6.*

**H**oc eruptionum, siue, ut Græci dicunt, exanthematum nomen quidam in comuni usurpant, de affectionibus uidelicet ulcerosis & asperis in mento sua sponte prouenientibus, quemadmodum et Archigenes facit. Indiget autem & hæc ipsa affectio resiccantibus medicamentis.

*De furunculis.*

*Cap. 7.*

**F**urunculi Dothienes Græcis dicti ex similibus humoribus, ueluti uariis, generantur per uniuersum corpus duplices existentes. Aliqui quidem, ut ita dixerim, uarosi, duri, & ægre concoctiles. Aliqui uero inflammati, in quibus aliquando etiam febres consistunt, & tumor in magnitudinem excrescit, & in pus transmutatur. Vnde curatio ipsorum ut plurimum eadem quæ inflammationis existit.

*Ex Critone ad uaros.*

Crito in tertio de ornatu hæc uerba scripsit. Ad uaros in facie. Mellis atticæ cyathum unum, siue drach. xii. aceti acerrimi tantundem. Misceto diligenter, & pharmaco uaros illinito digito affricando. Aliud, Spumæ argenti chemam siue drach. iiii. terebinthinæ puræ ad fabæ ægyptiæ magnitudinem, addito olci albi parum, atque ubi prius faciem deterferis, ex medicamento hoc paulum digito excipe, deinde amabus manibus terendo uaros obline. Hoc pharmacum etiam a rugis liberam & inuadam faciem conseruat. Aliud, Amygdalas amaras aceto dilutas ac probe tritas faciei obline. Aliud, Alumen scissum probe leuigatum terebinthina excipe, & emollitum impone. Aliud, Costum Indicum uulsum & tenuissimo cribro cretum felle caprino excipe, ac ad cerati crassitudinem redactum uariis circa uesperam illine. Mane uero ubi surrexerit, lacte ægrum faciem proluere iube. Inueteratis porro uariis subscriptis compositionibus utendum est.

*Ad uaros callosos.*

Saponis gallici 3. iiii. ammoniaci thymiamatis drach. i. thuris drach. i. aqua dissoluta, & cerati spississimi facito, coque illinito, & post horæ interstitium tepida abluere iubeo. Aliud, Nitri rubri, hyssopi

QUINTA CLASSIS.

D d pi,



pi, pulegij, salis fossilis æquales partes tundito, & per tenuissimum cribrum cribrato, exceptisq; cerato rosaceo utitor. Aliud, Seminis ocymij, niri rubri, pulegij viridis, aluminis scissi, costi indici, singulorum æquales partes tufas & cribratas adipe aserino seu gallinaceo excipe, ut cerati fiat crassitudo, ex eo uero in linteolum infarcito & imposito donec penitus perfanescant. Aliud, Salis assati, pulegij, hyssopi, ammoniaci thymiamatis, rhois corarij, singulorum par pondus, rosaceo cerato exceptum donec perfanescant imposito.

*Ad affectiones eminentiores, & in facie pruritum, ac principum elephantiasis.*

Gummi albi, spumæ niri, thuris, sulfuris uiui, singulorum æquales partes aceto dilutas ac probe tritas in pastillos redige, eosq; in umbra exicca, usu uero expetente aceto dilutas illine, atque ubi resiccata fuerint, subscripta compositione deterge: Saponis gallici libram unam, ammoniaci thymiamatis tantundem, thuris quadrantem, masticis quadrantem, spumæ niri quadrantem, Saponem & ammoniacum in uas fœtile coniecta, & aquæ sextarij duobus affusis coquito, atq; ubi dissoluta fuerint, arida contusa & cribrata adijcitur, deinde in mortarium translata ac probe conuassata, uase uitreo reponito. Vbi uero postulante faciem ex eo sinegmate inquinato, & post modicum temporis sparium larga aqua molliter persiccando abluito. Utendum est hoc sinegmate per omnem uarorum curationem.

*Ad ficosas menti papularum eruptiones.*

Cito in tertio de ornatu in hunc modum de eis scripsit. *Ad ficosas in mento eruptiones, uelut Lencius deceptor tradit.* Spumæ argenti, misyos crudi, æquas partes tritas insperge. Aliud, Thuris drach. i. argenti drach. iiii. salis fossilis drach. \* octo, sandarachæ drach. ii. trita insperge. [Aliud, Cera macrum. iiii. misyos crudi 3. quatuor, salis fossilis drach. ii. sandarachæ drach. ii. trita insperge.] Aliud, Atramenti sutorij drach. ii. sulfuris uiui drach. ii. æurginis drach. i. niri rubri drach. ii. trita insperge. Aliud, Elaterij 3. quatuor, salis fossilis 3. quatuor, atramenti sutorij drach. ii. mista insperge, & cum specilli humecti extremo adinoue, quo uidelicet pharmacum ipsum adhæreat. Ceterum post pharmaci impositionem semine lini ex aqua trito utendum est. Porro ubi humidiora fuerint ulcera, ut ab ipsis aqua pura uelut a fonte defluat, subscriptis compositionibus utendum erit. *Pastillus ad ficosas menti papulas, usus est eo Artemidorus, reprimi omnes tumores, qui accidunt his quibus cicatrix male inducta est, ueluti in his qui sutura vsi sunt, contingit. Compositio hæc est.* Squamæ aris 3. quatuor, atramenti sutorij drach. ii. aluminis scissi drach. ii. glutini fabrilis perluceidi drach. ii. Arida tunduntur & cribrantur, glutinum uero aceto maceratur, & tritis affunditur, rursusq; lenigatur, & formantur pastilli, quos usus tempore aceto dilutos illinimus. Hoc medicamentum etiam fistularum callos extirpat. *Alius magni Clinici.* Aluminis scissi, æurginis corinthiæ, rubricæ sinopidis, chalcitidis, glutinis fabrilis, singulorum æquas portiones, composito, ac utitur ut dictum est. *Alius Avii Aesclepiadi.* Milti siue rubricæ sinopidis, æurginis corinthiæ, aluminis scissi, gallæ omphacitidis, malicorij, æquas singulorum partes, gummi duplum, aceto excipito, ac utere ut dictum est. *Alius Apollonij, ut Charixenus tradit.* Squamæ aris, misyos assati, auripigmenti, singulorum drach. ii. diphrygis drach. iiii. aris ussi drach. iiii. chalcitidis usæ 3. quatuor, glutinis fabrilis 3. quatuor, aceto diluito, & pastillos formato, quibus uelut superioribus utitor. *Andronis pharmacum accommodatum.* Atramenti sutorij drach. ii. myrrhæ drach. ii. thuris. 3. iiii. aluminis scissi drach. quatuor, malicorij drach. viii. gallarum drach. octo, aristolochiæ drach. octo, uino austerio exceptis ut prædictis utere.

*Critones, ad lichenas in mento.*

Consequenter uero Crito ad lichenas menti scripsit hoc modo: Ad menti lichenas quæ iniucimissima est affectio. Nam & pruriginem inducit, & affectarum partium circumtentionem, & periculum non modicum proserpit, n. aliquando per totâ faciem, oculosq; contingit, & ferre extremæ fœditatis causa exilit. Quapropter diligentiore cura utendum est inspiciendo tum paroxysmos. i. irritationes, tum in terualla & remissiones, ita ut et ab inueteratis recentēs disparemus. In quibus conueniet uti resiccantibus medicamentis. Cum uero in psoram aut lepram transferint, supra resiccantia etiam extensoriorum H & repurgantium erit usus, & postea hæc subscriptarum item compositionum.

*Crispi amici ad recentēs in mento, siue alia faciei parte lichenas.*

Tritici grana multa in incudem imposito, deinde laminam aris igni candefactam tritico superponito, & resolutum ab eo liquorem calidum adhuc auferto, ac super lichenas linito. Hoc solo multos curatos scimus. Aliud, Maluæ agrestis semen tenerum adhuc colligito, mundato, ac tundito, succumque reponito, atque eo assidue illinito. Aliud, Portulacæ succum assidue illinito. Aliud, Oleæ æthiopicæ lachrymam cum aqua terito, & pauco adiecto styrace miscero, & imposito. Aliud, Vinu lachrymam aqua dissolutam imposito. Quod si inueterati sunt lichenas, sequentes compositiones adhibende sunt, Albue radicem aceto coctam & tritam illinito. Viridis folia trita cum aceto imponito. Capparis folia trita cum aceto imposito. Rumicis hortensis radicis corticem ex aceto tritum, loco prius cum nitro preparato, imposito. Chamæleonis radicem aceto coctam & tritam imposito. Ceterum cum ad lichenum curationem multa & uaria medicamina existant, particularim de singulis transigam, initio a pastillis sumpto. *Pastilli lichenici.* Glutinis fabrilis drach. iiii. alij duas habent, sulfuris uiui 3. ii. chamæleonis drach. iiii. thuris 3. ii. aceti heminas dimidium. Glutinum aceto dissoluitur, deinde aridjs adijcitur, usus tempore, quantum satis est, aceto dissoluito, calidumq; imposito.

A imposito. In alijs exemplaribus singulorum par pondus continetur. Aliud, Chamæleonis, sulfuris uiui, utriusque 3. iij. lachrymæ oleæ æthiopicæ 3. ii. thuris. 3. i. aceti quantum satis est. auracalios, Alcyonij. 3. ij. chamæleonis nigri. 3. iiii. pyrethri 3. ii. sulfuris uiui 3. iiii. thuris drach. iiii. glutini 3. iiii. aceti acerrimi heminas iij. Alius, Lachrymæ oleæ æthiopicæ 3. iij. sulfuris uiui 3. iij. alcyonij drach. viii. spumæ niri drach. octo, alicæ aceto coctæ 3. octo, aceti quod satis est. Alius, Alcyonij ussi 3. ij. chamæleonis nigri 3. iij. radicis albuci 3. iij. sulfuris uiui 3. \* duas, thuris drach. ij. pyrethri drach. ij. spumæ niri drach. ij. glutini 3. iij. aceti quod satis est. Porro extenta iam affectione & callosa reddita, sequētibz utendum est medicamentis. Humida ad impetiginum affectus, Misyos peregrini, thuris, myrrhæ, aluminis scissi, singulorum drach. \* octo, aloes, sulfuris uiui, utriusque 3. iij. Excipe passo, ut strigimēritiam spissitudinem accipiant, & bis aut ter in die præfictis, illine: forinsecus autem conseruandi pharmaci gratia, uesicæ pelliculam, aut oui testam, aut uiridia folia quantum satis est impone. Aliud, Misyos 3. iij. acaciæ 3. ij. squamæ aris 3. iij. sulfuris uiui 3. vi. chalcitidis 3. viij. gummi 3. viij. aceti quod satis est. In quo ubi gummi dissolueris, reliquaque admisceris, anurcam iniice, & probe conuassata reconde, ac utere ut dictum est. Aliud, Sulfuris uiui, thuris, myrrhæ, atramenti sutorij, misyos crudis, singulorum 3. ij. gummi 3. iij. aceto & cedrino oleo quod satis est dissoluito, eodemq; utere modo.

*B. Ex scriptis Zeuxidis, Aliud.* Chalcitidis crudæ, misyos crudi, myrrhæ aminnæ, sulfuris uiui, singulorum æquales partes, gummi duplum aceto dissolutum, excipe oleo cedrino. Verum cedrinum prius eo que re oportet usque ad mellis crassitudinem. *Aliud Diodori.* Lachrymæ oleæ æthiopicæ 3. xx. gummi 3. xl. atramenti sutorij 3. xvi. sulfuris uiui 3. x. thuris 3. x. æurginis 3. x. acaciæ 3. x. myrrhæ aminnæ 3. x. aceti quod satis est. Et ubi dissoluta fuerint singula, ac leuissima reddita, excipe amurca condensata, & repositis utere. Adnectantur porro & aliæ compositiones. *Illius costæ ad lichenas inueteratos, qua citra ulcerationem pertranat.* Atramenti sutorij, scenigræci moliti, cardamomi, singulorum 3. ij. melanthij selquidrach. foliorum caprifici selquidrach. aceti acerrimi quod satis est, lenigata ad mellis spissitudinem reduceito, deinde coquito, & postquam nigrum factum fuerit & condensatum pharmacum, tollito, illinito, in superq; lichenas abluito. *Heraciæ Tarcumii illius lichenica, sanant citra ulcerationem.* Polenrarum 3. viii. glutini 3. vi. atramenti sutorij 3. iiii. chalcitidis 3. iiii. sulfuris uiui 3. quatuor, spumæ niri drach. vi. alcyonij 3. quatuor, myrrhæ aminnæ 3. ii. aceti heminas iij. *Dionysij condiscipuli, sanant citra ulcerationem.* Farinæ hordeacæ sextarium i. atramenti sutorij unc. i. corticum radicum rumicis syluestris sextarium unum, sulfuris uiui unc. i. myrrhæ selquidrach. gummi unc. i. aceti heminas. vi. Rumicis radicē coquito, & ubi dissoluta fuerit, extraxam terito: hordeaceam uero farinam in residuum liquorem coniectam coquito, atque ubi recte habuerit reliqua inijecto, & ablatis utitor. *Illius Sacrationis costæ.* Farinæ alicæ sextarios \* sex, sulfuris uiui 3. xvi. misyos peregrini 3. xvi. cimoliæ 3. xvi. chalcitidis 3. xvi. spumæ niri 3. viii. alcyonij 3. viij. aluminis scissi 3. viii. radicis albuci unc. viij. myrrhæ 3. viii. thuris 3. viii. lachrymæ oleæ 3. viii. ammoniaci thymiamatis drach. viii. aceti heminas tres. Alcyonium & albucum in aceto coquito, ubi uero ad dimidiâ redactum fuerit percolato, & in colamento ammoniacum, myrrham, thus, oleæ lachrymam dissoluito, deinde terito, aridaq; inijecto: alicam uero in residuo liquore coquito, & dissolutam reliquis adijcitur, simulq; terito ac utitor. In alijs collectaneis sic habet. Sulfuris uiui, misyos peregrini, chalcitidis, singulorum 3. xvi. niri, aluminis scissi, alcyonij, radicis albuci, thuris, lachrymæ oleæ, terræ cimoliæ, ammoniaci thymiamatis, singulorum drach. viii. aceti heminas unâ.

*Alia ualde effectax.* Aceti acerrimi sextarios. vi. farinæ hordei sextar. \* duos, mannæ sextarium i. radicis rumicis agrestis drach. uiginti, uerarij albi 3. x. alcyonij 3. xv. cardamomi 3. quatuor, terræ cimoliæ. 3. viii. glutini 3. xvi. spumæ niri 3. xvi. haliacabi uirgultorum uiridium manipulum, Composito. Quandoquidem uero multi pharmacorum quæ illinuntur compositiones recusant, amantq; magis emplastro rumi impositiones, utpote quæ neq; sudoribus obortis diffiunt, neq; resiccata curem circumtendunt, merito etiam ipsorum præparationes subiungimus.

D

*Emplastrum lichenica que citra exulcerationem liberant.*

Ceræ, picis coctæ, thuris, terebinthinæ, sulfuris uiui, singulorum libræ dimidium. Liquabilia cum aridis committito. Aliud, Thuris 3. octo, aluminis [rotundi] drach. viii. atramenti sutorij drach. viij. sulfuris uiui 3. quatuor, glutinis 3. quatuor, radicis chamæleonis 3. quatuor, ceræ drach. viij. picis crudæ heminas. ij. Picem & glurinum coquito, atque ubi condensata fuerint ceram inijecto, aridisque affundito, ac repositis utitor. Aliud, Facit ad lichenas eleuatos, adeo ut reprimat ea quæ residua putantur. Mannæ thuris, picis, utriusque 3. viii. bituminis drach. viii. ceræ drach. viii. resinæ pinus drach. viii. sulfuris uiui drach. viii. olei cyprini parum. Coquito ut dictum est, & sublatis utitor in linteolum aut pelliculam renuem infarcitis. *Aliud, citra ulcerationem remoues.* Picis brutiæ liquidæ [sextarium unum], mannæ lib. i. sulfuris uiui lib. i. farinæ lupinorum lib. i. pro consuetudine composito, deinde chalbani sextantem adijcitur. Est hoc ex ualde probatis. Aliæ exemplaria farinam non habent, neque chalbannum. *Emplastrum lichenicæ Philota, citra ulcerationem sanans, exhibitum est a Philota sodali, per reclus scriptum.* Chalcitidis assatæ, chrysocollæ, misyos assati, squamæ aris, diphrygis, salis ammoniaci, terræ eretrix, singulorum drach. \* quatuor, sulfuris uiui drach. xii. atramenti sutorij, floris lapidis alij, aris ussi, singulorum 3. vi. foreos drach. v. aluminis liquidæ 3. iij. Hæc omnia terito, deinde aceti heminas. xii.

affusis, per dies v. sub canicula soli exposita itidem probe terito, donec pharmacum redditum fuerit aru- ginosum siccumve. Porro in alio mortario thuris unc. j. myrrha sextans, aloes unc. j. ludani quadrans, opopanax quadrans, aceto dissoluta ad strigmentum crassitudinem preparantur, atque ubi recte ha- buerint, ad ea quae in sole laevigata sunt adijciuntur, uti si quis; terantur, addaturque aristolochiae rotunde & longa, utriusque tusa & tenuissima cribro excussa 3. j. Postquam uero iam cruda emplastri formam acce- perint, liquefcebilia prius liquefacta & frige facta iniijcitur. Sunt autem haec, Cerae 3. ex. terebinthinae 3. xx. chalbanii 3. x. olei hemini, j. & probe emollitis ac repositis utitor. Hoc pharmacum duplicem aspectum uidentibus exhibet. Ceterum si affectio pertinacius perseveret, & pharmanorum impositione respuat, excoxiatorij appellatis remedijs utendum erit: prompte enim superficiem auellunt.

De excoxiatorij Lichenum.

Excoxiatorium Lichenum, quo Pamphilus Romae usque plurima lucratus est cum in urbe Mentagra appellatus morbus inualeceret. Squamae aris 3. vi. auripigmenti 3. iij. sandarachae 3. iij. aris usque sequi drach. ueratri albi sesquidrachmam, uentrium cantharidum sesquidrach. Singula per se terito, deinde si mul mista, cedria excipitur, & ad strigmentum densitudinem reducta pyxide aris cyprij reponitur. Vsu autem ex- petente, nitro & aceto exiguo perfrictis lichenibus, pharmacum hoc cum spatula illinc, ac affrica: deim de interiecto spacio derade, rursusque pharmacum impone: deinde ubi bis uel ter hoc feceris, quo faci- le deradi possit, rursus imponere terra, illitis locis cum uescica bubulae aut alterius cuiusdam animalis pelliculis inrectis. Haec enim pharmacum ne desuat conseruat, & alias leuis est: post pelliculae autem im- positionem, fasciola leuiter obligatum finito. Praestiterit quidem per noctem adhaerere, aut saltem ad aliquot horas, usquequo bullas excitet saniem complectentes crassam & glutinosam. Deinde uero la- uare praecipimus, & in balneo morarinae & hoc ad hanc curationem auxiliatur. Sic autem calidius bal- neum. Quo siquid uis prohibeat, fomentum aquae multae calidae adhibendum est, quo derelto panis ex aqua multa subactus caraplastinatis modo imponatur. Porro ubi sordida iam facta fuerint ulcera, sple- nium ex emplastro uiridi imponito, exigua parte de excoxiatorio adiecta. Ceterum sanie exclusa & nulla crustula ulcers incumbente, splenium album imponito, atque hac curandi ratione donec cicatrix peni- tus inducatur utitor, singulis diebus fomentum adhibens, & nouum splenium imponens. Post cicatricem plene inductam, si qua suspicio reliqua sit, eodem curationis ductu utendum est. Antequam uero exco- xiatoria imponantur, circumitas & uicinas licheni partes pharmaco aliquo inflammationem arcente in splenio excepto, integere ac tueri oportet. Nimirum lichene sua extrema linea semper partim quid- dam ex sanis corporibus affricante & inuadente. Haec communis Mentagrae curatio est. Aliud exco- xiatorium Axiory. Squamae aris 3. vj. atramenti sutorij 3. iij. cantharidum sesquidrach. ueratri albi ses- quidrach. sandarachae drach. j. Excipie cedria. Aliud, Apij Phesca, ad mentagras, quod citra cicatricis uestigium sanas: facit & ad alopecias inueteratas. Ceterum alopecias in sole aut ad ignem illinito, & bulla excitata eam acu perpingito, ac humore excluso cum ceratis curationem perficito. Post inductam enim cicatri- cem enascuntur pili, atque haec quidem in alopecijs: in lichenibus uero uelut praedictum est utitor. Phat- macum ipsum hoc modo habet. Sandarachae 3. iij. auripigmenti 3. iij. squamae aris 3. ij. ueratri nigri. 3. j. elaterij 3. j. uentrium cantharidum 3. j. Excipie cedria. Aliud, Cantharidum 3. j. & dimidiam, uera- tri albi tantundem, auripigmenti 3. ij. squamae aris tantundem, atramenti sutorij 3. j. scamoniae 3. duas. Excipie cedria. Aliud, Auripigmenti usque, 3. ij. squamae aris cyprij 3. vi. chrysoeollae 3. j. atramenti sutorij 3. j. ueratri nigri 3. j. aluminis scissi 3. j. lucci thapsiae 3. j. scamoniae 3. j. cantharidum 3. j. cedriae quod sa- tis est. Emplastrum uiridia lichenica. Post excoxiatorij usum emplastra uiridia & alba imponere oportet, quare rationabile est & illorum preparationes adscribere. Emplastrum uiride Pamphilus. Homysus est Pamphilus in mentagra post rupturam bullarum. Cerae lib. j. aeruginis rase sextantem, resinae frictae lib. duas, olei cyath. iij. aceti acerini quantum sufficit. Aeruginem cum aceto in sole terere oportet, liquefcebilia autem li- quantur & refrigerantur, ac deraduntur, liquidaque adijciuntur. Viride Demosthenis. Cerae lib. ij. resinae frictae lib. j. aeruginis rase tridentem, mannae tridentem, olei castae cyath. iij. hyeme cyath. vj. aceti quantum sufficit. Viride Herophili. Aeruginis 3. ii. mannae 3. iiii. adipis uirulini 3. xii. chalbanii 3. iiii. cerae 3. lxxx. resinae 3. xx. aceti quod satis est. Tryphonis antiqui emplastrum Euchrym a bono colore dictum. Aeris usque tridentem, aluminis rotundi sextantem, aeruginis rase sextantem, salis ammoniaci sextantem, mannae sextantem, cerae lib. ii. resinae frictae lib. ii. olei dextantem, aceti quod satis est. Antonini emplastrum, hoc Timocrates post lichenas excoxiatas imponit. Cerae 3. c. colophoniae 3. cc. squamae cypriae 3. xii. aluminis rotundi. xii. aeruginis drac. xii. mannae 3. xii. chalbanii 3. xii. olei heminae j. aceti quod satis est. Annecten- dae his etiam emplastrorum alborum preparationes: nam his post uiridia utendum est mundis iam fa- ctis ab excoxiatione ulceribus. Etenim cura habenda est ut citra callum cicatrix inducatur, atque ea gratia eiusmodi pharmaca in usum ueniant, quae multam ad tactum lenitatem inducunt. Empla- strum album aquosum appellatum, hoc Magnus circulator usus est post lichenas excoxiatas. Spumae argenti lib. i. cerae tyrrhenicae lib. i. olei sextarium, i. cerussa lib. i. aquae sextar. i. Spumam argenti, cerussam, & aqua terito, atque ubi laevigata reddita fuerint, paulatim oleum adstillato, assidueque terito: & postquam unita fuerint, in uas fictile translata igni imponito, assidueque agitato, & absorpta iam aqua ceram iniijcitur.

\* Al. sextans  
\* Al. j. ii.  
\* Al. unc. iij.  
\* Al. j. ij.

Al. abluere  
Al. abluere

Al. uel  
Al. ij.

\* Al. l.  
\* Al. Aerit.

\* Al. quadra

\* Al. Aeris ubi  
3. iiii. alu-  
nis rotundi  
iij. aeruginis  
rase 3. ij. ab-  
sorptione 3. ij.  
i. mannae &c.  
\* Al. hemina  
duas.

Al. l. d. s.  
c. p. d. d.  
& l. 7. c. 1.  
107.

Al. l. d. a.  
c. 17. ab.

A iniijcitur, qua dissoluta in mortarium transferro, & emollitis repositis utitor. Emplastrum Praerati- um siue abluetarium, Tryphonis est deliciae appellatum, factum in ambustis, ut citra cicatricis uestigium sanentur. Spumae argenti 3. xxv. cerussa 3. xxv. plumbaginis lotae drach. xxv. cerae drachmas. xvi. terebinthinae 3. xvi. olei heminae unam, aquae tantundem, composito ut dictum est. Megestis chirurgi. Cerussa lib. i. cerae lib. i. terebinthinae unc. i. spumae argenti lib. i. olei lib. i. aquae sextarios. ii. composito. Dio- phanti ad ambustia & uiridines. Conseruat & faciem rosaceo dissolutum. Spumae argenti torrefactae 3. duo decim, medulla ceruinae 3. xvi. cerussa torrefactae 3. xii. cerae 3. viii. terebinthinae 3. viii. thuris 3. viii. olei heminas. iiii. pro more composito. Magna emplastrum, medicamentum accommodatum. Spumae argen- ti 3. c. cerussa 3. c. cerae 3. l. terebinthinae 3. xxv. mannae 3. xvi. aluminis scissi 3. xl. olei heminas. ii. & dmi- diam, composito, & reposito utitor. Affricatis porro & extritis lichenibus a quocumque tandem medica- mento, praestitum uero ab excoxiatorij, subscriptis utendum est.

Compositio Menecratis, quae Praerati excoxiatorum appellatur.

Picis brutiae pellucida sicca & electa 3. ii. & dimidiam, resinae pinus pellucida lib. j. & quadrantem, cerae ponticae tantundem, chalbanii quadrantem, aceti heminae unam. Liquefcebilia ad splendidum ignem donec non inquinant coquito, deinde chalbanum adijcitur, atque ubi dissolutum fuerit, ab igne abla- tis, acerum paulatim instillato, assidueque moueto, animaduersione habita ne ebulliat: & in sum pro iam aceto pharmacum in magnam mortarium transferro, ac diligenter terito, donec ad melinum colorem reducat, deinde in pelliculam albam inspissatam repositum seruato. Vsu uero exigente, in pelliculas quantum ad integendos affectos locos satis est, insardum imponito, & tertio quoque die soluito, non nun- quam usque in diem duodecimum imponito, ita ut quatuor fiant solutiones. Hoc pharmacum squamas discedere facit, & corpora attenuat, ac solida facit ad conuenientes excoxiaciones.

Quae Archigenes in secundo pharmacorum secundum genus pharmaca scripsit ad papularum in mento eruptiones, & ad ficosas eminentias.

Papularum in mento eruptiones, ex myrti bacis, malicorio, argenti spuma, aris flore, paribus par- tibus exceptis, cum uino obline. In ficosis uero menti papulis, mentagris appellatis, & ab aliquibus lichenibus agrestibus siue feris, faciunt quidem robustiora exijs quae ad lichenas relata sunt. Amplius autem & quae ad psoras & lepras describuntur, mirabiliter uero haec compositio conuenit. Atramenti sutorij drachmam unam, ueratri nigri drachmam unam, auripigmenti drachmam unam, uentrium can- tharidum drachmas. ii. quidam etiam obolos tres in super addunt, tritis utitor cum oleo, aut cedria, aut rosaceo, praefricato prius loco. Fiunt enim bullae, quibus per specilli cuspidem ruptis, rursus affricato, cito penetrare pharmacum possit & mordere: deinde post horam fomento adhibito, ceratum rosaceum imponito, hoc usquequo ad cicatricem perueniat facito. Quod si primum non expueret, iterum ite- rumque illinito. Facit & ad lepras & leucas, alopeciasque & psoras excellenter. Heraclides Tarontini, ex li- bris ad Antiochidem, ad capitis & menti ficosos tumores, atque etiam alijs paribus eminentia ulcuscula. Elaterij & salis partes misceto ac utitor. Superne uero lini semen crudum ex aqua imponito, aut ficus par- uas tritas. Eodem etiam ad tubercula utendum est.

De dentium affectionibus.

Cap. 8.

EX dentium affectionibus aliqua sane omnibus euidenter apparent. Quemadmodum cum per- forati sunt, aut denigrati, aut detriti, aut neque frigida ferunt, neque calida, sed ex utroque, aut al- tero solo dolor eis contingit. Quaedam uero non manifeste apparent in ipsis affectiones, ueluti cum ip- se arger se sentire dicit circa corpus dentis dolorem in profundo obortum. Quidam enim contradicunt asserentes, cum os sit dens, eum citra dolorem affici, ueluti cum aliquando prominentiores per limu- lam detere cogimur, aut etiam ob aliam quampiam causam, de quibus paulo post mentionem faciam. Nunc enim cur rationalem & naturalem demonstrationem testimonium his perhibere uolo, qui ip- sum dentem dolere aiunt. Etenim cum ego aliquando dolerem, diligentem super meipso animadu- er- sionem habui, utpote qui iam audieram de hac dubitatione, percepique manifeste non dolentem mo- do, sed etiam pallentem dentem, quemadmodum carnosae partes inflammatione uexata consistenterunt. Quare mirum mihi uidebatur quod & haec affectio quam phlegmonem suo inflammationem appellamus, in dente uiri posset, qui lapideam & duram substantiam habet. Atqui cum et alio tempore dentem do- lerem, manifeste sensi non ipsius dentis sed gingivarum dolorem eum esse, inflammationem uidelicet ipsis ut etiam citra coarctationem dolerent, quin & ob uiciniam dentium natura dorum, aucto dolore ob coarctationem. Quapropter utriusque doloris sensum expertus, alium quidem in gingiua, alium in ipsis de- tis substantia esse clare scio, & id asserentibus testimonium praebere, quod ipsi aliqui dentes dolent. Ar ue- ro nerui, qui ad radicem dentis enatus & substratus est, dolorem aliquando fieri, neruo imaginationem consulam & indiscriminatam incertam apud plerosque exhibente, tanquam ipse dens delect, confusa- nem rationi est. Na & huius rei manifestum periculum aliquando in me ipso feci, & sane quod rema- neat adhuc parua doloris portio exempto dente, innascitur ob nerui inflammationem, cum dolor ner- ui leuior tantum reddatur; cum ob id quod non amplius tendatur ob coherentiam ossis extendentis, tum quod liber factus respiracionem quandam habeat, eumque remedia quae adhibentur contingere pos- sint. Neque in per contactum, neque per distributionem, possibile fuerit inflammatum neruum eumque uerumque a dentium locellis coarctatum, & ab anteriori parte ab ipso dente. Si uero liquidi per omnem hanc substantiam

QUINTA CLASSIS,

Dd 3 facti



facti appareant dentes, nihil mirum est ipsos quid inflammatione simile pati. Cui rei ex eo quis amplius fidem habeat, quod ex nutrimento fere per omnem animantis aetatem incrementum accipiunt. Id quod euidenter saepe numero apparet in his dentibus qui exemplis oppositi sunt, utpote qui semper augetur. Quamvis uero augetur, tantum in ciborum manu detentur. Cum uero impossibile sit incrementum accipere extra nutrimentum, omnino duabus affectionibus, & his contrariis obnoxii erunt, inopia uidelicet & redundantia alimenti quod eis suppeditatur. Inopia igitur aridiores & maciores alimentumque non lenientes, & ob id tenuiores eos reddit. Redundantia uero consimilem in eis affectionem excitare potest, qualis est circa carnosas partes inflammatio. Eius igitur curatio fiet iuxta eandem scopum quem habent propositum qui inflammationes curant, qui sane est ut redundantia euadent, partim discutendo, partim eam repellendo. Ceterum tenuitatis dentium ob alimenti inopiam remedium nullum est: laxari enim tunc & moueri ipsos necessarium est, compage ipsorum laxiore facta, cum nec solum ipsi dentes, sed & locelli eos complectentes sint attenuati. Haec itaque affectio femina habet, magis imenes conipit. Auxiliari tamen etiam senibus oportet, auxilio gingiuis exhibito: ita autem appellantur carnes quae dentes comprehendunt, ubi primum e locellis emergunt. Ipsae itaque adstringentibus medicamentis robustiores, & magis circa dentem adstrictas facere oportet, tanquam quae & ipsae aliquid faciant ad stabilitatem ac firmitatem dentium, quae ob exactam compagis ipsorum conglutinationem contingit. At uero foramina dentium ex humorum acium & erodentium influxu perficiuntur, uelut ulcera in cute citra externam causam. Verm in cute id assidue & multis. In ossibus raro contingit, quanto uidelicet minus, quam cutis noxae exposita sunt ob duritiem naturalem. Manifestum igitur quod erosorum corporum medela erit per resiccationem uitiari influentis humoris, qui si paucus fuerit, localibus auxilijs ex resiccantibus pharmacis contingere medela potest: eorum uero materiam paulo post dicemus. Si uero multus influens humor fuerit, uniuersi capitis ratio ac providentia habenda est, atque si ipsum quandoque propter totum corpus affectum sit, etiam reliqui corporis cura habenda erit. Porro erosos dentes qui id mali praemollicie perpessi sunt, reddere oportet duriores & affectioni minus obnoxios, atque id per austeram & acerba medicamenta. Ceterum liuidos reddere per resiccantia curare oportet, ut qui ex humorum uitiatorum influxu id patiantur. Simili igitur curatione indigent cum perforatis.

## De gingiuarum curatione.

Cap. 9.

Gingiuas ex inflammatione dolentibus optimum pharmacum est oleum lentiscinum caliditate temperatum ore retentum. Sic autem recens, nam uerius tanto recentiore peius est, quanto aetate antececit. Imponatur autem uasculum in quo calefit lentiscinum, in aliud maius uas quod satis aquae calidae complectatur. Maxime opere itaque inflammationi gingiuarum hoc conducit. Nec uero minus etiam si iuxta aliam quandam partem, cum pellicula linguam ambientis, tum succingentis totum os, aliquis dolor ob inflammationem oriarur, dolorem sedat lentiscinum. Repellit enim citra molestiam & absque asperitate, quam plerumque austerorum habent, discutitque citra mordacitatem, cuius rei inflammationis praecipuus usus existit. Quidam uero medici communi quadam falsa ratiocinatione uentres inflammata laedunt. Quare care semel perpena de cetero uitare oportet. Existimant enim si adstringentia solum id quod insuit repellendo, inflammationis profunt, atque aliquando etiam quid ex concreto cu ca inflammatam partem, ad uenas membrum ipsum nutriendas exprimendo: uerum simile ob id esse, id quod araplus adstringit, amplius prodesse. Eodem modo etiam id quod magis digrendo discutit, magis auxiliari opinantur, quam ea quae moderate idem praestant, non animaduertentes quod alterum ipsorum intensum inflammationis dolorosum existit. A uehementer enim adstringentibus partes simile quiddam contusioni perpetuuntur, nimirum cum substantia ipsarum uiolenter condensetur. Ab acris uero erosioni quid simile contingit. Meuito igitur moderatum in utraque facultate immoderatis praefertur. Haec igitur sufficienter mihi praefatus uideor. Ceterum de affectionibus circa dolores demceps narrabo. In dolore dentium citra gingiuarum inflammationem, aliquando in ipso proprio dentium, ueluti dixi, corpore, aliquando uero in neruo dolore fieri contingit. Vehementissimis igitur opus est medicamentis, siue quis repellere, siue discutere uelit doloris causam, siue humor sit, siue status uentosus. Et propterea sane plerumque ipsorum ex acerrimo aceto praeparantur. Adscribam autem ex ordine quae aliorum relatione nobis tradita sunt, initio ab ijs quae Archigenes tradidit sumpto.

## Qua Archigenes ad dentium dolores conscripsit.

Dolentes dentes colluant acri aceto calido cum galla. Aut halicacabi radice cum aceto & galla. Aut pinguis radis in aceto feruefactis. Aut myrri ramulis & galla cum pice in aceto tepesactis. Aut hyoscyami semine & folijs cum aceto. Aut cedria, uel propoli, uel nardo, uel solano, aut succo eius, uel cappari, uel allijs, uel myrri ramulis siue in aceto, siue uini foce calida feruefactis. Aut polij folijs, uel ipsa herba, uel agrestis cucumeris radice, uel marrubio, singulis cum aceto, pipere, & nitro. Aut radice chamaeleonis eodem modo. Aut hyssopo, uel staphide syluestri, uel ruta cum uino. Aut pulgione cum aceto multo. Aut platani pilulas, uel rosas aridas in uino albo ad tertias coquito, & uinum in fustili feruato, eoque assidue dentes colluito. Eodem modo utere pentaphilli siue quinquefolij, quae ab aliquibus eupatoriū dicitur, radice cocta ex uino, aut pulgij large cocti decocto. Aut cornu cerui in posca cocti colluito.

A colluito. Aut brassica cauliculos tres, & fores. 3.ij. in aceti sextario uno ad tertias coquito, & colluito. Egregie uero facere fertur rana in aqua & aceto probe cocta decoctum diutius ore retentum. Mirifice facit dens caninus uetus & tritus, deinde cum aceto coctus & ore retentus. Aut malicorio & galla aceto incoctis uitior. Aut squilla ex aceto calido. Aut squilla medullam in minutas partes dissectam sub librae unius pondere, & in aceti sextarium iniectam, in uase fictili condito ac inquietari finito, uase in asmino stercore ad dies. xxx. desolito, & uitior. Aut asinino lacte colluito. Hoc & eos qui mobiles sunt corroborat. Aut halicacabi corticis, & radie in aceto extinctae, decocto large incocto colluito. Aut cornu cerui in acido garo incoctum colluito. Aut idem ex aceto colluito. Aut tithymalli radicem in uino ad dimidias coctam colluito. Aut hyoscyami radicem aceto multo coctam colluito. Aut radaram ramenta, mali corium, alumen rotundum, sine scissum, in aceto ad tertias coquito, a tepidum colluito. Aut helixines radicem in aceto ad tertias coctam in ore detineto, atque ubi os saluta refertum fuerit, eo aperto effluere finito. Aut allium & arundinem alexandrinam acerrimo aceto feruefactum colluito. Aut hyssopum, aut thymum, aut origanum, per se & simul aceto cocta colluito. Aut pyrethrum cum hyssopo, & colocynthidis medulla, similiter in aceto coquito, liquoremque ex eis longo temporis spatio in ore contineto. Aut colocynthidem uino calido macerato, & diutius ore teneto. B Multam enim piruitam ducit & dolorem lenat. Aut alliorum & eruae feminis, ac nitri decocto collue. Aut ranunculum in uino coquito & praemundato prius dente colluito. Aut sycamin, hoc est mori arboris lac in unum infunde, simulque lanas succidas in ipsum exprime, reperfic, & per lanas sordidas maxilla infunde, extrahit piruitam & dolorem tollit. In his omnibus Archigenes catalogum fecit pharmacorum incidendi, discutendi, ac calefaciendi ut praedictorum, raro aliquid ex acerbis admiscens, quae se est ipsa galla. Porro cum semel tantum solanum posuerit, miratus sum cur id admisceri uelit, cu nulla ratione iurare possit, praeterquam ea, iuxta quam colica pharmaca profunt, stupefaciendo uidelicet doloris sensum. Quid igitur amplius parabilium Apollonij relationem faciam, cum parum absque quin omnia comprehendit Archigenes? Quandoquidem uero Apollonius ipse quibusdam a se tractis re, stimonium praebet, tanquam enestigio sedantibus dentium dolores, uisum etiam mihi est illa ipsa adscribere secundum ipsius Apollonij uerba, quae hoc modo habent.

## Apollonij, consilio dolores dentium sedat.

Alliorum nucleos. v. thuris masculi obolos. iij. myrri ramulos longitudinis duorum palmorum duos, ex his folia decerpta per se terito, similiter & allium & chus, deinde simul omnia in nouamollam conijcito, & aceti heminam. i. superfundito, ac coquito spatula ex tecta agitando, donec ad dimidias redigatur, atque ita tepido uitior. Oportet autem liquorem hunc in dolente parte ad nihilum tempus tenere, donec liquor ipse consumatur. Commodum est & ante hoc balsami succum colluere, aut cortice imponere super dolentem dentem. Qui si non adit, panacis succo contuso, inde deflutem liquorem instillare.

## Post praedicta, Archigenes remedia perforatorum dentium cum dolore &amp; absque dolore conscripsit in haec uerba.

Oblitionibus porro & epithematis eiusmodi uitior. Sory aegyptium resina terebinthina exceptum obline, idemque cauerna inde. Aut compositionem ex duobus piperis generibus inde, uardino aut rosaceo dissolutam, & maxime amygdalino. Quin & in aurem eiusdem partis instilla, summe facit. Aut gallam laeuigaram, aut lycio, aut resina terebinthina exceptam obline praepurgato dente. Aut pulegij comam citra dente indito. Ceterum in maximis dentium doloribus summe facit hoc. Anguis senectam exsiccato, & cum oleo ad mellis solidi spissitudinem redigito, ac dente praepurgato, ex eo integro, omniaque circumfusa obline, itemque cauernis indito. Aut senectam anguis non usam dentibus appumto, & excident. Aut uermes terrenos tostos cauerna praemundata insperge. Aut araneorum oua unguento uardino diluta inde. Aut melanthium torrefactum cum oleo obline, atque ubi parumper concluso ore tenuerit, pituitam collectam resicere iube. Aut piper uel canchry, hoc est rosinarum semen opio exceptum in cauernam inde. Porro ubi ueluti inflammatione coniepti fuerint, nitram rubram & ossium perforum nucleum unita resina excipe, & dentem ex eis integre, ac donec deciderint sine: in cauernam uero piper, spumam nitri, & chalbanum cum melle inde. Aut strigmenta cum pipere eodem modo. Aut pyrethrum cum myrri. Aut succum cyrenaicum & piper aequali pondere cum chalbane. Aut melanthium, & allij dimidium eius, ac parum salis simul uita obline, dolorem tollit. Aut blata pistinaria amullo capite adipem cum rosaceo calefactum & in aurem instilla, & in cauernam inde. Aut gallam tritam cum cedria adhibe. Aut in aurem dentium oleum sesaminum, in quo uermes terreni cocti sunt instilla. Verum ipso dolente dente hyoscyamum conterant. Aut hederam albam eacumina quinq; cum rosaceo terito, & in mali punici putamine reperfata, bis aut ter in die in aurem uicinam instillato. Quin & ipse fructus cum uino tritus, dente illitus iurat. Ceterum his relatis Archigenes etiam haec subdit. Summe facit cruentatis gingiuis. Alumen liquidum duplo aloes pondere addito admotu. Aut alumē scissum & myrri tenuissime trita affricato. Vbi uero restrictae fuerint, melle ipsas illinito. Aut nucleorum ossium siue macherarum perforum partes. ii. myrri partem. i. praemundato dente indito. A dolore assertit. At uero pertractis & dolentibus dentibus cauterium ignitu admoüero. Apophlegmatismi pituitam extrahentes. Post praedicta uero Archigenes ita scripsit. Apophlegmatismi optima sunt in dentium dolore, Staphis agrestis per se & cu pulegio magis.



Aut quod intra gallam est nigrum, dolenti dente conterat, suarque pituitam effluere. In oppositam E autem aurem duos hederæ corymbos cum rosaceo trios instilla. Aut myrticæ fructus. 3. ii. spumæ nitræ. 3. i. aluminis paulum, alliorum nucleos. v. myrti folia pauca, cum aceto ad dimidias coque, spatula ex tæda agitando, idque decoctum colluendum ac ore continendum præbeto. Deinde hiante ore pituitam effluere permittito, & post hoc, rosaceo ore colluro, pilanam sorbendam exhibeto. Si uero ex colluendo aliqua circa os ulcerata fuerint, croco & rosarum succo inungito. *De fomentis.* Fomenta ad dentium dolorem faciunt, forissecus ex sale torrefacto, & milio in sacculos coniectis, aut per foridicos panniculos probe calfactos. Quin & Epithemata conducunt citra aquam apparatus, uelut sunt quæ ex hordeacea farina sunt, sine ex semine lini. Ipsi uero dolentis dentis fomentum hoc modo adhibeatur. Origani aridi tamulum in feruens oleum tinctum dolenti denti superne affricato. Aut ricini cauliculum eodem modo. Aut staphidem agrestem stilo cuiusdam acuto infixam, eodem modo. Aut cera dolenti denti imposita, specilli extremum calidiss. assidue adhibe. Aut opopanacem & peucedani succum unita lincolo illigato, & in feruenti oleo liquefacito. Cum uero inceperit feruere pharmacum, denti imponito, & cum specillo apprimito. Vtere mane & uesper, atque in uniuersum omni fomento cum forissecus tum intrinsecus ante cibum, nec non post cibum, haud admodum multo temporis spatio ad cibum rursus spectante utere. Ceterum species fomentum & hæc est: Dentē ualde bene præpurgato, & negro coniecto ac hiare iussu, hyoscyami femine suffito. Quod si ad nullum prædictorum malum ipsum cedat, & dolor uehementer perseueret, renui terebello dentē perforato, ac dictis remedijs utitor. Hoc. n. modo magis prodesse consueuerunt. Si uero neq; sic profecerit, & uideatur dēs tollendus esse, citra dolorem tollere possis ualde convenienti pharmaco hoc. Pyrethrum acerrimo aceto ad dies. xl. condito, terito, & reponito. Vsu uero exigente, reliquis cera obturatis & probe munitis, ipsum dolentē præmundatum hoc pharmaco integito, deinde hora interposita digitis extrahito, aut scalpello exigito. Aut fori cum acerrimo aceto ad multos dies imponito, & excider. Aut plumbaginē tritā cerato exceptam imponito. Educunt fortiter tithymalli succus & fori cum chalbano imposita.

*De ijs quæ Apollonius scripsit in primo parabiliū.*

Primum quidem eorum caput, sunt collutiones dentium doloribus conferentes, quæ nihil amplius habent ijs, quæ Archigenes tradidit. Secundo loco refert quæ ad erosos dolentes dentes imponantur & indantur. Tertium locum obtinent fomenta & unctiones. Quartum suffusiones ad dentium dolores. Quinto habentur commanducationes & purgationes. Sexto gargarrillationes. Septimo postremum capite ea scripsit, quæ in dolore dentium auribus infunduntur, quorum nullius mentionem facere uolui, cum si quis ea expectat ex libro illius petere possit, qui non adeo difficulter parabilis existit. Ego itaque ne ijs quæ Archigenes prodidit contentus fui. Cum uero Apollonius quæ naribus infunduntur consequenter tradat, uisa sunt & mihi etiam ea ipsa apponenda esse.

*Quæ in dolore dentium naribus infunduntur, ex Apollonio in primo parabiliū.*

Radicis betæ succum per se in nasum instillato, & solues dentium dolorem. Cumini quantum tribus digitis apprehēdi potest, & myrticæ ad magnitudinem fabæ, & duplū interioris cucumeris terito, & lacte muliebri mista in collyria redigito, eaq; in utranq; narē indito, atq; ita attrahere iubeto, donec quis quinque stadia percurrere possit, deinde pharmacum emungat. Idem ad aurium dolorem facit.

*Ne erosi dentes vacillent, neque fatorem faciant.*

Veratrum nigrum erui magnitudine melle cocto exceptum cauernis inde. *Ad dentes denigratos.* Testam Callianam assatam ac tritam dentibus affricato. Hoc etiam gingiuas corroborat. Aliud, Sal fossile melle subactum in testula torreo, terito, ac modica myrrha admista, similiter affricato. Aliud, Pulegij partem unam, salis tantundem, melle subacta in eodem, donec in carbonē transferint, torreo, ac trita dentibus affricato. Aliud, Caricas exurito ac terito, modicaque nardo ac melle admisso utitor. Hoc & gingiuas comprimit. Aliud, Polentam acerrimo aceto subactam exurito, ac tritam dentibus affricato. Hoc & gingiuas fortificat. Aliud, Alabastritæ usti drach. viii. pumicis usti drach. 3. iiii. salis correfacti drach. iij. tritis eodem utere modo. Ab horum usu collutione utendum est, uino odorato, in quo ad multum tempus iris sicca fuit macerata.

*Quæ Asclepiades in primo externorum ad dentes scripsit.*

*Heraclidæ Tarentini ad motos dentes.*

Utendum est spodio cyprio, ut per id gingiuæ comprimantur, itemque uerbasci radicibus coctis, postea ablutio fiat ex aqua myrti, aut rubi, aut lauri: deinde spodio rursus admoto quies præcipiatur. Aliud, Veratri nigri manipulum, radicis mandragoræ 3. iiii. radicis hyoscyami. 3. iiii. in uas fictile conij cito, & uini chij aut coi quam optimi heminas tres superfundito, ac ad prunas luculentas ad dimidias coquito, indeq; liquorem excolarum ore retinendum præbeto. *Aridum ad motos dentes.* Terebinthi fructuum torrefactorum. 3. octo, aluminis scissi usti. 3. viij. balauftij drach. ij. gallarum. 3. i. croci. 3. i. myrrhæ. 3. i. tritis utitor. Aliud, Cornu cerui usti. 3. viij. rhois rubri. 3. iij. omphacij 3. ij. balauftij. 3. iij. corticis pinus drach. i. myrrhæ Aminnæ. 3. i. tritis utere. *Collutio ad molarium dolores.* Radices myrtij cum aceto multo coquito, & excolatum liquorem ore tenendū exhibeto. Aliud, Rumicis agrestis radicem & platani pilulas ex aceto multo coquito, atque ut dictum est exhibeto. *Commanducationes ad molarium dolores.* Canchryos 3. ii. origani. 3. duas, piperis albi. 3. i. myrrhæ. 3. i. uinæ passæ alba, aut alterius

A alterius quam pinguisissima sextarij dimidium. Vnam passam diligenter tundo, myrrham uero melle dissoluito: arida autem tundo, ac tenui cribello cernito, postea unæ passæ ac myrrhæ adijcitur, misceto que, ac instar malagmatis emollito. Vius uero tempore, micis ponticæ magnitudinem commanducandam præbeto. Postquam uero collecta pituita fuerit, ægrum hiare ac prouere oportebit, quo liquor facile profuat. Quo facto, uinum colluere iubeto. Aliud, Vnæ passæ pinguis exacinatæ sextarium dimidium, piperis albi acetabulum, grani cniidj 3. ij. spicæ nardi. 3. ij. calicæ. 3. unam, pyrethri. 3. ij. myrrhæ. 3. ij. apparatus, ac utitor ut dictum est. *Ad corrosos dentes præseruatiuum, per huius usum conseruari erosos dentes absque dolore.* Zingiber cum aceto multo coquito ac probe terito, indeque in cauernam indito, forisque dentem ex eo integito. Aliud, Hederæ lachrymam chalbano misceto, aut tithymalli, siue ficus syuestris succo dissoluito, ac utitor ut dictum est. *Aliud dolorem tollens ad dolentes & erosos dentes, conductis tridem ruffi.* Succu papaueris 3. ij. piperis albi ruffi & cribrati. 3. j. myrrhæ. 3. ij. styracis 3. ij. chalbani 3. j. passu quod satis est his excipiendis, contundito simul, & cataporia formato, dentiq; circumponito, & cauerna indito. Aliud, Succu hyoscyami 3. ij. myrrhæ 3. ij. opij 3. ij. chalbani 3. ij. styracis 3. ij. zingiberis 3. ij. piperis 3. j. succu syriaci tantundem, passu quod satis est, præparato, ac utitor ut dictum est.

B *Molare emplastrum bonum, quod in multis miraculo fuit.*

Lachrymæ oleæ. 3. unam, myrrhæ. 3. ij. ueratri nigri. 3. j. balsami liquoris 3. j. styracis. 3. j. piperis. 3. j. hyoscyami. 3. j. succu papaueris. 3. j. castorij obolos. iiii. chalbani. 3. vj. succu cyrenæici. 3. j. succu carpasi 3. j. panacis. 3. j. lagapeni obol. iiii. pyrethri obol. iiii. staphidis sylvæstris 3. ij. cedriæ quod satis est, quo emplastri formam acquirat. Aliud, Sulfuris uini drach. iiii. bituminis 3. ij. amurcæ olei 3. iiii. picis liquida 3. viij. cedriæ 3. xij. piperis longi 3. \* quatuor, opij. 3. iiii. pyrethri 3. iiii. staphidis sylvæstris drachmam unam, ueratri nigri 3. j. grani cniidj 3. j. opopanacis 3. j. picis aridæ lib. j. Arida aceto excipito, deinde liquida affundito, ac ablatis utitor. Ex pharmaco hoc molaris dens est integendus.

*Ad dentes, qui pessum eunt, ut citra dolorem excutiantur.*

Pyrethrum in acetum coniectum ad dies. iij. aut iiii. sinito, deinde terito, & male affecto denti imposito, uicinis dentibus optime præmunitis, eodemque diligenter præmundato, ita ut per ij. aut iij. dies dē rem ex hoc pharmaco integas: ita enim citra dolorem excutietur. Aliud, Cucumeris sylvæstris radices eodem modo ut pyrethrum præparato, ac utitor itidem ut dictum est.

*De mobilibus dentibus ac prominentibus.*

Relatum a me etiam autē est, quod ob senilem æratem aliqui dentes resiccati mobiles fiunt, modicum omnino auxilium ex adstringentibus pharmacis, quibus gingiuæ coartantur, ferentes. Referretur autem & nunc, quod aliqui ex plaga mobiles fiunt. Quidam uero etiam citra plagam, in quibus coniecturam facio neruum, qui ad radices ipsorum adnatus & substratus est per multam humiditatem rigatum, laxatum esse, & ob hoc resiccantibus medicamentis ad curationem opus esse. Postquam autem motos dentes reliquis prominentiores factos uidebam, & maxime cum & plaga id essent perpeffi, uisum est mihi eos lima atterendos esse in tantum quantum super reliquos prominent, ne scilicet oppositi tibi offendant tum in loquendo, tum in manducando, atque sane repperi experimentum mihi fauens ac testimonium præbens. Ferream itaque simulam quo celerius opus succederet feci. Multæ enim aggressiones dentem mobilem faciunt, cui quiete & minime motu opus erat, si saltem stabiliri debeat. Quandoque igitur eminentia inæquales apparent in dentibus, & iuxta aliquas tantum partes lima opus habent. Aliquando uero æquales sunt extremitates, & æquali similiter lima indigent. Oportet autem gingiuas lincolum tolle usq; ad radices dentium circumdare, deinde eā digitis sinistra manus leniter amplecti, simulq; tute & citra compressionem, ne concutiatui cui limam adhibemus, atque ita chirurgiam aggredi. Quod si dolore percipiat, dum limula admouetur, & affecta pars digitis uehementius non contingitur, quiescere quidem ab opere statim cōuenit. Vbi uero ex pharmacis quæ post referentur, interea aliquid exhibuerimus, rursus ut dictum est aggredi, iterumq; modice cessare, donec extremitates circa dentes deterantur, atque id non prima tantum die bis & ter, sed etiam sequenti faciendum est, ac imperandum ægro ut neq; loquatur, neq; durum aliquem cibum accipiat. Vtatur autē alimento succo pitulæ, & sorbitione ex alica, & pane madido, atq; alijs ad hunc modum mollibus. Ceterum materiei sylvæ quæ motis dentibus commoda est, talis existit.

*Ab Archigene scripta, quæ mobiles dentes corroborant.*

Mobilis dentium stabilire uolens, myrrhæ, pompholygis, aluminis scissi, [aut lentisci, Jami li, æquales singulorum partes tritas admoue. Aur oliuatum albarum succum, & rutam, melle mista affrica, deinde nardum cum alumine liquido obline. Aur alumen rotundum cum duplo sale dētibus adsperge. Aur aluminis scissi & misyos æquales partes cum cedria ac cerati liquidi spissitudinem redactas dentibus obline, & pituitam desuere sine. Quo facto, asininum lac colluant calidum, aut acetum, aut uinū in quo malicorium & galla sunt incōcta.

*Ad debilitatos dentes tum alios, tum molares.*

Mel ceram, æquis portionibus ad solem calida aqua diluito, & picis dimidium admisceto, ac ad emplastri formam deducito, atque manducanda exhibeto. Quod si aridum sit pharmacum, parum olei addito. Summe facit & mastiche chia commanducata.

[Ad

Ceterum in dentium stupore portulacam manducant. Aut oleum calidum ore contineant.

Infantibus qui dentium, si doluerint, canino lacte gingivas obline. Aut si leporino cerebello infantis gingivas illeueris, cito dentes proueniunt.

Si batrachij siue ramuncul folia ei, qui dentem dolet, in eiusdem patris brachium imponeris, dolore quidem liberabitur; brachium autem excrucietur, cuius curam prout conuenit facies. Si uero infans cui dentes prouenire incipiunt dolores habeat, ueteris cochlear cornu pellicula illigatam pro amuleto appende.

Gingiuus dolentibus collutiones fere eadem faciunt, quae ad dolores dentium sunt descriptae. Magis tamen proprie facit acerrimum, cui hyoscyami radix est incocta. Verum inflammariis gingiuus alumen cum salis quarta parte tritum admove: post morsum uero perceptam, uino aut foliorum olea decocto ipsas colluant. At uero fluxione laborantibus gingiuus, & corrosis cum tumore & dolore, & per Nomen depastis, praclare conducit sementum, quod fit per auriscalpium, cui lana obuoluta est, in feruens oleum rimctum, & gingiuus usquequo exaequentur aduorum, & donec circumcirca alba reddantur. Ita enim fit ritur Nomen, & ex sana carne id quod corrosum est conuulitur: postea uero afflictionibus utere, & ijs quae ad dentes sunt descripta. Proprie autem conuenit galla tenuissime trita acetabulum mensura, cum myrrha magnitudine fabae, tritis iraque ac laeuigatis uitor. Quod si enalsens dens difficulter oritur & pungit gingiuam, cyperum cum butyro & unguento susino iuxta exortum illinito. Ceterum in Epulide, hoc est supererigente ex inflammatione carne, atramentum sutorium cum pari myrto, & modico alumine scisso admoeto. Facit pleraque etiam ex Antcheris, id est floridis appellatis compositionibus.

Quia & doloris dentium praeseruatia Archigenes his uerbis tradidit. In dentium doloribus praeseruantia a dolore conueniuntur eiusmodi: Tithymalli radices in uino ad dimidias coquito, & bis in mense colluito, ac nunquam desebis. Optime conseruat circa dolorem & fortes dentes, si fabam aegyptiam, rescto interno amarulento, triueris, ac dentibus & gingiuus semel in anno affricueris. Aut alumine scisso cum modica myrrha confricato, & nunquam erodetur: si uero adstringat hoc nimium, melle uitor. Aut granorum iuniperi paruorum, & cupressi foliorum partem portionem, & gallae parum, melle cocto excipito, & in pastillos drachmae pondere reducito, ac uitor unum ex his conmanducando, in superq; uino odorato colluendo. Aut tridis illyrica nucis ponticae magnitudinem maude, similiter que collue. Aut salis gallam omphacinen, id est acerbam in uino odorato coctam misceto & mandito. Optime praeterea tum ad praeseruandos a dolore dentes, tum ad corroborandos eosdem, ac pariter gingiuas, ampliusque ad decorem faciunt lineamenta subscripta. Lanis succidas lineoleo illigatas exurito, deinde salis tercia parte addita affricato. Aliud, Aut dasypodis caput ustum tritum. Aliud, Aut salem & mel ad cerati formam teredo redigito, deinde mudo lineoleo illigata exurito, & admista iride illyrica modica dentes confricato.

Compositio molaris eadem hora dolorem sedans. Piperis, pyrethri, succi tithymalli, chalbani, singulorum drach. unam, galbano excepta in cauerna inde. Molaris Antiphonis, etiam si non praemundatis indit, & dentium ex ea integro. Seminis hyoscyami, opij, nitri, myrrhae, pyrethri, piperis, singulorum drach. unam, galbani drach. duas, tritis ex uino uitor. Alia molaris qua uitor. Alumine scissi drach. unam, piperis albi drach. duas, opopanax aut piperis longi obolos quatuor, soreos obolos quatuor, gummi aqua macerati drach. duas, cera duplum totius pondens omnium, cetera conterens in aqua calida misecto, atque ita uitor. Alia Cherea. Myrrhae drach. unam, ueratru scissidrach. pyrethri scissidrach. unam, iridis illyricae scissidrach. unam, alumine scissi obolos tres, aqua terito, & dentem oblinito, ac superne ceram imponito. Alia molaris ex libro Aphrodis. Alumine scissi drach. quatuor, myrrhae obolos tres, piperis grana quinque, ego obolos tres accipio, & melius facit. Resina excipit, & praemundatae cauerne inde, & splenium illitum super impone. Alia molaris eiusdem. Etiam non praemundatae cauerne hanc inde, & superne splenium ex pharmaco item impone, & probe faciet. Seminis hyoscyami, succi papaueris, myrrhae, nitri, pyrethri, piperis albi, singulorum partem unam, galbani [partes duas.] Cum aceto tritis uitor. Alia ex libro Aphrodis. Succu peucedani drach. unam, succi papaueris drach. unam, tithymalli myrrinae, succi cyrenatici, singulorum drach. unam, galbani drach. unam & dimidiam. Galbano excipit & in cauernam inde, & ubi praepurgatis dentem, in splenium illine, in una hora dolorem sedat. Molaris bona. Scissum alumen papaueris succo exceptum indito & oblinito. Alia ut Aristocratos. Papaueris drach. duas, sagapeni scissidrach. unam, succi cyrenatici tantundem, piperis drach. unam, spondilij tantundem, myrrhae tantundem, galbani, pyrethri, croci, singulorum tantundem, mel quo frigiditiam ipsitudinem accipiat.

Mellis libram unam, aceti acris sextarium unum, alumine scissi sextuncem, alij liquidi trientem habet, coquito

coquito donec nigrescat. Ad dentes motos. Alumine scissi partem unam, mannae partem unam, tritis utere, conspergendo motum ex eis dentem.

Quinquefolij radices in uino coctas a coena colluendas praebere: coquito autem ad tertias. Aliud, Rumiis radices cum uino aut aceto coquito, & modicum auripigmenti triti inspergito, ac liquorem ore retinendum exhibeto. Coquatur tridem ad tertias. Ad gingiuas madore laxas. Pyrethri drach. tres, thymii drach. duas, alumine scissi obolos tres, iridis illyricae drach. j, tritis utere, ac gingiuus impone.

Alumen scissum chartae inuolutum uitor, deinde tritum rubrica coloratur, atque ita gingiuus admo uetur, similiterque sub corruptis inditur.

Galbani, opij, piperis, cereae, staphydis syluestris, grani cnidij, singulorum drachmam unam, trita cera excipito & illinito.

Succum sulphur indito, aut ipsam radicem. Aut galbanum cum pipere. Aut opium cum galbano. Facit & opopanax in cauernas infarctus. Ad dentium dolores. Soreos drach. duas, alumine scissi drach. duas, misyos drach. unam. Aridis uitor.

Cornu cerui usti libras ij, lana succidae tenerae quadrantem, salis ammoniaci trientem, piperis albi sextantem, colli unciam j, alumine scissi sextantem, lentisci, & perdicii herbae uste cum lanis, aut per se solum, utriusque quartam librae partem, foliorum malabathi vnc. j, contulis simul utere.

Hordeum & salem melle ac uino subacta in charta ligata ac uitor, & ex laeuigatis gingiuas confricato. Aliud, Atramentum sutorium, alumen, putamina mali punici dulcis, aequalibus partibus trita ac laeuigata, gingiuus in ieiunio affrica: deinde uino adstringente collue.

Nitri usti, cyperi usti, hordei usti, cuiusque pares partes laeuigatas cum melle illine. Aliud ad gingiuas & dentes motos. Iridis trientem, corticis pinus trientem, alumine scissi unciam unam, aridis utere.

Lentiscum, myrtum, gallam, in uino cocta colluenda praebeto. Aliud, Salis partes duas, alumine scissi usti & acri aceto extinctor partem unam, tritis uitor, deinde uino colluito.

Uini corticem in uino coquito, & decoctum ore tenendum exhibeto. Item cerui cornua in uino cocta. Ad corrosos uero dentes, Capparis radicem cum acri aceto ad dimidias coquito, ac tepidum colluito. Cortice item eodem uitor modo. Idem ad dolores facit.

Sulfuris uiui partem unam, butyri partem unam, liquefacito, & cum his per auriscalpium foueto. Aliud, Dentes ex sale praefricato, & lixiuum tepidum medio tempore in ore contineto. Oportebat hic apponere, in gingiuarum dolore hoc conuenire.

Piperis, pyrethri, succi tithymalli, galbani, singulorum drach. unam, terito, & galbano excepta in cauernam indito. Alia, Piperis scissidrach. unam, grani cnidij tantundem, galbani scissidrach. unam, spu mae nitri obolos duos, croci scissidrach. unam, iridis siccae scissidrach. unam, rosarum tenerarum drach. unam, melanthium torrefacito, & ex acri aceto terito, indeque molarium cauernam integro, & non amplius erodetur, sed manebit ut est. Quidam etiam nitri drach. una cum acri aceto uantur.

Castorei, pyrethri torrefacti, galbani, singulorum aequales partes mistas indito. Farinae cicerum, aliqui crui, pura drach. duas, succo tithymalli exceptas denti imponito, supraque hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua sponte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, uerum usus tempore ceram emollitam circumponito.

Farinae cicerum, aliqui crui, pura drach. duas, succo tithymalli exceptas denti imponito, supraque hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua sponte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, uerum usus tempore ceram emollitam circumponito.

Farinae cicerum, aliqui crui, pura drach. duas, succo tithymalli exceptas denti imponito, supraque hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua sponte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, uerum usus tempore ceram emollitam circumponito.

Farinae cicerum, aliqui crui, pura drach. duas, succo tithymalli exceptas denti imponito, supraque hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua sponte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, uerum usus tempore ceram emollitam circumponito.

Farinae cicerum, aliqui crui, pura drach. duas, succo tithymalli exceptas denti imponito, supraque hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua sponte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, uerum usus tempore ceram emollitam circumponito.

Farinae cicerum, aliqui crui, pura drach. duas, succo tithymalli exceptas denti imponito, supraque hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua sponte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, uerum usus tempore ceram emollitam circumponito.

A. l. j. d. e. a. E

A. l. j. d. e. a. B C

A. l. j. d. e. a. p. 205. d.

Al. parte

Alj.

A. s. idem

Al. d. a. j.

Quomodo uero hanc preparare oporteat, alio capite priuatim conscriptum habes. Eos uero qui citra E  
hunc morem refrigerata sunt, per solum medicamentum hoc quod nunc referetur curare decet. Praestat eo  
etiam post apoplegiarum uis, ut non solum uoxium euacuet humorem, sed etiam generatam ab  
ipso affectionem periculis. *Compositio pharmaci hoc modo habet.* Accipio herbas duas, quarum altera si  
dentis, altera perdicias appellatur, easque domi sensim circa solis admissionem siccat, ut neque humi-  
da amplius, neque sicca adeo extent, & uirito in tantum, ut ubi primum contusio & sectioni apta fue-  
rint, ab urendo cesses: uisecit enim & corrumpitur uis earum si diutius urantur. In alia porro ollula sal  
fossilis uratur cum alumine scisso, attico melle subactus. Deinde haec alijs permixta tundantur, & per  
angustissimum excreta cribrum, rursus in mortario terantur. Melius enim erit pharmacum, quanto dili-  
gentius fuerit laeuigatum. Utendum autem eo est solum ad dentes contricandos, circa gingivarum cir-  
cumscriptionem contactum, nisi humore fuerint praegnantes. Cum enim reticendi uim habeat ph. u. macium,  
aptum quidem est gingiuis humentibus, inimicum uero siccis: attamen ipsas dentium radices post gin-  
giuas siccas, eo conficere oportet itidem, ut ipsos dentes. Ceterum eorum quae in compositionem mi-  
scentur, eiusmodi ponderum proportio esse debet. Herbarum quidem post uisionem drach. xvj. Salis  
uero cum alumine usq. drach. xj. Ante uero uisionem utriusque herbae par. pondus misceatur. Sal aurem  
quadruplici alumine pondere admisceatur. Aliarum autem rerum nihil uratur, sed arida iniiciantur in  
xra subsciptam apponerationem. Comae origani 3. ij. piperis drach. nouem, pyrethri 3. ij. costi 3. ij.  
femini apij 3. iij. iridis illyricae 3. v. mentae siccae drach. ij. cornu cerui aut caprae usq. drach. duas, fese-  
leos, hyssopi, utriusque drach. ij. Si odoratum esse uelis, caliae aut amomi drach. ij. admisceo. Si uero in  
Regis usum preparaueris, cinnamomi drach. unam addito.

*Ad mobiles dentes aliud, quo uitor.*

Seminis callitrici + [libram unam.] alumine scisso & rotundi, utriusque quadrantem, spicae uardi  
sextantem, malabathri foliorum unciam unam, piperis albi unciam unam, pyrethri drach. v. contundi-  
to & cribrato simul omnia, ac gingiuis usque ad radices dentium aduocato. *Timoratis dentifricium, ad  
gingiuas madore laxatas, putrescentesque ac erumatas, mobiles molares, conuulsos, azonas, putrefactiones, paruli-  
das, & omnia oris ritia, ac dentium dolores.* Accipio herbae perdicias modium italicum, alij minam habet,  
salis albi tenuis sextarium unum, mellis hexagium. Contundito ut massa friabilior reddatur, qua in ol-  
lam nouam coniecta, ollam luto figulino obturato: operculum autem adaptetur circa medium perfo-  
ratum, quo per ipsum foramen rudicula immissa pharmacum super prunas positum agitur, donec neq;  
fatum quippiam, neque uaporosum efferatur. Deinde ab igne tollito & refrigerato. Et summo ex  
hoc toto drach. quatuordecim, piperis albi drach. quinque, piperis nigri drach. sex, pyrethri drach. vii. G  
sex, alumine scisso usq. drach. ij. puniceis, myrrhae, hyssopi, seminis apij, pulegij,  
singulorum sextantem, mentae, iridis illyricae, utriusque drach. ij. Haec omnia in sole praesecata tundo  
& cribrato, ac reliquis ex olla laeuigatis admisceo. Aliud, Perdicij recentis 3. x. mellis 3. iij. alumi-  
nis scissi 3. iij. iridis illyricae drach. iij. piperis albi 3. octo, nigri 3. iij. puniceis 3. ij. myrrhae 3. iij. pyrethri  
3. ij. mentae siccae drach. ij. hyssopi drach. ij. pulegij drach. ij. seminis apij drach. ij. herbae sideritidis 3. iij.  
salis fossilis drach. x. iij. Perdicium & sideritidem ac mel & sale m. m. ut uito: alumen uero per se usum  
uino extinguo, deinde simul omnibus contulis utitor. Aliud, Salis assati cum melle & perdicio 3.  
x. iij. alumine scisso assati & uino austero extincti, iridis illyricae, utriusque drach. iij. helxines, myrrhae,  
mentae siccae, singulorum drach. iij. pulegij sicci, puniceis, pyrethri, hyssopi, seminis apij, singulorum 3. ij. fo-  
lii malabathri 3. ij. piperis albi 3. v. nigri 3. vj. Tuis & cribratis utitor. Aliud, Salis tosti cum melle &  
perdicio 3. x. iij. pulegij drach. ij. alumine scisso usq. drach. iij. iridis illyricae drach.  
iij. piperis albi drach. v. nigri drach. vj. puniceis drach. ij. myrrhae drach. ij. mentae drach. ij. pyrethri drach.  
ij. hyssopi drach. ij. seminis apij 3. ij. Sal lotus melle probe subigitur, tritusque in ollam nouam mittitur:  
deinde etiam perdicium inditur sale undique conspersum: quo facto, operculum ollae imponitur. ipsaq;  
luto oblita in clibanum datur, indita torrentur, & exempta simul cum alijs teruntur. Oportet enim ual. H  
de laeuigata in usum adferre. *Singula dentium, quo albi & odorati redduntur, & ab erosione asferuntur.*  
Niti unciam unam, testae sepiac unciam unam, myrrhae unciam unam, tritis utitor. *Dentifricium optimam.*  
Alumine scisso sextantem, mastiches unciam unam, comae rosarum quadrantem, iridis trientem. Tritis  
utere, indeque aquam tepidam colluendam prebe.

*Dentifricium Damocrati inscriptum.*

Libellus paruos extat Pythici appellatus, quem Damocrates Pythicum inscripsit, ab eo qui ipsi phar-  
macorum ori destinatorum compositiones tradidit, appellatione ducta, in quo sane libello iuxta finem  
etiam haec conscripta reperiuntur.

Si dentifricijs uoles tibi bonis,  
Quae candidos custodiant, immobiles  
Dentesque reddant: oris & grae uolentiam,  
Laxasque gingiuas sedent, & comprimant,  
Album hoc parabis optimum sic pharmacum.  
Cervi cape cornu sic quater usq. quam optime,  
Quartam librae partem, salis solam libram.

Al. s. i. r. s. A  
pro. b.

*In alio exemplari sic repperi.*

Cervi cape cornu sic quater usq. quam optime  
Libram mediam, rursus salis unciam duas,  
Ammoniaci sicci nec amari hinc amplius,  
Alicaeq; mastiches chiae solam libram.  
Costi quadrantem, aut paululum quid amplius,  
Albiq; iunci tantum, & albi mox piperis  
Vnam unciam, malabathri at unciam duas.  
Contusa, cribrata omnia haec mortario,  
Utenda praebis modo quem dixerō.  
Quod si uelis parare quando ad phlegmonas,  
Et utile gingiuis cauentis, saucijs,  
Carnemque callosam simul promentibus,  
Aluminis coniungito bis scissi libram.

*Aliud Damocrati dentifricium.*

B Verum magis parabile hoc fortasse erit,  
Et promptius factum, minus nec commodum,  
Admixta & hoc quadam simul dulcedine.  
Multum sideritidis uiridem capito herbulam,  
Magnam in nouam quam tu patinam mox indita,  
Miscebis hordeo recenti sed medico.

*Aliud Aurelij.* Alumen in testa area aut figulina urito, ac uino austero extinguito, eiusq; doctran-  
tem accipito, & mastiches sexuncem, thuris unciam unam, folij malabathri drach. iij. cyperi drach. iij.  
misceto, ac utitor. *Aliud, quo uitor.* Cornu cerui usq. drach. ij. [marmoris unciam. i.] origani drach.  
quatuor, utitor.

*Compositio pharmaci dentes praeseruantis.*

Tragorigani 3. ij. hyssopi. 3. iij. herbae perdicij seu perdicialis melle & sale tenui subactae, & in olla  
exusta donec in prunas redigatur, quadrantem, piperis drach. iij. tundo & cribrato, & post usum  
reponito. Neque dolebunt dentes, neque sudentur, neq; parulides producentur, neque gingiuae super-  
flua carne redundabunt, neque fluxione infestabuntur. Habebis autem os odorum, & splendoris den-  
tes. Quidam balsamenta in olla exusta ad pharmacum addunt, aut etiam cybium. Siquis enim eorum ci-  
nere per se utatur, dentis dolorem non percipiet.

## GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIUM, SIVE SECVNDVM LOCOS, LIBER SEXTVS.

### ARGVMENTVM LIBRI.

Declarat medicamenta, quibus succurritur affectibus, qui in ore contingunt.

*De affectionibus in ore, & de pharmacis ad eas commodis.*

Cnp. I.

D



ERVS profecto sermo est, quem plerique artifices in ore habent: Quod non idē  
sit neque simile a uia uoce discere, & ex libro legere. At uero industrij & na-  
tura prudentes homines non uulgarem saepe uilitatem consequuntur, si in li-  
bros incidant non obscure conscriptos. Itaque cum sciam non paruum utilita-  
tem ex hac tractatione, primum quidem amicis ac sodalibus accessuram esse,  
qui uidelicet etiam per opera cognouerunt, quantam uim habeat rationalis  
methodus ad medicamentorum copiam parandam: deinde uero etiam alijs,  
qui optinarum rerum studio se fatigare non cessant, rem gratam, facere uolēs.  
ad huius operis explicationem progressus sum, non festinabundo & compendiaro docendi modo in  
hoc instituto, sed prolixo & longiore, quali etiam in sermonibus, quos frequenter circa scriptura ad ami-  
cos habeo, uti soleo. Praestat rationalis auxiliorum inuentio experimentatrici, quemadmodum etiā au-  
te iam mihi in sermone de sauciatis neruis dictum est, in cognitione uniuersali facultatis pharmacorū,  
quorum usus circa singulas affectiones contingit. In pharmacis itaque ori destinatis, ob id stomacis  
appellatis, uelut est quod ex moris constat omnibus notum, primum medendi scopus est communis om-  
nium partium inflammatarum, deinde consequenter alter scopus priuatim ex ea quae curatur. Quae igitur

tur



tur sit affectio inflammatorum prius nosse oportet, si ex ipsa indicationem quandam auxiliorum accipe & uelutis. Prædicimus autē & prius demonstratum habemus inflammationes ex calidi sanguinis in fluxu fieri. Didicimus etiam quod hunc ipsam influxum in principio quidem reprimere ac repellere oporteat, præterquam si ad partem aliquam principalem recursum sit, atque aliud quoddam grauius malum effecturus. Verum nunc adeo nihil opus habemus eiusmodi determinationibus, sic nos enim ubi ad memoriam reuocauerimus, quomodo totum corpus præparare ad curationem affectuum circa quancunque partem consistentium oporteat, ad insitutum progrediemur. Etenim uenæ sectione utimur, & purgatione, & clysteribus, & inedia, ubi totum corpus apparuerit aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malicia uitiatum. Si uero neutrum horum adsit, statim ad curationem per localia remedia pertinemus. Quomodo igitur inuenire ipsa oporteat eum, qui oris inflammationes rite curare uelit, præter sermo statim te docebit: & quomodo inuentis conuenienter uti oporteat. Sodalibus autem in memoriam reuocabo, cum ij me sæpe uiderint pharmacis eorum medicorum, qui me in consiliis aduocauerunt, curantem eas affectiones, quarum gratia uocatus fui. Impossibile enim est pharmaco rite uti eum qui uim ipsius non noscit, iuxta cuius efficaciam auxiliatur. Eodem igitur modo in inflammationibus in ore consistentibus, communis scopus omnium ipsarum si adsumpserit ex natura particularum indicationem, reperiet primum quidem genus pharmacorum quibus uti conueniet. Deinde consequenter etiam particulares in ipsis differentias, si quidem præcognouerit simplicium pharmacorum facultatem, uelut iam sæpe est demonstratum. Genus igitur repellentium pharmacorum in principio inflammationum, in refrigerantium materia situm est. Hæc autem ipsa cum duplicia existant, ut didicimus, quæcunque adstringendi natura prædita sunt, efficaciorum uim habent ad influxum citius repellendum. Inest autem ipsis statim etiam uis cogendi & densandi superficiem corporis, cui adhibentur. Communis igitur scopus hic est prohibendi incipientes inflammationes, ab ipsius affectionis indicatione inuentus. Alter uero a particula quæ curatur natura ipsi accedit: cum sciamus rariorem esse ac molliorem superficiem tunice oris non paulo, quam est cutis quæ totum corpus ambit. Inest autem & aliud quiddam particulis oris, atque id duplex, quod non adest ipsi cuti. Insuperatorem enim medicamentorum quæ adhibentur sentium, & duos meatus subiacentes habent, per quos in uentrem & pulmonem defluere quippiam ex stomaticis pharmacis potest: quale est & quod per atramentum statorium cõstat. Et sane medicus quidam siue imprudens, siue in expertus facultatis pharmacorum, ubi hoc miscuisset, pharmaco ori destinato, multo quidem fortius ipsum reddiderat, uerum uehementer lædens, si quidem ad gulam, aut asperæ arteriæ extremum quidpiam forte fuisset præteritum, atque hæc quidem ut statim occurrentia, per ipsa uero & uentrem, & asperam arteriam, & pulmonem. Adest autem pharmaco ipsi circa gustum insuauitas, quæ cum ulsus tempore molesta est, tum per totam perseverat diem, adeo ut etiam in cibis accipiendis inuicta sit. Huiusmodi itaque fortibus & quæ uenensam habent facultatem non conuenit uti ad affectionem oris curationem, nisi magna necessitas urgeat. Neque uero de inflammationibus solum hunc sermonem intelligere oportet, cum neque ex harum indicatione ipsum inuenierimus, sed communem esse de omnibus oris affectionibus intelligendum est, ut qui indicationem ex ipsa particulæ natura habet. His igitur consideratis ab eo qui pharmacum ex succo mororum composuit, primum quidem ipsum cum melle coxit, quo repositum in promptu haberet per totum annum, non illo tempore solum, quo expresso fructu, succo uti licet. Melior enim solus est incipientibus inflammationibus, ideoque me sæpe ipso in huiusmodi inflammationibus uti uidiſtis. Magis idoneus autem est peruenit cum melle apparatus. Appellati autem magis idoneum, non solum quod cito corrumpitur citra cocturam cum melle repositus, ita ut sequenti anni tempore eo uti non possimus: sed etiam propterea quod utilior est, ad sequentia inflammationis tempora, usque ad perfectam curationem. Quem admodum enim in principio commoda sunt pharmaca id quod insuit repellentia, sic post principium usque ad finem, pharmaco opus est ex utrisque misto, repellente uidelicet & discutiente, interposito hæc: ac primo quidem tempore adstringens præcellere oportet, ad finem uero discutiens, interposito hæc. Quando uero uelut induratum quiddam de inflammatione relinquatur, penitus non conuenit adstringens ad discutitorium admiscere, si prius totum corpus sit euacuatum. Atqui neque in principio bonum est discutitorium adstringenti admiscere. Ceterum qui pharmacum ex succo mororum composuit, parum ex croco & myrrha ei commiscuisse uideretur, quod communem habeant facultatem concoctiorum inflammationum: priuatam uero utriusque, crocus quidem quod adstringat, myrrha autem quod calfaciat in tantum, ut sufficienter discutiat. Penetrat enim magis in altum corporum myrrha quam crocus, utpote substantiam tenuium partium habens, atque ex hoc duplicem utilitatem exhibet, simul introducens quidem secum uires admistorum, & penetrans usque in altum inflamata. Et tamen adiuuant se mutuo crocus & myrrha in penetrando in profundum, crocus quidem uelut impellens myrrham: myrrha uero uelut dux præcedens perdit sequentem crocum, si ita dicere liceat, deducens. Quemadmodum enim crocus ob adstringendi uim, minus habet substantiam tenuium partium quam myrrha, sic myrrha substantia tenuiorum partium prædita, citius quidem uim suam in altum transmittit: citius autem etiam ad cutem recurrit, simul secum efferens ea quæ in profundo sunt attenuata. Hanc igitur recursum eius uelocitatem impediunt adstringentium misturæ: non enim hoc solum facit crocus. Est itaque in pharmaco stomatico ex moris appellato, tum

AL. 3. 126.  
11. P. 471.

A mororum succus qui non modicam habet adstringentem qualitatē & facultatem, tam alia quedam etiam admiscetur, ubi quis forte pharmacum reddere uelit. Hæc igitur adstringentia deducuntur quidem per myrrham, quæ uicissim ab illis compellitur, atque ita se mutuo adiuuant, quo uis ipsorum amplius progrediatur. Vidistis autem sæpe me ad pharmacum ex moris in principio quidē rhois succum, aut uix acerbæ succum, quem priuatim omphacium appellant, admiscere. Si uero hæc non adsint, florem rosarum, aut ipsas rosas siccas, balauftium, cytinus, & malicorium aridum, & gallā omphacitiam appellatam: amplius autem & pini corticem, itemque thuris, & tum hypocistidis, tum lentisci succum, & ut compendio dicam, omnia adstringentia, præter ea quæ corruptentem habent facultatem, quam uenenosam uocant, & leralium species quædam existit. Didicistis enim quod non omne letale statim etiam est uenenosum. Quemadmodum autem in principio inflammationis hæc rerum mixtura fortius efficit medicamentum stomaticum, sic cum restiterit quod insuit, nullo eiusmodi opus habet solo. Sufficit enim tunc id pharmacum quod crocum & myrrham assumpsit ad inflammationem concoquendam. Nam ubi iam fuerit concocta, addimus etiam aliquid ex discutioris, uelut sæpe uidiſtis me inijcere spumam niri, & aliquando ipsum nitrum, quod tenuium partium existit, & iam ab omnibus Berenicium appellatur. Ultra hoc etiam sulfur uiuum uocatum, aliquando etiam sapam, organo quandoque in octo, interdum etiam hyssopo, aut alio quopiam simili, pulegio uidelicet, thymbra, thymo, calaminta hortensis ac agreſti. Hoc igitur modo quis recte utetur pharmaco ex moris, si iuxta indicationū uersalium quantitatem ipsius usum permuret. Quousque enim quicquam insuit, id ipsum repellere conuenit. Vbi uero restiterit, concoctoria afferre, & deinde consequenter discutioria. Manifestum enim quod per huius methodi usum, nemo qui simplicium pharmacorum facultatem nouit, unquam auxilium inopia laborabit, siue per montes uentur, siue quid operetur in agro, siue in peregrinatione quandoque præparatis careat medicamentis, uelut Erasistratus scripsit, qui seipsum curauit ad rubi succum progressus, cum in illo loco Andronius pastillus præfens non esset. Cum enim sciret pastillum Andronium in adstringendo curandi dominium habere, materiam adstringentem perquisiuit, non uelut Serapion & Menodotus aiunt, empirica transiione ad simile usus. Iuxta hanc enim uobis demonstraui plurimam dissimilitudinem succi rubi ad pastillum Andronium esse, parissimam uero similitudinem iuxta unum solum, uim uidelicet adstringendi. Verum qui generalem facultatem, quam uersalem uocant, nouit: in quacunque materia eam reperit, confidenter ea utetur. Huiusmodi autem materierum ingens est aceruus, quibus omnibus uti licet, ita ut solum fugiamus quæ uim quandam inuicendam aut uenenosam habent. Sic igitur etiam ego pharmacum ex succo nucum uiridium præparauit, nullo docto cretus, neque aliquid præscriptum secutus. Cuius uim expertus sum multum aliorum stomaticorum facultatem excedentem, alia autem dico, id quod ex moris constat, & id quod ex succo rubi mororum præparatur. Ita enim rubi fructum appellant, & tertium quod ex musco, & quartum quod ex puniceorum succo, & quintum id quod per adstringentia mala componitur, ex quorum numero optima sunt cydonia & struthia appellata, & post hæc ad præsentem usum quæ Cestiana a Romanis appellantur. Ceterum composita ex multis talibus sunt quæ ex fructibus præparantur.

De stomatico medicamento ex nucibus.

Ego autem quando primum ex Alexandria in patriam redij, agrum pertransiui & inueni quendam hortulanum ab uua & tonsillis ac glandibus fere suffocatum: utebatur autem collutionæ aquæ mulle rosæ in ipsa concoctis. Cum igitur uidiſsem fructum nucum in uigore esse, iussu detractum ab eis externum corticem, quo etiam tinctores uideram utentes, statim in mortario conundi, & succum eius per linteam exolari, nondum sciens quo modo iuxta crassitiam aut tenuitatem haberet: cum uero reperissem aquosum & compage tenuem, garasillare eum iussu ipsum hortulanum. Postquam uero ualde tenuis apparebat, præcoxi: & mel commensurata, uelut in eo quod ex moris fit, fieri sciebam, admiscui: atque ubi iam ad compagem mellis redactum esset, hortulano utendum reliqui. Porro cum uiderem celeximum utilitatem ipsi inde oboriri, præstabile ratus sum in multis experiri, atque ex hoc sufficere experimento accepto de facultate eius pharmaci, semper ipso utor, uelut nostis. Merito itaque mirandum nulli ex prioribus medicis aliquid de hoc pharmaco mente concepiſse, ut tū parabili, tum generoso hoc succo uterentur, maxime eum uiderint quo modo etiam manus inficiantur eorum qui uirides nucis de corticem. Ex his enim apparet qualis sit earum succus, & quod ægre elui possit ipsarum adstringendi uis, adeo ut neque per fortissima extensoria elui queat. Amplius autem adhuc uisatus sum de medicis, quod non cogitauerint forte esse ipsarum uim, cum etiam tinctores uideant eiusmodi nucum corticibus uti. Nisi enim in profundum manuum descenderet, & nisi per omnem substantiam lanarum penetraret, non cepte ægre eluibilis esset. Cum uero descendat, indicat plane substantiam succi tenuium partium esse, rationi autem consentaneum est adstringendi uim maxime proficere, ubi in eiusmodi substantia contingatur. Etenim quæ ex adstringentibus crassas partes habent, per adstrictionem cogunt & condensant superficiem corporum quibus adhibentur, & a progressu in altum ipsorum corporum sese impediunt. Quibus enim etiam alias ob substantiæ crassitudinem impossibile erat progredi in altum, his sane amplius impossibile fuerit densato corpore iunare id quod totum est inflammatum. Optimum itaque esse nucum succum persuasus, ut qui etiam coctum cum melle gustari nihil insuane habentem, cum in quatuor partes diuido, & ad primam statim aliquid ex adstringentibus inijcio, ad secundam ex croco

& myrrha, ad terram sulfuris quidam ac nitri addo: quartam uero solam sinceram seruo, pueris uti. E-  
 lem futuram ob dulcorem, uano etiam unis ob delicias mente fractis, & mulierculis. Igo quidem igitur a ratione inductus inueni, quemadmodum uerum uis laetiarum carationem, ita etiam hoc phar-  
 macum, quod omnibus praestat. Est quidem id quod ex rubi moris constat, fortius eo quod ex moris  
 fit, quemadmodum hoc eo, quod ex musco paratur. Omnibus autem is praestat id quod ex nucum suc-  
 co inuenimus, in principijs quidem inflammationum cum his quae fortiter adstringunt confectum: in  
 uigore uero croco & myrrha additis, quanquam etiam solum aliquando moderatas inflammationes sa-  
 nare queat. Quando uero humorem qui inflammationem produxit impactum digerere ac discutere  
 oportet, cum acruum mistura commodum existit, uelum dixerit fortassis quispiam mihi ex medicis pau-  
 perioribus, se amplecti quidem ipsum medicamentum, si unam pyxidem expleri iubeam hoc pharma-  
 co semel preparato. Me autem praecipere, aut statim a principio quatuor facere compositiones, aut  
 unam ex melle & succo compositam reponere, atque usu experente et admiscere, usque quo quidem in  
 fluxerit quippiam inflammatis, ea quae uehementer adstringunt: postquam autem quieuerit fluxus, con-  
 coquentia: ubi uero euacuationem postulauerint ea quae influxerunt, discutientia: operosum autem  
 hoc esse & difficile his qui domi non habent suppellectilem omnium simplicium pharmacorum, immo  
 neque ad peregrinationes me commodam confectionem exponere, in quibus impossibile sit quatuor  
 uniuscuiusque medicamenti differentias circumferre. Ob id igitur excogitata sunt, tum mihi, tum alijs  
 etiam prioribus medicis, pharmaca medias facultates habentia, & ad peregrinationes idonea futura,  
 & pauperibus medicis uisilia. Quae uero hae ipsa sunt, paulo post referam. Nunc autem pauperum me-  
 dicorum sermone respondere uolo. Quemadmodum enim ipsi exilem apparatus laudant, sic oportet  
 etiam dinitibus permittere, ut confectiones pharmacorum pro opulente suae dignitate comparent.  
 Satis enim scio etiam ipsi, non solum multos pauperes esse medicos, sed & qui ab ipsis curantur. Quo-  
 bus satis est ubi aegrotent, alicam cum aqua multa accipere, & mundum panem habere, aut aliquam fa-  
 rinam utilem ad cataplasma. Verum eum qui curandi tractationem scribit, omnis materiae meminisse  
 opere praetium est, quo tum diuitibus copia sit ipsis artificiose utendi, tum pauperibus electio sit illarum  
 tantum, quibus unusquisque pro opportunitate abundet.

## De medicorum pharmacorum compositione.

Dicamus igitur iam aliquid de compositione medicorum pharmacorum, initio ab eo quod ex moris  
 constat sumpto. Commune est autem omnibus medijs, ut congruens modus mellis ad succum ipsum  
 decernatur. Inuenitur autem hic modus per experientiam. Vbi enim succum ipsum cum melle miscue-  
 ris ac gustaueris, si quidem apparuerit moderate habere, rursus similiter ipsa miscuebis. Si uero deficere  
 quid uidebitur, addes. Velut exempli gratia, in mororum succo si quinta pars mellis addatur, medium  
 fuerit temperamentum, ut hoc modo coctum pharmacum plurimis ualde placeat, & hanc mixturam pau-  
 ci reprehendant, alij quidem uelut dulciorem, alij uero ut austriorem. Quemadmodum enim aliqui aquam  
 nullam dilutiorem, alij dulciorem libentius bibunt. Sic etiam his pharmacis utriusque delectantur  
 iuxta propriam naturam. Quando igitur aliquis pharmacum sibi preparari postularit, semper utriusque  
 uisibilis me ei qui dulciorem delectatur, plus mellis iniicere, qui uero contrarijs minus. In pharmacis  
 igitur quae deglutiuntur, maxime coniectare oportet naturam eorum qui ipsa sument. Quod enim cum  
 molestia aut in iocunde acceptum est, stomachum subuertit. In pharmacis autem stomaticis eiusmodi  
 diligentiam aliquando contemnere licet. Medium itaque temperamentum, uelut dixi, succi ad mel,  
 quintuplum habeat multitudinem succum. Audito autem me, diligenter animaduertens quibus uer-  
 bis in symmetria seu conuentione medicamentorum, quae inuicem miscentur. Iam etenim praeci-  
 pi quintuplum esse debere multitudinem ipsum succum ad mel, quod nihil differt ab eo si dicam mole quin-  
 tuplum esse ipsum oportere. Vtrius enim modo dicatur, mensurare oportet pharmaca permiscenda.  
 Ac uero si pondere iubeam quintuplum esse hoc pharmacum, per lancem utique facere oportet sym-  
 metriam grauitatis ipsorum. Ceterum ad permissionem succi ad uel, non est necessarium heminae, aut  
 cyathi meminisse, sed sufficit dicere, quintuplum esse oportere succum, mellis respectu. Si uero quid  
 aliud his admiscendum sit ex dictis paulo ante, necessarium est dicere, quanta quantitas mole ipsis exi-  
 stentibus, quantum addendum sit illorum in lance appensorum. Velut in ipso adeo pharmaco ex mo-  
 ris, in Hera Cappadocis medicamentario libro, mellis conijcitur libra una, succi autem mororum lib.  
 vj. admiscet autem ipsis croci drachma unam, myrrha duplum, par etiam croci pondus conijcit ex suc-  
 co uuae acerbae, qui omphacium appellatur, atque eius dimidium ex alumine scisso. Mihi uero placet  
 quintuplum succum ad mel conijcere: par autem pondus croci & myrrhae, utriusque drach. unam & di-  
 midiam, ita ut ex utrisque tres drachmae constentur. Quod si quis omphacium addat, & uini austeri item  
 hemina unam, uelut Hera uideretur, recte sane drachmam unam, omphacij addat. Si uero citra uinum  
 praepararetur, multo plus de ipso conijcere conuenit, si quidem medium temperamento pharmacum effi-  
 cere uelis, uaciam unam, si uero austrius, ut in principijs conueniat, nihil peccaris si omnino duas aut  
 tres admisceris. Quod si non sit omphacium, pro ipso rhois succum iniice: & si nolueris par pondus  
 utriusque indere, neque sic quicquam deliqueris. Heras tamen in symmetria huius pharmaci etiam hoc  
 descripsit, hoc modo: Quidam autem & hemina unam dulcis uini, musum cum uelle indicare pa-  
 lam est: praedixit enim uini austeri manis expertis hemina unam. Milii uero non placet, sufficiente  
 melle.

Amelle iam coniecto, una cum hoc quod & hemina austeri uini addidit, rursus aliam misceri ni-  
 ni hemina. Redderet enim ualde uinosum medicamentum. Concoquunt autem hoc ex moris  
 medicamentum, alij quidem a principio miscentes succum mororum, alij uero modice  
 praecoquentes. Heras autem uideret uelle succum solum diutius coquendum esse. Scripsit igitur  
 hoc modo, Succum mororum heminas. vi. ad strigmentum crassitudinem coquito, deinde trita ad mi-  
 sceto, croci drach. unam, & reliqua uidelicet iam dicta. Quin & ego cenfeo succum ipsum solum per se  
 praecoquendum esse, deinde uero adijciendum mel: atque ubi iam cacabum ab igne auferre uelis, reli-  
 quum admiscenda esse. Verum Heras uidetur simul cum melle etiam alia admisceri iubere. Et uinum  
 quidem rationabiliter quis tunc admiscuerit, myrrham uero & crocum melius est in fine cocturae ini-  
 cere, eo usque saltem eum alij coquendo, aut olla in terra posita mouendo, donec omnia probe unian-  
 tur. Amplior autem coctura ipsorum destruit facultatem aromaticorum medicamentorum, Spuma  
 argenti equidem, & plumbago, atque alia multa metallica per cocturam meliora sunt, Crocus autem  
 & myrrha multaque alia aromata in decoquendo uires amittunt. Itaque medij facultate pharmaci &  
 symmetria & coctura, moderatis inflammationibus congrua, ampliusque in maiorum uigore, atque in-  
 super in principijs, & augmentis eorumdem conueniens, iam relata est. Ceterum ad induratas inflam-  
 mationes, cum iam praeterierit uigor, & nihil amplius influxerit, uenerit autem tempus discutendi, ad-  
 miscere conuenit ad stomaticum pharmacum aliqua discussoria. Talia autem sunt spuma nitri, &  
 ipsum nitrum molle, aliaque petrae flos, & sulfur uiuum. Sufficit porro ad praedictam medij pharmaci  
 commentationem admisceri, Nitri quidem unciam dimidiam, sulfuris autem [uncias. ii.] Quod si  
 neque sic praeparatum habeas ipsum, neque praesto sit tibi nitrum, aut sulfur, aut alia petrae flos: origa-  
 num in sapa, quam alij siveon, nostri omnes hepsema uocant, feruefacito, stomaticoque pharmaco addi-  
 to, ac gargari illare iubeto. Si uero neque sapa adsit, in aqua multa origanum coquiro. Nihil autem re-  
 then, aut mintiam odorem, quam ueteres hedyosinon appellant. At uero in uigore inflammationum,  
 non solum nihil ex eiusmodi pharmacis adhibere oportet, sed etiam contrarium totum: atque raro qui  
 dem stomaticis medicamentis uti, collutionibus autem & gargarijs mitigatorijs concoquere inflam-  
 mationem: cuius generis est, Decoctum pinguium caricatum, & oleum lentiscinum in duplo uase te-  
 lutiore permiscum, aut calida sapa: quae si non adsint, aqua calida. Praenotare enim oportet tunc mitiga-  
 torium & concoctum ductum, uelut in declinationibus discussorium, qui ex fortioribus constat me-  
 dicamentis. Porro meum pharmacum ex succo nucum omnium aliorum esse fortissimum opere exper-  
 ti estis. Ad uos enim sodales loquor, in quorum gratiam maxime ad hanc tractationem progressus sum.  
 Quod uero etiam omnium uilissimum & parabilissimum sit, nemo ignorat. Proiciunt enim hortulani  
 uiridium nucum cortices, ubi ipsas decorticarunt, ut uel maximos corbes nobis explere liceat gratis.  
 Mel igitur solum, ut pauperibus medicis, (Nam & illis oportet nos ea quae natamus communicare.)  
 deficit, cum eius fuerit penuria, nihil uero aliud, nisi quis ultro adeo aliud uelit. Saepe enim hoc modo  
 confectum pharmacum nihilo deterius apparuit eo, quod ex moris constat, in quod tum crocum, tum  
 myrrham indebanus. Quin etiam si alumen ipsi addere uelimus, non est necesse scissum iniicere. Suffi-  
 cienter enim adstringit etiam liquidum, quod aliqui phorimon appellant, quod uilis pretij & maxime  
 efficacis est. At uero si hortulani aliquis aut ruralis hoc pharmacum sibi praeparare uelit, habuerit gra-  
 tis quos conijcet cythos aridos contulos & cribratos. Nominantur autem sic primogenita punica.  
 Quo tempore enim arbor florere desinit, fructus ipsius apparet figuratus in speciem punici mali, quem  
 ablatum & resiccatum adseruare licet ad tempus fructus nucum. In fine enim ueris cythi generantur.  
 Desinente autem aestate ad perfectionem ueniunt nucos. Quin & in terram decidunt multi cythi, aut  
 Da uento decussu, aut alio quopiam modo, quos collectos siccare licet, ut neque hac parte egenos medi-  
 cos quicquam impendere opus sit. Nostis autem acidorum & acerborum punicorum, (quorum fructus  
 parum abest ut esitari nequeat.) cythos meliores esse: quare etiam si ex arboribus eos auellas, aut ne-  
 mo penitus te prohibebit, aut certa uilissimum pretium tibi dari pro eis postulabit. Ceterum balau-  
 stium appellatum penitus tibi non conuenit, & si quis colligere id uelit, quemadmodum origanum,  
 & thymbram, ac thymum, atque alia huiusmodi, gratis licebit. Itaque si balaustium uelit quis crudum  
 tusum ac cribratum iniicere iuxta proportionem quam antea dixi, pari omphacio pondere, utile phar-  
 macum efficiet. At uero & cortices punicorum malorum, ualde parabiles res sunt, adstringendi uim suf-  
 ficientissimam habentes, & qui ad praedicta statim in principio conijci queant. Optimum autem pharma-  
 cum reddetur, si iuxta id tempus quo punica nondum perfecte matura sunt, non tamen longe a perfe-  
 ctione absint, eos cortices detractos conieceris atque id statim in principio cocturae succi. Oportet autem  
 prius in mortario tundere, quo ipsorum uis uniuersa citius in medicamentum quod paras diffundatur.

## De confectione pharmaci ex malis punicis, &amp; malis, aliisque stomaticis.

Cum uero tres sint punicorum malorum differentiae. Aliqua enim ipsorum sunt austera, aliqua ue-  
 ro dulcia, & quaedam acida. Si quidem sola austera iniicias, magis adstringens pharmacum reddetur: si  
 Quinta classes. Fe uero

Al. xvij.  
 quod est. 3. ii.  
 quemad. et ue-  
 rus interpretat.  
 Al. xvij. i.  
 multi.



uero dulcia, stragius. Quemadmodum sane fortius fieri, si acida tantum indas. Ego autem consuevi par E pondus uniuscuiusque generis admittere. Nam & alias ipsa sola natura punica mala integra una cum corticibus rundo, deinde succum exprimo, ac cum melle coquo, & non solum stomachicum pharmaci eri commodam habeo, sed & ad multa alia utile, ueluti rufus dicitur: atque sit hic succus ad omnia praestantior ex tribus punicorum speciebus, aut generibus, aut differentiis, aut quomodocumque quis appellare uelit. Miscemus autem & ruborum fructus, quos aliqui quidem a planta denominant, batina, hoc est rubina appellantur: aliqui autem composita appellatione Mora appellant, apponentes quae a rubis producuntur. Ex quibus sane succus similiter succo mororum preparatus, melius illo pharmacum redditur: sed minus ualidum eo, quod ex nucum succo paratur. Quum & malorum cotoneorum, & pyrorum syluestrium, ac mespilorum succus similiter preparatus, stomachicum pharmacum efficitur, deueniatque aptum, cum hoc quod ex nucibus constat, deorare non liceat: quanquam enim noxium non sit, uelut atramentum furorium, tamen stomacho non est commodum. Manifestum uero quod & ex punicis constans pharmacum, aptum est fracto & cibos fastidienti stomacho: deficit tamen ab eo quod ex malis constat. Innocuus est etiam rubi mororum succus deuoratus, uelut etiam ipsorum mororum: sed succus rubi mororum habet quid quod stomachum corroborat, quod ipsi mororum succus non habet. Porro meliis omnibus succis non eadem proportione iniicitur. Plurimo enim nucum succus opus habet, & post eum rubi mororum, modico autem malorum, & punicorum, & pyrorum syluestrium. Medius autem inter hos est mespilorum succus. At uero & ex cornis ac brabylis & prunis aptum nos appellatis, preparatur apud nos stomachica pharmaca eodem modo, quem in principio de moris recensui, in quorum omnium confectioe rationem quandam communem referam hanc. Si qui dem crassus apparuerit succus, statim mel admiscere oportet. Si uero liquidior sit succus praecoquatur. Suscipit autem pyrorum ac malorum succus, amplius uero etiam plurimorum fructuum, parem sibi ipsi mensuram mellis. Succus uero eorum quae multum acerbata sunt, uelut est corni fructus, aliquando duplum, aliquando triplum mellis admiscit. Omnia igitur haec circa noxam deuorantur. Si uero atramentum furorium admixtum sit, non ualde deglutire oportet confectum pharmacum, praeterquam si iuxta stomachum aut aliuam ulcerosam affectionem fieri suspicemur. Quin & si in ipso ore maligna ulcera fiant, praestant ex atramento furorio medicamenta. Sufficit autem drachma ad praedictam compositionem admixta, in qua unam mellis libram coniici est relatum. Sed & plus quandoque recte iniicitur ad tuncera putrefacta. Singula porro quae dixi iniicere licet aliquando & multo uariis austerarum, quas Amiraenas appellant. Praestat autem uisum multum in hunc usum. Quod enim in principio fuit liquidius est, & aquosius. Iniicienda uero sunt ex praedictis pharmacis acerbiora, quemadmodum saepe uidistis G me aut punica mala, aut balaustrum, aut cytinus, aut aegyptiae spinae fructum, aut corua, aut aliud quid ex huiusmodi adstringentibus admiscere. Maxime uero aptus est Rhus, siue masculino, siue muliebri genere ipsum uelis nominare. Est autem duplex. Alter oblongis inspergitur stomacho commodum, alter a tinctoribus coriorum expetitur. Vterque uero multo incoctus stomachicum efficit medicamentum, cui admiscere licet etiam alia iuxta eandem proportionem, uelut in eo quod ex moris constat relatum est. At uero citra mellis misturam, multum solum per se in mellis compagem redactum, exemptis etiam quae alias induntur, bonum sit pharmacum in principiis, augmentis, & uigoribus, ad declinationes autem si tadas addideris pingues: aut etiam in tenuia frustula contusas & fractas eadem una cum Rho in multum conieceris, deindeque in reposita una die coxeris, donec suam ipsorum qualitate in ipsum multum transmittant. Tunc enim tadas quidem eximere ac projicere oportet. Multum uero usque ad aptam compagem coquere, quo uidelicet illini commode possit. Quaecumque autem prius ex adstringentibus iniici dixi in id quod ex nucibus preparatur medicamentum, ea omnia etiam accipienda sunt recte in multum addi. Quod si uero pretiosius efficere pharmacum uelis, iniicies etiam casiae corticem, aut nardum indicam, aut malabathum folium. Aequae enim ut pauperibus, sic etiam diuitibus nos pharmaca scribere oportet. Eadem etiam praedictis stomachicis pharmacis miscentur. Sufficit autem drachma una singulorum ex his tribus ad tantam medicamenti symmetriam ac commensurationem, iuxta quam libra mellis una coniicitur. Nihil uero laesis si ad singulas drachmas adhuc dimidiam apponas, ut in totum quatuor drachmae & dimidia fiant. Ceterum ad induratas inflammationes coniiciuntur quae generosius discutere possunt, uel uidelicet & cribrata. Tempus autem indendi ipsa non est principium, sed ubi prope perfecte coctum fuerit pharmacum, aut etiam penitus coctum, olla iam in terram deposita. Sunt autem haec, costus, amonum, & quod Macer appellatur. Nominatur autem sic cortex quidam aromaticus qui ex India affertur, multum calefaciens & adstringens. Quin & cyrenaicus succus ad discutendas induratas inflammationes aptus est, quemadmodum etiam medicus, aut aliquis eorum qui postea celebres facti sunt. Pauperibus porro pro sumptuosius discussorijs pharmacis, aut dictamnum, aut acorum, aut meon, aut pyrethrum, aut cardamomi quippiam & sinapi aequale iniicienda cenleo, ita ut ad trium drachmarum pondus eorum mistorum moles petueniat, ad praedictam in principio stomachicorum pharmacorum symmetriam, in qua mellis libra habebatur. Si uero quatuor aut quinque drachmarum pondus ex his explere uelis, magis discussorium pharmacum habebis. Semper, uero pro constitutionis affectuum proportione, augeri ac tenui pharmacorum uehementiam oportet.

De confectioe

**A** De confectioe pharmaci ex musto, in quo etiam parabilia diuersa. In pharmaco ex musto, ad decem musti heminas, tres iniicimus heminas Rhois coriariorum, aut eius qui oblongis inspergitur. Si uero utrunque iniicimus, utriusque unam & dimidiam, aut paulo plus sumimus. Iuxta proportionem uero etiam ex discussorijs, cuiuscumque quidem superat facultas. Quod si unum tantum habeamus adstringendi uim habens, quod in principio iniiciamus, aut unum saltem discussorium quod iuxta finem indamus, ex illo totum pondus immittimus quod ex omnibus alijs cocturum. Quae igitur dicta sunt in medicamentum ex nucibus coniicienda, ea omnia etiam in pharmacum ex musto indantur. Quin & quae illic non dicta sunt, amplius uiuere licet, uelut gallam omphacitiam appellatam, aut extremitates mollis rubi, aut rubi canini, & corni, cuius etiam fructum diximus iniici oportere, uelut etiam pruna, & myrti baccas, & fructum myrticae, ac spinae aegyptiae fructum, omniaque adstringentia, praeter ea quae medicamentariam uim habent, ne uidelicet deuorata laedant. Omnia porro stomachica pharmaca quomodocumque parata iuxta propria tempora opportuna accipiendi sunt. Si quidem enim austeriora fiant, in principiis & uehementibus influxionibus conueniunt. Si uero moderatiora, in uigoribus. Si autem magis discussoria uel praedita, in declinationibus. Quae etiam si non ipsi preparauerimus quid, neque symmetriam iniectorum nouerimus, sed tantum ipsam **B** compositionem pharmacum gustauerimus, cognoscemus quomodo eo sit utendum. Haec igitur si memoria conseruabitur, quando necessitate aliquando urgente eorum, quae experimento constat, pharmacorum copia non sit, ex parabili illius loci materia, uos ipsi ex tempore aptum medicamentum componere poteritis. Non solum autem in hanc rem uilis fuerit praedictorum memoria, sed etiam ad iam inuentorum conuenientem usum. Si enim in ipsis adstringentem qualitatem praeualere inuenieris, in principiis eis uremini. Si uero mitigatioriam & laxatioriam ac concoctioriam, in doloribus & uigoribus inflammationum. Si uero obduratum quippiam & aegre solubile inflammationis relinquatur, in declinationibus. Eodem modo etiam in medijs temporibus, media reatorum pharmacorum medicamenta offeretis, ab repulsorijs ad discussoria paulatim transiundo, atque si unum duntaxat uobis praesto sit medicamentum, id ipsum per aquae simplicis misturam exoluentes, & per additionem parabilium intensius reddentes. Sunt autem parabilia ex adstringentibus rosae, & myrti baccae, & myrtus, & lentiscus, & rubus, & rubus caninus, & galla omphacitiae appellata, & aegyptiae spinae fructus, omniaque aluminis genera. Post haec parabilia sunt Rhus culinarijs & coriarijs, & succus qui ex Syria affertur: atque hic quidem per se admiscetur, culinarijs autem & coriarijs Rhus aqua prius decocti, utiles misturae sunt. Est autem & glaucium ex parabilibus, & omphacium, & cytinus, & balaustrum. Ex discussorijs autem parabilia moderata sunt caricarum & fursurum decoctum, & aqua musta, in qua origanum, aut hyssopum, aut thymus, aut calamintha, aut pulegium, aut mintha odora, quam hedyolimū uocant, sunt incocta: fortiora autem sunt etiam haec, si diutius coquantur, amplius autem & nitti spuma, aut ipsum adeo nitrum usum: fortius uero his est sulfure uiuum.

Stomachicorum pharmacorum confectio, in quibus etiam quae ex moris constat, Heras.

Proprie quidem stomachica appellantur quae ad uas, costillas, ac omnes quae in ore sunt derepente inflammationes conueniunt. Componuntur autem per praedictam materiam, ex qua sane multae particulares compositiones a medicis sunt confectae. Ego uero etiam hic celeberrimum tantum mentionem faciam.

Compositio pharmaci ex moris iuxta Heras.

Pharmacum ex moris stomachicum, faciens ad costillas, & uas, atque alias in ore inflammationes, cum illicum, tum gargarisatum, uelut est praedictum. Preparatur autem ipsum Heras hoc modo: Succum mororum heminas. vi. ad stringentiam spissitudinem coquito. Deinde ritas croci. 3. i. myrti. 3. ii. omphacij 3. i. aluminis scissi obol. iii. mellis heminam unam addito. Ipse autem Heras ferriam aliter preparare ipsum ait, hoc modo, ut croci drachma dimidia iniiciatur, & passii hemina una, & uini maris expertis austeri hemina una. Coctura autem sit usque ad compagem melleam.

Andromachi descriptio pharmaci ex moris.

**D** Andromachus autem de pharmaco ex moris in haec uerba scripsit. Succum mororum heminas. vi. accipito, & in ipsum gallas. v. coniicito, radices autem dulcis. 3. xx. uini chij heminam. i. & insolato aut coquito, deinde ubi coactum & spissatum fuerit pharmacum, radices tollito ac projicito, gallas autem tritas admiscero, & myrti drachm. i. croci. 3. i. aluminis scissi. 3. i. omphacij drach. ii. quidam autem aluminis. 3. ii. mellis atticij heminam unam. Manifestum autem est, quod hoc pharmacum magis adstringentium est quam praescriptum, maxime si alumen adsumat. Sufficientes enim erant gallae, & omphacium, ut multum adstringens redderent pharmacum, uerum ubi alumen amplius additur, plurimum in ipso adstringentia uis augetur. Recte tamen in eius confectioe admixta est dulcis radix, quae exasperata lenit, & propterea asperitatem ex adstringentibus inductam lenire potest. Ceterum pro mororum succo coniicitur etiam mororum rubi succus, alijs quomodocumque uelis appositis, siue ut Heras, siue ut Andromachus scripsit. Relatum autem a me antea est, quo liceat ipsum uariare, per eorum quae adijciuntur admixtionem. Dicitur est etiam, quod per succum nucum componi queat hoc pharmacum, re liquis eodem modo iniectis. Quin & per punicorum malorum succum similiter preparatur, tum succo solo cum melle parato, tum iam dictis iniectis. Sic uero & rubi fructus cum melle confectus sufficienter adstringens sit pharmacum, quemadmodum sane & quod ex nucum succo paratur, uelut prius est.

QUINTA CLASSIS

Ec 2 dictum



dictum. At uero etiam uaria compositione pharmacum ex puniceorum succo a medicis conscripta sunt, E uelut etiam ab Andromacho his uerbis.

*Stomaticum ex malis puniceis, Andromachi.*

Puniceorum dulcium nucleis carentium partes, ij. & acidorum partem, j. succi in aeneum uas congi mensuram exprimito, deinde excolorum ad lentum ignem ad tertias coquito. Sint autē laeuigatae myr rhæ minæ 3. viij. crocomagmatis, 3. viij. omphacij, 3. viij. illyridis, 3. viij. aluminis 3. iij. gallæ 3. viij. ubi solueris, hæc per liquoris affusionem laeuigato, & ad melleam spissitudinem coquito, rursus per proie ctionem in pilam laeuigato ac utitor, quandoque cum melle, quandoque syncero. Hæc non simul coquit mel cum puniceorum malorum succo, sed postea cum paratum est, dupliciter pharmaco uti iubet, aliquã do quidem syncero, ad inflammationes uidelicet adstrictionis indigas, aliquando uero cum melle, cum discussione indigent. Multitudinem autem succi congium esse iubet, hoc est sextarios sex Romanos. Cum enim Roma medicatus sit, semper eius urhis mensuris utitur. Inijcit autem in ipsum myrrham, & crocomagma, & gallam, & iridem illyricam, (Ipsam enim Illyrida appellare solet.) Amplius autem ad hæc omphacium, oranium quinque numero, singulorum unc. unam. octo enim drachmæ unciam effi ciunt. Ex alumine uero scisso unc. dimidiam. Scripsit porro deinceps Andromachus etiam id quod ex musto fit stomaticum, sic in hæc uerba.

*Andromachi stomaticum ex musto, quo utor.*

Gallas xxx. Rhois coriarij sextarios. ij. multi sextar. vj. Gallas contrafactas cum Rhoe per diem. & no stem in musto macerato, deinde coquito, donec ex toto quarta pars super sit, & per linteolum colato, exprimito, & in olla ad mellis crassitudinē spissato, deinde trita addito, aluminis scissi, 3. j. croci 3. j. myr rhæ 3. j. permista reponito atque utitor. De musto nihil manifeste resultat ex quali uua ipsum sumi uelit, num ea quæ austerum uinum fundit, an quæ dulces, an quæ medium. Nos igitur nosse oportet quod pharmacum ex dulci confectum magis mitigatorium & moderatum erit, ac minus efficax. In quibus autem opus est uti uehementiore adstrictione, id quod ex acerbis uinis fieret, uehementius quidem adstringit, leniendi autem uim non habet. Palam est autem ex medio uino paratum, etiam mediam facultatem habere.

*Critonis stomaticum ex malis puniceis.*

Crito pharmacum ex succo puniceorum his uerbis descripsit. Stomaticum ex puniceis ad ulcera & aph thas oris. Succo puniceorum dulcium heminas. vj. in arce uale ad tertias coquito, deinde cinnamomi, 3. j. cassiæ 3. j. myrrhæ 3. j. omphacij obolos. iij. croci obolos. iij. nardi indicæ obolos. iij. terito, eisquæ mel lis heminat. j. admisceto, atque ita ad infuso succo ad lentum ignem moueto, ac donec spissetur coqui to ac utitor. Scribit autem & aliam compositionem pharmaci ex puniceis huiusmodi. Malorum puniceo rum dulcium una cum corticibus tuorum ac expressorum sextarios vj. mellis boni sextarium. j. in ol lam coniecta coquito ad spissitudinem mellis: deinde aluminis scissi \* unciam unam, myrrhæ unc. dimi diam, terito, addito, ac misistis utitor. Magis adstringentis scripsit certe hoc pharmacum Crito quam præ cedens. Radicale igitur quidam faciunt interrogantes utrum ipsorum altero melius sit. Alteratru enim in proprio tempore altero melius est, atq; hoc quidem posterius ad ea, quæ uehementi adstrictione in digent, ad ea uero quæ discussione, prius, maxime cum & cinnamomum iniecerit in ipsum discussorium medicamentum. Scripsit autem & ex musto medicamentum Crito hoc modo.

*Critonis stomaticum ex musto.*

Stomaticum ex musto facit & ad aurium & sedis ulcera. Musti sextarios. vj. ad sextarios. ij. decoqui to, deinde Rhois coriarij 3. iij. alij 3. ij. misceto, & gallarum 3. iij. alij uero gallas. xxx. croci 3. ij. alij 3. j. aluminis scissi 3. ij. Quidam etiam myrrhæ drachmam unam, mellis sextarium. j. misistis utitor. Multa uero alia pharmaca ex prædictis succis a multis medicis scripta sunt iuxta commentationem uarian tia, cum aliqui quidem omnia prædicta conijciant: quidam uero auferant, alius aliud, & alius plus, alius minus. In quibus uelut dixi inspicere oportet quid redundet, an adstringens & repullorium, aut leniti uum, & concoctorium, aut discussorium. Ita enim rectissime ipsis utemur. Quare reliqua paritiales eorum quæ scripserunt differentias. Tranibo autem ad alia pharmaca citra hos succos præparata.

*Stomatica pharmaca citra succos composita, ex aceto, & gallis.*

Stomaticum pharmacum scripsit tum Andromachus, tum Crito, eandem habens symmetriam. Suf ficiet itaque descriptionem Andromachi referre hoc modo habentem his uerbis. *Stomaticum Aristo telis ad Syriacis, quas anginas Latini uocant, & reliquas in ore affectiones. Hæc & Antipater usus est.* Gallas nume ro xxx. aceti albifesequicyathum, alij cyathos. ix. myrrhæ 3. viij. nardi indicæ drachmam unam, Rhois culinarij sesquicyathum, alij cyathos. ix. aluminis scissi drachmam unam, pipëris grana. xx. mellis acti ci cyathos. ij. alij sesquicyatum. Coquuntur gallæ in aceto donec staccescant, deinde tritæ melli miscē tur tempore usus. Quidam etiam seminis mandragoræ, [ unciam unam ] addunt. Hæc quidem Andromachus scripsit. Fortassis autem dubitauerit quispiam propter quid, cum scripserit aceti ses quicyathum, mox adscripserit alij cyathos. ix. multum enim mensura altera alteram excedit. Quem admodum etiam rursus cum ait, Rhois culinarij sesquicyathum, alij cyathos. ix. Singularem itaq; utrumque expensum dubitationem affert. Si uero inter se complicantur, conuenienter scripta sunt. Si

**A** Si etenim cyath. ix. iniecerimus, inijciemus etiam Rhois culinarij eosdem. ix. cyathos. Si uero aceti sesquicyathum, sufficet etiam Rhois culinarij sesquicyathus. Quare in pharmaco plus aceti habentē, diuturnior coctura faciendū est: in minus habentē, breuior. Præstat autem diutius fieri cocturam, ita enim galla molles reddentur. Conspicuum uero est generosum esse hoc pharmacum ex contrarijs cō positum. Gallæ enim, & acētum, & Rhus magis adstringentia sunt, & maxime repellant: ualde au tem discussorium est piper, sed mista facultatis est nardus. Myrrha uero discussorium habet uim, sed & lenem ac mitigatoriam una cum hoc, quod etiam concoquit. Discussoria facultatis est etiam mel, sed citra mordacitatem earum affectionum quæ in ore sunt, cum in oculis mordax existat. Verum de ace ti uiribus iam sepe mentionem fecimus, quod & secat, & discutit, & repellit. Album autem in descri ptione addidit, ut uidelicet tenuium partium indicet. Quidam uero tum aceti quinque cyathos. tum Rhois eosdem inijciunt, medium quodammodo apprehendentes inter eos, qui plurimum, & qui mini mum de utroque conijciunt. Manifestum igitur est eos medium quoque pharmacum iuxta facultatem præparare, quemadmodum lymmetria ipsa media existit.

*Stomatica illius ex Besafa, hoc est semine rutæ syluestris.*

Al. f. g. c. 11747. c.

**B** anginas ex Besafa, faciens ad desperata, quo utor. Seminis anisi, seminis apij, seminis amij, floris iunci odorati rotundi, aluminis scissi, iridis illyricæ, besafa quod aliqui harmala uocant, cinnamomi, myrrhæ troglodyticæ, aristolochiæ longæ, singulorum unc. i. cassæ, rosarum siccarum, utriusque unc. i. crocomagmatis, unc. i. costi, cineris hirundinum recentis, utriusque quadrantem, croci sesquiunciam, nardi indicæ, amomi, utriusque uncie dimidium, gallas. viij. tritis cum melle uræ. Verum usus rem pore tandem mel adde. Hoc ipsum pharmacum etiam Heras scripsit, ut parum absit quo minus peni tus idem sit. Solas enim uos uariatur, & non ipsas conijcit, sed florem ipsarum, & ad finem addit: Quidam etiam cassæ fuluæ unc. i. De hirundinibus autem ambo obscure tradiderunt, quanquam alij clare scripserint, nisi quod inter ipsos non conuenit. Alij enim nidum urere iubent ex stercorebus hi rundinum maxime compositum. Alij ipsas hirundines. Alij ipsarum pullos. Hi uero obscurus scri pserunt, & Andromachus quidem, cineris hirundinum recentis, oportebat autē ipsum apponere usta rum. Tale enim quiddam cineris uox significat, nisi nidum ipsum terere ac laeuigare iubet. Heras au tem, hirundinum recrementi, non apponens usti. Forte igitur neuter uult comburi debere hirundi num recrementum, quemadmodum alij. In quibusdam tamen exemplaribus sic scriptum est. Hirun dinum tenerarum unc. i. quemadmodum in alijs hirundinum a trabibus. Palam est autem quod acre & discussorium est hirundinum excrementum, quemadmodum etiam alia omnia omnium animalium sterora, aliqua magis, aliqua minus: uelut etiam ipsorum animalium ustorum cinis. Dictum est etiam nobis de besafa in simplicium pharmacorum tractatu, quod tertij sit ordinis calfacientium, & nunc sane quod eiusmodi admittum est etiam prædicto medicamento, quod plurima discussoria facultatis in se habet, quemadmodum aliqua ex alijs stomaticis, \* adstringentis & repulloria. Etenim iam rela ta pharmaca ualde discussoria sunt, & ad hæc amplius cinnamomum super omnia uim tenuium partū & discussoriam habens. Quin & semina anisi, apij, & amij discussoria sunt: & iris & aristolochia ex discussorijs sunt, uelut etiam myrrha. Mistæ autem facultatis ex discussoria & adstringente est cassia, & crocus, & nardus, & amomum, & costus. Præcellit autem in ipsis calfactoria & discussoria, & ma xime in costo. Mistæ facultatis est & iunci rotundi odorati flos, sed utraque imbecillium adstrin gente, tum calfaciente. Gallæ uero, clarum est autem quod de omphacitidum genere loquor, ex ad stringentibus multum sunt pharmacis, uelut etiam alumen scissum. Rosæ autem rursus debillissimā habent adstringendi uim. Ex contrarijs igitur facultatibus particularium pharmacorum, hoc medi camentum propositum iam constat, & non solum contrarijs, sed etiam utriusque fortibus, atque, uelut dixi antea, multo fortioribus discussorijs quàm adstringentibus. Quando uero confectionem eius

**D**clare conscripserit Heras, uisum est ob id etiam illius uerba in commune proponere ac adscribere, quæ hoc modo habent.

*Stomaticum ex besafa, Heras.*

Stomaticum faciens ad anginas, & inflammatas tonsillas, ac ulcera facta in ore. Conuenit etiam stomachicis & dyfentericis summe, in frigida exhibita magnitudine sabæ. Est & Artériaca bona, & do lorem sedat. Anisi unc. i. amij unc. i. apij seminis unc. i. costi sesquiunciam, floris iunci odorati unc. i. iridis illyricæ unc. i. aluminis scissi unc. i. gallas omphacitidas medix magnitudinis. viij. crocomagma tis unciam unam, croci sesquiunciam, myrrhæ uncie dimidium, floris rosarum uncias duas, aristolo chiæ longæ unc. i. seminis besafa unc. i. cinnamomi unc. i. spicæ nardi sesquiunciam, amomi racemū un cie dimidium. Quidam etiam cassæ fuluæ unc. i. cineris hirundinum recrementi unc. unam. Myrrhæ cum melle terito, riliqua uero omnia contusa & cribrata in mortarium conijcito, atque ubi miscueris, per pistillum myrrham cum melle moderato agitato, ut pharmacum melle crassius reddatur. Vfus ue ro tempore melle dilutum illine, atque ex aqua gargarilandum præbe, aut ex aqua nullâ uel succo pti fanæ. Ceterum pharmacum hoc in stanno uale reponitur ac adseruatur.

\* Al. dra:

† Ant. cod. ha bent *scissis* quod habuit uetus iteipen. ipse enim cod. greci h. h. e. diaphoreticæ seu discussoria.

\* Al. drach. i. antiqua trahitatio habet 3. i. s.

*Aliud stomaticum ex hirundinibus absque Belsafa, Aselepiade.*

Scriptit etiam Aselepiades stomaticam illitionem his verbis. *Aliud stomaticum, facit & ad anginas.* Hirundinum sylvestrium utrumque cineris 3. quatuor, croci 3. i. nardi indicæ 3. i. melle excipe. Mixture sit eam iam sub manibus sint affectiones. Hirundines porro in unum hoc modo. Pullos sale conpersos una cum pennis inficibile conieimus, obturatumque prunis imponimus. Gratia habenda est Aselepiade ob id quod tam diligenter describit quo modo hirundinum pullos uri iubeat, & quod ipsa animalia, & non eorumcrementa, in pharmaci compositionem præparanda censeat. Scripsit vero etiam Andromachus stomaticum pharmacum ex hirundinibus, hoc modo.

*Stomacium ex hirundinibus ad anginas, ut Harpocras.*

Pullorum hirundinum utrorum numero xi. mellis cyathum. i. alij cyath. ii. habent, succi myrti uiridis cyathum. i. alij cyath. ii. myrrhæ obol. iij. pullos urito, omnibusque mistis ac tritis utitor. Clare etiam hic hoc loco pullos comburi iubet. Hæc itaque duo præscripta pharmaca ex hirundinibus sunt absque Belsafa. Alia autem duo stomatica hæc præcedentia ex hirundinibus una cum Belsafa constant. Est autem & tertia conjugatio pharmacorum eiusdem generis, in qua ea quæ ex Belsafa citra hirundines præparantur, continentur.

*Alia stomatica illitiones Andromachi.*

Præstat autem opinor neque alias relinquere oris illitiones, quæ sane laudantur ab ijs qui de pharmacorum experientia sunt curiosi, maxime cum multorum ex eis etiam ipsi experimentum fecerimus, partim quidem ex nostro usu, partim vero eorum qui nobiscum sunt medicati. Incipiam autem ab ijs quæ Andromachus scripsit, ipsas compositorum iuxta illius uerba.

*Ad columellam laxatam.*

Mellis lib. i. aluminis liquidi lib. i. florum rosarum libram dimidiam, succi hypocistidis quadrantē. Alumen in melle coquito, deinde sicca inspergito, atque ita utitor. Coquito autem modice. Vere bonum est hoc pharmacum, eoq; tribus modis uti oportet, quemadmodum uiddisti me plurimis stomaticis pharmacis uti. Vnus utendi modus est & maxime in principio, ut dissoluatur per aquam calidam aut aquam nullam, ac gargarietur. Nam & mitigatorium est hoc, & quod conuenit efficit. Interea autem dum eo sic utimur, etiam syncero pharmaco uti conuenit, partim quidem cum digitis illinendo, partim uero per cochlear admouendo, una cum hoc quod reprimamus & intrepide foras columellam ipsam, ducamus. Confert enim quam maxime ad linguam ipsam uergere, & a rectitudine secedere, quam habet ut plurimum ad ipsius asperæ arteriæ extremum.

*Aliud stomaticum eiusdem Andromachi ad omnia uitia oris.*

Crocomagmatis drachm. ii. iridis drach. quatuor, sandarachæ drach. dimidium, hoc est obol. iij. terrebintina drach. ii. lycij indicæ drach. i. uas passæ drach. octo, aloes drach. i. omphacij drach. i. nucum pinearum rosarum drach. viij. succi glycyrrhizæ drach. i. aluminis scissi drachm. i. balauftij drachm. i. floris rosarum drachm. ii. mellis heniatis duas & dimidiam. In quibusdam exemplaribus sesquihemina habetur. Ipse quidem Andromachus sic scripsit, non ostendens quomodo inel miscere oporteat. Num crudum, aut coctum, aut despumatum tantum. Ego uero despumatum miscendum esse censeo. Scripsit etiam alia stomatica illitiones Andromachus omnes bonas, quare minime relinquendas putauij, ideoque subscribam omnes deinceps, quemadmodum ipse præscripsit. *Stomacium, quo ipse se uti dicit.*

Floris rosarum drach. duas, nucum pinearum drach. i. croci drach. i. excipe melle. *Aliud, quo item se uti dicit.* Iris illyricæ drach. vii. croci drachm. viii. alij. iij. florum rosarum 3. quatuor, excipe melle. *Aliud, Milyos cyprij drach. viij. iridis illyricæ 3. quatuor, myrrhæ drach. ii. croci 3. unam, excipe melle.* *Aliud odorum, tenerum, ad inflammationes & crustas commodum.* Nucum pinearum drach. tres, amyli drach. ii. aluminis scissi drach. i. floris rosarum drach. unam, croci obol. iij. excipe melle. Hæc ex ferula Cratippi esse ait. *Aliud stomaticum Menocratis.* Croci 3. quatuor, balauftij drach. iij. florum rosarum 3. i. alij dimidia, fructus ericæ drach. i. malabathri drach. unam, nardi indicæ drach. i. nucum pinearum numero uiginti, excipe melle. *Aliud, quod ex libris Meliti esse ait.* Rhois rubri drach. ii. florum rosarum drach. i. costij, croci, utriusque obol. iij. excipe melle. Hanc etiam gargariari cum passlo, aut aqua nulla ait, neque scio cur hoc hic adscripserit, cum omnia gargariari possint. *Aliud stomaticum quod etiam ipse laudat.* Floris iunci rotundi odorati, myrrhæ, croci, calicæ, aluminis scissi, illyridis, singulorum 3. quatuor, nardi indicæ drach. unam, excipe melle cocto. Hic quidem igitur cocto adiecit. In prioribus uero semper simpliciter melle dixit, permittens nobis quomodo cunctis præparare uelimus. Ego autem uelut dixi, melle despumato utor.

*Alia illitiones stomatica, quas Aselepiades scripsit.*

Illitio ad putredines oris Aselepiadæ. Rhois rubri 3. quatuor, acaciæ drach. i. medullæ 3. quatuor, uino Prænnio dissoluta excipe melle cocto, & utere ad illitionem. Haud scio quomodo reliquerit adscribere ad medullam, num ceruinam, an uirulinam conijci uelit. Quando igitur non adscripsit, rutijs est ceruinam adijcere. Forte enim esse uult medicamentum, fortior autem est medulla ceruina quam bubula. Alia, Succij hypocistidis 3. iij. balauftij drachm. i. lycij drach. i. acaciæ 3. i. excipe oliuæ immaturæ succo, & melle subactis utere.

Illitiones

*Illitiones oris aptæ eis, qui medicamentarias qualitates egre admittunt.*

Porro de mulierculis quid attinet dicere, & maxime diuitibus, quæ præ delicijs stomatica medicamenta egre admittunt? Iam uero etiam uiri quidam non solum præ delicijs, sed etiam natura quodam modo malum stomachum habentes, eiusmodi pharmaca non ferunt. Et sine præterlabentia sepe numero in stomachum, non solum iniucunda aliquo modo sunt, sed etiam noxia. Manifestissima igitur ex ipsis crocum habent & myrrham, & alumen. Melius igitur est aliquas stomaticas compositiones absque his factas habere. In moderatis itaque inflammationibus aut topillarum, aut uas, aut alterius aliquis partis, sufficiunt succi soli fructuum iam dictorum, uelut rubi, & mororum, punicorumque malorum, & cotoneorum. Quin & succus nucum, ubi cum solo melle paratur, suauem gustum habet: itemque mustam ex acerbioribus uuis, ex quibus Aminatum cinum funditur, si in ipsum Rhum addatur: hoc etiam uelut adscripsit optimum sit pharmacum, coctum ut dictum est. Ad eas uero inflammationes quæ multa adstrictione indigent, illitiones stomaticas huiusmodi parauij. Austerorum punicorum succum, aut austerorum cotoneorum, aut etiam utrorumque simul, iuxta prædictam proportionem cum melle miscui, atque sufficiens erat. At uero mororum succus debile pharmacum est. Sed inter hunc & prædictos, medius est iuxta adstringendi uim succus rubi mororum. Fortis autem est uulgo minus ex corticebus nucum, quamquam non sit etiam in gustu acerbus. Vnicuique uero ex his licet uas acerbæ expressas miscere, si quidem uehementer efficere uelis, eadem mensura: si uero non, omnino tamen dimidium succi ipsarum addes. Vehementissimum autem reddetur pharmacum si punica integra tundas una cum corticebus, indeque succum exprimas, atque hoc magis si fuerint acerbæ. Amplius uero acerbissimum ex his fiet, si ad punicorum austerorum ita uisorum succum, uas acerbæ succus superaddatur cum moderato melle. Præstantius adhuc erit, si tota conuulsa punica mala passo cocta excoles. Licetbit etiam ex solis dulcibus punicis pharmacum præparare, ut debilius, ita suauius, & magis si ex solo succo citra cortices composueris. Ego uero sæpe tria punicorum genera permiscui, austeræ, acida & dulcia. Ne uero ualde exasperet, admisto glycyrrhizæ succo, optimum pharmacum efficies. Quin & ex fructibus factum per se solum optimum est medicamentum, tum ijs qui gargariando coluere, tum qui illinere oris inflammationes uolunt. Est autem & hoc partim austerius, partim moderatius in adstringendo, diceturque de compositione ipsius paulo post. Quando uero non solum repulsorium pharmacum nos habere oportet, sed etiam discussorium, si quid appareat induratum, in hunc modum ipsum parabis. His quæ medias facultates habent ex prædictis, iniicies aliquid dum coquatur, ex pulegio, aut thymo, aut origano, hyssopo, mentha, aut calaminta. Deinde colabis, & habebis optimum medicamentum. Si uero calidius efficere uelis, piper addes. Præparauij quandoque etiam sine pulegio, aut thymo, aut aliquo huiusmodi id quod ex succis constat, solo pipere in ipsum coniecto. Omnibus autem si glycyrrhizæ succus addatur, melius pharmacum efficitur. Quod si pro opulenti componas, etiam anoni quid misceris. Quantitas autem huiusmodi rerum eadem tibi seruetur cum ijs, quæ crocum & alumen ac myrrham adsumunt, uelut præscriptum est: pro illis enim tibi hic amoniam erit. Quin & mastichen chian quandoque inieci, post factam uidelicet colaturâ, & postquam ea quæ incocta sunt fuerint exempta.

*De crustis in ore.*

Cap. 2.

In calidis & humidis corporis locis, quale est os, cito putredo accedit, ex quaunque tandem cauila fuerit exulceratum. Confert ad hanc rem etiam id, quod nihil penitus in ipso ex pharmacis incumbere queat, uelut in alijs ulceribus potest. Eluuntur enim omnia a salina. Quapropter etiam fortissimis pharmacis sæpe ad ea uti cogimur. Fortissima autem sunt quæ crustam, escharam Græcis dictâ, efficiunt ad modum cauteriorum. In externis igitur ulceribus, ubi parri curandæ crustas fuerit inducta, a fortibus pharmacis desistimus, ad ea quæ crustas tollunt transgredientes, quæ manifestum est externæ qualitatis ac facultatis esse. In his uero quæ in ore sunt, propter loci naturam, tutius mihi esse uideatur admiscere ad exterioria pharmaca quædam fortia, quæ lingulatum adnora crustas infligunt. Ob hanc igitur causam melli uehementissima extergedi in prædico pharmaca admiscimus ipsas crustas efficiencia. Quemadmodum sane in fordidis ulceribus in cuticula obortis diximus admisceri oportere melli, quæ partim extergent, thus, eruum, iridem, aristolochiam, & quæcunque alia huiusmodi, eadem ratione contraria apponentes, uelut Hippocrates dixit. Vna enim eademque ratio in utroque est, ut uide licet extensorium pharmacum moderate habens ad affectionem adhibeatur. Habebis autem comoderatum pharmacum ipsum mel, in ulcerum quidem forde, debilibus extensorijs permiscum. In quibus autem ob loci naturam, putredinis accessionem formidamus, ex fortioribus quippiam ad ipsum mel admiscimus. Rationabiliter igitur ad oris ulcera arida medicamenta cum melle commiscuerunt, per quæ crustas inductus. Quædam igitur ex huiusmodi pharmacis prius recensui in eo loco, quo ad nomas oris medicamenta scripta sunt. Eadem enim etiam ad crustas conuenire dixi, si mel ipsi addatur. Quin etiam nunc de ipsis scribam, omnia tamen bis diei cuiuspiam uideantur, quæ igitur ab Andromacho scripta sunt paulo ante, in memoriam saltem me reuocare oportet ex eo loco, in quo docuit quæ pharmaca ad nomas oris conueniant: apponant autem principia ipsorum tantum. Vnum igitur pharmacum sic conscripsit. Andromachi stomaticum odorum tenerum ad inflammationes & crustas commodum. Composuit autem ipsum ex nucibus pineis, amylo, & alumine

QUINTA CLASSIS.

Ec 4 scissio,

scisso, flore rosarum, ac croco, melle admisto. Alterū hoc modo scripsit. Pastillus ad affectiones in ore, & crustas, ac nomas, quo etiam ipso, cum melle utitur. Quin & omnia aliā ab ipso ad nomas descripta, et ad crustas commoda sunt cum melle.

*Quæ Crito ad crustas conscripsit.*

Quæ uero Crito ad crustas scripsit, illius ipsius uerbis sic habent. Misy crudā eueffigio tollit. In alio exemplari cum melle tostum habetur. Ad oris uero crustas aqua diluto ac modico utere. Sint autem misyos tostifacit 3. iij. mellis boni cyathifex, comisee ac utere. Similiter facit & chalcitis affata cum melle, ut strigementia sit ipsistudo.

*Quæ Archigenes ad crustas scripsit.*

Archigenes autem de his sic tradidit. In crustis quæ Escharæ Græcis appellantur, priuatim commodum est sterco caninum cum melle illitum. Aut atramentum sutorium purpuræ marinæ tomento innotum uncto, neque agitato, deinde cum melle tritum illinito. Aut pice liquida cum pari melle, pauillo autem cedriæ admisto utitur. Aut Rhois coriarij quantū satis sit irrigati aqua donec strigementosa euadat, ubi coxeris, melli misceto & utitor. Facit & Syriacus Rhus cum melle. Aut hirundinum ustarum, & stercoreis humani parum modum cum melle illine. Aut heparis lupi aridi cochlearia duo trita bibenda præbe. Horum pharmacorum maximam partem laudo, quod uero ex rhoe constat damno, cum adstringentis sit facultatis, quæ nequaquam crustis conueniet. Verum de lupino hepate non habeo quod dicam. Ad hepaticas .n. affectiones scio hoc pharmacum tum per se, tum pharmaco ex eupatorio mistum bibi. An uero et ad crustas in ore porum conueniat, iuxta aliquā totius substantiæ proprietatē, per solam experientiam iudicare oportet, de qua nō est quod dicam, ut qui hoc non sūm usus in huiusmodi affectionibus. Caninum autem sterco, ubi ossa comederint caues, per omnia optimū est, nam & magnopere auxiliatur, neque ullam insuauitatem exhibet utenti. Humanum uero tanquam abominandum semper deestatus sum. Vnus est itaque ipso quidam non prædicens, sed latere conatus. Accepit autem nonnul garc, sed pueris dabat in cibo panem cum leguminibus quæ lupini uocantur, atque ita resiccatum habebat in promptu ad quæcumque eo utique opus esset. Quin & Musa plurimum utus est primus adeo stercore canino, album semper adsumens. Scribit igitur in præsentī affectione similiter eodē canino stercore se usum, his adeo uerbis.

*Musa ad anginam.*

Ad Anginam sterco caninum album accipito ac resiccato, trinumque cribro medico cribrato, & in promptu habeto. Vnus tempore melle diluto, atque tunc ut deuoeretur illinito. Hæc cum scubat Musa, merito ei ad stipulamur: hoc enim pharmaco fortius nullum nouimus, neque in angina, neque in magna tonsillarum inflammatione, aut his quibus ex glandulis suffocationis periculum imminet.

*Ex Sorano.* Experit sumus etiam Sorano scripta pharmaca probe facere, quæ his uerbis tradidit. Chalcitidis tostæ, mellis Artici, quod satis est. Chalcitidem cum melle terito ad strigementitiam crassitudinē ac utitor.

*Aliud ad crustas faciens & humore prægnantes gingiuas iremque fatentes.* Misyos alii 3. viij. aridis illyricæ 3. iij. croci 3. j. Hæc trita ac mista in pyxide lignea reponito, & tum per se, tum cum melle utitor. Consequenter uero etiam hæc hoc modo prodidit. *Aliud pharmacum Anthera, ad prædicitam faciens.*

Iridis illyricæ, sandarachæ, cyperi, singulorum drach. iij. aluminis scissi, croci, crocomagmatis, singulorum drach. ij. his tritis ac mistis utere. Quidam uero & florum rosarum, & gallæ, utriusque 3. ij. adijciunt. Vtere autem ad putredines, & disparatas per abscessum ac cruentas gingiuas arido. Ad crustas cum melle.

*Quæ Heracides Tarentinus ad crustas in ore scripsit.*

Heracides Tarentinus in scriptis suis ad Antiochidem in hunc modum scripsit, de putredinibus in ore. Facit quidem & Anthera sicca admota. Si uero ualidior sit putrefactio, apposita est hæc compositio. Libri ulli partes. iij. auripigmenti partem. j. tritis, mistis utitor, & superne linamentum conuulsum impone, rosaceo tinctum ac expressum. Quidam Libri partes. viij. capiunt. *Aliud ad robustas putrefactiones oris, ac reliqui corporis.* Chalcitidis partem unam, calcis uiuæ tantundem, auripigmenti partem dimidiam, tritis, mistis utere. *Aliud ad putredines in ore, & gingiuarum abscessus.* Florum rosarum 3. iij. aluminis scissi 3. ij. gallæ 3. ij. myrrhæ 3. j. trita melli misceto ac utitor.

Verum ad ulcera leniter crustosa, iniice aluminis 3. iij. myrrhæ obol. ij. gallarum 3. j. Aliud, Aceti acerrimi heminam unam accipito, in ipsumque tantum salis donec non amplius liquetur conijcito, deinde donec siccetur coquito, & ex illo accipito, atque aceti cyathum unum affundito, ac ore detinendum exhibeto per satis multū tempus, deinde iterum atque iterum idem facito ter aut quater per diem, respectu habito ad subiectas partes. In pueris uero latas circum specillum apponito, intingitoque, ac locum conficato, ea corporis figura ordinata ne ipsam deuoeret. Quidam uero arido sale utuntur terentes ipsum cum aceto & resiccantes. Faciunt & alumen rotundum ac fori, pari ponderē. Oportet autem colluere lentium decoctum modico admisto melle, aut rosarum cremorem cum melle. Quod si nō exuperetur per hæc putrefactio, urere iube, munis & contectis in orbem circumiectis locis. Sic autem candens ac pellucens cauterium, quod admoveatur donec nullus humor amplius desinat, & locus uideatur exuperatus. Postea colluenda prædicta, & Anthera compositio utendum ex melle, usquequo crustæ cum rumpantur, atque tum sanæ melle uteris. *Aliud odorum, tenerum, ad inflammationes & crustas commodum.* Nucum p-

nearum

A nearum 3. iij. amyli 3. duas, aluminis scissi 3. j. florum rosarum 3. j. croci obol. ij. excipe melle. Hoc medicamentum ex Ferula Cratippi sumptum dicit.

*Ad columellam siue gurgulionem.*

Cap. 3.

Carnosa quædam particula in summo ore apparet dependens, si quis aperto plurimum ore toto linguam deprimat. Hæc ipsa caruncula duobus nominibus appellatur a ueteribus Græcis, garga-reon, & cion, hoc est gurgulio & columna. Ceterum posteriores medici fere omnes non ita, sed cionidem, id est columellam uocant. Nam qui staphylen, id est uiam, ipsam appellant, eorum neque meminisse præstat. Nos enim non particulam ipsam, sed unam aliquam eius affectionem, staphylen siue uiam nominamus. Raro autem hæc affectio circa columellam contingit. Verum ualde sæpe inflammatur. Et sane quemadmodum in alijs omnibus, in quibus ex humorum influxu contingit morbus, ita etiam hic prima auxilia reprimunt fluxum. Adstringentis igitur facultatis hæc esse oportet. & si quidem moderatus sit influxus, moderate adstringentis, quam austeram priuatim dicunt. Vbi uero uehementior fuerit influxus, acerbæ. Ambæ enim adstringunt, sed debilius austeræ, uehementius autem acerbæ. Relatæ sunt autem sæpe ambarum materiæ. Verum præstat & nunc meminisse, quo in paruis inflammationibus debiles, in magnis uehementes adhibeatis. Collutiones itaque moderatæ sunt ex palmulis, aut phœnico

B balanis, aut quomodocumque appellare uelis, decoctis quandoque sola aqua, quandoque modico melle iniecto. Hinc consimilis est collutio ex decocto rosarum, pampinorum uitis, rubi, rubi canini, lentisci, hederæ, cypri, terebinthi, rhamni, jaspalathi, cyperi, ac cyrinorum, item siliquarum, & radicum mori, hypocistidis, malorum austerorum, & pyrarum acerbiorum, ac id est sorborum, quæ multi apponentes ad primam nominis syllabam u. s. i. e. appellant, ut nominis quidem tres sint in uniuersum literæ, tum tum, tum, tum, apud græcizares uero cum, tum, tum. His fortiora sunt myrti ac baccarum eius decoctum, & ex acerbis cotonicis malis, & uirgultorum tenerorum ilicis, arbuti, simlacis, ac phagi, & ipsarum glandium, mespilorum item & conorum, & fructus memæcyli. Generosissimum autem est decoctum gallarum, & rhois culinarij ac coriarij, ac fructus myricæ, & spinæ Aegyptiæ. Ex his singula tum per se, tum etiam mistum cocta ex aqua, gargassare oportet. Mirum enim quam multura ipsorum uiliores sæpe sunt ipso simplici usu. Quin & aridis tritis columellam contingere oportet, sentim quodammodo ad supernam regionem & externam, ad linguam uidelicet ducendo. Verum trita arida pharmaca cochleario excipiantur, & melius est ut ipsum cochlearium ad finem in obliquam lineam desinat, quam in rectam. Et ex his ipsis, moderatæ quidem sunt rosæ, & stos ipsarum, & uirgulta iam enumeratarum plantarum, hypocistis, rheon, lapis quo sutores muliebria calciamenta expoliunt, uocatur autem Ageratus, uelut nō

senescens, aloëque, & cyperus, & tunc rotundi odorati stos, radix nardi indicæ, ac nostræ montanæ. Fortiora his sunt, & citra manifestam aspritudinem adstringunt, fructus spinæ aegyptiæ, rheon, & quod di-phryges appellatur, rhus obsoniorum siue culinarij, & ex acerbis, balauftium, cyrini, malicorium, gallæ, & magis exacte cum omphacitis fuerit. Adstringunt etiam eximie omnia aluminis genera. Scissum uero inter ea tenuiorum partium est, & ob id utilius. Atramentum uero sutorium uehementem habet adstringendi uiam, sed non expers est calfaciendi, & propterea putredinosi ulceribus conuenit: & tamen exacerbare columellam, etiam si iam sit in scirrhum indurata. Succo porrō adstringentes ex omnibus dictis plantis sunt, & fructibus ipsarum consimiliter. Dictum est de ipsis inter illitiones stomaticas, quarum aliqua ex multi, aliqua ex mellis mistura præparantur. Corumpuntur enim succi omnino si absque melle reponantur, aut rursus resiccantur si plurimum fuerint cocti. Quidam uero succi etiam si ad solem astium siccantur, ad moderatam ipsorum aspritudinem, per tempus tamen exarescunt, & si ad plures annos durarint, in eam perueniunt ariditatem, ut conteri queant in modum cyrinorum & balauftiorum. Tales sunt hypocistidis succus, & unæ acerbæ, ac glycyrrhizæ, & centaury. Et, ut in summa dicam, omnes succi etiam si absque melle diutius fuerint cocti, non quidem corumpuntur, uerum tempore sunt aridi, & quidam sane uelut dixi, conteri possunt, quidam uero natura uidelicet tenaces & viscosi, in la-

minam magis abeunt, quam ut conterantur. Atque hæc quidem simplicia commoda existunt. Composita autem ex ipsis iuxta duplicem utilitatem sunt. Vnam quidem ex his quæ eiusdem generis sunt, quæ do uehementi molle admiscemus, carentes medio, uelut florem rosarum, aut ipsas rosas cum galla aut alumine permiscemus, & unumquodque ex prædictis lenibus pharmacis ad uehementem addentes. Non pauca enim numero iuxta huiusmodi permutationem erunt. Immo & iuxta misturam ipsam ex duabus factam plura pharmaca fiunt, cum alias alia quantitate miscantur. Velut si duplus sit rosarum stos quantitate aluminis, aut uice uersa duplum alumen ad florem rosarum: possit autem non solum duplum, sed & triplum, & quadruplum alterum alteri misceri. Neque clam est etiam par pari, atque hoc quidē medium fuerit inter summa siue extrema. Reliqua uero omnia partim propius molliori accedant, quæ uidelicet plus rosarum habent partim autem uehementissimo, quæ scilicet plus aluminis capiunt. In utriusque uero non obscurum est magis & minus. Cum enim duo sunt pharmaca, forte quidē est in quo alumen rosas excellit. Fortius autem est in quo triplum alumen ad rosas continetur, quam pharmaca quod duplum saltem habet. Quod igitur semper me dicere audiuitis, etiam nūc dicam. Stulti sunt qui inter duo eiusdem generis pharmaca, utrum ipsorum melius sit querunt, aut quod tandem omnium optimum existat. Perinde enim faciunt, ac si quis querat, præstetne alicam aut ptisanā ægris exhibere: aut Num uinum, an acetum nullum, aut aliquod purgatorium medicamentum, aut num melius sit uerare

album



album an nigrum, aut si in unum sum quis de omnibus auxilijs interroget quod ipsorum optimum existat. Omnia enim respectu ad aliquid, tum emolumentum, tum detrimentum in se habent, quod ipsam etiam Hippocrates dixit primum omnium posteriorum quod equidem sciam. Ex recentioribus autem medicis aliqui, quemadmodum alia multa nugantur, sic etiam talia. Vidistis porro saepe opere perfectam quam dico acritatem. Intempestive namque aliqui pharmacis quae habebat usi, deinde quod exacerbari affectionem his uiderent, ad alia citra methodum transgressi, & neque his quicquam efficientes, ad tertiam deinceps transiunt, aliquando etiam quartam praeter rationem delati, & affectum iam mali graui esse iudicantes, me in consilium adhibuerunt: quibus ostendere mihi iussis pharmaca quae habebant, id quod commodum esset ad praesentem constitutionem indicam: atque cum ipsi dicerent per pharmacum quod ego cosultebam, agrum exacerbatum esse, & ob id se eo mi formidare, uerum etiam sic persuasos a me ad ipsius usum compuli, & tum illis, tum nobis utrumque quod Herophilus dixit, uerum esse ostendi. Siue enim dixeris pharmaca nihil esse sola per se ipsa, recte dices. Nihil enim sunt, nisi uiuentem eis recte fuerint adepta. Siue rursus pharmaca ueluti Deorum manus esse dixeris, etiam hoc recte dices. Iuuant enim maxime, si is qui eis utitur, in rationali methodo fuerit exercitatus, & cum hoc natura prudens. Quidam enim haud sane praestantiores existentes, de sapientia cum prudentissimis contendunt. Mistura itaque medicamentorum eiusdem generis, mediocrium pharmacorum usus gratia fit, & ob id semper duo contraria facultatibus pharmaca in unoquoque affectu uos habere opere praeratum duco. Permiscendo enim ipsa omnino multis medijs pharmacis abundabit. Vna igitur mistura eiusdem generis pharmacorum causa haec est, iam uidelicet relata. Vna uero alia mistura ex diuersis generis pharmacis, ex huiusmodi rationatione coepit. Raro equidem inuenitur quis affectionem aut discusso riji tantum, aut repulso riji indigentem. Parua etenim, & affectiones nomine uix a medicis dignatae, confestim sedantur. Vbi uero generatus affectus maiorem habuerit causam, impossibile est ipsum per repulso riji perfecte sanare, & maxime ubi aegri corpus fuerit humoribus multis repletum, aut particula affecta natura debilis. Ob id igitur cogitur saepe quidem in principio, saepe uero paulo post admiscere quippiam ex discusso riji. Si uero dolor affuerit simul uehementis, etiam ex discusso riji addere. At uero cum & haec omnino multa sint, a mollioribus suspicandum erit. Ab acris enim inflammata exacerbantur. Atque ea gratia composita medicamenta in usum uenerunt cum ad aliarum partium inflammationes, tum gurgulionis. Veluti cum ad alumen iridem illyricam admiscemus, aut farinam eruinam, aut thus, aut myrrham. Cum enim adstringentia sint multa, & non pauca citra acrimoniam discutientia, uarietas pharmacorum ad columellas inflammatas merito multijuga facta est. Ceterum tu perspecta inflammationis magnitudine ac caliditate, & considerata influxus quantitate, ampliusque copiam humorum in toto corpore per coniecturam affectus pharmaco in quo aut adstringentium, aut discutientium uis excellit uteris. Adscribam autem rursus etiam haec pharmaca quae ab expertissimis tradita sunt, partim quidem cum proprijs discrimibus, non pauca uero etiam citra distinctiones. In quibus sane ego, uelut etiam in alijs quae supra tradidi, propria discrimina apponam.

*Quae Archigenes scripsit ad gurguliones inflammatos.*

Ad propositam affectionem sic scripsit Archigenes in primo pharmacorum. Vna laxata succum dissolutum adiuue, aut gallam tritam cum sale, aut ipsum sal dissolutum, aut lycij radicem tritam, aut omnia pharmaca cum melle. Si uero fortius uelis, aramenti furoris, squamae aeris, aluminis scissi, misyos, myrrham, gallam, aquas partes tritas ac uino exceptas illine. Si sola illa Archigenes tradidisset & sic cessasset, haud iniuria ipsum reprehenderim citra discrimen scribentem pharmaca facultatis penitus contrariae. Quoniam uero in his quae deinceps scribuntur, corrigi interdum ipsam horum indistinctionem, recte facit. Quod uero indistinctam haec dicta sunt, hinc discere licet. Vna inquit laxata succum dissolutum adiuue. Oportebat equidem etiam hic apponere qualem succum dicat. Verum cum omnibus tum persuasum sit cyrenicum succum optime facere ad columellam inflammaram, non apposuit cyrenicum, & ob id igitur quispiam haud ipsi succenluerit. At uero quod acerrimum & maxime calfactorium pharmacum, ipsum cyrenicum succum cum contrarijs scripsit, non apponens discrimen, neque ostendens quando ipso succo uti conueniat, & quando adstringentibus pharmacis, in hoc perperam fecit. At ramentum furoris enim, & squamam aeris, & alumen scissum, & misy, & gallam, omnia aequis partibus in uino retere inbens, ampliusque ad haec myrrham pari pondere addens, hoc modo composito pharmaco uiam illinit, quod fortissima adstringendi facultate praeditum est. Verum huius scripturae in determinatam incertitudinem mox mitigauit, praescribendo uidelicet haec uerba pharmaci compositioni, Si uero fortius uelis. Hoc enim scripsit tanquam scientibus nobis quando fortibus utendum sit. Porro mistum pharmacum est & hoc ubi scripsit, aut gallam tritam cum sale. Gallam enim uehementer adstringit. Sal uero discutit cum modica adstrictione. In principio uero sale non est priuatim utendum, sicut neque succo, sed in indurata iam & diurna columellae inflammatione. Ipse autem non columella scripsit, sed uia laxata, cum uulgo existimans columellae inflammationem uiam appellari. Et quid mirum hoc putandum, quando etiam ex nostratibus quidam ob Articulorum superciliosus & iactabundus, uiam ipsam particula appellari existimauit? Maior enim huius quam Archigenis ignorantia fuit, quam tuam ex alijs ueteribus huius appellationis usus parabilis sit, tum ex Hippocrate constet, ex his

adeo

A adeo in praenotionum libro, uerbis: Gurguliones cum periculo excinduntur, uruntur, ac rescantur, quando rubri fuerint, & magis. Nam & inflammatio ad hoc consequitur, & sanguinis eruptio. Verum tales graciles reddere alijs artibus hoc tempore oportet. Haec praefatus Hippocrates deinceps ait. Cum uero totum fuerit separatum, quod sane uiam uocant, & extremum gurgulionis manus & liuidum fuerit factum, superior uero pars tenuior, in hoc sane tempore tutum est manus admoliri. Praestiterit autem alio prius euacuata inanum adhibere, si tempus hoc permittat, & non suffocetur homo. Manifestius autem adhuc Diocles interpretatus est, qualis sit affectio uia appellata, & post eum Praxagoras, & Mantias, & quicumque concomitantia affectus conscripserunt. Quidam uero etiam ob id affectionem uiam appellatam esse dixerunt, quod uia fructui extremum gurgulionis simile apparet. Quae porro deinceps ab Archigene scripta sunt, recte dicta sunt, discrimina nimirum usus ipsorum eo adscribente. Habent autem sic. *Commune pharmacum columellae & tonsillarum.* In commune tum tonsillis, tum columellae inflammationis, aut exulceratis, in principio conuenit, quies, inedia, & consequens dieta, gargarismi simpliciter leniter adstringentes. Postea diluitor tepida, aut aqua mulla, aut palmularum, aut uitis pampinorum, aut malorum cotoneorum, aut mespilorum, aut pyrasterorum, aut rosarum decoctum, ita ut ad austera decocta parum mellis admisceatur. Pulchre hic ad hoc ipsum, aut uitis oportere mellis paucillum miscere, uerum paulo ante cum aqua mulla per se uti iussit in principio inflammationum, non recte fecit. Nihil enim adstringens habet aqua mulla, sed rectissime quis ipsam extensoriam dixerit: & si simul disculso riam dicat, nihil deliquerit. Quae uero deinceps ab eo scripta sunt, recte habent in hunc modum. Facit & acacia succus aqua dilutus. Illinenda sunt etiam consimilia stomatica medicamenta, uelut est quod ex moris constat simplex. Rhois item syriaca ac coriaria cremore cocto ad spissitudinem, cum melle misto utere. Aut puniceum dulcium atque acidorum succum ad mellis crassitudinem decoquere ac uti. Aut uiae acerbae succum cum aqua confidere, aut rubi, aut lentisci, aut terebinthi, aut myrti, aut rosarum succo cum melle utere. Et postea forinsecus alumen scissum cum dimidia aloes parte, ac modica acacia cum succo solani imponere consulens, haec uerba infert. Quod si moretur inflammatio, acerrimum tepidum per se gargarisere, aut galla trita admista, aut rubi, aut agrellis olea radice. Aut cyperi decoctum cum melle. Aut passum cum aqua. Aut sycites uinum calidum. Aut maluae decoctum. Manifestum est enim haec auxilia communia esse, uelut praedictum est, tum columellae, tum tonsillarum. Verum non recte uidetur mihi passum cum aqua confidere, utpote imbecilli ad talia medicamentum, quemadmodum etiam uino sycite, & maluae decocto, priusquam ad suppurationem perueniat affectus: oportebat autem hoc ipsum ab eo indicari. Connectit deinde Archigenes ad praedicta sic scribens: Illinenda & ea quae supra ad ulcuscula in naribus scripta sunt. Priuatim autem picem cum oleo aut melle. Aut coccomagma cum modica galla & melle. Aut alumen rotundum cum flore rosarum tritum, aut rosas aridas, aut florem ipsarum, trita insperge, aut tum tonsillis, cum uiae infusilla. Aut cyperi radicem, uel myrram, aut lentiscum, uel rubum, aut gallam, aut salem tenuem similiter insperge. Aut omphacium, uel alumen scissum cum melle illine. Aut florem rosarum uel crocum cum mali punici succo. Hic rursus adstringentia ad disculso riam citra discrimen permiscuit. Nihil enim simile est inspergere salem tenuem, aut rosas siccas, uel florem ipsarum, aut picem cum oleo uti, quod pharmacum est calfactorium ac disculso rium: aut galla & alumine, quae pharmaca sunt maxime adstringentia. Ceterum [senescente atque] indurata iam inflammatione, recte pix liquida adhibeatur, aut arida oleo liquefacta. Tunc uero etiam sal commodus fuerit, corpore uidelicet prius euacuato. Incipiente uero aut augete & cum multa caliditate uigente, maxime contrarium auxilium est pix cum oleo, eademque ratione etiam sal. Consequenter autem recte descripsit Archigenes ad uigentem affectionem auxilia. Indicat autem ex eo, augetes & nihil opus sentiens ex praescriptis malum. Habet sermo eius hoc modo. Si uero in uigorem peruenerit affectio, aut alius subducatur, aut fur furum loturam calidam gargarisere, aut pisanam succum, aut passum tepidum, aut radicis dulcis decoctum cum passu & hyssopo, aut ficus uino incoctas, aut pisanam succum in quo uiae passe sunt incoctae. Magnopere iuuantur si amygdalinum oleum in aures infuderis, forinsecusque spongijs expressis leniter rotueris. Quin & dissolutum crudum ex hordeacea farina imponendum, aut ex farina seminis lini aut foenigraci, aut etiam mistura ex his omnibus facta. Si ita prope suppurationem fuerint tonsillae, eoadiuuare assidue per sicum decoctum oportet, & ferme indelenter id ad gargarisandum exhibere, similiterque aquam mullam calidam. Si uero nihil tale apparuerit, augete tamen malum, ita ut aegre transglutire possint aegri, & suffocationis principium sit nobis suspectione collo ac mento affigenda. Fomentis etiam ac cataplasmatibus frequentius & robustius utendum, & assiduis gargarisibus. Quod si ad nullum horum praesidorum cedat, sed augetur, uena sub lingua secetur, aut iuxta angulos oculorum, atque ea quae in fronte est. Illinatur autem assidue fel tauri, & elaterium cum melle, aut sal & oleum uetas cum melle & aceto. Aut centaurea cum melle. Aut abinthium cum nitro & melle. Aut hircundines integras una cum pennis uetas ac ritas cum melle illinito. Aiunt aliqui etiam summe facere hircundinum pullos teneros ualde, sicut recentes, siue sale conditos, affatos, & in cibo exhibitos, statim enim leuant suffocationem. Siue autem pueri sint, siue senes, sulfur & iridem cum melle delingenda dato. Quod haec communes medelae sint utriusque, uelut in principio dixit, uiae uidelicet & tonsillarum, manifestum fecit ex his quae consequenter infert, cum

ait.

ait. Aliqui angina prehenfis, quos cum synanchicos, tum cynanchicos Graeci appellant, elatery, & fel-  
lis tauri, utriusque obolos duos, cum aqua multa tepida bibendos praebent. Quidam uero a fellos sub  
aquatij uasis nascentis in potu exhibent, aut delingendos dant, aut dolentibus & affectis partibus illi-  
runt, & ualde se iunari testantur. Quin & per naporem intra os receptum hoc modo fomentum adhi-  
beretur. Origanum aut hyssopum, aut saturciam, cum sufficienti aceto diligenter in olla feruefacito obtu-  
rata. Operculum autem circa medium habeat foramen. Deinde arundinem ad foramen operculi ac-  
os agri adaptato, ac fomentum admittito. Si uero os a feruore arundinis comburatur, ouum uacuum  
utrumque perforatum agri in ore contineatur, & per ipsum arundo inferatur. Mollius sit fomentum, si  
pro aceto aqua sumatur. Quidam utramque origanum, & nasturtij semen, ac oleum in posca trita mi-  
scant, & similiter pro fomento adhibent. Aut cinerem pollorum hirundinum implurium illine, aut so-  
lam succum, & botryum aquis partibus cum rosaceo cerato mento impone. Eis uero qui suffocantur,  
picem cum aqua & nitro in potu praebent. Haec quidem Archigenes scripsit. Ego uero nunquam tentavi  
ulli alicui, ea quae bibuntur pharmaca, in eiusmodi affectionibus exhibere, qualium sane tum ipse, tum  
alii quidam meminerunt. Itaque hoc quod ad finem seumonis praescripti habetur, his uerbis. Eis uero  
qui suffocantur, picem & nitrum cum aqua in potu praebent. non possum mihi persuadere qua ratione sit  
dictum. Immo neque ex praecceptoribus aliquem, neque alium illum eo utentem uidi, neque etiam ipse  
se in usum assumere tentavi. **¶** At uero uenam secare eis qui suffocantur, & eluere fori atque acri clyste-  
re, & purgatoria exhibere, gratia euacuandi uniuersum corpus, & transferendi infra humerum in omentum  
qui ad affectas partes feruntur, rationabile est, & multa experientia iudicatum ac cognitum. Simi-  
liter etiam post totius corporis euacuationem, & diuersionem ad infernas partes, pharmacis acerbis  
moleculam discutiorij uti rationi consentaneum est, & experientiam testem habet. Picem uero cum aqua  
& nitro in potu praebere abstineri, utpote cum neque alium utentem uiderim, neque rationem ad hunc  
usum ducem habeam.

*Quae Apollonius in primo parabiliu prodidit.*

Apollonius in primo parabiliu sic ad uerbum scripsit. Ad inflammatam columellam illiriones. Sa-  
le trito & melle illinens reprimet columellam. Picem illinens per digitum apprimet. Succum cyre-  
naicum aqua diluito, & columella adhibeto. Chalchridem tritam similiter admoueto. Omphacio tri-  
to cum melle uritor. Haec Apollonius. Licet autem nobis uidere in his quae absque discrimine scripta  
sunt. Quod si quis uniuscuiusque indefinite scripti facultates nouerit, quo in opportuno tempore eis  
utatur, maximum omnino noxamentum inferet. Scriptum est itaque hic primum omnium, Sale trito  
& melle utendum esse. Postremam autem, Omphacio cum melle. Contraria autem facultas est ompha-  
cij ad saltem. Quare si quis in principio sale utatur, maxime si humores in corpore ex aquo abundant,  
aut etiam circa caput haereant, extreme agrum ledet. Omphacium uero in principio commodissimum  
est, non trahens, neque euellens ad se ex alto, uelut sal cum melle, sed repellens. Sales autem cum mel-  
le discutiorij uim habent, modica adstrictoria uel sal commista, quae sane per admisionem mellis pe-  
nitius euertitur. Ceterum id quod ex pice constat, in ueteratis inflammationibus, & iam in scirrhum, ut  
ita dicam, induratis conuenit. Quemadmodum etiam cyrenaicus succus non incipientibus, sed ubi iam  
quod influit per adstringentia repressum est, prodest. Chalcitis uero in totum inepta est, praeterquam  
si ualde inueterata & aegre curabilis sit affectio. Est enim medicamentum mordax si cruda adhibeatur,  
quapropter ut uim ipsius diminuantur, uita frequentius utimur. Deinceps Apollonius haec ad uerbum  
scripsit: Gargarisimi ad pendulam columellam. Origanum tritam aceto & aqua affusis feruefacito, &  
cum caricarum succo misceto, ac utitor ad gargarissandum. Aut hyssopum terito, & caricarum cocta-  
rum succo misceto, ac utitor uelut origano. Mentam ac rutam & coriandrum lacte asinino trita garga-  
rissanda praebent. Apium & lauri folia trita, & uino aut lentis decocto diluta gargarissata. Noui quendam,  
qui omnibus ab Apollonio scriptis indiscriminatim utitur, in principio inflammationis gurgulionis  
uno ex his usum esse, & agrum extreme lassisse: praeter alia enim, neque sciebat quid pendula columel-  
la esset, cum uelit Apollonius ualde laxatam absque inflammatione, gurgulionis affectionem ostende-  
re, quam etiam refecare consueuimus, atque in hac reuera pituitam detrahentia & calfacientia pharma-  
ca commoda existunt. Nam in totum subalbida sit & exanguior. Deinde Apollonius haec subdit: Lo-  
tium asini plurimum & calidissimum bibendum praebent. Idem etiam in angina. Miror equidem eiusmodi auxi-  
lia tradentes: certe enim scio omnes homines, paucis omnino exceptis, citius inori uelle, quam uinam  
asini bibere. Verum hic etiam plurimum addit, & alias uelut antea dixi, absurdissimum est curantem oris  
inflammationem pharmacum potabile exhibere, nisi si ex purgantium numero existat. Haec enim alte-  
rius usus gratia dantur. Ex alijs sufficiunt quae citra transglutinationem auxiliari possunt. Quin & quod  
postea scriptum est similem habet absurditatem, quod iudem bibere iubet. Scribit itaque sic de ipso:  
Lauri folia trita ex uino & aqua bibenda praebeto.

*Quae ab Hera tradita sunt.*

Herae igitur multo melius quam Apollonius scripsit hoc modo. Ad columellam laxatam. Gallae om-  
phacitidis partem unam, saluminis scissi partem unam, salis ammoniaci partem unam. Vtrumque per se  
actum terito, & exposito inde cochleario unam contingito. Lapidem Ageratum appellatum, quo su-  
tores

Atores ad muliebria calciamera expolienda utuntur, deradito, indeque cochlearium expletum uiae adhibeto.  
Ex his duobus pharmacis, alterum posterius omni molestia caret, neque nocere potens, neque ma-  
gnopere iuuare, quocumque tandem tempore quis eo utatur. Fortius est prius. In principio itaque &  
cum ualde rubent, minime aptum est. Si uero praevacuato toto corpore, & post repulsiuorum phar-  
macorum usum adhibeatur, ubi non ualde rubens sit gurgulio, iuuare potest. Ex contrarijs enim forti-  
bus componitur facultatibus, repulsiua & discutioria. Quare non recte fecit Herae indiscriminatim  
ipsa tradendo.

*Quae Heraclides Tarentinus tradidit.*

Tarentinus porro Heraclides in libris ad Antiochidem, ad inflammatas collumellas sic scripsit: Om-  
phacium siccum terito, & admisto sufficienti melle adhibeto. Aut gallam tritam cum melle, aut alumē  
scissum eodem modo. Aut succum cyrenaicum cum melle. Aut melanteriam qua sutores uiuntur.  
Aut Andronium passillum, quem in uulnerarijs medicamentis referam, cum uino. Opor-  
tet autem post haec lentium decoctum gargarissare. Recte ad finem hoc adscripsit. Vehementia enim  
sunt omnia praescripta ab ipso pharmaca, acerbata qualitate praedita, & ob id exasperanti. Itaque aspri-  
tudinem ab ipsis inductam mitigare uult per lentium decoctum. In moderata inflammatione non est  
neccessē his uti, quemadmodum neque ubi columellae ualde rubrae fuerint, & calidam inflammationem  
habent. Immo neque in declinatione earum: tunc enim discutioriorum medicamentorum uim praedo-  
minari oportet.

*Ab Asclepiade prodita.*

Asclepiades ad eandem sic scripsit: Siccum ad laxatas columellas. Anethum una cum semine & radi-  
cibus quod satis est accipe, & in uas sicile coniectum, cuius os sit subobturatum, & ipsum uas luto obli-  
tum, in furnum donec uas ignescat mitte, deinde ex fumo extractum anethum uisum tere, & sublarum  
reponere. Vbi uero expectent anethi partes duas accipe, & iridis illyricae in tenuissimum puluillum reda-  
ctae partem unam admisce, ac per arundinem insuffila. Aliud, Rosarum siccarum sextarium unum,  
nardi celticae una cum radicibus & adherente terra calciculum unum, nidi hirundinum syluestrium  
aridi 3. res, myrrhae 3. octo, gallae omphacitidis numero quindecim, contrasa & trita insuffila, & cum di-  
gitis adhibe. Ex his duobus pharmacis prius penitus nihil ex repulsiujs habet, sed est totum discutio-  
rium. Alterum uero ex contrarijs mistum est facultatibus: multam enim discutioriam uim habet sylue-  
strium hirundinum nidus, adstringentem autem galla. Mediae uero potentiae est myrrha, & mista nar-  
dus celtica, ita ut tum discutioria, tum adstrictoria facultas, ambae in eo sint moderatae. Ceterum per  
arundinem eiusmodi pharmaca insuffilari ualde improbo. Defertur enim ex ipsis multum tum in gulae  
sumatur, tum in ipsam gulam. Praestat itaque cochleario indita apprimere, quemadmodum ego mihi so-  
leo, ut uidistis. Quin & tertium pharmacum Asclepiades post praedicta duo conscripsit his uerbis.  
*Siccum ad laxatam columellam & tumentem, Neapolita.* Piperis albi 3. unam, myrrhae 3. unam, aluminis scis-  
si 3. duas, gallae omphacitidis 3. duas, trita admoue. Hoc pharmacum a principio usque ad finem utile  
esse poterit, praeterquam in uehementer rubentibus. In his enim uitare oportet acrium ac mordacium  
ualdemisturam, quale hoc loco piper existit. Aliud deinceps eiusdem facultatis scripsit ad tumentes  
columellas ex his compositum. Lapidis agerati 3. quatuor, floris lapidis alij 3. quatuor, terrae samiae 3.  
quatuor, aluminis scissi 3. duas, croci torrefacti drachmas duas, gallarum omphacitidum 3. duas, tritis  
utere. Hoc & nos uel sumus saepe ut oprimo, & quod omni tempore iuuare possit, praeterquam uelut in  
praecedenti dixi, statim in principio, & cum ruber & calidus fuerit inflammationis tumor. In inuete-  
ratis autem iam, & corpore euacuato, post unum usum statim magnam commoditatem exhibent.  
Sunt enim uehementer adstringentia ac discutientia, & ea quae mediae materiae sunt, in ipso tem-  
perate mista.

*Critonis pharmacum hoc modo scriptum ad columellas.*

D Hoc pharmacum ad ipsam temporis opportunitatem apparato. Ossium palmularum, nucem tenera-  
rum immaturarum siccarum, utrorumque 3. quatuor, urito, ac in puluillum terito. Vtere ayido admoto.  
Et in hoc pharmaco ossium palmularum uis satis discutioria est. Nam & in alijs affectionibus eorū ex-  
perientiam habemus, quod eiusmodi uiribus sint praedita. Nucem uero tenerarum siccarum cinis di-  
scutioriam uim habet una cum adstringente.

*Soranus ad columellas.*

Quin & Soranus pharmacum indiscriminatim scripsit, non apponens in quibus priuatim faciat. Ha-  
bent autem uerba eius hoc modo. Radicem dulcem contundito, & mel & dulcem aquam pari mensu-  
ra affundito, deinde coquito, & succum gargarissandum praebeto. Peccauit in hoc quod non adscripsit,  
maxime mitigatorum hoc pharmacū esse, quod in uigore inflammationum magnopere auxiliari potest,  
Huius usus commodus etiam est, ubi ex acerbis pharmacis immoderatus quis irritari & exasperari  
columellam inflammatam. Hanc enim lenit hoc pharmacum.

*De pharmacis ad ulcera oris aphthas appellatas.*

Cap. 4.

V Lcerationes in superficie oris obortas aphthas appellant, habentes quippiam igneae caliditatis.  
Fiunt autem ut plurimum praeter lactentibus, cum aut uitiosum fuerit lac nutrictis, aut non probe  
ipsam

ipsum concocerit infans. Curantur facile, utpote quæ ex moderate adstringentibus sedantur. Quam-  
doque tamen diuturne sunt ac ægre solubiles, & progressu temporis putredinosum quid acquirunt,  
quod a medicis Nomen, id est ulcus depascens appellatur. Scripta itaque sunt & ad ipsas medicamenta,  
moderata quidem ad eas, quæ nihil maligni habent: fortia uero ad eas, quæ iam quid putredinosum &  
serpendo depascens habent. Mentionem faciam eorum quæ recentiores coaceruantur, Nam ex his quæ  
ueteres conscripserunt, optima cum magna experientia ipsi elegerunt, & quadam eorum quæ postea  
inuenta sunt apposuerunt. Inuenias autem post ueteres, etiam Mantia & Heraclidæ Tarentini plurima  
pharmaca scripta. Similiter & Menecrates librum optimorum pharmacorum inscripsit, ex quibus plu-  
rima ipse inuenit, quemadmodum & cappadox Heras: Andromachus autem duos, & tertium in quo  
oculorum pharmaca continentur. Plures autem libros composuerunt Antonius Musa, & post eum Ascle-  
piadæ duo, & post hos Crito. Verum hi quidem tres post Andromachum nati sunt, Heras autem ante  
Andromachum, & ante ipsum etiã Musa ac Menecrates. Longo uero tempore etiam hos præcessit He-  
raclides, & præceptor eius Mantias. Verum Mantias uelut ab initio Herophili sectator fuit, ita etiam  
per omnia mansit. Heraclides autem medicorum empiricorum sectam elegit, optimus medicus tã cir-  
ca alias artis partes factus, tum plurimorum pharmacorum expertus. Cum itaq; aphthas, (de his enim  
sermo institutus est.) malignas euadunt, fortioribus medicamentis egent, qualia etiã alias in tonsillis ac  
ore affectiones sanant. Prædicto igitur scopo compositionis eorum, nihil amplius opus habeo de his di-  
cere, sed ad narrationem progrediar præcognitorum, initio sumpro ab his quæ Andromachus scripsit,  
quemadmodum consueui ad uerbum ipsa transcribere.

*Quæ Andromachus scripsit ad aphthas.*

Non solum Andromachus, sed & alij multi duo pharmacorum genera ad aphthas conscripserunt.  
Ad eas quidem quæ nihil maligni habent, moderata uiribus pharmaca componentes. Ad malignas ue-  
ro fortiora. Adscribunt autem in his ipsi aliquando, quod ad aphthas & ulcera hoc pharmacum conue-  
nit, aliquando quod ad aphthas putredinosas. Cum uero simpliciter ad aphthas adscripserint, simpli-  
ces indicant & nihil maligni habentes. Andromachus igitur ad malignas aphthas sic scripsit. *Ad  
aphthas in ore & uicera.* Aluminis scissi usti drach. duas, fructus ericæ drachmam unam, oleo excipito, &  
per digitum locis apprimito. Aliud, Aeruginis drachmas duas, aluminis scissi [partes duas,] gallæ  
in puluillum redactæ partem unam, terito & per linteolum concernito, deinde digitum oleo madefaci-  
to, siccumque excipito, & tonsillis extergendis apprimito, item palato, & ure. Disparat pelliculas, &  
tollit asperitates circa ipsum os, callos excoriat, & ulcera ad cicatricem perducit. Ceterum ad aphthas  
in superficie hærentes sic scripsit. Ad aphthas lycium Indicum uino tritum circumlitum facit, & ericæ  
fructus tritus, aut rosæ siccæ cum melle. Hæc præfatus infert. Si uero nigra sint & malignæ, uita passæ  
puræ partes iij. anisi tantundem, trita cum melle illine, deinde collue.

*Quæ Crito ad aphthas scripsit.*

Crito uero sic ad aphthas scripsit. Portulacam in melle tinctam manducet, aut oleæ folijs in uino  
coctis os colluat, aut foliorum myrti alba decocto ex uino, aut æruginis uermiculatæ obolos tres, in ui-  
ni hemina parte quarta tritos colluat. Quin & galla in acri aceto contrita illinitur. In pueris autem te-  
dulæ, bouianque medullam ubi coxeris, minutim concisas porrige. Faciunt & amygdalæ amaræ cum  
melle. Nigrefactas autem aphthas, uita passæ exacinata & aniso tritis cum melle illine. Tarenti-  
nus autem Heraclides, ubi exterseris, ait, farina erui cum melle, gallam cum melle adhibe. Conuenit &  
rhus obscuriorum cum menta ramulis. Sit autem rhois copia quantum tribus digitis prehendi potest,  
menta uero ramuli tres, & rosarum folia septem, & nuce pineæ septem. His omnibus cum melle tritis  
nitito, aut lyeio ex aqua. Conuenit & fæx uini dulcis illita cum melle. Aut alumen, & malicorium pun-  
nici dulcis, æquis portionibus terito, & adipe anserino mista illinito, atque aquam calidam frequentius  
colluendam præbeto, ampliusque ad ipem anserinum admoneto. Aliud Musa. Fructus myricæ drac-  
sex, aluminis scissi drach. duas, oleo excepta admoue. Aliud maxime in pueris. Rhoen rubri tritum mel-  
le nullum illine, aut ad ipem suillum & mel liquefacta. Præbeto eis etiam gargarisandum lac asininum.  
Quod si multa saliu feratur, gallam & solanum aceto diluta gargarisare facito, aut uiolas albas siccas  
cum melle tritas illinito. Hæc cum scripserit Crito, merito quis eis succenset, uelut etiam alios sem-  
per reprehendo, qui ex ordine indiscriminatim auxilia receusent, non apponentes an incipiente affe-  
ctione, aut progrediente, aut decedente, aut uigente, aut decrecente conueniant, & nim parua existen-  
te affectione & mansueta, aut adeo maligna, ut iam putredinosum quid habeat. Ex his enim quæ scri-  
psit aliqua simplicissima sunt, in pueris maxime conuenientia nullam affectionem habentibus. Velut  
cum ad ipem suillum & mel liquefacta assumit, & multo magis cum asininum lac colluere præcipit. Sim-  
plicissimum pharmacum est & portulaca melle tinctæ & maducata, & collutio ex folijs oleæ, similiterq;  
ex myrto alba. Fortissimum uero quod ex æruginis & uino constat, quemadmodum etiam galla acri  
aceto trita acillita. Valde enim forte hoc pharmacum, uelut etiam id quod ex æruginis constat. Verum  
in illo paucissima est ærugo, (obolos enim tres dixit in uini quarta hemina parte terendos esse ac col-  
luendos.) debilisque sit copia misturæ uini exoluta: galla uero aceto acri trita ut crassa fiat, & illutioni  
apta, ualde uehemens est pharmacum. Quemadmodum etiam quod ex alumine & malicorio punici  
dulcis componitur, quod nisi ad ad ipem anserinum admistum esset, ad putrefactiones fortes congruens  
esset.

A esset. Forte est & quod ex myricæ fructu ac alumine constat, sed non adeo uelut id quod ex galla & ace-  
to. Semel porro tantum recte fecit apponendo in uerbis serie sic. Quod si multa saliu feratur, gal-  
lam & solanum aceto diluta gargarisare facito. Multam enim saliuam ferri, maiorem affectionem esse  
significat. Præstabilius autem iussit statim dixisse: Quod si pascendo proserpat affectio, aut ulcera pro-  
funda fiant, aut eiusmodi quippiam adscripsit.

*De his quæ Asclepiades ad aphthas scripsit.*

Recte igitur fecit Asclepiades, tamen non multa pharmaca ad aphthas conscripsit. Verum tamen  
in duobus quæ in principio tradidit sic, Ad aphthas circa Nomen, id est non pascentes. Deinde post duo  
rursus adscribens, Ad aphthas depascentes. Lenia enim sunt duo pharmaca, alterum quidem prius in  
quo ait: Medullam bubulam melle mistam ac tepesactam illinito, maxime uero pueris infantibus est  
commodum. Alterum uero est: Adipe sullo melli admisto uitior. Ceterum ad depascentes aphthas,  
gallarum decocti cyath. j. ac mellis tantundem miscere iubet, & tepesacta uti. Verum ego cum hoc  
pharmacum, tum alia tria post ipsum tradita, paulo ante in pharmacis ad nomas præscriptis neque enim  
referre puto, siue ex aphthas, siue ex alio quopiam transitio ad nomen, id est ulcus depascens contingat.

B

*Quæ ab Apollonio ad aphthas scripta sunt.*

Apollonius autem Herophili sectator, in primo parabilium pharmacorum sic scripsit ad uerbum.  
Ad aphthas albas, Chalcitidem oleo nitam penna illinito: hoc euestigio sedat. Postquam uero pura fa-  
cta fuerit, Myricæ fructum tritum, & aqua mulla aut uino diluta illinito: maxime infantibus est ex usu.  
Deinceps autem aliud scribit, & maxime ad nigras aphthas. Vitam passam exacinatam, & anisum trita  
cum melle illinito. Et rursus aliud, Atramento sutorio trito cum melle uitior. Videtur sane in mali-  
gnis, eiusmodi pharmacis iubere uti. Adscripsit itaque ad primum, Ad aphthas albas. Ad secundum,  
Ad nigras, ostendens per id colorem præter naturam, & magnitudinem affectionis. Consequenter ad-  
scribit & collutiones ad aphthas hac uerborum serie. Vino nigro austero & subadstringente colluito.  
Oleæ folijs in uino coctis colluito, Myrti alba foliorum decocto cum uino similiter urere. Hæc collu-  
tiones circa discrimen scriptæ nullum detrimentum inferunt. Nam & in moderatis, & in maioribus, &  
in maximis affectionibus conueniunt. Recte uero deinceps aliud ualde efficax scripsit: Aeruginis uer-  
miculatæ obolos tres, in uini quarta hemina parte gargarisandos præbe. Deinde etiam uinum colluen-  
dum præbe. Hoc enim in fortioribus conuenit, quemadmodum etiam quod consequenter sic scriptum  
est. Musiam oliuarum & acetu pari mensura mista colluenda dato, indeque uino colluito, postea etiam  
aqua mulla, & deinde aqua. In pueris autem oleum colluendum præbe. Post hæc, duo pharmaca scri-  
bit diuersis formis ac speciebus aphtharum congrua. Hyssopum enim tritum ad calidas & erosas affe-  
ctiones, itemque puras maxime contrarium est: congruit autem fordidas & inflammatis aphthas: Om-  
phacium uero cum uino aptum est puris, & mordacitatem sentientibus, ac erosis. Iubet autem ompha-  
cium cum uino tritum collui, hyssopum uero cum uino aut aqua mulla. Validum ualde est quod ab his  
sequitur pharmacum, ut iam pascenda proserpentibus aphthas conueniat, quod ipsum componit, myr-  
icæ fructum coquens cum aceto. Validum est & quod deinceps ab eo scriptum est, in quo ait: Gallam  
tritam in acri aceto colluendam præbe. Hoc uero quod postea sequitur, in quo ait: Siccæ silphij diluto  
similiter, uitior: & postea oleum colluendum dato: etiam ipsum acere & mordax est ac discutiorum, non  
adstringens. Non recte itaque adstringentia & acerbata ac repulsoia, discutiorum admista sunt ac acri-  
bus, atque hoc nullo discrimine adiecto. Quod uero sequitur ex aceto apparatus generosum est: quo  
niam autem ad acetum non apposuit acere, & quoniam per semen lini, moderatius euadit, adiecit autem  
ipsi etiam lolium, pharmacum multum discutiorum, atque propterea ipsum ad linguæ tumores conue-  
nire ait. Verum adscribam omnem ipsius dictionem. Semen lini, ac lolium, æquis partibus aceto trita  
colluito. Hoc etiam ad linguæ tumores facit. Longe lenius his omnibus pharmacum deinceps scri-  
psit hoc modo. Folia pruni contula ac lacte permista colluito. Cum enim adtecent sermone, colluito,  
manifestum est quod multo lacti pauca folia admiscet. Nam si folia cum lacte trita pro pharmaco inun-  
ctili esse iussit, palam utique esset, quod multa folia, paucum uero lac esse iussit. Deinceps porro  
etiam quæ mansa aphthas iuuent, annectit. Mandenda sunt oliuæ muria conditæ. Manifestum est lenis-  
simum hoc pharmacum esse. Et rursus. Portulaca melle tinctæ manducetur. Et hoc similiter mite est.  
Differunt hæc duo inter se in eo, quod oliuæ muria conditæ & adstringunt, & discutunt: plurimam ue-  
ro in se adstringendi uim habent. Portulaca uero cum melle imbecillius est pharmacum. Consequen-  
ter probe fecit cum ait, in pueris conuenire quæ dicturus est medicamenta. Scribit uero de eis in hæc  
uerba. Vbi puerulus aphthas habet, similaginem & medullam bubulam, ac farinam coquens infanti  
mande, si iam ipse ab uberibus mandere nequeat. Aliud, si enim bubulum in uino coquens & cum  
melle terens mande. Hoc pharmacum superuacaneum est, & plus æquo curiosum. Deinceps recte scri-  
psit. Abstinentium circa dietam, ab acerbis, & salis, & acidis tum eduljis, tum potibus. Deinde haud  
scio quo modo, in hac septentiam scribit. Atramentum sutorium tritum cum melle illinito. Hoc  
enim medicamentum superius scribere oportuit cum alijs fortibus pharmacis.

*Quæ*



Quædam ex his quæ Archigenes ad aphthas scripsit, eadem sunt cum præscriptis. Verum uisum est mihi ex ordine omnem ipsius sermonem adscribere, ita ut nihil ex eo relinquam. Scribit igitur sic. Ad aphthas collutiones faciunt, Foliorum oleæ decoctum, aut foliorum myrti albæ eodem modo. Aqua oliuæ colymbadis appellata, hoc est muræ innatantis. Facit & amurca, & marrubij succus, aut lentis decoctum, seu rubi, aut cypri. Aut æruginis uermiculatæ ob. iij. in uini crudij quarta hemina parte dissolutos colluat. Illutiones autem faciunt pleraque ex descriptis stomaticis medicamentis: priuatim autem congruunt hæc, Aluminis scissi, florum rosarum, æquales partes, fructus myricæ duplum, ure re siccis. Aut thus & glycyrrhizæ succu æquis portionibus, gallæ, myrti, anisi, singulorum parū quid, cum uino protropo illine. Aliud, Mannam & salem pari pondere sicca, per pennam adhibeto. Aliud, Fœcem uini dulcis cum melle illinito. Aliud, Misy & alumen & thoem cum melle, aut chalcidem cum oleo, per pennam illinito; uehementer bonum est. Aut oleæ folia cum oleo illinito. Postquam uero repurgatæ fuerint, myricæ fructum cum aqua mullâ aut uino illine. Aut ubi cum erui farina & melle exerseris, gallam cum melle adhibe. Aut myricæ semen & aluminis tertiam partem cum oleo illine. Hoc etiam ad nomas facit. Aut adipem suillum aut anserinum manna insperfa illinito. Aut gallam tritam cum oleo. Aut liquidum alumen dilutum. Aut cypri folia manducant. Aut lycij radicem aridam adhibe. Aut olea germinata trita ex melle. Aut gallam cum sale. Si uero extendatur affectio, & serpendo putredine se depascat, collutionibus quidem & gargariis utendum est ad aphthas descriptas fortioribus: priuatim autem muna frequentius colluenda est. Aut herbam sacram aqua aut uino incoctam colluendam aut gargariandam dato. Illutionibus etiam ad aphthas descriptis fortioribus utantur: priuatim uero carni ceruæ tritam affrica. Aut atramentum sutorium tostum tritum cum melle. Aut æruginem aris sue squamiam cum melle. Summe facit ad nomas, feniculi radices usque cinis. Hæc ad aphthas Archigenes in primo de pharmacis scripsit, quæ parum abest ut omnia etiam alijs sint scripta. Quid igitur operæ pretium duxi eadem bis scribere, quamuis cauerim ne hoc facerem? Quod sane & Archigenem, quem scimus maiore quam alios dignitate, etiam communita cum proprijs discrimenibus scribere posse, uidebam nunc ipsam in pluribus eiusmodi doctrinæ negligentem. Nunc enim omnia confusim proieci auxilia, unâ cum hoc quod continenter inter se scribendo commisit lenissima & acerrima. Quid enim simile habet arugo ad lentis & rubi ac cypri decoctum? quid galla simile adipi anserino aut suillo? Acre enim & erodens fortiterque resicicans pharmacum est arugo. Robus autem & cyprus, & lens, paucissimam habent adstringendi facultatem. Sic etiam galla fortissime adstringens, contrariam uin habet suillo ac anserino adipi. Quin & deinceps ab eo scripta, planeque omnia quorum mentionem facit, eandem confusionem perturbati ordinis habent. Præstabat autem, uelut se in alicubi in sermone apponendo dixit, Hoc etiam ad nomas facit: eodem modo etiam alia distinxisse, ut adscriberet uidelicet, Hoc quidem infantibus ac pueris conuenit, hoc uero perfectis: & hoc incipientibus aut moderatis aphthas, hoc autem uigentibus & fortibus: maxime uero omnium, aut inflammatis & calidis, aut magis frigidioribus: & ex inflammatis, hoc quidem rubicundioribus, hoc uero flauioribus. Alia enim ex sanguine, alia ex flaua bile inflammationem habent. Quemadmodum illæ rursus non inflammatae pituitosæ in totum existunt, quemadmodum aliqua ex inueteratis, humoris atræ bilis malignitatem acquirunt. Cognoscuntur hæc omnes facile uisu simul & tactu. Visu quidem ex coloribus, quemadmodum etiam nunc dictum est. Rubicundiores enim sanguineum humorem præualere ostendunt, flauiores autem amarum bilem. Quemadmodum rursus albe scentes pituitosorem, lutescentes & nigrescentes, atræ bilis succum. Qui enim hæc uite discuerit, non uertique amplius singulorum simplicium pharmacorum facultatem, quemadmodum in libris de ipsis a me scriptum est, in unaquaque aphthæ specie, tum simplicibus, tum compositis uti sciet, uelut iam sæpe est prædictum. Considerabit autem simul & corporum naturas, nam molles sint & humidæ, uelut in pueris, eunuchis & mulierculis: an duræ & aridæ, uelut in piscatoribus ac nautis, & uenatoribus atque agricolis. Fortioribus enim corporibus fortiora adhibebis pharmaca, debilibus molliora. Ego porro infantibus quibus nutrices cibum mandunt, lentem cum modico pane & medalla ceruæ, aut uituli præbeo. Admisceto etiam cibis, ex malis coroneis, atque alijs quæ adstringunt, uelut Romæ cestiana appellata. Quin & ex pyris addo, sorbisque, ac mespilis, & cornis. Quandoque etiam de lactuca & seride, ac solano, & portulaca in cibos qui manduntur permisceo, si aphtha fuerit inflammata. Quod si non adhuc quid mandiqueat, nutricem eiusmodi uisum alo, eique simul bonam concoctionem prospicio. Veruntamen etiam infantes pharmacis illino, si quidem subrubras uidero aphthas, in principio quidem ijs quæ moderatissime adstringunt ac frige faciunt: deinde uero ijs quæ circa mordacitatem discutiunt. Si uero subflauas uidero, iisdem quidem utor, sed magis refrigerantibus. Si uero pituitosiores, adstringentibus. Si nigrescentes, discussorijs generosioribus. Ceterum in maioribus pueris, eiusdem generis facultatibus pharmacorum utor, auctis tantum uiribus ipsorum. Quemadmodum sane etiam in perfectis & duris corporibus, singulis relictis facultatibus fortissimis utor. Placebat autem mihi in his per omnia misyos uisus cum uino adstringente, quod tum intendit, tum remittit uin sitam, prout magis aut minus uinum fuerit adstringens, & prout crassius aut liquidius efficitur pharmacum ex misyos ac uini mistura, Quod

A. l. 3. c. 6. c. 24. B.

**A** Quod si fordida appareat aphtha, Misy cum uino mulso uero. His uero qui fortioribus quam misy est, pharmacis opus habent, Aerugo similiter cum uino & uino mulso utilis existit. Illinenda autem sunt ex his pharmacis affectæ oris partes. Commodum est etiam pharmacum ad hanc rem, chalcitis oleo trita. Atque hæc quidem efficaciora. Moderata uero & maxime ad incipientes affectiones omphacium cum uino & uino mulso. Similiter etiam Rhus. In pueris sufficit rosarum flos, & ipsæ rosæ sicca, & collutiones moderate adstringentes, pro ætatis & naturæ eiusmodi corporum ratione. Et in summa moderata aphthæ maxime in teneris corporibus moderatis pharmacis opus habent. Fortes uero & maxime in duris corporibus, a fortioribus curantur. Fortia pharmaca dico, tum quæ fortiter adstringunt, tum quæ mordent. Sicut sane moderata, quæ haud omnino quidem mordent, parum autem adstringunt. Fiunt porro etiam in his, uelut in alijs prius dictum est affectionibus, composita medicamenta, & sæpe etiam ex contrarijs, quale est quod ex oleo & chalcitide constat. Ipsum equidem oleum per se infestissimum est aphthæ affectu, uelut etiam chalcitis. Quandoquidem alterum quidem humectat & fordidum facit. Mordet autem uehementer chalcitis. Verum mistura ipsorum ubi fuerit moderata, optimum pharmacum efficit. Quemadmodum igitur ex cerato & ærugine, incarnans effici pharmacum ostensum est, cum tamen ambo incarnationi contraria existant, eadem ratione ex oleo & chalcitide aptum medicamentum efficitur. Si uero in putredinem aphtha ueratur & exulcerationes faciat, neque aphtham amplius affectionem nominare conuenit, neque pharmaca eiusmodi affectiones curantia, inter ea quæ aphthas commoda sunt connumerare. Quemadmodum neque inter erysipelata sanantia, recte connumerantur ea quæ præclare discutiunt liuidas & duras partes, ex frigidiorum medicamentorum adhibitione tales factas, & iam ad indurata in scribendum affectionem ex erysipelate delapsas. Perfecto enim qui eiusmodi scripturarum indiscriminata incertitudine decepti, erysipelatis calida & discussoria medicamenta, aphthas autem ea quæ putrefactis conueniunt, adhibent, non parum detrimenti inducunt.

**G A L E N I D E C O M P O S I T I O N E**  
**M E D I C A M E N T O R U M L O C A L I U M , S I U E S E C U N D U M**  
**L O C O S , L I B E R S E P T I M U S .**

**A R G U M E N T U M L I B R I .**

Ostendit quæ medicamenta congruant affectis partibus, per quas uox editur, ac respiratio.

De affectionibus circa partes respirationis contingentibus.

Cap. 1.



**M**OS est recentioribus medicis arteriæ pharmaca, Arteriacas appellare, non apponentibus nunc antidotos dicant, an iuxta aliud significatum. Quidam uero eclecta nominant ipsa, non apponentes pharmaca: & quidam penitus nullum discrimen ipsis adscripserunt: aliqui uero raro addiderunt, alij ad uocem interceptam, alij adhuc generalius ad uocem læsam. Sunt qui & ad exasperatam arteriam, & ad exulceratam scripserunt: adeo ut rationabile sit eos, qui arteriæ appellatis pharmacis indiscriminatim utuntur, aliquando feliciter eis uti, aliquando uero nihil penitus ægros iuuare, sed maxime ledere. Palam est autem quod asperam arteriam in huiusmodi affectionibus cruminantur. Quondam igitur quando nondum eas, quæ similiter ut cor pullant, arterias sic nominabant, in solam eam, quæ ex pulmone in laryngem emergit, arteriam ipsam arteriæ nomen inferebant, uenas appellantes in totum, uelut alias quæ non pullant, sic etiam pullantes. Postea uero consuetudine obtinente arteriæ appellationem in pullantibus dici, propter æquiuocationem asperæ nomen apponentes, eam quæ ex larynge in pulmonem descendit arteriam, asperam arteriam appellauerunt, una cum hoc quod ipsam etiam bronchum uocant, quandoquidem cartilaginosa corpuscula, quæ plurima eius pars sunt, bronchia appellant. Ambit autem ipsam arteriam intrinsecus crassa pellicula, quam ob crassitudinem aliqui tunicam uocant. Cum igitur affectio aliqua aut circa hanc, aut circa laryngis (qui summa arteriæ pars est) musculos contingit, arteriacas appellant curantes ipsam, non apponentes, uelut dixi, antidotos. Dissimiles autem facultatibus sunt ab ipsis descriptæ, & ob id contingit utentes ipsi absque discrimine, a scopo aberrare. Quod uero multa sit differentia earum quæ in medicamentarijs libris scriptæ sunt, ex tribus exemplis discere licet, quorum primum omnis acrimoniæ expertus est, & exquirit meatus obturat, lenigās asperitates. Alterum huic contrarium est acrimoniæ mordacis non parum habens, ut si sane particulae

QVINTA CLASSE.

Ff adhibeat.

adhibeatur, ipsam exasperet. Medium deinde inter ambo dicta aliud genus arteriacorum pharmaco-  
rum est, lenis & citra acrimoniam exergentis facultatis. Id igitur quod meatus obducit, ex passio creti-  
co, & gummi, & tragacantha, ac radice dulci apparatus. Acro uero ex pipere, & casta, & cinnamomo,  
& chalbano, ac resina terebinthina. Medium autem amborum ex pitrisana constat succo, & amygdali-  
s, & fabis frictis elixis, & alijs huius generis. Inter medium autem & utrumque extremum plura phar-  
maca sunt, partim magis, partim minus a medio progressa, de quibus deinceps determinabo, eos qui-  
dem qui discrimen aliquod addiderunt laudaturus, qui uero simpliciter protulerint, neque admissurus.  
In horum medio locandi sunt, qui discrimina non tamen integra fecerunt, qualia sunt eorum qui scrip-  
serunt: Arteriace ad interceptam uocem, aut rursus. Arteriace ad rauca uocem. Etenim uox in-  
tercepta, hoc est non posse loqui, ad plures causas sequitur, partim quidem ad destillationes a capite  
diuturnas, partim uero suppuratis pectore ac tabidis, & ijs qui ex magno & multo clamore laei sunt, &  
deinde non probe curati sunt, aut etiam affectionem qua adhuc generatur habent. Eodem modo etiam  
rauosa uox fit ob eandem causas, & amplius ob frigidi aeris inspirationem. Affectio itaque interce-  
pta ac rauosa uocis eiusdem generis est. Magnitudine tamen differunt inter se haec mala. Cum enim  
uocis organa ab humiditate uehementius & ut aegre solui possit, fuerint madefacta, uox intercipitur.  
Quando uero moderatius sunt humecta, rucedo oboritur. Organa uocis cum dico, arteriam accipi-  
te, & eius summum, ac fauces. Qui igitur ex uehementi clamore uocem amplius oblaesam habent, his  
similis quaedam affectio contigit ei qua manibus, & cruribus, & lumbis, & spinas, & musculis ubi pluri-  
mum laborem pertulerint, accidit. Vocant autem aliqui exercitiorum magistri eiusmodi affectionem  
musculorum, in quibus consistit, lassitudinem inflammatam. Itaque iuxta arteriam intrinseca pellicu-  
la, aut tunica, aut quomodocumque quis nominare uelit, a spiritu in magnis uociferationibus extra pro-  
lato percussa, in affectionem inflammatam deuenit: atque hoc multo magis si ad magnitudinem uocis,  
acumen quoddam accesserit. Iuxta arteriam uero summum ultra hanc plagam, etiam musculorum ipsam  
mouentium actio offensa, maiorem affectionem efficit. Porro curationis ipsarum genus in omni par-  
ticula secundum materias euariat. Etenim crura, & manus, & spinam, per oleum conficere facile licet,  
cum per cutem in adiacentes ipsi musculos uis ipsius olei penetrare possit. Iuxta asperam uero arte-  
riam cartilagineas post cures fitas, prohibent in subiectam pelliculam transitum facultatis emollietium  
unguentorum. Quemadmodum enim oleum, sic etiam alia multa composita pharmaca eandem utilita-  
tem praebent. Quin & ea quae in principio Acopa tantum appellata sunt, hoc est lassitudines emendan-  
tia, paulatim appellationem suam a seipsis extenderunt ad similia compage medicamenta, etiam si gra-  
tia uehementer calfaciendi assumantur. Ceterum communis materia auxiliorum ad uocis organa, praeter  
reliqua, est quae ex balneis contingit. Manifestum est autem quod dulcium aquarum dico. Marina  
enim balnea, & sulfurentia, & aluminosa, & atramentum sutorum olentia, ac bituminosa, propterea  
quod fortiter resiccant, inepra sunt. Et sane ita faciunt phonaesi, qui magno uocis exercitio utuntur,  
cum contenter oblaeserint uocem. Sunt autem hi citharocedi, & praecones, & tragocidiam ac comoe-  
diam personari representantes: balneis enim multis utuntur, & cibos lenes ac laxantes edunt. Si uero  
etiam aspritudinem percipiant, cibos qui insarciuntur particulis quas contingunt, assument. Vna enim  
est tunica sibi ipsi cohaerens & continua, quae summo gulae, summo asperae arteriae, gulae etiam, atque ip-  
si asperae arteriae intrinsecus praetenditur. Quod si ex uictu ac balneis oborta affectio non sedetur in  
organis uocis, ad arteriacas transeunt, per totum hoc tempus cibis urentes qui ex lacte, amylo, alica,  
ouis, & dulciarijs libis componuntur. Si uero per haec non curentur, inuenta sunt a medicis pharmaca  
sub lingua tenenda, inde etiam hypoglotides appellata. Sunt autem ea eiusdem cum arteriacis inflam-  
mationem arcuentibus facultatis, ex uino Theraco & gummi, ac tragacantha, & glycyrrhiza composita,  
quae ut dixi, haugant, simulque remittunt asperitates: quicquid uero reliquit est in partibus inflam-  
mationis, hoc concoquunt, & cito persanant. Industrium porro esse oportet qui pharmacum linguae sub-  
dit, quo eo paulatim liquefcente, summum asperae arteriae id, quod in ipsum defluit suscipiat, renitendo  
oborienti rursus. Obluctantes enim ut ne tussiant, permittent qui ipsam ex pharmaco in arteriae summum,  
ipsamque adeo arteriam demanare. At uero sic curatos claram uocem habere impossibile est, citra uisum  
pharmacorum absque acrimonia exergentium, quale est faba fresa elixa, & pitrisana, & semen lini tor-  
refactum. Huiusmodi enim medijs obtinent inter ea, quae media facultate praedita sunt, & ea quae me-  
tus obducunt pharmaca. Magis autem quam haec abstergunt resina terebinthina, thus, mel despumatum,  
& amygdale amarae, quemadmodum etiam & his rursus fortiora sunt, oroborum farina, homini  
semen, iridis, panacis, & semen. Ceterum his omnibus uina mollia, & passum creticum, & theracum, ac  
scybelites apta sunt, & ad haec haud scio quomodo neglectum id, quod a Graecis in nostra Asia hepse-  
ma appellatur, Latini sapam dicunt. Verum Atticissantes ipsam Sirgum uocant, quemadmodum alij ca-  
ricarum decoctum Siracum appellandum censent, pugnantque inter se utrum ipsorum Siracum uocare o-  
porteat. Est sane & hoc ipsum Siracum, quod pinguis caricis in aqua decoctis fit, mediae facultatis, quae  
lenem & citra acrimoniam exergentem appellauimus. Mustum quidem igitur coctum, hoc est sapa ipsa, le-  
nissimum pharmacum est, & maxime meatus oblinens. Caricarum autem decoctum magis discutit & ex-  
terget. Quemadmodum igitur in praecedentibus dixi, Omnium simplicium medicamentorum, uires  
exquisite

F. A. l. 3. f. 1. c. 3.

A. libidem.

A. l. 3. f. 1. c. 3.

**A** exquire nosse oportet eum, qui compositum quoddam sit facturus: atque hic ipse etiam ab alijs con-  
pulis recte utetur, & maxime ubi indiscriminatum fuerint conscripta, quemadmodum plures arteria-  
cae habentur. Palam est etiam quod hic ipse ijs quae cum discrimine prodita sunt rectius utetur. Ete-  
nim iuxta exactam rationem, in quantum apparatus affectionum transmutatur, tantum etiam commo-  
dum ipsi pharmacum permutare oportet. Hoc ipsum uero solus is qui singulorum simplicium pharma-  
corum diu nouit, exacte praestabit, ad primum pharmacum parum quiddam ex sequenti ordine appo-  
nendo. Velut exempli gratia. In lassitudinibus tenuis, cum in summis ipsius asperae arteriae musculis  
sunt, in principio lenissima edulia contentiunt, pharmaca uero meatus obducuntia. Consistente autem  
inflammatione parum quid exergentium addendum est. Deinde consequenter amplius. Deinde rur-  
sus aliud illo praestantius, quo paulatim compositio ad medium exterius perueniat, & rursus secun-  
dum eundem modum ab hoc magis diffusorium ac exterius, ita progressu ad uehementissimum  
facto, ubi diutius uelut in scirrhum indurata affectio in uocis organis persistit. Primitaque ordinis  
est tragacantha, & gummi, & Samius aster, amyloque: & ex alica ac trago probe coctis sorbitio.  
Quin & lac aprum est, & dulciantij panes, & oua sorbilia, ac nuges pineae, quas nunc omnes Graeci stro-  
bilos uocant: quondam autem apud Atticos conij uocabantur. Sesama etiam ex hoc genere sunt. Ab  
his autem deinceps est butyrum, quod etiam butyros masculino genere Graecis appellatur, & deco-  
ctum radice dulcis ad crassitudinem attici mellis liquidi redactum. Atqui radicem dulcem quam gly-  
cyrrhizam uocant, praestat in primo tempore in aqua, uelut dixi, coctam, ad Siracum sive sapam ex mu-  
sto paratam admiscere. Ad passum item Creticum idem decoctum misceri potest, siue autem cum sa-  
pa, siue cum passio Cretico fuerit permixtum, rursus post mixturam decoquendum est. Haec igitur in af-  
fectionibus inflammatis iuxta arteriam eiusque summum commoda in principio sunt, donec inflam-  
matio moderata fiat: & praeter omnibus a uini potu hoc tempore abstinendum. Cum uero moderatio-  
facta est inflammatio. Vinum dulce theracum, aut scybelite bibere licet, aut ex nostra Asia caryinum,  
& deinde therinum appellatum, deinde etiam dulce molite. Eo tempore etiam butyrum aptum est,  
& sorbitio ex amygdalis, sorbitio item ex lacte & melle diutius coctis, amylo mieto: & si amylo non  
adit, siligine Romanis appellata iniecta. Manifestum est autem quod per huiusmodi uictum, inflam-  
matio tum pellicularum, tum musculorum circa arteriam eiusque summum sedatur. Relinquantur autem  
humiditas multa, ob quam impossibile est claram uocem praeferi. Quare transire tunc conuenit ab his  
edulijs ad omnia ex melle cocta, & ad sabam fresam elixatam, & pitrisanam, ac brassicam, & porrum pro-  
be coctum. Pharmacorum porro usus idoneus est, quo tempore aut inflammatio, aut aspritudo praua  
clefant eorum, quae sub lingua detinentur, de quorum compositione dicam: post haec magis exterioria  
& resiccantia damus, & deinde rursus his ipsis magis exterioria, & adhuc magis resiccantia, usque quo  
ad ea quae aliquid acridinis habent perueniamus, ita ut etiam in his a moderatioribus initio facto, ad  
uehementiora paulatim transcamus. Itaque qualem formam esse conueniat uictus, antea dictum est,  
quemadmodum etiam simplicium pharmacorum species, est relata. Ceterum composita ex ipsis phar-  
maca multiformiter alij iuxta aliam symmetriam & commensurationem conscripserunt. Er quibusdam  
sane ex tribus aut quatuor simplicibus compositum pharmacum sufficit. Quidam uero in maiorem nu-  
merum extenderunt. Et quidam, uelut dictum est, ex mollissima & lenissima materia arteriacas confe-  
ctiones composuerunt. Alij uice uersa ex acris, calida, exergente, ac multum resiccante. Sunt & qui  
tertium genus medium inter ambo ista fecerunt. Post hos uero alij medij generis inter medium &  
mollissimum, alij medij generis inter medium & acerrimum, & iuxta eandem rursus rationem, quidam  
magis, quidam minus, a medijs facultate pharmacis digressi, diuersas compositiones fecerunt, quibus  
omnibus solus is recte utetur, qui singulorum simplicium pharmacorum uires nouit. Ipse enim sciet &  
ordinem pharmaci, & quanta distantia sit a medijs digressum. Porro eiusmodi pharmaca scripserunt et-  
iam qui ante Mantian & Heraclidem, & qui post hos uixerunt. Verum multo praestantiora a praedi-  
ctis uiris tradita sunt per libros quos nobis reliquerunt, & in quibus medicamentariam artis partem au-  
xerunt, partim ipsi componentes, partim ab alijs composita transcribentes. Progressu uero temporis  
tum haec, tum etiam priora, exacta & longa experientia cognita, a uiris electa & coaceruata sunt, quoru-  
iam saepe in hoc opere mentionem fecimus. Sunt autem hi, Asclepiades, Musa, Andromachus, Heras, Crito,  
& Menecrates. Quin & multa alia pharmaca Archigenes & Philippus scripserunt, ut nullo ex ueteribus  
opus habeamus. Hi enim omnia ab antiquioribus inuenta optime, uelut dixi, tradiderunt.

De arteriacis ab Andromacho descriptis.

Cap. 2.

**P**lurimas arteriacas confectiones scripsit Andromachus, ut promptum sit a debillissimis ad fortis-  
sima paulatim per media transitu facto progredi, si quis ipsorum differentiam nouit. Ipse e-  
nim Andromachus indiscriminatus ipsas prodidit. Verum ego discrimina apponam in memoriam re-  
uocatis ijs quae paulo ante dixi. Quod enim circa simplicium pharmacorum tractatum praexercita-  
tum esse oporteat eum, qui dicenda assequi uelit, saepe a me dictum est. Citra enim singulorum simpli-  
cium exactam ac certam cognitionem impossibile est cognoscere, ex quo ordine eiusdem generis me-  
dicamentorum compositum sit, num ex mollissimo, an uehementissimo, aut medio, aut alio aliquo inter  
hunc & alios intermedio. Prima itaque arteriacam confectionem non longe a principio libri, in quo affectio

QUINTA CLASSIS.

Hf 2 num

num corporis internatum curacionem tradit, hoc modo in hæc uerba scripsit. *Arteriaca, qua utor.* E Thuris 3. j. alij. iij. myrrhæ 3. j. alij. iij. croci 3. j. alij. iij. scyllæ 3. ij. passi cretici sextarij. Scylla in passo coquitur donec passum spissetur, deinde scylla abiecta, reliqua insperguntur. Hoc pharmacum si scyllam non reciperet, inter exacte mollissima numerandum esset, utpote in tres passi cretici sextarios, paucissimo iure, ac myrrha, & croco confectis, ut parum absit quo minus totum passum creticum existat. Manifestum est autem quod pharmacum hoc, electon, hoc est delingibile efficitur. Vocant autem huiusmodi etiam sub feminino genere electas, hoc est delingibiles confectioes. Consequenter ad præscriptam alteram addidit Andromachus hoc modo. *Arteriaca diacodyon ex capitibus papaueris.* Capita papaueris uiridia mille & ducenta, mellis artici lib. 3. quatuor, croci cilicij. 3. v. alij. x. succi hypocistidis 3. x. acacia 3. x. aquam pluuiam ad capita papaueris. Aqua quidem pluuiam additur, quod minus putredini obnoxium sit pharmacum, habet autem & adstringens quippiam in se hæc aqua. Scopus est prædicto pharmaco concoquere affectionem circa arteriam, [quod sane continget,] per somnum, & concoctum cum adstringendi ut non adeo multa. Ceterum simplex pharmacum ex papaueris capitibus sola capita habet in aquam coniecta, atque ubi staccida reddita fuerint, ipsa quidem proximis, aquam uero ipsorum ad solum mel articum admiscemus, usque ad compagem delingibilis pharmaci facta coctura, quomodo sane ego apparare consueui. Quantam autem copiam aquæ itemque mellis miscere oporteat in huiusmodi pharmacorum preparatione, in sequentibus dicam eo loco, quo talia uerba scripturus sum: Confectio ex capitibus papaueris. Tertiam deinceps confectioem Arteriacam Andromachus hanc prodidit. *Arteriaca, qua utor, Blasi ad tabescentes ualde bona.* Nardi celticæ 3. iij. amomi 3. viij. cinnamomi 3. x. malabathri 3. iij. nardi indici 3. iij. stolis uinci rotundi odorati 3. ij. casia 3. viij. thuris. 3. iij. myrrhæ 3. unam, costi 3. iij. kedis unguenti malabathri 3. vj. succi glycyrrhizæ 3. iij. succi mandragoræ 3. v. mastiches chiæ 3. iij. croci 3. vj. Palmulas in uino mulso aut protropo coquito: deinde in ipsum decoctum nuces pineas. xx. conijcito ac terito. Postea ex pharmaco ad nucis ponticæ magnitudinem, aut paulo minus accipito, & ad aliquot dies cum hoc decocto utitor, deinde etiam simplici pharmaco utatis. Postea autem ad duos uel tres dies hiera ex aloë uteris, cochlearij mensura ex aqua in diem data. Vtere pharmaco etiam cum lacte in ijs, qui arteria affecti sunt, ad gargariandum, & rufus facto interstitio utere pharmaco fabæ ægyptiæ magnitudine. Cum uero fortis fuerit fluxio, opium & castorium in antidotum miscemus, utriusque parum quid. In his autem qui stomacho male affecti sunt, ea ipsa nitamur. Manifestum igitur ex ipsis uerbis quæ scripsit Andromachus, quod in fluxionibus partium thoracis, & pulmonis, ac ætæ præscripta confectio confusa est facultatis. Dixit enim ipse, cum fortis fuerit fluxio, opium & castorium in antidotum miscemus, utriusque medicinam partem, reliccare nimirum fluxionem & sanam reddere uolentes. Varium autem est pharmacum, & ex multorum mistura constans, ut ad omnes conueniat affectiones, quæ etiam diuturnæ & malignæ existunt ac ægre curabiles, etiam si uelut sit circa arteriam aut eius summam extremitatem, Laryngem Græcis dictâ, & multo magis si iuxta pulmonem. Talia enim fortibus adeo opus habent pharmacis, quo ad longius tempus sufficere queant tabidam affectionem habentes. Cum enim obrigerit eis regio sicca, & in conuenientis uictus ac pharmacorum usu perseverarint, quam diutissime renitentur consuetas actiones moderate obeuntes. Hanc igitur confectioem non censuerim admiscendam esse ijs quæ priuatim Arteriacæ appellatur. **IIII.** deinceps confectioem Andromachus sic scripsit. *Alteram eiusdem.* Blasi uidelicet dicit, de quo circa præcedentem arteriacam scriptum est, Arteriaca Blasi qua utor. Compositionem autem eius talem facit. Aloës sextantem, croci unc. j. mastiches unc. j. Palam est hoc pharmacum ex eorum numero esse, quæ priuatim stercoreum eductiua appellantur, una cum hoc, quod concoctoriū quiddam habet crocus. At uero cum concoctoriū dico, intelligere oportet eius affectionis, cuius gratia exhibetur. **v.** ex ordine compositionem Andromachus talem prodidit. *Confectio sedans dolorem, eiusdem.* Opij quadrantem, croci unc. j. myrrhæ sextantem, acaciæ unc. dimidium, succi radicis dulcis 3. iij. excipe melle. Hæc Andromachus. Verum ego nõ auide recipio eiusmodi compositionem pharmacorum, ubi non ostenditur affectio, in qua ea sit utendum. Scimus etenim componendi sedantia dolorum scopum, cum somnum uidelicet inducere uoluerimus, & uehementem dolorem stupefacere. Acaciæ autem mistura uelut ad uiscus est, quemadmodum radicis dulcis succus ad linienda exasperata. Crocum autem & myrrham in compositiones dolorem leuantes miscere plurimis placuit. Videtur enim ipsis omnes affectiones sufficienter concoquere posse. **vi.** consequenter confectioem Andromachus hoc modo scripsit. *Arteriaca eiusdem.* Thuris unc. j. succi radicis dulcis unc. j. myrrhæ 3. iij. tragacanthæ 3. vj. nardi 3. unam, amomi 3. iij. croci 3. iij. mellis artici quod satis est. Non obscuro est etiam hanc ad respirationis organorum affectiones compositam esse ex concoctorijs, mitigatorijs, adstringentibus & extergentibus. Myrrha enim & thus, & crocus affectiones concoquunt. Radicis dulcis succus exasperata mitigat, idem etiam tragacantha facit. Amomum fortiter resiccat cum modica adstringendi facultate. Mel autem calfactoriam & extersoriam uim habet. **vii.** post uelatas compositiones Andromachus scripsit ex multis ualde medicamentis constantem, quæ omnes ferme facultates habent. Nam & adstringentia, & mordentia, & attenuantia, & mitigantia, & laeuigantia in ea continentur. Quin & toporifera uis, & diluuloria, ac extersoria in ipsa habentur. In quibus omnibus multifariam mistis facultatibus communis ratio est, quemadmodum et

\*Al. v.

† Al. quæcunq;  
ca. sit.Al. j. f. 13. l.  
5. c. 8. E.Cod. tamen  
impressi præ-  
habet, quæ  
tam parit he-  
minæ.

\*Al. ij.

Al. j. c. x. c. 5.  
p. 103. d.  
\*Al. iij.

Antea dixi, quod uidelicet quispiam ex omnibus pharmacum quoddam compositæ uoluit, spe faciendi unum medicamentum ad omnes eiusdem generis affectiones commodum. Verum ex ipsis aliqua quidem per experientiam cognita sunt maligna, & propterea relicta. Aliqua uero feliciter pro ipsius componentis coniectura, efficacia euaserunt, & ob id recepta. Quin & præparandi ipsam modum Andromachus adscripsit, quanquam hoc facere alias non solet. Quod uero ex pharmacis composita sit eas, quas dixi, facultates complectentibus, præstat meminisse eos qui hos libros in manus sument: si tamen non promptam habeant memoriâ, eo sane tempore quo huiusmodi pharmaca discunt, sextum & septimum ac octauum de simplicium pharmacorum facultate librum legant: in illis enim omnem pharmacorum materiam conscripsi, qua radices, & folia, & flores, & semina, & fructus, & liquores, & succi omnium ex terra nascentium plantarum existunt. His itaque præmissis iam animum ad ea quæ Andromachus de hoc medicamento scripsit aduerte. *Arteriaca, qua utor.* Radicis filicis crassissimæ lanantur donec purissimæ fiant, & omne terereum deponant, deinde per diem unum perfrigerantur, & in frustra magnitudinis trium digitorum secta conquassantur, atque ex eis libra. x. in ollam emereo luto oblitam, aquæ dulcis sextarios decem complectentem inijciuntur, & ad dimidias, hoc est ut sextarij. v. reliqui fiant, coquantur, exprimuntur, & liquor quidem in duplum uas diffunditur, & aromata crassa ac integris partibus adduntur. Nardi indicæ 3. quatuor, cinnamomi drach. vi. radice dulcis drach. vi. casia 3. quatuor. Rhei pontici 3. quatuor, balauitij drach. vi. rosarum siccarum 3. quatuor, alij. vi. Hæc similiter ad dimidias coquantur, ac exprimuntur, & ad decoctum mellis artici sextarius unus additur: sit autem mel præcoctum, & in dupli uase priuatim spissatum, usquequo mannis non inquinat, adijciuntur & terebinthina pellucidæ drach. iij. chabani drach. ii. croci 3. quinque, succi hyoscyami drach. i. succi hypocistidis drach. i. mandragoræ succi oboli. iij. piperis albi drac. 7. octo. **viii.** deinceps confectioem scripsit, summa facultatis ipsius indicata, quod ipsum in omnibus fecisse oportuit. Habet autem sic. *Arteriaca laudata Mithridatis, ad thoracis collectiones, subpurgat & laeuigat.* Iriouis torrefacti 3. uiginti, in quibusdam exemplaribus fabæ fressæ scriptum est. Sunt autem ambo extersoria potentia, seminis lini costi 3. uiginti, & hoc extersoriam uim habet, nucis pineæ 3. uiginti, hæc laeuigandi uim habent. Vix passæ exacinatæ 3. quatuor, & hæc ob id, quod modice subadstringat, simulque commodus corpori cibis sit, merito admista est. Habet autem & passu facultatem, qualem in quarto de simplicium pharmacorum uiribus indicauimus. croci oboli. ii. Minimum quid ex croco coniecit qui pharmacum composuit, ut prope nihil sit aliorum proportione. Diximus de croco eum concoquendi uim habere una cum adstringente. Dicitur etiam quod adfrictio corpora cogit, constringit, & corioborat. Adiecit autem etiam mellis [heminas. iij.] a uino dulci ac supra digressus. Vult enim hoc modo præparatum pharmacum uelut præfatus est, in pectore hærentes collectiones depurgare. Ceterum in huiusmodi pharmacis ea, quæ crassos succos habent, impediunt repurgationem. His admiscuit tragacanthæ 3. quatuor, quod pharmacum laeuigat exasperata: prædictum est autem quod uult hoc propositum medicamentum repurgare, & laeuigare ea quæ iuxta thoracem hærent. Scopus enim huiusmodi est, attenuare, & abstergere, ac ad euctionem superne apertæ facere collectiones in thorace. Verum sedandi doloris gratia, & ne nimium ruffiant partes exasperatæ, laeuigantia apponuntur. Maximum hoc est, atque ipsius per omnia meminisse oportet. Nimirum quod sæpe unus scopus sit, in quem pharmacum componitur. Ne uero hoc ipsum aliquo modo offendant, utraq; miscentur primum utilitatis scopum nequaquam habentia. **ix.** arteriacam post hæc Andromachus his uerbis tradidit. *Arteriaca Marmi.* Croci unc. i. gummi sextantem, tragacanthæ unc. i. mellis artici sextarium. i. Coquito donec cum diffunditur non inquinat. Hoc pharmacum median est facultate, essetque exacte mitigatorium ac dolorem sedans, si non crocum haberet, neque mellis sextarium, sed pro ipso Thuraum uinum Creticum, aut sapam ex multo cocto factam, quam nos Asiaticam, ut dixi, heptema appellamus. Verum hoc loco importune inter relata fortia pharmaca locata est, utpote quæ suppuratis & tabescentibus conueniunt. **x.** consequenter recenset, quæ inter exacte laeuissimam ac median, qualem sane esse dixi præcedentem, intermedia est. Ex gummi igitur hanc, & passu cretico, ac aqua componit, melle etiam admisto, & gummi quidem inicit bestem, passi sextarium unum, mellis libram unam, dissolueret cum aqua iubens ipsum gummi, copia eius non expressa. Itaque ob gummi, & passum, & aquam penitus nihil extersorij habet, ob mel uero, a leuissimo & laeuigante est digressa. Scimus enim extersorij esse mel. Coqui autem super prunas oportere ipsum dixit, hoc est ad mollem & non fumantem ignem. Melius uero fecisset, si etiam ad alias omnes hoc adscripsisset. Ego itaque sic ipsum præparo, & neque ad prunas adhuc ardentes cocturam facio, ne uidelicet inde quid acre & fumosum sublatur, acrimoniam non necessariam medicamento ipsi affricet. Mellis equidem acridinem toleramus, quanquam ea non sit uehementis, propter aliam ipsius utilitatem, uerum fumi nulla est utilitas. Quare fugiendus est fumus in quantum possibile est, circa omnium huiusmodi pharmacorum preparationem. Præstat autem & in ijs quæ meatus obducunt, lignis fumum non adentibus uti. **xi.** confectioem sic prodidit. *Arteriaca alia bona.* Cinnamomi, thuris utriusque unc. i. succi radicis dulcis unc. i. myrrhæ 3. iij. tragacanthæ 3. 7. nardi indicæ 3. iij. amomi 3. iij. croci 3. i. melle artico excipe. Recte dixit bonam hanc Arteriacæ esse, uerum deest sermone ad quas affectiones bona sit. Dicit enim in principio est & per uociferationem, & per distillationem ladi arteriam, ampliusque propter ulcus &



inflammationem obduratam. Hæc autem confectio quam nunc Andromachus descripsit, etiam ad ta E  
 bidos aptum pharmacum est, & simpliciter omnes inueteratas thoracis ac pulmonis affectiones. Cin-  
 namomi etenim natura tenuium partium & resicatoria etiam induratas affectiones sanare potest. Ab  
 eo proximum locum antoni facultas habet, simulque adstringens quippiam habet. Verum ob horum  
 affectionem uehementem rationabiliter admista sunt thus & radice dulcis succus & tragacantha, phar-  
 maci exasperata lenire a natura apta. De croco & myrrha sæpe diximus, esse uidelicet concoctoria  
 & modice resicatoria huiusmodi affectionum. x i r. arteriacam Andromachus hoc modo scripsit.  
*Alia ex libris Galli ad ueterata affectum, uelera pulmonis, puris & sanguinis reiectiones, & fluxiones in thoracem, &  
 ad ea que ægre educi possunt, uehementer efficiat.* Resinæ terebinthinæ. 3. quatuor, croci cilicij. 3. quatuor,  
 thuris 3. quatuor, myrrhæ troglodyricæ 3. quatuor, cinnamomi. 3. quatuor, amomi 3. tres, nucis pineæ  
 3. quatuor, radice dulcis cicta medulla 3. quatuor, nardi Syriacæ drachm. ii. & dimidiam, casie nigre 3.  
 duas, tragacanthæ 3. iii. palmularum Syriacarum carnis drachm. iii. asteris Samij 3. quatuor, chalbanum  
 puri obol. iiii. costi 3. quatuor, alij drachm. i. mellis attici heminas. iiii. Mel & resina in duplo uasle coquū-  
 tur, atque ubi spissari coeperint chalbanum miscetur, donec non inquinent. Deinde refrigeratis reli-  
 qua trita admisce, & sic utere. Recte fecit in hoc pharmaco, tum quod ad quas affectiones conue-  
 niat, tum quod quomodo præparare ipsum oporteat, adscripsit. Ratio autem compositionis ex supe-  
 rioribus constat. x i r. arteriacam Andromachus his uerbis tradidit. *Arteriaca Galli, eadem etiam*  
*antidotus est ad eadem efficiat.* Nardi Syriacæ 3. quatuor, myrrhæ 3. quatuor, croci drach. \*quatuor, co-  
 sti 3. quatuor, alij drachmam unam, piperis albi grana. xxx. radice dulcis drachmam unam, nucis pin-  
 ceas centum, styracis drachm. i. tragacanthæ. 3. i. cinnamomi drachmam unam, amomi drachm. i. thuris  
 drachm. i. obol. iiii. casie sitalæ drachm. i. balauilij drachm. iii. obol. iiii. mellis attici aut passi cretici hemi-  
 nas duas. Passum in duplo uasculo coquitur ad spissitudinem mellis, atque ita ad arida trita affundit-  
 ur. Tragacantha autem & styrax per diem antea in sufficiente proropo macerantur, & ita ad reli-  
 qua admiscetur, reponitur pyxide argentea aut uirrea. Recte fecit & hic quod tum ea quæ promit-  
 tit hoc pharmacum, tum quomodo præparatur adscripsit. Ego uero propterea omnes ab ipso descri-  
 ptas Arteriacas apposui, ne quis alium scriptorem requirere cogatur. Omne enim facultatum genus  
 in ipsis continetur, mollium, fortium, ac mediourum. x i r. Arteriaca eius est de qua sic prodit.  
*Arteriaca ex libris Aphrodisæ, Mofebionis. Est eius facultas non modice medias transgressa ad fortes. Habet uim secan-  
 di & autem uideat ac calcificandi ex multis pharmacis, quibus etiam lenia quedam admista sunt ob eam quam dixi causam.*  
 Compositio eius hæc est. Rubicæ Lemniæ, thuris, myrrhæ, nardi, amomi, casie rufæ, croci, indis  
 illyricæ, floris iunci odorati, singulorum drachm. ii. cinnamomi 3. quatuor, resinæ terebinthinæ 3. qua  
 tuor, floris rosarum 3. quatuor, opobalsami drac. duas, mellis heminam unam, aut passi cretici hemi-  
 næ dimidium amplius que quartam eius partem. Liquorem & resinam donec sulua reddantur coqui-  
 to, deinde ab igne ablatis reliqua addito ac conuassato. Datur in thoracis & arteriæ affectionibus  
 fabæ græcæ magnitudinæ, cum aqua, quarta heminæ parte. Reliquis forma eclegmatis delingendum.  
 x v. Arteriaca sic scripsit. *Arteriaca ad gutturis sine arteria, aspritudinem, uocem interceptum, & sanguinem  
 reuellantes, quæ uis.* Ex libris Apollonij & Alcimionis. Tragacanthæ drachmas. vi. gummi drachm. vi.  
 thuris drachm. i. obolum \*unum, myrrhæ drac. i. obolos duos, croci drac. unam, obol. ii. succi radice  
 dulcis drac. i. obol. iii. aut radice \*sesquidrachmam, piperis albi grana. xxv. palmularum pinguium  
 carnis. 3. tres, alij palmulas. v. aut tres habent. Tragacantham passo maceratam ac tritam reliquis u-  
 ridis tritis committe, ex eis que omnibus catapotia fabæ magnitudine effice, sub lingua que tenenda  
 exhibe. Huiusmodi confectioes hypoglottidas medici, ab eo quod sub linguam dantur, appellanti,  
 iubentque id quod a dissoluto pharmaco desluit, lenim in asperæ arteriæ summum excipere, obortem  
 do simul ne tussis excitetur. x v i. ex ordine sic scripta est. *Arteriaca delingibilis ad omnes internas affe-  
 ctiones, maxime tabescentes & suppuratos, ad hydropas incipientes, tussis uetores. Datur per diem & noctem, eod. le-  
 uij mensura.* Succu scyllæ sextarios quatuor, passi cretici sextarios tres, uini salerni sextarios. viii. mel-  
 lis attici sextarios tres, myrrhæ trientem, croci sextantem, thuris sextantem. Aristolochiæ dactyliti-  
 dis minam unam & dimidiam, glycyrrhizæ minam unam, radice eryngij sextantem, casie unc. i. nardi  
 celticæ, † [unc. l.] xylobalsami \*bessem. Aristolochiam, eryngium, glycyrrhizam, xylobalsamum, ca-  
 siam, nardum in crassas partes contusa in uini sextariis, viii. macerato ad triduum, deinde ad lentum  
 ignem ad tertias coquito, atq; ita exprimito, & recrementis abjectis passum, mel, & scyllæ succu com-  
 mitrito, & ad mellis crassitudinem coquito. Crocum uero, thus, & myrrham cum uino terito, atq; ubi  
 optime habuerit pharmacum addito, & ubi modice fuerint liquata ab igne tollito, & repositis utitor.  
 Recte facit & hic Andromachus quod quæ promittit, & quomodo præparetur adscripsit. x v i r.  
 Confectio talis ab eo traditur. *Arteriaca alia ut Heracleides Tarentinus.* Succu scyllæ sextarios. iiii. passi  
 cretici sextar. iiii. mellis attici heminam unam, croci trientem, alij sextantem, myrrhæ quadrantem, tra-  
 gacanthæ unc. i. succi radice dulcis \*sextantem, thuris unc. i. opobalsami sexuncem, utere præparato,  
 iuxta hanc confectioem neq; quæ promittat, neq; quæ præparetur tradidit, tanquam iam ante senten-  
 tiam ipsius legentes intelligere queant. Ex eo enim quod dicit: Alia Arteriaca, similia præscripta ipsam  
 promittere nos intelligere conuenit. Præparationem aut ex antea relatis computare oportet. x v i r.  
 Confectio sic tradita est. *Arteriaca ex libris Pergonis, ad omnes arteriæ affectus.* Croci 3. l. uasle exa-  
 cinatæ

\*Al. ii.

\*Al. ii.  
\*Al. j. d.† Al. sextantem.  
\*Al. sextantem.

\*Al. unc. i.

A cinatæ drach. i. amygdalarum 3. viii. myrrhæ obol. iiii. tragacanthæ 3. quatuor, piperis albi obol. iiii. mel  
 coctum. Uasle torretur, amygdalæ excoctantur. Tragacantha in aqua maceratur per diem unū,  
 & teritur, ac reliquis admiscetur. Et hæc recte ab eo factum eo, quod tum promissionem, tum compo-  
 sitionem eius adiecit. Ceterum mediæ facultatis pharmacum existit, quare ad omnes affectus ipsa  
 conuodam esse ait. Est enim mediorum pharmacorum natura talis, unde etiam ipsis medijs affectio-  
 nibus proptie & primario conuenit: his uero qui mollibus aut fortibus opus habent, neq; emoluentium  
 neque detrimentum magnum affert. Ultimam omnium arteriacam hoc modo descripsit. Vini  
 multi ueteris sextarios. iiii. ad unum decoquito, deinde nucum piuea um tostarum hemiam adiecit,  
 piperis albi sextantem, ac utitor. Effet hinc hoc pharmacum ex mollissimis, si non piperi accessisset.  
 Hoc uero addito, ad mediæ facultatem peruenit: propter etiam eiusdem generis cum præscripto el-  
 le uatus subscribit.

\*Arteriaca a Critone conscripta quatuor numero.

Ex arteriacis a Critone conscriptis quatuor produxisse suffecerit. De prima scribit in hæc uerba.  
*Ad uocem interceptam ob contumionem.* Picum & eryngium probe coquito, & ad decoctum gummi mi-  
 sceto, ut melle durior confectio fiat. Dato ad noctem. Facit & ammoniacum. Ob id sane pharmaci  
 huius mentionem feci, quod in principio apta est hæc præscripta confectio, si per eryngium præpare-  
 tur. Ammoniacum autem inueteratis commodum, forte enim pharmacum existit. Non recte igitur  
 Crito fecit, quod cum moderato fortissimum pharmacum indiscriminatum tradidit. Si enim ab usu du-  
 ri utamur, non solum nihil lueris, sed etiam lades hominem. Alteram arteriacam scripsit Crito  
 mediæ facultate, concoctoriam & lenem his uerbis. *Alia faciens maxime ad phonsæus, & asperam arte-  
 riam, & tussis irritationes, dolorem aurium, uleera in auribus, ac pudendo. Concoquit etiam desillationes.* Thuris  
 obol. iiii. myrrhæ drachm. ii. passu cyathos. iiii. Passum ad mellis spissitudinem decoquito, deinde myr-  
 rhæ & thus trita cum passo semicocto ablato adiecit. Facit etiam ad dysentericos, coliacos. Qui-  
 dam croci etiam drachmam addunt, & sic auribus composita, atque oculis inflammatis. Hæc Crito  
 perspicue & probe scripsit. Neque opus est me eiusmodi pharmacorum expositionem apponere, ut  
 qui sæpe iam de his dixerim. Porro alias duas prædictæ quidem similes, uerum moderatiori facultate  
 & simplicissimas sic scripsit. *Eclegma Panslianum appellatum.* Vini salerni sextarium. i. mellis attici lib. i.  
 In duplici uasle coquito, utæ ramulo agitando. Alterum pharmacum tale est. *Eclegma ex uino scyba-  
 lize quo utimur.* Vini scybeliis sextarium. i. gummi quadrantem, mellis dodrantem. Coquito in du-  
 plici uasculo, gummi prius macero ac dissoluto. Hoc solum loco apposuit in duplici uasculo, hoc est  
 C diploante, cocturam fieri debere. Rectissime autem fecerit, qui omnes arteriacas quæ mitigatorem,  
 concoctoriam, & lenitorem uim habere prædicantur, in duplo uasle coxit, quod Diploma Græcis  
 uocatur, quomodo sane unguentarij unguenta præparant. Nimirum calidam aquam in magnum quen-  
 dam leberem infundentes, ac postea uasculum, quod pharmacum coquendum in se habet, imponentes,  
 & sic præuultas prunas, aut ligna fumum non adentra succedentes.

\*Confectio Diacodyon, id est ex capitibus papaueris, iuxta ueterum traditionem.

Quin & circa huius compositionem ueteribus indiscræta discordia fuit, quidam enim ex ipsis ad ca-  
 pita papaueris. cxx. aquæ sextarios. xx. infundendos censent, ut quælibet sextarii mensura, sex papau-  
 ris capita recipiat. Quidam uero in. lxxx. sextarios octingenta papaueris capita iniungunt, ut singuli  
 sextarii capita. x. accipiant. Quidam ita temperauerunt, ut sextario uni. viii. capita tribuerentur. Quidā  
 autem haud scio qua ratione, in aquæ sextarios tres capita papaueris. lxxx. conieciunt, alij capita. cxx.  
 in eisdem tres sextarios addunt. Verum mihi uidetur ualde pauca aqua esse ad tantam copiam capitū.

\*Confectio ex capitibus papaueris, Andromachi.

Andromachus igitur, uelut supra in arteriacis præscriptum est, alteram ex ipsis præparans sic scri-  
 D psit: Capita papaueris uiridia mille ducenta. deinde ad finem: Aquam pluuiam, uon apponens aquæ  
 quantitatem.

\*Confectio ex capitibus papaueris, Critonis.

Crito uero sic, Confectio ex capitibus papaueris simplex. Capita papaueris agrestis octingenta,  
 aquæ sextarios. lxxx. coquito ad tertias, atque exprimitis addito mellis lib. x. Si uero uariam efficere ue-  
 lis, adde croci, myrrhæ, succi hypocistidis, singulorum 3. duodecim, thuris 3. vi. acaciæ. 3. xii. Recte ui-  
 detur mihi ad singulos sextarios capita. x. conieci: ita enim contingit, cum scribar ipse, capita octingē-  
 ta in aquæ sextarios. lxxx. indendos esse. Et ego sane hoc modo præparo non apponens, neq; crocum,  
 neq; myrrham, neq; aliud quicquam. Optima est enim simplicissima.

\*Confectio ex capitibus papaueris, Heræ.

At uero Heræ ad capita. cxx. aquæ pluuiæ sextarios. iiii. infundit, modicam omnino quantitatem,  
 tametsi in quibusdam exemplaribus non numerus capitum papaueris. cxx. scriptus sit, sed pondus to-  
 tidem drachmarum. Adscribam autem totam ipsius dictionem sic habentem. Capita papaueris uiri-  
 dia. cxx. in uas coniecit, & affusis aquæ pluuiæ sextariis tribus ad triduum madescere finito, deinde ad  
 tertias coquito, & ablata ab igne exprimito ac colato, admistoq; mellis sextario in duplici uasle coqui-  
 to, atq; ubi spissari coeperit, acaciæ rufæ. 3. i. succi hypocistidis. 3. i. adiecit. Ceterum cum ipsa capita



eta, utere sub lingua nucis ponticæ magnitudine. *Alia Scribonij Largi hujusmodi facit ad vocem interceptam.* E Glycyrrhizæ drach. octo, myrrhæ drach. unguentatuar, terebinthinæ drach. triginta duas, tragacanthæ drach. triginta octo. Arida singula per se trucidata ac cribrata. Resinam autem in pilam coniectam trundito, arida ad ipsam inspergendo, deinde ex unitis omnibus pastillos formato fabæ Aegyptiæ magnitudinis, quos in umbra liccato, atque usis tempore unum aut duos sub lingua tenendos dato, ac liquefcentes deuorandos. Oportet autem hoc phararmacum confestim in pastillos conformare. Quo tempore igitur pastillos cogis, eodem etiam tundes. Resiccantur enim cito, & ob id pastillos ex eo formantem ad manum linunt tundere oportet. *Alia aromatica Mithridatis, facit ad arteria affectiones, pulmonis relaxationes, sputum sanguinem, tabescentes, suppuratos, & peripneumonicos.* Croci drach. ij. & dimidiam, myrrhæ, resinæ terebinthinæ, utriusque drach. ij. thuris sesquidrachmarum, nardi, cinnamomi, casia, fragacanthæ, singulorum drach. unam, mellis atticæ heminam j. Mel & resinam coquito, ut tractilia fiant ac fibrosa, & non inquinant in frigidam aquam insillata, dein cum aridis committito, ac probe contundito, & reponito. Utere nucis ponticæ magnitudine sub lingua detenta ut prædictum est. *Alia Mithridatis.* Myrrhæ, croci, utriusque drachmas quatuor, nardi Indicæ, terebinthinæ, utriusque drach. duas, thuris, casia, cinnamomi, singulorum drach. unam, passi cretici heminas tres. Passum & terebinthinam ad perfectam compagem coquito, & cum siccis committito, indeque ad nucis ponticæ magnitudinem sub lingua tenendum dato. *Alia ex filice Andromachi aromatica. Prodest hæmoptoicis, pleuriticis, tabescentibus, spleneticis, hepaticis, ictericis. Facit & ad affectiones circa uentrem & uescum.* Radices filicis quam crassissimæ lauantur diligenter donec omne terreum ab eis decedat, deinde perfrigerantur ad diem unam, & ex ipsis libræ x. in frustra digitalis magnitudinis secantur & conquantantur, ac in uas singulum conijciuntur. Infunduntur deinde aquæ dulcis sextarij x. & ad ignem positæ coquantur. Cum uero ad dimidias deuenerint per cocturam, eas tollimus, & in duplum uas unguentarium excolamus, & radices quidem expressas proijcimus. In aquam uero crasso modo contusa conijcimus, balsamij drach. vj. nardi Indicæ, rosarum siccarum, utriusque drach. iij. cinnamomi drach. iij. glycyrrhizæ drach. vj. casia drach. quatuor, thur pontici drach. iij. Deinde rursus ad ignem admodum coquimus, & ubi ad dimidias peruenerint, ut usus in aliud paruum uas unguentarium excolamus, & arida quidem expressa reijcimus, ad aquam uero mellis atticæ heminas quatuor addimus, probeque mista & igni adhibita rursus coquimus, & cum insillata in frigidam non inquinant, his resinæ terebinthinæ drach. tres, chalbani non lignosi tantundem admiscimus. Hæc uero liquefacta ad subscripta deplemus. Sunt autem hæc croci succi hyoscyami, succi mandragoræ, piperis albi, succi hypocistidis, singulorum drachmas unam. Omnia hæc tenuissime trita, & cum primo filicis succo unita habeto, ut frigiditatem crassitudinem habeant. Postquam igitur inuicem permixtae ac probe conquantata fuerint, in uitreum aut argenteum uas reponimus. Datur ex pharmaco cochlearium. Maxime iuuat uocem interceptam. *Alia panacea Mithridatis, ad phlogos ante & post eueriamen. Facit & ad glandularum inflammationes, laxatas columellas. Facit ad gingiua hæmorrhagiam, & non mos in ore, & uocis dentes. Prodest destillationibus, reuerti ac ueteri tussi, hæmoptoicis, empyricis, & anaphoricis.* Vtor pharmaco hoc quandoque puro, quandoque passo dissoluto, aut uino scybelite, & aqua calida. Etenim ad tonsillarum inflammationes dissoluto pharmaco utendum est. Ad affectiones uero in profundo, puero. Compositio sic habet. Capita papaueris agrestis numero cl. filicis locæ drach. iij. symphyti depurati, corticis mandragoræ, thur pontici, rosarum siccarum, iridis, chalcidonia, glycyrrhizæ ponticæ, balsamij, singulorum trientem, cinnamomi drach. ij. nardi celticæ sesquidrachmarum, aquæ pluuiæ sextarios xv. Prædicta in crassas partes contusa in uase duplici unguentaria ad triduum macerantur, sequenti deinde die ad tertias coquantur, & postea in quallum coniecta exprimus ab ipsis in aliud uas unguentarium liquorem, & res decoctas abijcimus quidem, uerum de expresso liquore quantum sufficit accipientes, subscriptas res in ipso dissoluimus. Sunt autem hæc gummi, tragacanthæ alba, utriusque libram unam, myrrhæ, succi radicis dulcis, succi hypocistidis, singulorum sextantem, croci, mastiches, utriusque unciam unam. Hæc dissoluta diligenter terimus, paulatim de expresso liquore adstillantes. Postea ad pharmaci confectioem uino scybelite, aut theræ, aut pramnio utimur. Sint autem eius sextarij xiiij. Passum in uas fictile diffusum coquimus, atque ubi mellis spissitudinem acceperit, ipsi dissoluta & trita pharmaca adijcimus, rursusque coquimus ad compagem, & sublato in uas uitreum aut argenteum utimus, quemadmodum dictum est antea. Aliam ad destillationes, & omnes tussiculosas affectiones Aselepiades in secundo interiorum sic tradidit. *Ad destillationes pharmacum quo usus est Comon philosophus, auxiliari statim.* Pyrethri, costi, utriusque ʒ. ij. piperis albi drach. j. tusa & cribrata reponito. Vsu uero experiente naribus admonere, & phararmacum atrabere iubeto. *Alia.* Piperis albi drach. unam, seminis urticæ tantundem, costi, myrrhæ, croci, singulorum obolos tres, præparato ac utitur ut dictum est. *Alia dolorem sedans, Antonij Musæ. Facit ad destillationem & uocem interceptam.* Opij, myrrhæ, seminis hyoscyami, singulorum drach. duas. Singula in cicuræ decocto macerato ac diligenter terito, & ex mistis catapotia erui magnitudine formato, & duo ex ipsis ante somnum dato. *Alia facit ad hæmoptoicos.* Seminis hyoscyami albi drach. octo, nardi Indicæ drach. sex, croci drach. quatuor, opij, amyli, anisi, singulorum drach. duas, rubricæ lemnæ drach. unam, cum aqua catapotia erui magnitudine formato, ac utitur ut dictum est. *Alia delingibilis, ad tusses extremas & inueteratas.* Vini salerni sextarium unum, mellis atticæ libræ j. coquito assidue agitando cum ramulis rutæ. Dato inde mystru. Facit & ad stomachicos. *Alia*

Al. ij.

Al. j. s. i. t. p. i. v. j. E.

Al. j. ij.

\*Al. lignosa.

Al. j. s. i. t. s. p. i. v. j. E. \*Al. libras.

\*Al. drach. iij.

\*Al. unciam j.

Al. j. s. i. t. s. p. i. v. j. E. C.

**A** *Alia Terim, ad ulcerationes & suppuraciones in profundo.* Vini mulsi ueteris [sextarium unum,] axungie ueteris sextantem, alij unciam unam. Axungiam probe cum uino mulso terito ac dissoluto, indeque in uas fictile transferto, & ad prunas ramulis rutæ agitando coquito, & ubi densata fuerint, in uase uitreo reponito, ac mystrum delingendum ut prædictum est exhibeto. *Alia Origenia.* Glycyrrhizæ ponticæ drach. duas, seminis urticæ costi, seminis lini costi, utriusque drach. unam, myrrhæ, croci, utriusque obolum unum, mellis atticæ, aquæ, utriusque cyatos sex. Glycyrrhizam aqua coquito, deinde expresso liquore, reliqua terito, & melle cocto excipito, ac delingenda præbeto. *Alia.* Arii costi drach. unam, amij torrefacti, nucum pinearum tostorum, iridis costi, singulorum drach. unam, excipe melle cocto. *Alia placentula, hoc est coptarium ad tussentes.* Seminis lini torrefacti, costuli, & cribrati, uas passæ pinguis citra acinos, utriusque sextarium unum, nucum pinearum tostorum, nucum ponicarum depurgatarum, utraque heminam unam, piperis albi sextantem, myrrhæ, croci, utriusque unc. j. mellis atticæ lib. quatuor, costuli ut oportet tritaque reponito. Semen lini cum melle coquito, & ubi densata fuerint reliquis addito, misceto, ac contundito. Datur nucis ponticæ magnitudine. *Alia, facit & ad thoracis affectiones.* Farinæ fabacæ tenuissimæ costæ heminam unam, iridis illyricæ quadrantem, nucum pinearum tostorum sextantem, pulegij aridi costuli sesquidrachmarum, seminis urticæ drach. unam, piperis unc. dimidiam, mellis boni sextarios ij. farinam cum melle ad densitatem coquo. Seminis lini etiam tusa, costi, & cribrati heminam unam in promptu habeto & adijceto. *Alia ad tussim, & spiritus prolacionem, ualde probe expurgans.* Hyssopi, pulegij, utriusque sextantem, iridis, seminis sinapis, cardamomi, singulorum unciam unam, anisi, piperis, utriusque unciam unam, tusa & cribrata melle cocto excipito. Datur cochlearij boni mensura. Si uero hyems sit, & accepturus non fuerit, piperis sextantem, & pro aniso foeniculum aut cuminum, & pro cardamomo sinapi duplum conijceto. *Catapotium ad tussim recentem, panacea phararmacum dolorem lenans, inducens somnum, facit ad hæmoptoicos.* [ad empyricos & anaphoricos.] Styraçis drach. octo, opij, myrrhæ, utriusque drach. quatuor, diluta passo in catapotia cogito, & erui magnitudine cubitum erucibus dato. *Alia exemplaria par pondus omnium habet.* *Aliud Platoni inscriptum, euertigio auxiliatur.* Styraçis, myrrhæ, opij, galbani, singulorum par pondus, passo diluta in catapotia redige. *Aliud passo inscriptum, phararmacum accommodatum, auxiliatur statim. Facit hæmoptoicis, sanguinem reijcens, suppuratis.* Galbani, styraçis, iridis illyricæ, corticis pinus, singulorum ʒ. ij. enulæ, opij, utriusque ʒ. j. Excipe melle cocto, & præbe ciceris magnitudine ex aquæ mulsæ cyathis iij. *Confectio ex marrubio Triarum.* Myrrhæ, styraçis, opij, succi marrubij, galbani, croci, æquales partes, præpara ac utere melle exceptis cocto. *Catapotium dolorem sedans, phararmacum accommodatum ad inueteratas affectiones. Facit ad destillationem, dolorem capitis, & spiritus Ctes, peripneumonicos ad uescæ & ueteri tussi, hæmoptoicis, empyricis, & anaphoricis.* Myrrhæ, piperis, cardamomi, opij, styraçis, castorij, galbani, æquas partes excipe passo, fac catapotia, & utere. *Aliud phararmacum ualde bonum, inscribitur Harmonia. Facit ad destillationes, & inæsuperabilem defluxum.* Styraçis, castorij, piperis, cardamomi, singulorum drach. tres, opij, myrrhæ, seminis hyoscyami albi, singulorum drach. quatuor. Excipe passo, reduc in catapotia, dato ciceris magnitudine ad somnum. *Aliud, Croci, sulfuris uiui, myrrhæ, opij, singulorum drach. quatuor, seminis hyoscyami albi, cardamomi, piperis albi, singulorum drach. octo, mellis cocti quincuncem, aut quod satis est. Vfus præmonstratus est. Datur cubitum erucibus.* *Confectio Proxemi, ad tusses inueteratas, & ualde diu durantes humidas affectiones, appellatur Symphonos, & Lexopyretos, id est optime sedans febrem. Hac usus est Antonius Musa.* Piperis albi, opij, cardamomi, singulorum drachmas octo, croci, sulfuris uiui, myrrhæ, seminis hyoscyami albi, singulorum ʒ. iij. mellis cocti sexuncem. Datur nucis ponticæ magnitudine cum aquæ mulsæ cyathis tribus.

Confectioes ad tussim ab Andromacho libro secundo de...

confectioibus in uernis conscripta.

Cap. 3.

**P**ostquam multas ad tussim Andromachus scripsit confectioes, deinceps omnes toporeni inducentes, & ob id soporiferas appellatas tradidit. Ceterum hæc omnes tenues fluxiones inspissare possunt, resiccantes simulque refrigerantes, & propterea aliqua non tantum opium, sed & mandragoræ succum, aut radicis corticem, aut hyoscyami semen, atque etiam duo, aut tria, aut etiam omnia huiusmodi habent. Quemadmodum alia styraçis, & crocum. Rationabiliter autem his alij partim calfacientia admiscuerunt, partim cum modica adstringendi uia aromatica & resiccantia, itemque semina quædam familiaria, uelut anisi, feniculi, apij, dauici, scellis, utpote quæ tum pharmacorum inuicunditatem ac uim obtundunt, tum urinam etiam prolestant. Quædam uero etiam aspritudines lenigant, uelut sunt tragacantha, glycyrrhiza, & uina dulcia. At uero ex his, quæ minus de aromaticis complectuntur, eas etiam tabescentibus præbent. *Confectio ad tussim ex duobus piperis generibus.* Cinnamomi drach. unam, succi papaueris drach. unam, myrrhæ obolos tres, piperis nigri obolos tres, costi obolos tres, castorij obol. tres, piperis albi obolos tres, chalbani obolos tres, croci dimidium, redigito in pastillos, dato cum melle aut passo. *Alia ad tussim excellenter efficax. Eadem febres sedat.* Seminis hyoscyami unciam dimidiam. Vnum exemplar unc. unam habet, cardamomi drach. unam, succi papaueris unc. unam, myrrhæ, sulfuris uiui, croci, singulorum unciam dimidiam, piperis albi iuxta Heram sexquinciam, mellis atticæ quod satis est. *Aliud tussim siccam.* Styraçis partem unam, succi papaueris tantundem, croci partem dimidiam. Contundito simul & catapotia inde exhibeto. *Confectio ad tussim, quæ uox, sacrificiis bona.* Succij papaueris drach. decem, seminis lasucæ drac. xx. castorij drach. xviij. alij xvj. rutæ hortensis aridæ drac. xiiij.



xiii. seminis lini drach. sexdecim, panacis drach. triginta sex, myrrhæ drach. quatuordecim, croci 3. vij. E  
 alij unciam unam. Excipe melle. Datur pro uribus Aegyptiæ fabæ magnitudine, febricitantibus ex aqua  
 febre carentibus ex uino, ad noctem. *Catapodium ad tussim quæ uitor.* Stryacis, myrrhæ, opij, singulo-  
 rum 3. quatuor, opobalsami, croci, utriusque 3. duas, simul trita excipe, ac utere. *Ad tussim siccam.*  
 Succis radicis dulcis 3. ij, stryacis 3. unam, opij, croci, myrrhæ, singulorum obolos tres, excipe passo aut  
 aqua, & ad fabæ græcæ magnitudinem redigito, ac utitor. *Potio qua uitor ad phthysicos, & bipalij, multis com-  
 moda, appellatur Menodorus, & Ambrosia. Facit ad febres per circuitum repetentes.* Nardi, croci, myrrhæ, costi,  
 cassiæ, cinnamomi, iunci rotundi odorati, piperis nigri, & albi, castorij, galbani, terebinthinæ, styracis,  
 succi, papaueris, seminis hyoscyami, singulorum 3. tres, anisi 3. unam, apij seminis 3. unam, tragacanthæ  
 3. sex, mellis quod satis est, uini falerni heminam unam. Tragacantham uino sufficienti macerato, & re-  
 liqua simul cum melle committito. Datur febricitantibus sesquidrachma ex aqua multa. Febre carenti-  
 bus uincia dimidia cum melle, & aceti cochleario uno, & uini falerni cyath. ij. *Apollonii confectio, facit ad  
 multa, profertur ad tussis, & egrogie.* Cardamomi 3. octodecim, myrrhæ 3. duodecim, hyoscyami 3. duode-  
 cim, opij 3. decem, alij duodecim, seminis peroselinij 3. duodecim, croci 3. quindecim, malorum man-  
 dragoræ 3. decem, zingiberis 3. octo, sulfuris uiui 3. vij. ari 3. sex, thuris 3. sex, colli 3. sex, piperis albi drach-  
 mas sex, mellis attrici. *Alia ad internos abscessus, præbe repurgans.* Sagapeni drachmas. ij. myrrhæ. 3. ij. F  
 cardamomi 3. quatuor, alij 3. unam, castorij 3. unam, piperis albi obolos tres, opij drachmas duas, cum  
 aqua in pastillos formato duorum obolorum ponderis. Datur cum aqua. *Isthæos ad tussim, ad tabem,  
 ad omnes internos, & per circuitum repetentes affectiones.* Nardi 3. duas, myrrhæ 3. unam, croci 3. unam & di-  
 midiam, costi 3. unam, piperis albi 3. unam, succis opobalsami 3. duas, cinnamomi 3. duas, succi mandra-  
 goræ 3. ij. castorij 3. duas, seminis dauci 3. unam & dimidiam, opij 3. duas, amomi sesquidrach. cassiæ ni-  
 græ sesquidrachmam, mel coctum. Facit ad dolores stomachi, hepatis, pulmonis, oculorum, sanguinis  
 reiectionem, abscessus. Prodest dyentericis, uolubolis, nephriticis, ischiadicis, ægre spirantibus. Uri-  
 næ suppressi, doloribus laterum, præcordiorum, ad fluxum muliebrem, & uteri strangulatione. Admira-  
 da est antidotos ad letalia uenenâ, aure & post cibum sumpta. ad omnem sanguinis eruptionem cû frigi-  
 dâ, & ad morfos a uipera, & percussos a phalangijs, in uini cyathis tribus. *Quartanarijs prælotis dan-  
 tur ante horam accessionis oboli, ij. ex uini cyathis tribus.* *Potio ad tussim, dyssinæam, & alia multa, Antipa-  
 trisqua uitor.* Stryacis 3. sex, terebinthinæ 3. quatuor, opopanax 3. duas, galbani 3. duas, iridis illyricæ  
 3. duas, myrrhæ 3. duas, seminis hyoscyami albi obolos quatuor, spumæ nitri obolos quatuor, piperis  
 albi obol. quatuor, opij obolos. v. Datur quantitate fabæ Aegyptiæ ad somnum. Quidam opij obolos  
 tres, alij 3. j. coniiciunt. *Eclegma ad tussim.* Nucletorum macum pincarum 3. duodecim, seminis lini  
 costi 3. octo, tragacanthæ 3. duodecim, carnis palmulari 3. octodecim, iridis illyricæ 3. duodecim, amyg-  
 dalarum dulcium 3. sexdecim, mel coctum. Dato delingendum bis per diem, mane & uespere. In qui-  
 buldam tragacantham aqua pluvia dissolutam primum cum melle coquito. *Catapodium ad tussim, Crissi  
 Libertij.* Myrrhæ, piperis albi, galbani, castorij, stryacis, croci, opij, singulorum par pondus, styracis dimi-  
 diam. Dato inde catapotia. ij. ad noctem. *Scribonij, ad tussim.* Seminis apij 3. duas, floris iunci odora-  
 ti, nardi celticæ, styracis, croci, singulorum 3. unam, balautij obolos tres, succi papaueris 3. quatuor,  
 mellis quod satis est. Datur magnitudo fabæ non febricitantibus ex aceto mulso, febricitantibus cum  
 aqua. *Asclepiada, ad tussim.* Rhupontici, croci Cilicij, succi papaueris, spicæ nardi, thuris, myrrhæ, sin-  
 gulorum 3. unam, radicis nardi celticæ sextantem, styracis quadrantem. Datur. 3. j. cum uino mulso.  
*Thespiana Apollonii, ad internos abscessus.* Seminis apij 3. tres, succi papaueris drachmas tres, melanthij 3.  
 tres, iridis illyricæ 3. septem, castorij 3. duas, seminis dauci 3. septem, sinopidis rubricæ 3. septem, exci-  
 pe melle cocto, & dato nucis ponticæ magnitudine ex aqua. *Catapodium resicatorium, ad fluxiones thora-  
 cis, ad molea dolorem, affectiones per circuitum repetentes, & percussos a scorpio.* Succis papaueris, seminis hyo-  
 scyami, utriusque par pondus, cum passo aut melle ad fabæ græcæ magnitudinem formato. Dato ad no-  
 ctem somnum inducendo prodest. *Confectio sumentis febrem, Pampbili pharmacopola bona.* Seminis hyo-  
 scyami unciam. j. cardamomi exenterati unciam. j. succi papaueris unci. i. sulfaris uiui unci. dimidiam, cro-  
 ci unci. dimidiam, myrrhæ unci. dimidiam, euphorbij 3. ij. costi 3. ij. iridis illyricæ 3. ij. piperis albi 3. qua-  
 tuor & dimidiam, mellis quod satis est, utere. *Catapodium ad tussim, & alia multa commodum, & præferim ad  
 tussim humidam.* Iunci odorati 3. sex, opij drachmas quatuor, galbani 3. sex, styracis 3. quatuor, fiant ca-  
 tapotia araci magnitudine, dentur ad somnum. *Alia sedans febrem Darij. Hac antidoto usus est ad omnia, ad  
 conuulsas, tussis, & anginas.* Croci unci. unam, piperis quincuncem, myrrhæ unciam unam, succi papau-  
 ris unci. unam, thuris tantundem, seminis hyoscyami tantundem, cardamomi tantundem, costi 3. qua-  
 tuor, iridis illyricæ 3. tres, aristolochiæ 3. ij. melle attrico excipito. *Aliud ad omnia tussim expertum.*  
 Anisi drachman. unam, costi obolos. ij. myrrhæ 3. unam, castorij, galbani, piperis albi, seminis hyo-  
 scyami, opij, succi radicis dulcis, singulorum 3. j. excipe passo, redige in catapotia ciceris magnitudi-  
 ne. Dato in noctem. *Catapodium concoctorum ex libris Perigenis, ad tussim, & defluationem.* Stryacis obo-  
 los duos, piperis grana uiginti, myrrhæ 3. duas & dimidiam, seminis hyoscyami obolos quatuor, eu-  
 phorbij drachm. duas, iridis illyricæ drachm. ij. opopanax drachm. ij. croci obolos tres, opij obolos  
 tres, terebinthinæ drachmam unam, piperis albi obolos tres, galbam drach. duas, trita excipe galba-  
 no ac resina, opioq; & styracæ. Datur, prout sunt uires. *Apollonii confectio ad tussim commoda.* Foliorum  
 malabathri

A. l. f. 5. 2. 2. 4. p. 103. E.

\* Al. uiciam

\* Al. ii.

\* Al. ii.  
\* Al. iii.]

A. l. f. 10. 4. c. 6. B.

A malabathri drach. octo, croci drach. sex, opobalsami drach. unam, spicæ nardi drach. unam, rosarum sic-  
 carum, floris iunci odorati, singulorum drach. unam, costi, cassiæ, styracis, myrrhæ, mei, singulorum drac.  
 tres, uux passæ mundæ, drach. sexdecim, succi mandragoræ drach. sex, mellis quod satis est. Vuam pas-  
 sam in cretico passo per noctem & diem macerato, deinde admittis aridis terito, & mel misceto, ac re-  
 posito utitor. *Potio ad tussim ex libris Apollonii, item ad muliebrem fluxum.* Seminis hyoscyami drachmas  
 tres, myrrhæ drach. tres, croci, succi mandragoræ, thuris, singulorum drach. tres, piperis albi & nigri,  
 utriusque drachmas quatuor, iuricis drach. tres, opij drach. tres, mellis & uini chij quod satis est. Datur  
 magnitudo fabæ. *Ad tussim incipientem phthysim, hæmopticos, & fluxiones.* Seminis hyoscyami drac. qua-  
 tuor, radicis nigre mandragoræ drach. quatuor, rhu 3. ij. coralli drach. tres, opij drach. tres, lycij drach.  
 duas, balautij drach. tres, thuris drach. quinque, tragacanthæ drach. duas, croci drach. tres. Cum aqua  
 pastillos triobolares formato. Datur hæmopticos ex posca, reliquis in aqua. *Potio prodita a Clelio  
 Abajanto, ad tabescentes, qua rior abunde. Verum inepta est ad sanguinis reiectionem.* Aristolochiæ daetylididis  
 drach. niginti, sulfuris uiui 3. xx. corticis mandragoræ 3. xx. thuris drach. quadraginta, gentianæ drach.  
 xxx. sesfells drach. xxx. opij drach. quadraginta, seminis hyoscyami albi drach. xl. myrrhæ drach. xl. cro-  
 ci drach. octo, piperis albi grana c. euphorbij drach. decem, baccarum lauri drach. septem & dimidiam,  
 B costi drach. septem & dimidiam, cardamomi drach. septem. Euphorbium & myrrham in uino tunda-  
 to, opium uero & hyoscyamum in uino mulso: reliqua priuatim tundito, ac simul misceto ad mel co-  
 ctum. Vtere pharmaco non recenti. Recte apposuit Andromachus ad hoc pharmacum, quod sit ad san-  
 guinis reiectionem ineprum, ob sulfur uidelicet uiuum, & euphorbium, partim etiâ ob lauri baccas.  
*Catapodium ad tussim statim auxilians.* Iridis obolos quatuor, croci Cilicij, & equibolum, myrrhæ obolos  
 duos, cinnamomi obolos quatuor, cassiæ obolos quatuor, seminis hyoscyami albi obolos duos, semini-  
 sis papaueris nigri obolos duos, seminis cicuræ obolos duos, [Seminis lactucæ nigre obol. ij.] redige  
 in pastillos obolares aut semiobolares cum passo, & præbe in passi quarta heminæ parte. *Aliud, ad om-  
 nem tussim, & fluxiones, & abscessus internos, ut Apollonius.* Sagapeni, gentianæ, myrrhæ, opopanax, pipe-  
 ris albi, singulorum 3. ij. baccarum lauri mundarum 3. iij. trita cum aqua redac ad magnitudinem fabæ  
 græcæ. Dato autem ischiadicis paulo plus ex uini diluti cyathis tribus. *Ad phthysicos aliud, quod a Fla-  
 uiano Cretenis affectus sum.* Succis hypocistididis 3. viij. myrrhæ 3. viij. castorij drach. sex, thuris drach. octo,  
 succi rhois 3. ix. sagapeni drach. sex, succi papaueris drach. octo, anisi 3. ix. seminis apij drach. octo, liqti-  
 oris panacis 3. v. seminis hyoscyami 3. viij. stryacis 3. viij. croci 3. x. liquoris cyrenaci 3. i. seminis dauci 3.  
 viij. marrubij 3. i. corticis mandragoræ 3. x. piperis longi 3. viij. & albi 3. v. & dimidiam, uerbenacæ supi-  
 næ 3. i. mel coctum. *Catapodium album, ut Drytanis, & Apollo.* Myrrhæ, seminis hyoscyami albi, opij, thy-  
 racis, singulorum æquale pondus, formato catapotia quanta denorari possunt, hæc ipsa uua passa, aut  
 passo, aut palmularum carne excipiens. *Catapodium ex libris Perigenis, Ad tussim.* Seminis hyoscyami,  
 castorij, myrrhæ, styracis, singulorum par pondus. Dato magnitudinem fabæ cû passo, aut aqua multa.  
*Catapotia ad tussim humidam ex libris Perigenis.* Stryacis, chalbani, ammoniaci thymiamatis, castorij, opij,  
 singulorum æquales partes, in catapotia erui magnitudinis redigito, ex eis que duo exhibeto.

De reiectione sanguinis.

Cap. 4.

IN reiectione sanguinis primum periculum est, ne immoderata eius euacuatio fiat. Secundum uero  
 post suppressum sanguinem. Curatio autem eius quidem quæ ex aperture osculi alicuius uasis con-  
 tigit, per obturationem fit oris dilatati. Eius uero quæ ex uasis ruptura, per eiusdem conglutinationem.  
 Quomodo enim eius quæ ex erosione, per renutritionem erosorum. Obturatur igitur osculum dilata-  
 tum per adstringentia: conglutinantur autem ruptum per eadem, & quæcunque ipsis in compositione  
 miscentur citra mordacitatem resiccantia, & glutinosum quiddam habentia. Velut est lemnia terra spua-  
 gis appellata, & samius alter. Renutritur autem corrofa per cibos boni succi, & pharmaca carnem gi-  
 gnentia, sarcocica Græcis appellata, de quorum facultate dictum est in secundo opere huius tractatio-  
 nis. Iuxta primam quidem igitur rationem, ex talibus pharmaca componuntur ad reiectionem san-  
 guinis curandam conuenientia. Iuxta secundam uero, in his qui ex pulmone, aut thorace, aut arteria,  
 aut summa arterie parte sanguinem reiectant. Miscentur enim prædictis congruenti mensura tum ca-  
 lidat, tum tenuitatem partium existentia, quæ infestissima sunt prædictis tribus affectionibus, aperture ui-  
 delicet orarum, rupturæ, & corrosioni. Cuius rei gratia itaque miscentur? Distributionis nimirum ip-  
 sorum in corpus. Etenim adstringentia & uiscosa ac ténacia sibi ipsis uias præcludunt, quare opus ha-  
 bent facultate ipsis uiam struente ac præparante. Porro cum ex locis circa stomachum, aut alium, aut  
 aliquid intestinum, sanguis educitur, huiusmodi pharmacorum mixtura non est opus. Verum rursus in-  
 festissimum his est hoc genus pharmacorum, quod in tantum refrigerat, ut affectio stupefiat: & tamen  
 etiam hæc admiscentur medicamentis ad hæmopticos conuenienter paratis, ut quæ altiore somnum  
 ac soporem inducant, & commodissima sunt his qui a tussi lancinantur, sistencia nimirum sanguine qui  
 ad affectum uas deferretur, atque hoc per suam frigiditatem. Atque hi quidem sunt componendi scopi.  
 Copia autem materiae pharmacorum, quæ sufficientem experientiam prioribus medicis, qui circa cura-  
 tiuam artis partem diligenter perlati sunt, exhibuerunt, deinceps referent.

Quæ ab Andromacho ad sanguinis reiectionem scripta sunt.

Primum ex his quæ sanguinem reiectionibus conueniunt pharmacis, Andromachus sic tradidit.

Ad

Ad sanguinis reiectionem, quo ego vior. Acaciae 3. viij. rosarum siccarum 3. viij. balaustij 3. viij. gummi 3. ij. B. tragacanthae 3. j. cum aqua pastillos facito 3. j. Dato ex aqua pluuia. *Aliud Apollonij.* Seminis hyoscyami 3. viij. opij 3. iij. thuris 3. viij. terrae samiae 3. iij. amyli 3. ij. rubricae lemniae 3. ij. aut si haec non sit, sinopiceae 3. iij. corallij 3. iij. costij 3. iij. floris balaustij ob. iij. aliij 3. ij. Excipe succo polygoni ac redige in pastillos triobolares, quos ex frigida praebero. Quidam cicuta feminis 3. iij. adijciunt. *Aliud, quo vior.* Cyrinorum 3. vj. spinæ Aegyptiae 3. vj. succi papaueris 3. iij. hypocisthidis 3. vi. balaustij 3. vj. acaciae 3. vi. lycii Indici 3. iij. myrrhae 3. ii. excipe myrri baccarum decocto, & fac pastillos 3. i. Ex eodem decocto praebe bibendos. *Aliud sistens sanguinem.* Croci Cilicij, myrrhae, iridis, nardi indicæ, thuris, acaciae, singulorum unciam unam, succi papaueris, costi, piperis, singulorum unciam dimidiam, rosarum siccarum trientem, melle excipito. Datur faba aegyptiae magnitudo. *Aliud fluxiones sistens, prodest fluxionibus interris, consillarum, & vna: & ad exulceratam arteriam gargarisatam: & ad sanguinis fluxum ex aqua frigida. Thuris ex posca magnitudine Ponticae nucis. Congruit etiam mingenibus sanguine & fluxu muliebri potum & appositum.* Myrrha unciam unam, nardi Indicæ unciam unam, cinnamomi unciam unam, thuris unciam unam, croci unciam dimidiam, piperis 3. iij, succi acaciae 3. iij. costi 3. iij. styracis 3. iij. iridis illyricæ sextantem, rosarum siccarum sextantem. Excipe melle cocto. *Aliud sistens fluxiones, ex libris Galii. Facio probe & ad sanguinis reiectionem.* Croci, myrrhae, iridis, nardi styracis, caliae nigrae, rhu pontici, singulorum \*drachmam unam, styracis, piperis albi, utriusque unciam dimidiam, rosarum siccarum quincuncem, tritis mellis atticis quod satis est affunde. Datur nucis ponticae magnitudine ex aqua cyathis tribus. *Aliud ad hæmopticos, ex libris Apollonij.* Succo hypocisthidis 3. xii. balaustij, acaciae, cyrinorum, singulorum 3. xii. gallæ 3. xii. succi papaueris 3. vi. croci 3. vi. Redigito in pastillos triobolares. *Aliud ad hæmopticos.* Succo papaueris obolos duos, amyli obolos tres, gummi obolos duos. Dato ex aqua. *Aliud ad sanguinis educationem, & omnem sanguinis eruptionem, ex aqua potum.* Succo papaueris drachmam unam, cinnamomi drachmam unam, castorei drachmam unam, costi, piperis longi, & rotundi, myrrhae, singulorum obolum unum, croci sesquibololum, corallij obolos duos, balaustij drachmam unam, anisi drach. \* duas, gummi drachmam unam. Ex tritis pastillos formato ac utitor. *Aliud ad sanguinis reiectionem.* Rubricae sinopiceae 3. iij. thuris 3. viij. anisi drach. unam, seminis cicuræ 3. iij. succi papaueris 3. iij. lapidis hæmatitæ 3. iij. seminis hyoscyami drach. octo, terræ samiae 3. iij. dato pharmacum ieiunis ex aqua. *Aliud, Succo hypocisthidis drachmam unam, opij obolos tres, balaustij 3. i. acaciae drachmam unam. Ex aqua.* *Aliud ad sanguinis educationem, vt Hierophilus.* Radicis symphyti quadrantem, terræ asteris unciam unam, thuris sextantem, balaustij unci. i. hypocisthidis unci. i. croci obolos tres, myrrhae 3. ij. opij 3. i. rubricae lemniae quadrantem, & obolos tres, gummi 3. i. Excipe succo polygoni aut plantaginis. *Aliud ad hæmopticos, Boni præceptoris.* Balaustij 3. ii. acaciae 3. ii. tragacanthae 3. iij. succi hypocisthidis 3. iij. florum rosarum 3. iij. opij 3. ii. thuris 3. iij. myrrhae drach. duas, seminis hyoscyami obolos quatuor. Excipe succo sanguinariæ quæ Græcis est polygonum. *Aliud sanguinem viciantibus, vt Aetacius.* Terræ samiae drachmas quatuor, corallij drach. quatuor, rubricae sinopiceae drach. ii. balaustij obolos tres, opij drach. quatuor, amyli drach. xii. thuris drach. viij. seminis hyoscyami drach. octo. Cum polygoni succo pastillos triobolares formato. Dato in posca, si fluxio sit multa cum uitello oui affato & aqua plantaginis. *Aliud ad hæmopticos, & dysentericos.* Floris rosarum, opij, acaciae, gummi, balaustij, hypocisthidis, singulorum quadrantem, gallæ unciam unam, seminis plantaginis eiusdemque succi, utriusque sextantem, lycii Indici unciam unam, succi rosarum unciam unam. Redigito in pastillos drachmales. Quidam etiã omphacii unciam dimidiam addunt. Dysentericis etiam infunditur. *Aliud ad hæmopticos, Carteri robustius.* Seminis cicuræ drach. ii. seminis hyoscyami drach. i. amyli drach. i. nardi obolos tres, rubricae lemniae obolos tres, alij quatuor, anisi obolos quatuor, alij tres, croci obolos tres. Dato cum uitello oui affati, ex aqua lacto se cyathis tribus. Facit & ad destillationes. *Aliud ad hæmopticos, magni Philadelphij.* Corallij obol. ii. asteris samij obol. iij. succi sanguinariæ cyath. vi. Dato hoc totū pro. ii. uicibus in posca. *Vfus prædictorum Andromachi pharmacorum.*

\*Al. unciam.

\*Al. i.

A. l. f. 104; c. 6. C.

B.

A. ibidem.

Iam ante quidem palam est ex his, quæ in principio sermonis de reiectione sanguinis dixi, quis sit usus præscriptorum pharmacorum. Verum maioris lucis gratia repetam etiam nunc, id quod primum omnium ex acacia, rosis siccis, balaustio, gummi, tragacanthaque est compositum. Manifestum autem est acaciam quidem, & rosam, & balaustium, adstringentia habere, gummi uero & tragacantham uiscosa & glutinatoria. Igitur impossibile est ipsum usque ad thoracem & pulmonem per se deferri, si nõ habeat quæ adstringentia & uiscosa ac tenacia deducant. Et quos his amplius accedit, neque mellis quicquam eius compositor addidit. Sed per aquam pluuiam, quæ & ipsa adstringentem uim habet, tunc compositio ipsius, tum exlubio tradita est, ut ad sanguinis ex stomacho & uentre educationes conuenire possit. Quin & si possibile sit ex intestino ieiuno aliquid per nauisam efferri, ad hoc etiam commodum pharmacum fiet. Contrariam autem uicissim ad præscriptum pharmacum compositionem habet quintum ex ordine scriptum, itemque nouum. Nimirum cum cinnamomũ, & piper, & costus & myrrha eis sint admixta. Reliqua uero omnia, media quodam modo inter hæc sunt, neque exacte adstringentia per totã sui compositionem, neque fortiter calfacientibus permixta. Ceterum opium, & hyoscyamus, & cicuta semem maxime quidem ijs, qui a ruffi, aut etiam alias lancinantur, apta sunt: quanquam omnibus quomodocumque sanguinem reijicientibus conueniant. Quare ipsa miscere licet tum in ijs, qui ex nutriti-

\*Al. duobus cyathis.

A. l. f. 13. c. 1. c. 3. c. 137.

Auis organis sanguinem sursum educunt, tum quibus ex spiritalibus organis idem contingit.

Quæ Asclepiades ad Hæmopticos scripsit ad uerbum.

Ad sanguinis reiectionem. Radicis symphyti sexuncem, balaustij 3. ij. aut iij. aquæ sextarium j. Coquiro ad tertias, & expresso liquori hæc addito: Amyli 3. j. gummi thebaici tantundem, dato in potu. *Aliud.* Cucumerum satiuorum lib. j. in tenuia frustra dissecto, & aquæ potabilis sextarium j. affundito, ac ad tertias coquiro. Expresso deinde liquori terræ samiae sesquidrachmam inspergito, ac bibendum exhibero. *Charixenus pharmacum accommodatum.* Radicis polygoni manipulum, radicis symphyti tantundem, Rhois rubri acetabulum, aquæ sextarios iij. coquiro ad tertias, & expressi liquoris cyathum unum dato, cum gummi tenuissime triti ac dissolui 3. j. *Pharmacum Arabiam, quod ponticum dicitur.* Uæ urti libras xvj. aquæ pluuiæ sextarios xvj. Coquiro ad tertias, & expressum liquorem reponito. *Aliud.* Mororum rubrorum nondum maturorum libras xvj. aquæ pluuiæ sextarios xvj. Coquiro ad tertias, & expressum liquorem reponito. *Aliud.* Fructus corni libras xvj. aquæ pluuiæ sextarios xvj. fac eodem modo. *Aliud.* palmularum thebaicarum lib. xvj. aquæ pluuiæ sextarios xvj. coquiro ad tertias, & postquam expresseris liquorem, ad prius expressos liquores infundito, omnesque probe mistos ad tertias coquiro, & in fictili uasè reponito. Et inde cyathum unum ante cibum dato. **B** cum hoc est ualde bonum, & regenerationem prohibens. Oportet autem singula suo proprio tempore preparare, & ad pharmaci confectionem reponere. *De uisura.* Quæ urti uua appellatur in Ponto nascitur. Planta est humilis & fruticosa, folio memæcyli, fructum ferens rubrum & rotundum, gustu aut sterum, quem urti uua appellant. *Medicamentum quod inspergitur Græcis uatrasou ad hæmopticos.* Corticis thuris, terræ samiae, amyli, singulorum 3. iij. tula & cribrata reponito. Uia uero expectante, cochlearium unum in aquæ frigide cyatho dato. *Aliud.* Balaustij, terræ samiae, corticis thuris, gummi, singulorum aequale pondus. Tula & cribrata exhibe ut prædictum est. *Ad sanguinis reuclationem clegma Anaxanti, pharmacum accommodatum.* Vini salerni sextarium unum, mellis atticis libram unam, in uas fictile coniecta & conuassata super prunas ponito, & ubi arteriacæ acceperint spissitudinem, ab igne ablata refrigerari finito, eis que contusa & cribrata addito gummi cochlearia, iij. balaustij, thuris, terræ samiae, singulorum 3. ij. & rursus ad ignem admota & castacta reponito. Dato ut prædictum est. *Aliud Origenie.* Succo gentianæ, succi symphyti, balaustij, singulorum 3. viij. croci, myrrhae, succi radicis dulcis, singulorum 3. iij. protropi, aut theræ, aut sebelitæ sextarios vj. præpara ac exhibe, ut dictum est. *Cataportia ad sanguinis reiectionem dolorem sedantia. Vfus est Charixenus.* Succo hypocisthidis, balaustiorum, opij, singulorum 3. iij. excipe uino myrrite, & fac cataportia. Dato ex his trioboli pondus. In alijs exemplaribus opij 3. ij. habentur. *Aliud.* Succo hypocisthidis, succi acaciae, succi Rhois Syriacæ, singulorum 3. iij. balaustij, opij, gummi, singulorum 3. iij. uini myrritæ quod satis est. Vfus ostensus est. *Pastillus hæmopticos, pharmacum accommodatum, inscribitur Trypheron, hoc est, Delicatum.* Amyli, balaustij, terræ samiae, succi hypocisthidis, gummi, croci, opij, singulorum 3. ii. Excipe succo plantaginis, & exhibe 3. i. Verum liquor ipse affectioni sit conueniens. *Aliud.* Amyli, [drach. iij.] terræ samiae, hypocisthidis, singulorum 3. ii. opij, croci, balaustij, tragacanthæ, singulorum 3. i. excipe succo plantaginis. *Pastillus ex succo uo, facit hæmopticos, diuturne & recentis tussis phthitici sanguinem reijicientibus suspensum, caliacis, dysentericis, & infla vis. Est etiam Aricularis bona.* Psyllii mundi 3. xlv. iridis illyricæ, mastiches, ramentorum succini, croci, singulorum 3. xxx. opij 3. xv. Psyllium in aquam calidam coniectum maccari finito, atque ubi uiscosum ac glutinosum de se in aquam deposuerit, liquorem exprimito, & cum eo pharmacum præparato, in pastillos ipsum cogendo, ex quibus obol. iij. ad somnum euntibus dato. Sint autem aquæ sextarii iij. In alijs exemplaribus psyllium ad triduum madescit, deinde rer donec ebulliat coquitur, & ab igne ademptum rursus ad triduum sinitur, atque tunc liquor ad pharmaci confectionem segregatur. *Pastillus Neapolita facit hæmopticos, suppuratis, phthitici, affectionibus fluidis.* Seminis hyoscyami albi, succi mandragoræ, utriusque 3. v. thuris masculi, opij hispani, styracis, coaguli hinnuli, singulorum 3. x. mastiches 3. Dxx. ramentorum succini, iridis illyricæ, croci, singulorum 3. xxx. psyllii 3. xlv. aquæ sextarios iij. præpara ac utere ut prædictum est. *Pastillus ex corallio, vt Niceratus.* Corallij, terræ samiae, utriusque 3. viij. balaustiorum, amyli, terræ lemniae, singulorum 3. iij. seminis hyoscyami albi, opij, hypocisthidis, singulorum 3. ii. Excipe succo arnoglossæ, coque pastillos ac exhibe. *Aliud Diocles Chalesædonij.* Corallij 3. viij. succi hypocisthidis, balaustij, succi acaciae, rhu pontici, terræ samiae, opij, thuris, succi symphyti, singulorum 3. ii. excipe succo plantaginis. *Aphrodisiacum Clidion, pharmacum accommodatum.* Facit hæmopticos, caliacis, dysentericis, & qui stomachi fluxionibus laborant. Cyrinorum, spinæ aegyptiæ, balaustiorum, succi hypocisthidis, succi acaciae, singulorum 3. vi. lycii, rhu pontici, opij, singulorum 3. iij. myrrhae 3. ii. contusa & cribrata diligenter baccarum myrri decocto excipe, & pastillos coque. Exhibe pro ultribus cum rosarum decocto, aut baccarum myrri, aut aqua frigida. Forinsecus spongiam posca imbutam imponito. Postquam uero fluxus confiterit, pectus & fluxione infestatos locos omphacio cum aceto dissoluto illinito. Tepefiat autem ad cinerem calidam, donec aliquantulum spissetur. *Philippi pharmacum accommodatum dysentericis, & hæmopticis.* Balaustij, acaciae, hypocisthidis succi, opij, rhois, thuris, myrrhae, croci, gallæ, lycii, aloes, rhu pontici, baccarum myrri nigellarum, malicorii, singulorum drachmæ quatuor, excipe uino Italico, & redige in pastillos triobolares. Dato febrientibus ex aqua, non febrientibus cum uino,

Confectionis



# Gal. de compos. pharmac.

Confectiones dolorem sedant & febres abstergentibus, & sanguinem reiectantibus commode, itemque alijs quibusdam accommodatae, praeprimam colicis.

Cap. 5.

**I**n his equidem qui sanguinem reiectant, nondum tamen exacte tabe apprehensi sunt, hoc genus pharmacorum dolorem sedantium priores medici composuerunt, ipsumque anodynon appellauerunt, conueniens & his qui sanguinem reiectant, & qui tunc hoc perpetuantur, tum etiam iam tabescunt. Itemque ad alios dolores & affectus, qui circa pulmones, & arteriam, & thoracem, atque alias quasdam partes consistunt, colicis tantum exceptis. Differunt enim haec pharmaca ab ijs quae priuatum colicae appellantur, aromatatum, & odoratorum ac urinam cientium seminum mistura. Colicae enim confectiones his uehementiores sunt, stupefactoriam uim praedominantem habentes ex multitudine refrigerantium pharmacorum. Quale est hyoscyami semē, & cicuta, & papaueris succus, & cortex radicis mandragorae. His namque in colicis uti cogimur ob magnitudinem doloris.

Quae Andromachus scripsit ad praedictas affectiones.

Confectio sedans dolorem, ad omnes internos affectus & pleuritidas, qua utor. Radicis panacis, seminis dauci, utriusque drach. iij. castorij drachmas. iij. alij drach. ij. seminis hyoscyami, opij, utriusque drach. iij. alij drach. ij. mellis quod sufficit. Dantur obol. iij. cum aquae cyathis tribus. *Alia sedans dolorem, Marcellini.* Anisi drach. ij. seminis hyoscyami drach. ij. succi papaueris drach. j. seminis apij drach. ij. croci obol. iij. rosarum succarum drach. ij. myrrhae drach. j. amomi drach. j. Trita cum aqua in pastillos triginta duos redige. Dato ad somnum tempus cum aquae cyathis duobus aut tribus. *Alia sedans dolorem, ex semine uibus.* Seminis apij drach. viij. opij drach. ij. anamij. 3. viij. anisi drach. iij. foeniculi drach. iij. casiae nigrae drach. ij. Cum aqua fac pastillos triobolares. Dato ex passo, sexta & decima heminae parte, aut ex aqua. *Alia Achillis Compunctoris.* Anisi. 3. viij. amuij drach. viij. seminis foeniculi, seminis apij, singulorum drach. iij. opij, drach. ij. nardi indicae drachmas. ij. myrrhae drach. ij. piperis drach. j. casiae nigrae drach. ij. Fac pastillos triobolares, qui resiccari ponderent obol. ij. Dato ut reliquos. *Alia dolorem sedans ut Xenocrates, qua utor maxima ad tormina & dysentericos.* Seminis apij. 3. ij. anisi. 3. j. piperis albi. 3. j. myrrhae obol. iij. castorij obol. iij. opij obol. ij. [croci obol. ij.] gentianae. 3. ij. Fac pastillos triobolares, & uarie exhibe. *Alia Sphragis uisita, sedans dolorem, resiccans fluxiones, & tormina ac tussis, qua utor.* Myrrhae obol. v. alij vj. corticis mandragorae drach. iij. succi papaueris drach. v. seminis hyoscyami drach. iij. alij. 3. ij. thuris drach. v. croci drach. v. excipe uino, exhibe pro uiribus, aliquibus fabae aegyptiae magnitudine, aliquibus obol. ij. *Alia, Aler appellata, sedans dolorem, qua utor ad omnem fluxum, dolorem, & omnes internas affectiones, & deffillationes, ad vesicam, ad suffocationes, fluxum muliebrem, stomachi fluxionem, dysentericos, sanguinem reiectantes, facit & ad paralyti resolutos.* Croci obol. ij. seminis hyoscyami drach. vj. seminis apij drach. vj. anisi drach. iij. G Styraeis drach. iij. seminis dauci drach. iij. castorij drach. ij. opij drach. ij. myrrhae drach. ij. Quidam etiam mandragorae succi drach. iij. ut uero Xenocrates, etiam piperis albi drach. vj. cum aqua fac pastillos triobolares. Dato ex aqua. *Alia sedans dolorem, Lycopodis.* Resiccata deffillationes arteriae, & fluxiones oculorum. Seminis hyoscyami drach. ij. seminis apij drach. ij. opij drach. ij. anisi drach. j. croci obol. iij. rosarum siccarum drach. ij. myrrhae drach. j. alij drach. ij. Cum aqua redigito in pastillos triobolares. Vtere quemadmodum Trigono appellato. *Alia sedans dolorem, resiccatoria, facit & ad haemopticos, caecacos, dysentericos, rupta & commissa.* Anisi drach. iij. seminis apij drach. iij. opij drach. iij. croci drach. j. seminis hyoscyami drach. iij. styraeis drach. j. funeli odorati drach. j. balauftij obol. iij. quidam drach. vj. foliorum rosarum drach. j. nardi indicae obol. iij. cum aqua formato pastillos diobolares. Dato ex uino, aut aqua, aut protropo. *Alia dolorem sedans potio, Rufi, qua utor.* Corticis mandragorae drach. iij. thuris drach. v. piperis albi drach. ij. & dimidiam, croci drach. v. seminis hyoscyami drach. iij. succi papaueris drach. v. myrrhae drach. v. nardi obol. iij. casiae nigrae drach. ij. Trita cum passo in pastillos drachmales cogito, ac reponito ne humecti fiant. Dantur ex aquae calidae cyathis duobus, cholericis, hoc est, biliola superne & inferne reddentibus, ex frigida. *Alia sedans dolorem ad omnes internas affectiones, qua utor.* Casiae nigrae, myrrhae, opij, styraeis, croci, singulorum drach. vnam, quidam drach. i. & obol. iij. Cogito in pastillos trium aut duorum obolorum. Praebe febrientibus ex aqua, non febriticantibus in uino. Hepaticis in aqua multa, itidem & pleuriticis. Efficax est & ad tussim. *Alia Trigono vocata, resiccatoria & sedans dolorem.* Seminis hyoscyami drach. iij. seminis apij. 3. iij. anisi drach. ij. opij drach. ii. cum aqua pastillos formato. Datur cum frigida, mane & uespero, unus pro uice. *Alia sedans dolorem, Aselepiadae, ad omnes internos affectus.* \*Sesclis, chamapityos, herbae saluae, seminis rutae syluestris, seminis dauci singulorum drach. vi. seminis hyoscyami, opij, utriusque drachm. viii. castorij drachm. xxv. rhu pontici drach. vi. castorij drach. duodecim & dimidiam, herbae saluae drach. viij. seminis rutae syluestris drach. viij. seminis dauci drach. viij. opij drach. iij. seminis hyoscyami drach. iij. croci drach. v. Quidam addunt mel atricum, reliqua ipso excipientes. *Alia dolorem sedans, in uina appellata, facit & ad tabescentes, & inflatos.* Illyricae, 3. xxx. succini, croci, mastiches chiae, singulorum 3. xxx. psyllij drachm. xlv. aut. xxx. succi papaueris 3. xv. cum aqua pluuiali macerato, deinde coquito & exprimito, atque sic cum reliquis committito. *Alia potio sedans dolorem, ex libro Apyrode, ad omnem dolorem in nervis, utero, & orendibus.* Succo papaueris 3. i. opobalsami 3. i. aut carpobalsami 3. i. obolos duos, myrrhae, seminis hyoscyami, castorij, styraeis singulorum 3. i. Excipe pas-

\*Al. piperis.

[Graeci eod. conquirera habent, seminis hyoscyami al-3. iij. lauri croci. 3. iij.]

# secundum locos lib. VII.

**A**lo, & fac pastillos oboli unius & dimidij. Dato ex aquae calidae cyathis duobus aut tribus. *Aliud sedans dolorem catapotium, ex libro Apyrode, ad omnes internos affectus, & ad quartanarios, qui interuallis tempore in diem ferunt, & deinde accipiunt.* Facit & ad calculosus, dysentericos, stomachicos, & iam disperatos atque anxios. Est & oculis ualde conuoluit. Seminis hyoscyami, [seminis apij,] anisi, styraeis, singulorum drach. iij. croci, opij, utriusque drach. iij. castorij drachmas duas, fac catapotia aegyptiae fabae magnitudine. Praebe ex aquae cyathis duobus. *Alia dolorem sedans, ad omnes internos affectus, & sanguinis reiectionem multam, feratur, cum si ex uulnere prodeat quibusdam prodest, facit & ad nephriticos & hepaticos.* Hac ne prius dederis quam mercedem acceperis. Cinnamomi, casiae utriusque drachmas duas, myrrhae. 3. i. piperis albi drach. i. & longi drach. i. chalbanij drach. i. opij drach. ij. trita cum melle pauco in catapotia redige, partim magnitudine fabae, partim quantitate araci. Dato pro uiribus cum aqua, aut pro iudicio tuo. *Alia dolorem sedans ad omnia interna.* Seminis apij drach. ij. anisi drach. ij. piperis longi drach. ij. nigri drach. j. castorij obolos. iij. myrrhae, opij, utriusque obol. iij. panacis, gentianae, utriusque obol. iij. [cinnamomi obolos. iij.] succi radicis dulcis obol. iij. fac pastillos triobolares, dysentericis drachmae unius. *Alia sedans dolorem, Crateri, ad tabescentes, & sanguinem reiectantes.* Myrrhae drach. vi. mandragorae drach. iij. seminis hyoscyami drach. iij. opij drach. v. croci, thuris, utriusque drach. v. rhu drach. v. seminis cicuta, styraeis, utriusque drach. v. excipe uino multo. *Alia sedans dolorem, Mystrum appellata, ut Niceratus.* Ad phthisicos, tussientes, caecacos, dysentericos, deffillationes, conestum auxiliatur. Croci, costi, castorij, alari, seminis hyoscyami, opij, styraeis, singulorum drach. j. quidam hyoscyami seminis drach. dimidiam. Excipe melle ac utere. *Alia dolorem sedans, ad deffillationem conueniens.* Seminis hyoscyami, succi papaueris, anyli, singulorum drach. ij. anisi drach. i. spicae nardi drach. i. croci drach. i. rubricae sinopicae obolos. iij. aut Lemniae drach. j. formato pastillos. xxx. dato duos in noctem cum aqua.

Quae ab Aselepiade scripta sunt ad eosdem affectiones.

**E**clegma. Patris Clusini appellari sextarii dimidium, decocti marrubij uiridis sextarium unum. Haec in vitreum coniecta per diem & noctem macerari finito. Sequenti die pharmacum molliu, quemadmodum alicum maceratum, atque ubi penitus dissolutum fuerit, exprimito liquorem, eique pinguedinem aliquam addito, & igni admodum affiduo mouens coquito, donec spumata mellis crassitudinem acciperint. Ex hoc mystrum datur ante cibum, & post cibum tantundem. Aliud, Folium marrubij tenerimorum manipulum cum sufficienti aqua in fictili coquito, & ubi exolata fuerint eximito ac terito, & decocto diluta rursus coquito, pollinis acetabulum inspergens, & pinguedinis arietinae probe subacta quadrantem addens. Et ubi coctura recte habuerit, veluti relique forbitiones praeparantur, Ablata ab igne, & modico sale conspersa, sorbenda exhibe. Amplius absorptum amplius inuat. *Aliud Niceratus, facit suppurationes, dyspnoicis, reueri tussis, viscosum ac glutinosum caecantibus, & his quae a partu non purgantur, secundas deducit.* Prodest etiam infantibus alimentum non seruenibus, si nutritibus praebatur. Succo marrubij sextarios. vj. Verum probe hunc succu colligere oportet a recentibus uino expressum. Vini salerni sextari. i. mellis artici tantu dem, piperis albi, myrrhae, thuris, singulorum. 3. viij. Vinum & succu ad tertias coquito, deinde mel addito, quibus insufflatis arida inspergito & diligenter mista in vitreum uasculum transferro. Dato mystrum ante cibum. *Aliud, Scribonij Largi.* Succo marrubij sext. vj. succi semperuini tantu dem, mellis artici sext. iij. alij sext. i. uini Italici sext. i. picis liquidae brutiae tantu dem, nardi indicae, croci, myrrhae, thuris, piperis albi, singulorum. 3. viij. Praepara, ac utere ut praedictu est. *Aliud phthisicis, & ad fluxiones Thoracis.* Seminis cucumeris hortensis decocti. 3. viij. anyli. 3. iij. seminis lini, seminis papaueris albi, utriusque. 3. ij. tusa & cribrata excipe tragacatha cremore, & in drachmales pastillos redige. Dantur obol. iij. non febrientibus ex uino & myrrhae cremore, febrientibus cum Rhois succo. Aliud, Amyli. 3. iij. seminis cucumeris sariu tosti, seminis papaueris albi tosti, amygdalarum depurgatarum, singulorum. 3. ij. tragacantha. 3. i. obol. iij. croci. 3. i. excipe tragacatha cremore, & postea etiam uino scybelite cocto. Vtere eodem modo. *Aliud Scribonij Largi catapotium, phthisicis, sanguinem reiectantibus suppurationibus, adueni pelliculae repugnat sufficienter.* Vtere in immo uari pharmacis oportet. Sagapeni, myrrhae utriusque. 3. ij. opij, cardamomi, utriusque. 3. iij. castorij. 3. iij. piperis albi obolos. iij. Excipe passo, fac catapotia. Da ex aquae calidae cyathis. iij. *Alia confectio Theophrasti, facit suppurationes, & ad abscessus occultos.* Seminis apij, opij, melathij, singulorum. 3. iij. castorij. 3. ij. seminis dauci, sinonis, iridis, singulorum. 3. vi. Excipe melle cocto, praebe nucis ponicae magnitudine ex calidae cyath. iij. *Alia costi, ad humores agre edulciles, suppurationes, peripneumonicos.* Maxime autem in qui crassa & glutinosa educunt uilis est. Mellis artici cocti ad glutinis compagem lib. j. piperis conuasi & cribrati, myrrhae, utriusque, voc. i. Myrrhae & piper trita melle cocto excipe, & nucis ponicae magnitudine deuoranda praebe. In alijs exepatibus habetur. Mellis lib. i. piperis vnc. i. myrrhae, opoponacis, utriusque. 3. vj. praepara, ac exhibe similitur ut praedictum est. *Pastillus ex mandragora nardi, inscribitur Sphragis.* Facit ad haemopticos, [anaphoricos, empyricos.] Resiccata omnem fluxionem. Radicis mandragorae corticis. 3. iij. [seminis hyoscyami. 3. iij.] thuris masculi, succi papaueris, croci, myrrhae, singulorum. 3. v. Trita redige in pastillos obolares, & praebe conuenienter iuxta affectiones. *Aliud Ptolemai familiaris.* Styraeis, opij, thuris croci, singulorum. 3. v. corticis mandragorae, seminis hyoscyami albi, dauci cretici, singulorum. 3. iij. casiae. 3. ij. excipe uino Aminaeo, ac praebe obolum cum aquae calidae cyathis duobus. *Aliud ad eosdem affectiones.* Styraeis drach. vj. myrrhae, opij, seminis hyoscyami, iunonis torrefacti, singulorum drach. iij. corticis mandragorae, opoponacis, utriusque drach. ij. piperis

QUINTA CLASSIS, G g peris



peris albi, spumæ nitri, utriusque drachmam unam, excipe melle cocto. Dato magnitudine cicericis. **E**  
*Alia confectio Panchebrestris ab omnimoda commoditate dicta. Facit ad tussim antiquam, suppuratos, orthopnoicos, tabescen-*  
*tes. Prodest hystericis, hypochondriacis, hor est pro eorum distentionibus & ad omnem inflationem. Mulieribus menses, & que a*  
*feru corrupto, aut a partu relinquuntur secundas deducit. Liberat etiam ab affectionibus circa vesicam. Terebin-*  
*thine drachmas. viij. styracis 3. vj. myrrhæ 3. v. croci, iudis, chalban, singulorum 3. iij. seminis hyoscy-*  
*ami, corticis mandragoræ, irionis torrefacti, opopanax, singulorum 3. ij. piperis, spumæ nitri, utriusque*  
*drachmam unam, excipe passo. Charixenis, facit peripneumonici, [Phthisicis, anaphoritis, empyricis, hæmoptoi-*  
*cis, Jac uacri tussi. Myrrhæ, corticis thuris. In alio exemplari opij, mādragoræ, sagapeni, seminis hyo-*  
*scyami albi, opopanax, dictamnii cretici, pilularum marrubij, singulorum 3. iij. Subigito cum aqua, &*  
*in pastillos cogito, dato ex his obol. iij. ex aqua mullæ cyathis tribus. Alia Aselepiades, quæ Philophisicus,*  
*a nativ. alium rerum studio, appellatus est, pharmacum accommodatum. Corticis mandragoræ, seminis apij,*  
*utriusque 3. iij. myrrhæ, croci, anisi, seminis dauci, succi rhois rubri, seminis hyoscyami, piperis albi, ca-*  
*storij, sagapeni, opopanax, singulorum drachm. j. excipe melle cocto. Dato pro uiribus. Liqueor*  
*uero ex quo exhibetur, sit conueniens affectioni. Antidotus Thespiensis, phthisicis, sanguinem reiectantibus,*  
*suppuratis. Facit & ad alias interinas affectiones, & pro omnibus cibi appetentiam excitat. Seminis apij 3. xij. myr-*  
*rhæ, anisi, opij, singulorum 3. vj. piperis albi 3. v. peroselinii, nardi, piperis longi, singulorum 3. iij. ca-*  
*storij, floris iunci odorati, croci, singulorum drachm. iij. cinnamomi drach. ij. casie aromaticæ drach.*  
*ij. excipe melle cocto. Dato nucis ponticæ magnitudine ad noctem, cum aqua cyathis tribus.*  
*Antidotus Aristarchi. Cōpositio admiranda, hinc Paulinæ appellamus. Facit hæmoptoicis, tussitibus, phthisicis, suppuratis,*  
*peripneumonici, ad cōmulsam, ruptam, ad stomachi subuersionem, & bile uomentes ac fecerietes, catarrhos, dysentericos. Facit ad*  
*affectiones circa uesicæ, suffocationes uteris, febres per circuitu repetetes, una hora ante exacerbationem exhibita. Facit in ma-*  
*lum habitum delapsis, cibum non sentientibus, & ad letalia pharmaca, ac plagas uenenam iaculantium bestiarum.*  
*Cinnamomi, costi, chalban, castorij, succi papaueris, piperis nigri & longi, styracis, singulorum unciā*  
*unam, mellis sextarium unum. Arida tunduntur & cribantur per angustissimum cribrum. Chalbani*  
*coquitur cum melle, & ubi dissolutum fuerit, mel excolatur, ipsique reliqua adduntur & tunduntur. De*  
*inde in pyxidem uiream aut argenteam reponuntur. Vfus est ad prædictas affectiones. Datur fabæ*  
*ægyptiacæ magnitudine, cum aqua mullæ cyathis duobus, irroratis de digito guttis aceti nouem.*  
*Alia Antonij Musa Panacea. Vfus est ea Diotas Laxalipus. Facit ad eos qui per circuitum a rigore infestantur, delet fe-*  
*bres antiquas, ac reliquos morbos. Facit ad tussim ueterem, phthisicos, sanguinem reiectantes, suppuratos, dyspnoicos, conuul-*  
*sa rupta, inueteratas inflammationes, splencos, hydropicos, inueteratos, catarrhos. Extrahit lapides e renibus. Probe et uiri-*  
*na. Prodest omnium reptilium plaga, & ad letalia uenena, & ad omnem materiā uenensam ac corruptoriā um habentē. C*  
*Piperis albi aut longi 3. viij. seminis hyoscyami albi, cinnamomi, cardamomi, myrrhæ, thuris, singulo-*  
*rum 3. xij. opij, croci, utriusque 3. x. sulfuris uiui 3. vj. costi, aristolochiæ longæ, corticis mandragoræ aut ip-*  
*forum malorum, uel foliorum, euphorbij, singulorum 3. iij. mellis attici cocti quod satis est. Datur ijs*  
*qui per circuitum infestantur magnitudine nucis ponticæ, reliquis pro uiribus. Alia Cerusiana, data est.*  
*a Philippo Trallianis. Huius usu phthisicos & suppuratos liberabat. Piperis albi, succi cyrenæici, syriaci, succi*  
*papaueris, singulorum quadrantem, myrrhæ, croci, sulfuris uiui, seminis hyoscyami albi, singulorum*  
*unc. s. malorum mandragoræ 3. ij. cardamomi unc. j. mellis attici libram unam. Datur pro uiribus ut*  
*dictum est. Porro alterum exemplar sic scriptum habebat. Piperis quadrantem, succi cyrenæici unc. j. suc-*  
*ci papaueris unc. dimidiam, succi syriaci unc. dimidiam, croci unciam unam, sulfuris uiui dimidiā, myr-*  
*rhæ unciam dimidiam, seminis hyoscyami albi, malorum mandragoræ, utriusque 3. ij. cardamomi unc. j.*  
*mellis attici lib. j. Datur pro uiribus, ut dictum est.*

A. l. s. s. r. r. p. 1043. a.

De Orthopnoea seu Asthmate.

Cap. 6.

**Q**ui citra febrem dense respirant, qualiter faciunt qui uelociter cucurrerunt, ab accessione hac **H**  
 medicis Græcis asthmatici, Latini anhelosi appellantur. Eosdem etiam ab alia accessione or-  
 thopnoicos uocant, propterea quod thoracis corpus penitus reatum habere cogitur ob timo-  
 rem suffocationis. Quin & stratum circa supernas partes ad quas thorax reclinatur, sibi ipsi crectius fa-  
 ciunt, ne dormientes strangulentur. Minus est enim quod inspirant quam pro usu respirationis, quam-  
 uis thorax plurimum ipsis dilatetur. Ex quo manifestum sit intrinsicè ipsi coarctationem loco-  
 rum factam esse præter naturam, quam etiam ægri ipsi non obscuro sensu perceptant. Fit equidem  
 & suppuratis locorum coarctatio ob coarctatum inter thoracem & pulmonem humorem. Fit etiā  
 peripneumonici ob pulmonis inflammationem. Restant autem adhuc duæ affectiones, quæ loco-  
 rum coarctationem efficiunt in uis, per quas aer inspiratur, cum sane aut humorum crassorum ac ui-  
 scoforum multitudo pulmonis bronchijs fuerit infarta, aut tumor abscessui similis in ipso constitierit.  
 Ceterum curatio ambarum affectionum aliquid commune habet, aliquid priuatum, & alteri tantum  
 proprium. Commune quidem utriusque est, ut reducantur humoris affectiones generantis expen-  
 datur & consumatur. Proprium autem affectioni uiscosorum ac crassorum humorum, ut per atten-  
 uantia & extergentia pharmaca consulantur, ei uero quæ propter tumorem abscessui similem cōtin-  
 git, ut per attenuantia & resiccantia eadem consumptio fiat. Quæ curatio rursus omnibus in profun-  
 do

A. l. s. f. 10. 1. C.

**A**do corporis abscessibus cōmunis existit. Vini itaq; potus ambabas conuenit tenuis substantia. Omnis  
 autem potus modicus sit in ijs, qui alicubi abscessum habent. Multus contra in ijs, quibus bronchia vi-  
 scosis ac crassis humoribus sunt obturata. Etenim pharmaca quæ eiusmodi ipsorum humores abster-  
 gunt, necessario quidem tussis mouent, non uero facile per spumam reijcitur quod abstersum est, ob  
 crassitudinem uidelicet. Quapropter humectatione multa opus habent, quo facile efferatur. Perro  
 quemadmodum in alijs pharmacis plurimi medici, sic etiam in ijs quæ ad ambas has affectiones com-  
 moda sunt, delinquant, indiscriminatim ipsa tradentes, cum tamen composita sint quædam pharmaca  
 alteri affectioni commoda, quædam rursus alteri, quædam uero sic ut ad ambas quidem moderate con-  
 ueniant, uerum nihil operæpretium efficiant. Quare recensendo pharmaca alicuius pretij a prioribus  
 medicis prodita, indicabo iuxta singula quali facultate prædita sunt, initio ab ijs quæ Aselepiades scrip-  
 sit in ijs, interiorum, facto.

Aselepiades pharmaca ad dyspnoicos conscripta.

**E**legma ad dyspnoicos, Antonij Musæ. Afellorum sub hydrijs nascentium sextarium. In vas si-  
 ctile conicito & ad prunas torreto, in albatos autem terito, ac melle cocto excipito. & ante cibum myr-  
 stram delingendum dato. Aliud, Scyllæ crudæ succum exprimito, eiq; parem mellis attici mensurant  
 addito, & ad prunas admora coquito. Dato inde ante & post cibum mystri mensuram. Aliud Charix-  
 enis. Origani, 3. viij. comæ thymi, iudis illyricæ, calaminthæ siccæ, piperis albi, anisi torrefacti, singu-  
 lorum tantundem, tundito & per angustissimum cribrum concernito, ac melle cocto excipito. Dato  
 nucis ponticæ magnitudinem. Aliud, Piperis albi lib. i. libystici trietem, calaminthæ siccæ, anisi tosti,  
 pulegij semen non gerens, singulorum quadrantem, seminis apij, comæ thymi, utriusque unciā unā,  
 excipe melle, & præparato utere ut prædictum est. **P**otio ad dyspnoicos, Charixis pharmacum accommoda-  
 tum, auxiliatur confestim. Vtæ passæ Rhodiæ exacinatæ acetabulum, foenigræci loti tantundem, aquæ  
 pluuie sextarium. i. Coquito donec cyathi mensuram calefactam. **A**lia potio. Abrotoni par-  
 tes. ij. uæ passæ pinguis tantundem, summitatum rutæ partem. i. aquæ pluuialis sextarios. iij. Coquito  
 ad terciās, & exprimito liquorem, eiq; mellis unc. j. addito, rursusque coquito ac dato ut prædictum est.

A. ibid.

A. ibid.

**C**atapocum dyspnoicis, & asthmaticis. Abrotoni, uirgultorum rutæ, comæ absinthij, singulorum drach. iij.  
 tula & eribata aceto subigito, & catapotia. xij. formato. Dato ex aceto mullō. **A**liud Nicerati. Ca-  
 storij, ammoniaci thymiamatis, abrotoni, singulorum drach. ij. absinthij, cumini æthiopici, utriusque  
 drach. j. aceto subigito, ac catapotia formato, ac dato ad cicericis magnitudinem. **P**harmacum ex sulfure  
 uiuo dyspnoicis. Anisi, sulfuris uiui, utriusque quadrantem, ammoniaci thymiamatis, castorij, melanthij,  
 singulorum drach. iij. Aqua diluta in catapotia cogito, unumque in aceti mullis cyath. iij. dato. Aliud,  
 Seminis rutæ syluestris drach. iij. aristolochiæ, abrotoni, absinthij, ammoniaci thymiamatis, sulfuris  
 uiui singulorum tantundem. Aceto subigito & catapotia cicericis magnitudinis formato, ex quibus  
 duo cum aceti mullis calidi cyathis tribus exhibeto. Hæc omnia pharmaca ab Aselepiade conscripta  
 ijs, qui propriè dyspnoici, hoc est, agere spiritantes appellantur, conueniunt. Vocant autem sic eos qui-  
 bus bronchia pulmonis crassis & viscosis humoribus sunt obturata, in quibus uelut dixi, ultra hoc quod  
 crassitudinem & viscositatem humorum necessario se canus atq; attenuamus, humiditatem quodam  
 cum pharmacis, tum uictui adesse oportet. At uero abscessus qui attenuantibus & resiccantibus opus  
 habent, maxime gaudent aromatum facultatibus, quas omnes ostendimus remouum partium esse, & re-  
 siccatorias, una cum hoc quod calfaciant: quare ijs qui propriè orthopnoici & asthmatici appellantur,  
 pharmaca conuenient secantia circa calfactionem, & ob id maxime eos iuuat acetum scylliticum ap-  
 pellatum, atq; ipsa adeo scylla, & acetum mullum ex eiusmodi aceto confectum. Ceterum afellorum  
 sub hydrijs nascentium meminit inter ea, ut qui attenuantiam & discalforiam uim habeant. Verum  
 quo consilio ad usum ipsorum peruenerit, non habeo quod dicam. Quemadmodum autem in hac affe-  
 ctione uehementer cauendum est ne calfaciamus, propterea quod viscosi & crassi humores non solum  
 sunt. Omnia enim crassefaciunt, & cogunt, ac coagmentant humores, eoque agere et uibiles reddunt: &  
 ob hanc rem sanè rectè fecerunt, qui eiusmodi pharmaca composuerunt, quod neque papaueris succum,  
 neque mandragoræ succum, aut radicis corticem, aut hyoscyami semen, aut cicuræ, aut psyllij, aut semen  
 lini admiscuerunt. Et multo magis quod neque ex adstringentibus quippiam pharmacis addiderunt.  
 Maxime enim contraria sunt eiusmodi affectionibus, ut palam uidetis.

A. ibid. 4.

Quæ pharmaca Andromachus ad huiusmodi affectiones conscripsit.

**A**d dyspnoeam. Sulfuris uiui drachmam. i. seminis rutæ syluestris drach. i. aristolochiæ, absinthij, am-  
 moniaci thymiamatis, abrotoni, singulorum drach. iij. Frita cum aceto ad catapotia magnitudine fabæ  
 redige. Dato mane tria, & uespere totidem. **A**liud ad dyspnoeam, ut Alcinus. Colocythidis carnis  
 obolos. iij. panacis obol. iij. anisi obolum unum, fac cum aqua catapotia. iij. & resiccatorum obol. i. præ-  
 beto. Præcedente autem die agere simplici euacuatorio euacuetur. Aliud, Colocythidis sesqui-  
 drachmam, iudis illiticæ drach. ij. radicis opopanax drach. ij. abrotoni drachmam unā, nitri drach. j.  
 alij obol. iij. excipe aqua & redige ad fabæ magnitudinem. Dantur catapotia. iij. & post semihoræ  
 spatium datur aquæ mullæ hemina dimidia. Aliud, Sinapis drachmam unam, salis communis

obol. iij. elaterij obol. iij. alij obol. j. & dimidium. Terito cum aqua, fac pastillos. viij. Dato alternis die-  
 bus cum hydromelite. Aliud, Ammoniaci thymiamatis .j. abrotani .j. iij. sulfuris uiui .j. forma-  
 to cum aqua pastillos, & cum aqua mullæ cyathis tribus præbeto. Aliud ad orthopnoicos. Elaterij  
 obol. dimidium, asellos ex sterquilinijs. iij. terito simul, & dimidium ex aquæ cyatho uno dato. Aliud  
 ut Philinus ad anhelos & dyspnœam. Cardamomi .j. iij. iridis setquidrach. panacis setquidrach. castæ setqui-  
 drachmam, sturij setquidrachmam, styracis .j. iij. thymi .j. viij. seminis rutæ syluestris .j. viij. abrotani .j.  
 viij. aristolochiæ clematidis, sulfuris uiui, ammoniaci thymiamatis, singulorum .j. viij. cum acri aceto  
 ad cerati crassitudinem redige, præbe fabæ ægyptiæ magnitudine ex aquæ cyath. iij. Ad orthopnoicos, ut  
 Apollonius. Scyllæ partem unam, sulfuris uiui, bituminis singulorum partem unam. Dantur oboli tres  
 in aceto mullæ. Ad orthopnoicos, Socratis. Opopanacis .j. iij. myrrhæ .j. j. piperis grana. xl. rutæ fascicu-  
 lum quantum duobus digitis apprehendi potest, ex trinis catapotia. xx. formato. Dato mane itemque ue-  
 sperum, febricitantibus in aquæ cyathis duobus, alijs ex uino. Ad orthopnoicos, Andronici. Sulfu-  
 ris uiui obol. iij. ammoniaci thymiamatis .j. j. anisi, myrrhæ, castorij, singulorum .j. j. cutini æthiopici  
 drachmam unâ, cū aqua pastillos cogito scrupulorū triū aut quatuor. Dato ad noctem ex aquæ cyathis  
 duobus. Ad orthopnoicos, cussientes, peripneumonicos, tabescentes, ægro spirantes, hepaticos, ut Eugenius. Croci .j.  
 viij. misyos .j. iij. baccharum lauri .j. iij. piperis albi & longi, utriusque .j. j. opij. .j. iij. costi obol. iij. terebin-  
 thinæ obol. v. chalbanij obol. iij. succi radicis dulcis obol. iij. gummi obol. j. mellis lib. dimidium. Dato co-  
 chlearium, cum aquæ cyath. duobus aut tribus. Si res urgeat, ante & post cibum. Ad orthopnoicos,  
 Valentis. Opopanacis .j. iij. carnis colocythidis .j. j. Taurum datur ad summum. Aliud Onetri. Ca-  
 storij .j. j. ammoniaci thymiamatis .j. iij. Detur dimidium ex aqua mullæ. Ad dyspnœicos, Podanthea. Si-  
 storij .j. j. salis .j. j. nitri obol. iij. Redigito in catapotia. viij. Dato ex his duo ad noctem & intermittens  
 diem postea etiam sex deinceps dato, aqua excipe.

A. ibidem.

A. ibidem.

GALENI DE COMPOSITIONE  
 MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM  
 LOCOS, LIBER OCTAVVS,  
 ARGVMENTVM LIBRI.

Refert ea medicamenta, quæ facere ad uentriculi, ac  
 hepatis affectiones prodita sunt.

De pharmacis stomacho congruis.

Cap. I.



QVOD semper dico, etiam nunc proloquar, nimirum persuasum me habere quod dif-  
 ficillimum sit ad ueritatem reuocare eos qui secta alicuius seruituti se addixe-  
 runt. Verum qui prudentes sunt, simulque ueritatem sincere amant, eos spe-  
 ro custodituros esse ea quæ ueluti iudicandi instrumenta nobis a natura data  
 sunt ad actionum uitæ cognitionem, experientiam dico, & rationem. Quæ qui-  
 dem utraque ex æquo quibusdam conferunt ad artem, quibusdam uero alte-  
 rum altero amplius: & tamen tanquam semper ad perfectionem alterum alte-  
 ro opus habeat. Sic sane ad residuum sermonis & doctrinæ huius absoluendū  
 progrediar. Falsæ etenim opiniones animas hominum præoccupantes, non solum surdos, sed & cæcos fa-  
 ciunt, ita ut uidere nequeant quæ alijs conspicue apparent. Quod ipsum uel maxime circa affectio-  
 nes oris uentris uidere contingit, præsertim cum fuerit inflammatum. Eius enim itemque iocineris in-  
 flammationes adstringentium complexu opus habent. Si namque per laxatorium medicamentis ductū,  
 citra admissionem facultatis robur addentis, curentur, periculum incurruat de ipsa uita. Atque hoc ip-  
 sum cum omnes empirici medici per experientiam edocti sint, & omnes dogmatici in artis operibus  
 obseruent, non pauci tamen huius temporis methodici, (neque enim de omnibus dico,) innumeros qui-  
 dem stomachicos ipsi in animi deliquium inducunt, omnes uero hepaticos occidunt. nullum enim ego  
 uidi seruatum ex ijs qui in eiusmodi medicum inciderunt. Quidam tamen ex ipsis quanquam pauci, oleo  
 eos seruent in quo absinthij coma est seruescens, & lanam nardino unguento imbutam obligant. Qui-  
 dam uero etiam mastichen chiam, aut aloen admiscerunt, aut etiam pro nardino melinum adhibent. In di-  
 uitis uero mulierculis foliatum & spicatum ab eisdem appellata unguenta admovent, atque cū hæc  
 faciunt, laxatorium ductum se seruare putant, tantum scilicet habent experientiam facultatis pharmaco-  
 rum. Malim autem ego omnes sic indoctos esse, quam quod adstringentia quæ sint, sciant, usum tamen  
 ipsorum uitent. Quæcunque igitur adstringentia in fomenta & cataplasma miscantur, in hepatis aut  
 oris uentris, quod sane & stomachum uocant, affectionibus, non est præsentis sermonis explicare.

Quæcunque

Al. j. h. j. b. c. j. B.

A Quæcunque uero in emplastra & ceratiformia medicamenta, quæ forinsecus imponuntur, commoda  
 sunt, & quæcunque utiliter deuorantur, hæc ipsa indicabo, ea quæ inflammatis profunt primum tradē-  
 do, quandoquidem etiam in ipsis ægi maxime periclitantur. Ceratum igitur quo assidue utor, ex aloë,  
 & mastiche, & cera pontica amara, atque unguento nardino conflet. Componitur autē hyeme, ad viij.  
 drachmas ceræ, uncia. j. mensurali Romana unguenti nardini coniecta. Aestate autem ad vij. eadem un-  
 guenti proportione. Optimum autem unguentum esse oportet, quale antea quidem in sola Laodicea  
 Asia præparabatur. Nunc uero etiam in alijs multis Asiaticis urbibus componitur. Cera si non pontica  
 amara tibi in promptu sit, aliam ponticam conijce, & neque illa præsentem eam, quæ Tyrhenica appella-  
 tur. Si uero neque hæc adsit, aliam aliquam odoratam & pinguem. Si neque talem habeas, eam quæ ha-  
 bere potes lotam adde. Liquefiat autem in duplici nase, atque ita refrigeratum & eratum ceratum cum  
 trinis reliquis probe permisce, cum aloë uidelicet & mastiche. Sit autem utriusque .j. j. & quandoque plus  
 non tamen ut setquidrachmam transgrediaris. Quod si ampliori opus sit adfectione, nimirum debilita-  
 te tanta existente, ut cibum retinere non possint, omphacium pari pondere addatur, ut trium singulorū  
 drachma sit unæ, aloës una, mastiches una, & tertia omphacij. Ceterum in cerati præparatione primum  
 omphacium miscetur, deinde etiam alia his uniantur. At uero quemadmodum omphacium, sic etiam  
 B absinthij succum admisceto, quandoque etiam ambo, & tertium insuper hypocisthidis, & quartū cen-  
 thes. Sic autem appello uitium syluestrium germen unâ cum floribus, ex quo succedentibus diebus  
 uua fit. Quin & Rhôis succum non raro admiscui. Sed & cerati nardini copiam augere oportet iuxta  
 proportionem numeri reliquorum pharmacorum, ita ut si quatuor drachmæ aliarum rerum accumulē-  
 tur, triens sit nardini, cerati sextans quidem ceræ, sextans item nardini unguenti, hoc est utriusque .j.  
 xvj. Porro si inueterata fuerit inflammatio & iam obdurata, magis uaria pharmaca adhibere oportet, &  
 quæ ex aromaticis quippiam habeant, ac mollientibus, & discutiorijs. Quale est quod fit ex meliloto.  
 Est autem compositio ipsius multiforinis, propterea quod omnibus iuxta præcordia inflammatis con-  
 uenit, non magnis adeo differentijs euarians, ita ut aliqua ipsis præparatio inflammati hepati sit com-  
 modior, alia stomacho, aut aluo, aut spleni, aut quibusdam istius loci muscularis, quæ omnes communi  
 descriptione comprehensæ sunt in malagmatum compositionibus. Verum in præsentis loco ea quæ  
 prioribus medicis ad omnes stomachi affectiones scripta sunt, & non solum forinsecus imposita, sed  
 etiam in potu accepta auxiliatur, omnia conscribentur. Quædam uero ex ipsis communia sunt etiā  
 affectionibus uentris. Sæpenumero iam dictum est, quod medici in more habent os uentris, ueluti  
 cardiacum, hoc est cor, sic etiam stomachum appellare. Verum quondam frequentior cardiacæ appellatio  
 C erat. Nunc autem ab ea adhuc restant, cardiostyn, id est corde dolere, & cardialgia, id est cordis do-  
 lor: quibus uocibus non cordis, sed oris uentris dolores significantur. Particulam autem ipsam stoma-  
 chum uocant æqui uoce cum illa particula, quæ cibum ex ore in ipsam defert. Scripserant igitur prio-  
 res medici pharmaca ad affectiones in ipso, cum alias, tum subuersiones ab ipsis appellatas. Videntur  
 autem sic uocare tum appetitus perditionem, tum nauosus dispositiones, in quibus aliquando qui-  
 dem uomitus contingunt. Fiunt autem & morsus quidam in ipso, quemadmodum etiam magnæ famis  
 & anxiosæ affectiones. In quibus omnibus communis quidam adstringentium pharmacorum usus in-  
 uentus est. Admissa autem sunt plerisque ipsorum caliditas & resiccantia. Fiunt & alia affectio-  
 nes rariores humectantibus, aut refrigerantibus, aut utriusque simul opus habentes. Ceterum qui ab ex-  
 perientia circa rationalem methodum auxilia inueniunt, merito ea quæ sepe iauerunt in memoriam re-  
 uocant, & in usum conuertunt. Eorum enim quæ sepe eodem modo facere uisa sunt, obseruatione &  
 memoriam, suam ipsorum experientiam esse aiunt. Quemadmodum autem in ore uentris, sic etiam  
 circa ipsum totum, singulaque iurestina, & ut comprehensum dicam, circa omnem corporis particulam,  
 eadem intemperaturæ oborta actiones simularum partium offendunt, quas si quis non esse morbos ip-  
 sarum credet, nihil circa cognitionem efficiet, quæ ignorata neque curationem inueniet. Habent autem  
 D non modicam coniecturam cognitiones ipsæ affectuū in profundo corporis consistentium, & ob id utilissi-  
 ma medicæ artis pars est, quæ cognitionem docet eiusmodi affectionum, quas neque quod prima &  
 maxima sunt, plerique ex uulgo medici sciunt. Quare merito neque cognitionem ipsarum, neque  
 curationem inuestigant. Coguntur igitur, etiam si dogmatici sint, in rationalibus methodis ad to-  
 tam experientiam peruenire: ut iuste miremur quod cum absque febre & inflammatione abscelluque  
 & ulceratione quippiam debilitate concoquat, aut penitus concoquat, promissione facta se inuenturos  
 curationem, quærant an contritione ciborum concoctio fiat: & deinde ubi hoc ut maximum inueni-  
 rint, edulia quæ facile conterantur exhibent, neque quod promptissimum est intelligentes, quod etiā  
 quispiam rei medicæ rudis, alias autem prudens uir me interrogauit, Quomodo prodest scire per con-  
 tritionem ciborum fieri concoctionem ad hoc, ut quis affectionem uentris sanet, in qua debilitatur ad es  
 coctionem ciborum: cum non per exhibitionem alimenterum quæ facile conterantur curatio fiat, sed  
 lætio tantum euitetur, uelut etiam per paucum alimentum ac inedia? Quemadmodum enim qui in-  
 ediam perferit, in concoctionis quidem debilitatem non incurrit, non tamen ab affectione hoc modo cura-  
 tur: sic neque qui in cibo accipit ea, quæ in totum nulla contritione opus habent, Quale est lac, pristinæ suc-  
 cus, & sorbitiones ex alica. Hæc quidem igitur in libris de curandi methodo sufficienter tradita sunt, &  
 non obsecrum est præsentem doctrinam utilem esse ijs qui se in illis præexercuerunt. Quemadmo-

QUINTA CLASSIS.

Gg 3 dam



dum autem in alijs quæ prius tradidi, reuocatis in memoriam singulis illic mihi præmonstratis capiri. Eius ad pharmacorum compositionem progressus sum, sic etiam nunc faciam. Cum octo sint in singulis partibus corporis intemperatura, atque hæc omnes aut circa solas nudas qualitates, aut cum alicuius humoris complexu fiunt. Intemperiam quidem siccam humectare oportet, humidam autem ficcare: sic & calidam refrigerare, frigidam calfacere. Similiter verò etiam compositas intemperaturas aut calfacere & siccare, aut humectare & calfacere, aut refrigerare & humectare, aut siccare & refrigerare oportet. Quando vero velut dixi, plurimæ intemperaturæ hominibus ex redundantiâ humorum magis, quam ex inopia fiunt, pharmaca resiccantia plerisque magis iuuant. At vero cum resiccantia partim quidem adstringant cogendo ac adstringendo substantiam eorum quæ contingunt, partim vero discutiant, & in hoc substantiam ipsorum dissoluant, ob hoc ipsam sane plures sunt qui adstringentibus indigent. Verum si humidam intemperiam cum frigiditate fiat, læduntur qui per sola adstringentia curantur, quæ frigiditatis facultas existunt. Quapropter merito plurima pharmaca per experientiam inuenta ex mixta materia componuntur, adstringente videlicet & calfaciente. Verum ipsorum differentiam cognoscere, si simplicium pharmacorum facultatem memoria teneris. Dictum enim mihi iam sæpe est, neminem posse rationabiliter & secundum methodum vi his, quæ in hoc opere conscripta sunt, si non memoria teneat, quæ in duobus operibus ante hoc opus æditis prodita sunt, de simplicium pharmacorum facultate, & curandi methodo dico. Quidam enim absque discrimine pharmaca ad eiusmodi affectiones stomachi & ventris conscripserunt. Quidam vero aliqua discrimina attigerunt à symptomatis, id est accidentibus, quæ omnibus apparent. Quod igitur & vos cognoscere sciatas facultates vniuersiusque pharmaci per experientiam approbati, etiam si non inueneritis differentias affectionum, in quibus conueniunt, adscriptas, primum quidem ea quæ Andromachus prodidit, adscribam. Deinde quæ Asclepiades, & post hæc si ita videbitur, etiam alia quædam.

Confectiones Stomachicæ Andromachi.

Cap. 2.

Andromachus postquam præscripsit Stomachicæ, post hanc præscriptionem, sic auspicatur. *Ad stomachicos hiera, quæ vior, & deniceps totam eius compositionem adscribit in hunc modum.* Floris tunc odorati, xylobalami, mastiches, croci, nardi indicæ, asari, cinnamomi, singulorum. ʒ. vj. aloes lotæ drach. c. simul trita repone, præbe ieiunis cochlearia duo, alij vinum præbent cum aquæ frigidæ cyathis. iij. aut calidæ. Hæc quidem Andromachus scripsit, neque quos stomachicos nominet ostendens ac declarans, neque an omnibus ipsis hoc pharmacum conueniat, an pluribus. Itaque id mihi necessarium est dicere: cum ex his, qui stomachici dicuntur, aliqui quidem statim magnopere ex prædictæ hieræ vsu iuuentur, aliqui vero lædantur. Plerique equidem vulgo homines eos qui appetentiam perdididerunt ita vocant, & quibus post acceptum cibum ventris os grauat, atque opprimitur & quandam ægre tolerabilem anxietatem habet. Appellat eodem modo etiam illos quibus nausea contingit, & maxime si ad vomitum impellat, & adhuc magis si simul cibi corrumpatur, quæque acidi, quæque nidorosi facti, quæque etiam aliam vitiatam qualitatem adeperit. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominant, quibus rursus eiusmodi cum molestia quadam & anxietate ac subuersione contingunt sæpe, cum nondum cibum acceperunt. Quin etiam si per plurimum tempus cibi in ore ventris morentur grauantur & vix descendentes, hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, vel & plurima edant, & maxime grauari paulo post reuocant, similiter vocant. Alios rursus qui fortiter exoluantur, vbi diutius in ediam pertulerint, & si non citius cibum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt, eodem modo stomachicos vocant. Horum ipsorum vero aliqui facile nauseosi sunt, nisi citius potum ac cibum acceperint. Itaque qui secundum rationalem methodum auxilia inuestigat, ad affectionis inquisitionem procedit, quæ inuenta abundaturum se sperat proprijs ipsi auxilijs. Qui vero per solam experientiam auxilia accumulât, ipse suam forruit occasionem expectat, & à prioribus tradita relegit. Cum vero plurima ab ipsis indiscriminatim prodita sint, & in plerisque etiam inter se differant ac dissentiant, merito etiam ipse aliàs aliud sentit, maxime ubi ab ipsis auxilijs aliquando quidem iuari stomachicos videt, aliquando vero lædi. Quemadmodum in proposita hiera contingere solet. Quam equidem omnes qui nunc Romæ medicantur, picram, hoc est amarum nominant, quandoquidem hieræ appellationem pharmaco ex colocynthide, id est ex cucurbita syluestri censuerint adscribendam. Verum qui ante nos Romæ medicinam exercuerunt, ambo ea pharmaca hieras appellarunt, & distinctionis gratia alteri ex colocynthide, alteri ex aloë, appositionem addiderunt, sic scribentes: Hieræ ex colocynthide. Hieræ ex aloë. Hieræ itaque ex aloë dupliciter præparatur, ab aliquibus velut Andromachus describit, ad centum aloës drachmas singulorum alicuius drachmis sex admixtis, ab alijs vero non sex sed octo. Quidam vero in octoginta aloës drachmas, sex aliorum addunt. Plurimi autem ad pharmaca, quæ aloë miscentur, & sex numero sunt, etiam florem lunci odorati apponunt. At vero ipsam aloë Andromachus quidem lotam, aliqui vero ex alijs etiam sic, aliqui vero illotam adijciunt. Verum nosse oportet præteritum est ad ventris subductionem illotam aloëm aptiorem esse: multum vero de medicamentaria vi deponere lotam, quam etiam febricitantibus dare aliquis audeat, si non vehemens, sed valde debilis sit febris. Quidam vero etiam ex lora aloë pharmaca multis sic febricitantibus exhibuerunt, deindeque cum nihil ma-

nifeste

A nifeste læsissent, in alijs rursus magnam experti sunt cladem. Infestissima est enim aloë, etiam lota, his qui citra vitiosos humores ex intemperie calida & sicca affligunt. Proximam ab his cladem percipiunt, qui siccam intemperiam habent cum frigiditate implicatâ. Et in uniuersum qui ex sola qualitate particulam aliquam affectam ac læsam habent. Erenim in humoribus intemperaturæ pharmaci ipsas euacuatibus egent. Quæ vero absque his consistunt, penitus in tabem deueniunt ex pharmaci huius ex aloë constanti usu. Itaque ubi humiditas vitiosa tunicas ventris perfricat, Picra ex aloë utilis est, expurgans humiditatem. Omnino autem sic affectis accessio nauseæ plus aut minus adest. Euacuatio igitur affligentis humoris per solam aloë contingit, quæ purgatoriam vim non fortem habet, sed ut ea quæ circa aluum sunt, quæ etiam contingit, purgare possit. Et si aliquando ampliori pondere exhibeatur, usque ad locos circa hepatis descendit. Non tamè totius corporis purgatoria aloë existit. Ceterum ex his quæ ei admiscentur, mastiche ut stomacho commoda & odora, & quæ medicamentariam aloës vim frangere queat, admiscetur. Cinnamomum vero eadem gratia, & præterea quod tenuissimarum partium est, ut aperire ventris meatus possit, extergereque ac attenuare si quid viscosum aut crassum in humoribus feratur. Crassos enim humores ob purgatoriam facultatis imbecillitatem aloë trahere non potest. Quapropter biliosarum ventris affectionum optimum pharmacum est, adeo ut in uno die sæpe multos stomachi-

Auili. s. l. r.  
i. p. 99. D. E.

B cos creditos perferant. Iuuat autem & hos & alios omnes affectus ex vitiosis humoribus ortos cinnamomum admixtum, utpote quod alterantem habet facultatem vitiosorum qualitatum in id, quod secundum naturam habet. Quare scire oportet affectiones in humoribus vitiosas circa ventrem & stomachum maxime per medicamenta ex aloë iuari, in maximum vero detrimentum peruenire ex adstringentium eduliorum, potuum, ac pharmacorum usu. Quemadmodum uice uersa, in quibus humiditas multa, & uelut mador quispian est circa affectam partem citra vitiosos humores, qui ipse sola quantitate & copia affligat, & uelut irriguum ventris os reddat, utilissimus adstringentium eduliorum, potuum, ac pharmacorum usus existit, languida nimirum & exoluta tunc reddat affectam partem ad modum laxatorum articulorum. In quibus ipsis etiam adstringentium usus corrigit affectionem. Ceterum picra confectio (de hac enim nobis sermo est) uelut cinnamomum, sic etiam alia partim ut stomacho commoda, partim ut tenuium partium & extergentia assumit, quæ robore quidem multum a cinnamomo deficiunt, idem uero facultatis genus habent. Secundam à præscripta compositione Andromachus sic ad uerbum tradidit. *Vi Lampon Pelusiota.* Cinnamomi, calami aromatici, cassie nigre, xylobalami, floris ut ei odorati, palmæ elates, singulorum quadrantem, alij unciam unam. Omnia in crassas partes cula in olam nouam conuice, & aqua pluuiæ sextarijs tribus infulis donec dimidium superest coque, & excola, & accepta aloës indicæ libra una, aquam pluuiam sufficientem superfundito, & sub canticula ætus donec resiccat terito, atque ubi primum per hæc aquam aloë ipsam edulcans, postea cum quæ ab aromatis excolata est, aquam affundito, & in sole donec resiccat terito, indeque trita hæc quæ sequuntur admiscerò. Croci, myrrhæ, mastiches, singulorum quadrantem, alij unciam i. Conterito simul omnia, & sicca reponito, atque in portionibus ad conuulsam, rupta, plagas internarum partium, incipientes laterum dolores uitor, item ad inflatos, dolentes stomachum, tardè concoquentes, reiectantes sanguinem & ichthiadicis. Datur ad summum obolus unus, aut duo ex aquæ cyathis uno. Reliquis pro uiribus præbero. In uulneribus & inflammationibus dilutum aceto multo utiliter imponitur. In oculorum inflammationibus cum rosaceo aut uino aminao. Vtere etiam in unguum abscessibus, paronychijs Græci uocant, sic co, superne linamento cum rosaceo impolito. Et ad sanguinis eruptiones sic cum aceto, & ad cruistas in ore ex passo, gargarilandum daco. Hoc pharmacum quod Pelusiota Lamponis esse ait, ad multas affectiones commodum est, polychresta ob id talia Græci appellant, de quibus etiam ante aliquid dictum est, quod uidelicet deficient ab his quæ unum quoddam optime faciunt, ob multitudinem eorum quæ promouent. Apparantur autem cum unum habere uiginti affectionibus congruam maliduum, quam tot numero alia, cum ramen ad singulas affectiones unum aliquod destinatum eo, quod ad plures paratum est, melius existat. Facultas autem ipsius per quam in prædictis efficacis est, tenuium partium existit & calfacitoria, secans, extergens, & aperiens, & ob id discutioria redundantiarum in quibusdam partibus serosorum succorum ac humorum. Et propterea etiam prædictis in serone affectibus conuenit, discutiens ut dixi, uitiosos & serosos succos ac humores affectarum partium. Quare etiam prædictas alui affectiones, in quibus picra confectio moderatam purgationem operatur, cura uerit per modicam resiccationem, non per coacturam euacuationem. Præstantior igitur est ad huiusmodi affectus picra compositio prima descripta. Tertium post prædicta pharmacum Andromachus sic descripsit. *Ad stomachicos & caliacos pastillos amarus, mollit aluum, facit ad somnum. Est autem ex libris Aphrodæ. Facit & ad uiscum, & coli affectus.* Seminij apij drach. sex, anisi drach. sex, piperis albi sesquidrachmam, castoreij drach. duas, myrrhæ sesquidrachmam, nardi celticæ floris sesquidrachmam, opij sesquidrachmam, cinnamomi sesquidrachmam, comæ absinthij, drach. tres, aloës obolus tres, mastiches drachmam unam, cum aqua pastillos formato triobolares aut drachmales, & dato cum aquæ cyathis tribus. Neque in hoc pharmaco adscripsit Andromachus, quos uam stomachicos dicat ex his, qui quidpiam patiuntur. Verum ex eo quod compositioni additum est opium, manifestum sit compositorum huius pharmaci intentionem suam eo direxisse, ut resiccatorium simul & doloris sedatorium pharmacum

QUINTA CLASSIS,

Gg 4 efficeret,



efficeret, somnumque aliquem induceret. non tamen contentiose contra unam aliquam ex prædictis affectionibus instando, quò videlicet breui ipsam excinderet. Quantum deinde pharmacum Andromachus scripsit, neque ad unam aliquam affectionem contentiose compositum, neque ad multas moderate. Habet descriptio hoc modo. *Ad stomachicos hiora Antipatri.* Aloes bonæ 3. iij. mastiches 3. duas; asari 3. quatuor, rosarum siccarum, iunci odorati, mei, phi, castæ, singulorum semunciam. Vtere arido trito quemadmodum in hiera ex aloë. Quintum post hæc pharmacum, quod ex plantaginis succo præparatur, & ipsum Apollonii esse ait, tale est. Succum plantaginis aridi 3. tres, mastiches 3. duas, myrrhæ 3. j. mentæ 3. j. zingiberis 3. unam. Videtur mihi Apollonius hanc compositionem experimento cognouisse in stomacho calidiorem affectionem habente, atque ita ipsam indiscriminatim extulisse, non potuit in frigidis affectionibus conuenire. Refrigeratorius enim est plantaginis succus. Porrò quæ sequitur videtur mihi composita esse ab eodem autore, in prioris usu successum non sentiente, & recognoscere pharmacum refrigeratorium se effecisse, & ob id castorij modicum, & aloes quippiam apponere, quæ euacuate potest, & mastichen ut stomacho commodam, ac crocum & myrrham, ut quæ conuenire queant. Quapropter neque hoc, neque præcedens pharmacum adhiberim in stomachica affectione, cum nullam probe curare possint, præterquam multum calidam. Scripsit de ea hoc modo. Succum plantaginis sicci 3. x. aloes Indicæ 3. j. mastiches 3. j. croci obolos duos, opij obolos tres, castorij 3. obolos tres, myrrhæ 3. j. formato ad magnitudinem ciceris. Similiter autem neque consequenter scriptum citra discrimen recte quis adhiberit in alia affectione, quàm quæ moderata siccatione & adstrictione opus habeat, in humoribus quidè modicis, qualitate uero nõ uitiat. Cõponitur enim ex succino & mastiche, sic ipso Andromacho prodente. Succini, mastiches chiaz. Succini plus conijce. Dato cochlearium unum ex aqua tritum. Ceterà quod sequitur pharmacum, hac descriptione Stomachica Galli, affectioni quæ calferi & secari postulat, utilis existit, ex foeniculo, aceto, & melle constans, quod ipsum Andromachus his uerbis tradidit. *Stomachica Galli.* Corticis radice foeniculi libræ dimidium, aceti acris sextarium unum, eiusque dimidium, aloes quadrantem, mellis atticæ libræ j. Radices lotas ad triduum aceto macerato, deinde coquito, atque ubi coctæ fuerint, expressas projicito, & affuso ad acetum melle simul coquito, deinde aloem inspergito, & cochlearia tria cum aqua dato. Alcius sophista ad hanc descriptionem addidit rutæ, & apij semina gerentium, utriusque manipulum, iubès cum radicibus macerari ac coqui, & aceti † [sextarium dimidium,] & mellis libras duas coniecit, atq; hanc laudat. Post præscripta pharmaca Andromachus sic ait. *Stomachica, ut Niesstratus.* Succini, mastiches chiaz paræ, iridis illyricæ, singulorum trientem, floris rosarum sextantem. Dato aridi tritii cochlearia duo, cum aqua lactosa. Statim enim dolorem leuat, reponatur in cornu uase. Et hoc pharmacum palè est adstringentius quodammodo esse, oporaturque affectionem humidioram in humoribus non multis, neque ualde mordacibus. In quibus sane experimentum pharmaci fecisse eius autorem opinor, aut certe assiduos eius usum ægrum a dolore leuasse, atque inde uniuersalem pronuntiationem ipsi apposuisse, quod uidelicet statim ægrum dolore leuet, cum non possit id in multis præstare. Postremum deinceps pharmacum ab Andromacho scriptum hoc modo est. *Ad stomachicos.* Corticis radice foeniculi 3. duas, nini cyath. tres, coquito ad tertias ut unus cyathus superfit, ac totum præbeto. Et hoc ex calfacientibus est, opusq; habet affectione quæ calferi exoptat.

*Stomachica pharmaca ab Aesclepiade in primo internorum conscripta.*

Cap. 3.

**A**esclepiades porrò de stomachicis scripturis, de ipsis sic orditur: Ad stomachi subuersiones. Quas uero subuersiones dicat, non manifestè indicauit. Potest enim & appetitus perditione ita appellare, potest etiam nauisefas affectiones ab accepto cibo fiètes. Aliquando enim hoc unum solum symproma accedit accepto cibo, ut si paulo fortiori motu moueantur, statim uomant. Appellatur igitur aliqui etiam tales stomachicos, & stomachum ipsi supinū reddi aiunt. Sequitur autem hæc accessio quæ doque ad solam oris uentris debilitatem, quod cibos amplecti eisque obuolui non potest, uelut tota uentris amplitudo solet. Quandoque uero & cum uitiatæ alicuius modicæ tamen humiditatis complexiu. Erenim multa, quemadmodum etiam ualde uitiatæ, etiam citra cibum, nauisefam efficit. Ceterū quæ a multis uulgo supinitas stomachi appellatur, contingit quidem iuxta item intemperiem quamcumq; tandem citra uitiatos humores. Fit etiam per humiditatem multam quidem, non tamen malignam qualitatis, irriguus enim stomachus per largam humectationem similiter, ut ligamenta neruorum laxatur. Facillime itaque curabilis hæc est affectio ex omnibus fere alijs, pharmacis indigens, quæ siccare humiditatem, & coagmentare & constringere laxatum corpus ualent. Vbi igitur per profundum fuerit extèra humiditas, crassaque sit & uiscosa, opus est mistura pharmaci attenuatorij, & si ita dicere libeat, petrosiui, quale est acetum, & acetum mullum. Si uero neque talis sit humiditas, neque in altum extensa, adstringentia sola suffecerint ad curationem. Propositum igitur in sermone pharmacum non moderatam supinitatem, sed fortiorum est curatiuum: esset autem & moderatarum sinatiuum, si adstringentia sola quis misceret, aut etiam ex calfacientibus quippiam, si frigidam esse affectionem sentiret. Sufficiens autem liquorum est frigidæ affectionis, si eger se non sitire percipiat. Vbi enim neque siticulosus fuerit, neque ardorem senserit in ore uentris, palam est affectionem non calidam esse. Idonea itaque sunt ad huiusmodi uentris affectus quatuor pharmaca ab Aesclepiade conscripta, quæ etiam ego nunc scribam, ipsius Aesclepiadæ & uerbis & ordine seruatis. *Ad stomachi subuersiones.* Nucleorum mali punici acidi

rusorum

A rusorum succi sextarios tres, succi mentæ sextarium unum, mellis atticæ sextarium unum, in uas sicile conijcto, ac coquito assidue agitando, & ubi densata fuerint, ab igne ablata reponito. Tempore usus dato mystrum unum aut duos ante cibum. *Aliud facit ad dysentericos, & uomentes cibum.* Radicis mali cotoneæ libræ unam, uini myrrei sextarios tres, coquito ad tertias, deinde exprimito liquorem, & mellis atticæ sesquialbre addito, rursumque coquito assidue mouendo. Dato ex reposito uelut dictum est. *Confectio ex fructibus, facit ad stomachi subuersionem, caliacos, & dysentericos.* Mala cotonea numero decem, sorb. numero quinquaginta, mespila quinquaginta, rhois mbr sextarium unum, aquæ congios septem. Fructus uulos & in aquam coniectos diligenter coquito, & ubi dissoluti fuerint, liquorem exprimito ac rursum coquito erecto eo, quod ex fructibus instar palcarum exuccum reliquum est, cum tertio pars liquoris superuerit, mellis atticæ libras quatuor addito, & ad prunas assidue agitando coquito, ac ipsa reponito. Vtus ostensus est. *Aliud pharmacum.* Sorborum maturorum sextarium unum, baccatum myrti nigrarum sextarium unum, rhois syriaci sextarium unum, prunorum syluestrium sextarium unum, mēspilorum sextarium unum, phœnicobalanorum thebaicorum libras duas, mala cotonea decem, mala punica integra una cum nucleis decem, musli aminæ sextarios. xlvij. Præpara pro consuetudine, & expressam liquorem rursum diligenter coque donec spissent. Vtere ut dictum est. **P**orrò post præscriptas confectiones quintam scripsit Aesclepiades hoc modo. *Catapota ad stomachi subuersiones, diuergentia, bona & ualde probata.* Florum rosarum 3. vij. baccarum myrti nigre exacinararum acerbulum, seminis hyoscyami acerbulum dimidium. Trito simul diligenter, sufficiente proteropo paulatim insillato, deinde his palmularum passarum, pateros Græci uocant, decem numero carnem addito, & ex contritis catapota ciceris magnitudine formato, & tres aut quatuor cum aquæ mullæ ueteris dilute cyath. ij. exhibeto. Et hoc pharmacum in ipsa affectionis commo dum est, in quibus quatuor præscripta. Veluit autem author huius pharmaci per seminis hyoscyami misturam, doloris sedationem & somnum inducere una cum ressecatione. Manifestum est autem refrigeratorium quippiam hyoscyami semen habere, uelut etiam papaueris semen habet, quare ad calidos affectus facit. Simile præscripto pharmacum deinceps proditum ab ipso est his uerbis. Rosarum recentium detectis unguibus, 3. vij. seminis papaueris albi, 3. iij. seminis hyoscyami, 3. ij. aloes obol. ij. asari obol. ij. Cum aqua dilua in pilulas redigito, & ciceris magnitudinem præbeto. Septimum post prædicta pharmacum Aesclepiades scripsit apposito discrimine ab accessione palam apparente. Ait enim auctori stomachi ipsam conuenire, & propterea sitim extinguere restatur, unde etiam ad ipsam Græci appellant, compositionem ipsius sic tradens. *Ad ardorem stomachi. Ad ipsam Catapotium sitim extinguens.* Seminis cucumeris satiu. 3. vij. seminis portulacæ 3. vij. tragacanthæ 3. quatuor. Tragacantham ouorum crudorum recentium candido dissolue, & probe tritis alijs adde, & ex mistis catapota forma, eaque in umbra resicca, atque unum sub lingua tenendum præbe, ac liquorem inde solutum deuorare iube. Quin & quod postea sequitur, refrigerat ac corroborat stomachum madore prægnatam, & qui humidam ac calidam affectionem habet. Scribit autem de ipso Aesclepiades hæc uerba. *Aliud facit ad stomachi subuersionem, maxime commo dum est ardorem multum perferentibus, & qui stomacho exuruntur.* Foliorum rosarum uiridium drachmas sex, glycyrrhizæ 3. quatuor, nardi Indicæ drachmas quatuor. Excipe uino dulci aut proteropo, & redige in catapota, ex quibus unum sub lingua tenendum præbe, aut ciceris magnitudinem cum frigida aqua dissolue, & in poru exhibe. Nonum deinceps pharmacum Aesclepiades scripsit hoc modo. Ad linguatum, & stomachi debilitatem, & cibi reiectionem. Reiectio itaque hoc est uomitus ex genere est supinitatum. Quando enim os uentris fortiter afficitur, hoc autem uelut dixi, ob uitiosos humores, quos uenter abrumpere conatus, propter debilitatem nauisefæ accessionem perperitur, atque hanc etiam ante acceptionem cibi, tum post ingestum cibum, ob extremam debilitatem perfert. Supinitates igitur ex uiriatis humoribus obortas pira confectio quàm celerime curat, nempe uitiatos humores expurgans. Vomitus uero ob imbecillitatem grauatæ stomachi oborti curantur per intemperatæ directionem. Non parum sæpe contingit etiam non solum stomachum, sed & uentrem ob debilitatè ferre non posse ciborum onus, atque ideo reijcere aliquando quidem ad infernam partem, ubi illis robustior sit stomachus, aliquando uero sursum ob stomachi imbecillitatem, quando sane hic debilior fuerit infernis partibus. Hoc itaque uomitus symptoma unum quidem est, sequitur autem ad multas affectiones diuersam medelam exigentes. Similiter & singultus stomacho interdum ob frigiditatem aut repletionem accedit, interdum ob mordacitatem humorum acrim, & medicamentaria qualitate præditorum. Impossibile itaque est pharmacum inuenire omnibus dictis affectionibus aptum. Ceterum quæ deinceps scripsit Aesclepiades duo pharmaca, ostensa sunt substantiam habere multum ab humana natura diuersam, quæ ipsa maxime omnium inter reliquas corporis partes stomachus non fert ob excellentiam sensus, quæ præditus existit. Magnopere igitur affigitur stomachus etiam ubi ex stomachicis pharmacis quippiam in ipsum fuerit præteraplum, maxime quæ atramentum sutorium, aut tale quid in se habent. Quod enim ex fructibus constat, ex comestibili materia compositum est. Verum atramentum sutorium contrariæ penitus homini nature est. Quemadmodum etiam mandragora. Fugienda itaque sunt hæc duo pharmaca ex chrysobalano & radice mandragoræ cortice composita. Apponant tamen etiam ipsorum compositionem. Et prioris quidem descriptio hæc est. Chrysobalani libræ j. mastiches chiaz libræ dimidium, corticis radice mandragoræ quadrantem. Tusa & cri-

brata

† Quidam legunt sextarios sex.

brata excipiente succo, & redige in cataportia. Da inde obolos tres cum aqua frigida cyathis tribus. Posterioris autem descriptio hæc est. Mastiches chia lib. a. tragacantha albæ lib. unam, corticis radicis mandragoræ sextantem, tula & cubrata reponito. Vfu exigente dato cochlearum inspersum aquæ frigida cyatho vni. Post præscriptas confectiones Asclepiades sic scripsit Ad uoluntosas stomachi subuersiones. Coniectari quispiam ipsam uoluntosas appellare fortes, quæ admodum enim in uoluntolis uersiones fiunt cum magna contentione & uolentia, adeo ut steruus etiam euomant, sic etiam alios uomitus concitatos quis appellare uoluntolos possit. Sequuntur autem huiusmodi uomitus, ubi affectus partes a medicatis serosis humoribus magnopere fuerint afflictæ: si uero etiam imbecilliores fuerint, duplicatur malum. Erit itaque ob id curationis scopus, ut simul ad affectas partes odoratas qualitates opponamus, quales aromatum sunt, & quorundam seminum in ciborum usum ueniendum, uelut est anisum, apium, daucus, cuminum, & fesceli. Iuxta hanc itaque rationem Hippocrates in pleuritidis purgari uinum exhibens medicamentum, misceri aliquid ex his iussit, sic scribens. Si uero sub septo transuerso sic dolo, & ad clauiculam non se extendat, mollire uentrem oportet uentri nigro, aut peplo: ad uerum quidem dauco, aut fescelide, aut cumino, aut aniso, aut alio quopiam odorato addito. Apparet enim quod in his miscendis maxime odorem ipsorum respiciat, quo medicamentariam uim, quæ hominis nature contraria est, mitiget & obtundat. Quemadmodum enim graueolentia omnia stomachum subuertere solent, sic odorata corroborare. Si uero ultra hoc etiam in ciborum usum ueniant, multipliciter auxiliantur stomacho ob uiciatos serosos, humores subuerso. Atque iuxta hanc rationem autem propositi pharmaci anisum & apium admiscuit, absinthium uero propterea quod a natura uim haberet extergendi, ac repurgandi, & subducendi uiciatos stomachi humores, ampliusque densat & constringit ac robur addit parti affectæ. Cinnamomum autem addidit, ut quod omnibus feetidæ & putredinosis, serosis humoribus se opponat iuxta utranque facultatem suam, alteratim & discorsiam. Non paruum enim ex odore suo exhibet utilitatem omnibus malis affectionibus. Opium uero paruum pharmacum immiscuit, sensum stomachi hebetare uolens: qua ratione etiam cœliaci ipsam damus, ut quod profundum quendam soporem inducere possit. Quo uero uehementem opij frigiditatem compositor ipse corrigeret, castorium ipsi adiecit, oppositum ferme ipsi in facultate. Eadem ratione etiam piper admixtum est. De myrrha uero operæpretium est scire, quod in quantum facultas ipsius est concoctoria humorum præter naturam & uiciosa, in tantum conuenienter admiscetur: in quantum autem medicamentaria est, non conuenienter. Verum paucitas eius ad concoctionem quippiam cõfert, qualitatis autem peregrinitas non apparet, utpote uicta ab odoratis. Ego itaq; hoc pharmacum etiam sine myrrha præparare consueui, ad securitatem perducere semper tentans usum omnium pharmaco- rum, præsertim ubi in acuta febris tale quid exhibetur. Cum igitur cinnamomum habeat hoc pharmacum, & semina calida urinam cientia, ac piper, & præterea castorium, ac opium, merito multis affectionibus commoedum est, quandoque cum uino stomacho grato datum, quale protropum est: quandoque cum myrti baccarum decocto, uelut in dysentericis: aut cum aceto mulsio, uelut in splenicis. In cholera uero & bilis uomitu ac effluxu, cum frigida, uelut Asclepiades scripsit, sed addito discrimine, si siticulosior est nunc quam antea, aut nausæ calida sensus circa os uentris ipsi contingat, aut frigidam bibere sanus conuenit. Ego sane hoc medicamentum ad securiorem usum perduxim, myrrhamque dimisi, & piperis quantitatem auxi. Cum uero plurimum cinnamomum accipiat, necessarium nobis est ubi cinnamomum caremus, casiam opimam conijciamus, aut plus quam duplo cinnamomi pondere, aut omnino non minus. Ceterum conuenienter ac apponderatio pharmacorum quæ ipsam constituunt, ab Asclepiade his uerbis proditur. *Ad uoluntosas stomachi subuersiones pastillus Anagranum. Facit ad inflatos, ardorem stomachi, & uomentes cibum. Facit & ad internas affectiones.* Seminis apij drachmas sex, anisi drachmas sex, absinthij drachmas quatuor, piperis drachmas duas, myrrhæ drachmas duas, cinnamomi drach. vi. opij drachmas duas, castorij drachmas duas. Cum aqua pastillos formato, & summum drach. unam dato, stomachicis cum protropi diluti cyathis tribus: cholemicis & uomentibus cibum cum frigida: cœliaci & dysentericis cum baccarum myrti decocto: splenicis cum aceri nulli cyath. iij. Aliud pharmacum deinceps scripsit Asclepiades, non solum ad uoluntosas stomachi subuersiones ipsam conuenienter promittens, sed & ad intensos singultus, & stomachicos, qui ardorem, hoc est multam caliditatem percipiunt. Dictum autem iam sæpe a me est impossibile esse inuenire pharmacum ad multas affectiones optimum. Inuenitur enim in unaquaque ipsarum id, quod proprie ipsis destiuatum est præstantius esse. Verum his qui unum pharmacum ad multos affectus habere uolunt, etiam horum præparatio ac compositio utilis existit. Continetur tamen ambiguitas quædam in huiusmodi pharmacorum promissionibus, qualis Asclepiades nunc de proposito pharmaco fecit. Putabunt enim fortassis aliqui ex ignorantibus cum singulorum ratiõ symptomatum curationem promitti, tum duorum simul coincidentium, aut omnium simul. Velut cum lanciuatur uehementer nauſeans æger, & singultit, & multæ anxiosæ caliditatis sensum circa stomachum percipit. Et de tali sane affectione primo dicam in qua tria hæc mala simul hominem infestant, nimirum ardoris sensus, & singultus, & affectio uoluntosa. Hippocrates quidem igitur conuulsionem fieri dixit ex repletione & euacuatione, & additum est aphorismum ferme in omnibus exemplaribus, Sic autem & singultus. Ego uero in conuulsione tertiam aliquam causam supra euacuationem & repletionem nondum repperi. Singultum etiam sine his fieri uideo, acribus humoribus,

A.L. 3. f. 114. c. 1. B.

A.L. 5. s. 1. 6. p. 1034. B. C.

Aribus, aut serosis, & medicatis stomachum mordentibus, quos ubi uomitu reiecerint, statim singultu liberantur. Quin & multi deuorato pharmaco ex rubus piperis generibus constante, si statim uinum insuper bibant, omnino singultuunt, ex quorum numero etiam ego sum. Amplius autem & cibo in mordacem qualitatem corrupto aliqui singultuunt, & quod a uomitu statim liberantur, omnibus notum est. Quidam etiam ex rigore oris uentris singultuunt. Verum ueros maxime frequenter singultuere contingit tum ob corruptionem alimenti in uentre, tum ob partis frigiditatem. An uero & ob nimiam euacuationem fiat singultus, uelut etiam conuulsio, dignum consideratione est. Verum si in præsens hac consideratione relicta eos, qui ob frigiditatem, aut ciborum copiam, aut mordacem acridinem grauantur, in uicamur, uomicum reperiemus sufficientem medelam eorum, qui ob copiam aut morsum singultuunt, caliditatem uero eorum qui ob frigiditatem. Alio autem modo reperiemus etiam sensus stupefactionem per refrigerantia, & permutationem ac discussionem mordacium per attenuantia & resiccantia. Componitur autem ex huiusmodi ipsam pharmacum. Opium enim & rosa, & psyllij succus ex refrigerantibus sunt, spica nardi uero & chrysolbalanos ex discutientibus & corroborantibus. Asarum autem per urinam deducit uiciosos humores. Aloe uero uiciatos humores expurgat, & inferne peruentrem euacuat. Crocus autem concoquit & roborat partes, per temperamentum quidem caliditatis concoctionem efficiens, per adstringendi uero uim quæ ipsi adest, robur addens. Costus autem sufficienter calfacit, moderate uero adstringit, quod & ex gustu eius percipitur. Ex his porro compositum pharmacum aptum est singultuientibus, aptum est & ijs, qui ad uomendum lanciantur, & qui circa præcedens pharmacum dicti sunt, uentri non similiter ut illud, neque aliquid aliud ex odoratis habet, neque cinnamomum. Refrigerantium autem in ipso mistura stupefacere sensum potens mitigando molestiam ex mordacitate serosorum & aliorum etiam humorum obortam, uere aptum pharmacum efficit ad nauſeosæ affectionis imminutionem. Quandoquidem uero etiam ad stomachi ardorem conuenire pharmacum dixit, repugnat autem huic sermoni calfaciens costus, operæpretium fuerit & de eo dicere. Quemadmodum in antidotis colicis appellatis, & a quibusdam, dolorum sedatorijs, qualis est Philonis antidotus, scopus componendi pharmacum est stupefacere sensum dolentium. Quo uero non cum magno detrimento id fiat, & ut per alium dolentium corporum frigiditas [celeriter] penetret, calfacientia miscantur, quæ refrigerantium stupefactionem deducere possunt, cum illa ipsa per se tardi transitus existant. Hæc igitur ubi quis inaudiuerit, quantitatem consideret simplicium pharmacorum quæ in compositione miscantur. Ex hac enim sciet, num magis an minus efficere possit compositum pharmacum ea quæ promittit. Si namque refrigerantia plura apparuerint, sensum affectorum magis obrundit, & quantum calor in ipsa particula fuerit, etiam hunc extinguit. Vbi uero calfacientia fuerint aucta, minus quidem hæc efficiet ipsum pharmacum, innocentijs autem reddetur. Nosse enim oportet corpora uiuentium mortificationi simile quippiam perpeti ab omnium ex opio, & hyoscyamo, & mandragora compositorum pharmacorum usu, nimirum cautijs dolorem insipientibus insensibilibus factis, & multis sane qui assidue talia accipiunt, ad immedicabilem frigiditatem particulas perducunt. Quemadmodum autem in refrigerantium & calfacientium oppositione, utroque quantitas ostendit prædominantem pharmaci actionem, eodem modo etiam in alijs considerationem facere oportet: uelut densantibus & rarefacientibus, coagulantibus & diffundentibus, odoratis & graueolentibus, humectantibus & siccantibus, discutientibus & cohibentibus. Itaque ubi subscripsero his uisum in compositione quantitatem, ad coherentiam transibo. Scripsit autem ipsam Asclepiades in hæc uerba. *Stomachicis ardorem sentientibus, & intensos singultus, & uoluntosas stomachi affectiones.* Costi drach. quatuor, spicæ nardi drach. quatuor, chrysolbalanorum drach. quatuor, rosarum uiciduum drach. quatuor, mastiches drach. quatuor, aloes drach. duas, asari drach. duas, opij drachmam unam. Excipe succo psyllij, & reduc ad pastillorum formam, & exhibe obolos tres. Licet sit affectioni conueniens. Post præscripta pharmaca Antidorum Hieram iam antea in Andromachi pharmaci conscriptam, ex aloë & cinnamomo compositam, etiam ipse tradidit non iuxta eandem comensurationem & symmetriam. Habent autem uerba eius in hunc modum. *Antidoti Hieræ, hoc est Sæzæ, Themisonis, ad stomachi subuersiones, facit & ad sentientes ardorem, & omnem inflationem, tardam concoctionem, & affectiones ueteri.* Probe cit urinam, & omnino admiranda confectione est hydroplis, hepaticis, & nephriticis. Deducit & sanatis menses. Aloes drachmas c. mastiches unciam unam, croci unciam unam, nardi Indicæ unciam unam, cinnamomi unciam unam, carpobalsami unciam unam, asari unciam unam, tundito, & angustissimo cribro excernito, atq; aridum ut ne transpiret seruato. Vfus eius est ad tarde concoquentes, atque ita sanos drachmam unam cum frigida cyath. iij. Vomitus bilem, aut alijs fluxione laborantibus drachmæ dimidium. Ad inflammationes internas conuenit cum aqua mulla. Verum quibus urinam ciere uolumus, aut menses deducere, pharmacum cum uino damus. Est autem medicamentum inspersibile in pulueris ac farinæ formam redactum. Hæc quidem scripsit Asclepiades de prædicto pharmaco. Videamus autem primum in his de quantitate pharmacotum ipsam conuenientem quatenus consensit, & dissensit cum Andromacho. Deinde consequenter de promissione & usi. Equidem in mistura pharmacorum consenserunt inter se Andromachus & Asclepiades in hoc, quod aloes drachmas centum conijciunt. Dissentiunt autem in eo, quod Asclepiades simpliciter aloes scripsit, Andromachus autem lotæ apposuit: & quod Asclepiades reliquorum singulorum singulas uncias admiscuit, hoc est drachmas argenteas octo, aut septem & dimidiam, Andromachus uero sex.

Amplius



Amplius etiam in eo quod Aesclepiades carpobalsamum, Andromachus xylobalsamum iniicit, & præterea quod Aesclepiades florem iunci odorati penitus relinquit. Ceterum circa promissionem operum Andromachus nihil amplius scripsit, quam quibusdam unum cochlearium, quibusdam duo, cum aquæ frigidae aut calidae cyath. iij. exhibere. Verum Aesclepiades plura de usu proposito antidoti prodidit. Ad tardas enim concoctiones sanorum drachmam unam dari iubet, cum aquæ frigidae cyat. quatuor. Opinor autem ipsum dicere drachmam argenteam, etenim sic fere omnes recentiores medici appellare in more habent: neque ipsa rei natura aliud nos intelligere cogit. Manifestum est autem quod drachmam dicimus nunc in similitudini omnes, quod Romani denarium appellant. Verum non omnibus tarde concoquentibus expedit præbere hoc pharmacum, sed his solum quibus ob uiciosos humores tarda concoctio contingit, & maxime cum tenuis fuerint & biliosi. Fecerit & quietem in his, quibus citra nitiatos humores humida intemperies intantum affectam partem perigauit, ut exoluantur & laxentur ad modum ligamentorum nervorum circa laxatos articulos. At uero qui bilem in uentre habent, quæ præsertim ipsi in tunica in alto continetur, præstantius pharmacum non repererint. Verum haud scio qua ratione parum de ipso exhibeat Aesclepiades, cum moderata exhibitio ipsius ad drac. tres progrediat. Porro ad inflammationem habentes non simpliciter in omni inflammationis tempore dandum est, sed ubi concocta fuerit & declinavit. Concocta enim medicanda recte censet Hippocrates, non cruda, neque in principijs, nisi sua sponte concitata id expetant, hoc est nisi motus ad exciptionem nos adducat, qui nondum firmam aliquam inclinationem ac stationem ad unam partem habeat. Recte autem hoc pharmacum tarde concoquentibus, aut bilem uomentibus, aut aliâs stomachi fluxione laborantibus, aquæ cyathus iij. inspergens præbet, nimirum subuersionem stomacho ex melle obortientem formidans. Ad declinationem autem internarum inflammationum cum aqua nulla tempestiue quis exhibuerit. Quemadmodum etiam uinam citre uolens, aut mensles euacuare, Aesclepiades quidem ex uino dandum ait. Præstiterit autem, ut ego sentio, cum uino mulso pharmacum præberi. Ita enim simul & quæ circa distributionem & delationem ex uentre in urinam, & quæ circa uterum instât, fecat ac dissoluit, & robur partibus addit per quas transitum facit. Ampliusque & locorum per quos fertur caliditate auget, quæ & ipsa non parum confert ad instantes humores fundendos ac euacuandos. Post præscriptam sacram Themisonis Antidotum, Aesclepiades [aliam] sic scripsit. *Alia ex Mantia compositionibus Attalica. Facit ad stomachicos & reijcetes cibum, cholericos, coliacos, dysentericos. Compositio sic habet.* Croci 3. iij. nardi 3. ij. seminis hyoscyami 3. j. aloes unc. j. balaustij unc. j. tragacanthæ unc. j. pipæris albi unc. j. acaciæ unc. j. rhu potiei unc. j. thois syriaci culinarij unc. j. Excipe succo rosarum in uino austero coctarum, & redige in pastillos 3. j. tragacantham uero succo præmaceratam uuito. Hoc pharmacum nihil priorum simile habet. Illud enim purgatorium est, hoc adstringens his, qui stomachum aut totum uentrem ob multam humiditatem exolutum ac laxum habent, conueniens: quemadmodum etiam in articulis eiusmodi laxitates contingunt, ligamentis ipsorum multa humiditate perigatis, quæ plurimi medici neruos ligamentos appellare solent. Multæ enim eiusmodi affectiones tum in uentre, tum in stomacho sunt his, qui multo potu se expleant, aut fructus humectantes, aut etiam edulia talis temperamenti ingerunt. Cum itaque multi sint qui tali uicium uentur, rationabiliter etiam prædictæ facultatis pharmaca sæpe successu clara euadunt, ut quæ prædominantem adstringendi uim habeant. Vbi uero aut uiciatos humores euacuare, aut affectam particulam calfacere oportet, non solum nihil inuat ita adstringentium pharmacorum usus, sed etiam nocet. Post præscriptum medicamentum, aliorum duorum Aesclepiades meminit, quæ & ipsi ambo bona sunt, & ex multis composita, ac propterea multi ad varios affectus usus, & præsertim posterius. Quod uero tale sit quale ipsum esse dicit, etiam nobis ipsis facile erit iudicare, ubi in memoriam reuocauerimus simplicia in ipso pharmaca, qualia singula sint, ampliusque methodum compositionis eius audierimus. *Alia ex stomachicis, facit ad eos quibus cibum in uentre aciescit, ad tormina, desillationes, dolorem capitis, spumes sanguinem, tabescentes, affectiones circa uesicam & pterum. Preparatur sic.* Succo mandragoræ 3. iij. myrrhæ drachmas quatuor, balaustij drach. quatuor, castorij drach. quatuor, croci drach. quatuor, opij drach. vj. anisi drach. octo, seminis apij drach. octo, styracis drach. octo, hyssopi cretici drach. duodecim, seminis hyoscyami albi drach. duodecim. Componito pro more & digenito in pastillos, dato pro uiribus. Liquor sit affectioni conueniens. Alter inexperabilis, pharmacum accommodatum, sedans dolorem, inducens somnum, multi usus ad varios affectus. Nam & stomachi morbos mirabiliter sanat a uictibus acidis, ægris concoctionibus, torminibus, uolnulis inflationibus. Facit & ad capitis dolores potatum, & foris illitum fronti aceto dilutum. Facit & ad oculorum dolorem pastillus peidicij succo dilutus. Facit & ad dentium dolorem cauerna inditus, eritis ac galbano exceptus, aut fici succo. Prodest ad influxus oculorum, & tonillarum inflammationes, uino dulci dilutus, ita ut ad oculos lanam eo imbutam imponamus. In tonsillis uero affectis repescatum colluamus. Facit ad omnem sanguinis fluxum uino myrrite dissolutus, & ad ueteres ac recentes rufes & desillationes dilutus uino theraco, aut protropo, aut scybelite. Facit phthisicis, suppuratis, marubij succo dissolutus. Hæmoptoicis, dysentericis, cholericis, sanguinarum succo dilutus, & ad omnis reptilis plagam cum ruta decocto potatus. Soluit irritationes per circuitum repetas, duabus ante eius inuasionem horis, ex uini diluti cyathis tribus acceptus. Mensles etiam foeminarum ducit artemisia decocto dilutus. Facit & ad uesicæ affectiones uino mulso dissolutus. Similiter etiam his quæ

Ab utero suffocantur auxiliatur. Facit arthriticis, podagricis, gentiane decocto dilutus. Et de his quidem quæ efficit hætenus. Compositio uero hoc modo habet. Myrrhæ drach. quatuor, styracis drach. quatuor, nardi Indicæ drach. quatuor, casie fistulæ drach. quatuor, terræ lemniæ quæ sphragis, hoc est sigillum appellatur drach. quatuor, corticis mandragoræ drach. quatuor. In alio exemplari etiam piperis drach. quatuor, croci drach. sex, succi papaueris drach. sex, seminis dauci cretici drach. octo, anisi drach. octo, scelis massiliensis drach. octo, seminis apij drach. octo. Myrriba & styrax, atque opium uino dissoluantur odorato & teruntur. Arida uero funduntur & cribantur, ac deinde simul miscentur, subiguntur, ac in pastillos coguntur ponderis drachmæ dimidiæ, & in umbra reficcantur. Vfus ostensus est. In alijs exemplaribus pastillorum pondus drachmale proditur.

*Quæ archigenes in primo pharmacorum secundum genus prodidit, de affectionibus circa stomachum.*

Cap. 4

**C**um multa & variæ sint circa stomachum affectiones, atque hæc omnes fere in totum ex cruditate Coborantur, rois uiribus considerandum. Et si quidem ob aquarum aut aeris malignitatem ostendantur, uniuersali uia ac ratione quammaxime licet utentes hæc immutando, hominem liberare est opus. Si uero ob inconstes cibos, cis interdicens. Si uero ob copiam, cibos contrahemus. Et in uniuersum ex quacumque causa suspicari fuerimus fieri, eam prohibebimus. Quod si in omnibus ipso bono ordine tractetur, & iuxta ipsum stomachum tamen concoctio impediatur, uictionibus, & exercitijs, uociferationibusque, & alijs huiusmodi per expertum artificem adhibitis stomachus corroboretur. Verum nactu acido affectis coriandrum cochlearij mensura ante reliquum cibum edendum dato, & merum insuper bibendum. Quod si quandoque moderata cruditas & quæ contemni possit obortatur, longiore tempore in lecto decumbendum est: & si negocia id non permittant, quanto possibile est, omnis distentio, labor, ampliusque ætus ac ira uitanda sunt. Serius etiam quam pro consueto tempore ex feruida aqua lauandum est, & in priore balnei domo aqua tepida hausta, omnia in stomachum coaceruata pituitosa reuocanda, & modico cibo itemque potu prima die utendum. Si uero fortis ciborum corruptio fiat, stomachique morsum sentiant, ac ipsos eructent, ampliusque nausea afficiantur, aqua tepida exhibita vomere cogito, donec omne corruptum expurgetur, deinde caput mollibus lintæolis ad ignem calefactis obducito, aut huiusmodi aliquo non inani ductu locos circa stomachum foueto, & præcordia mitigato. Summas item partes molli frictione aut etiam constrictione lenito, atque ita in lectulo quiescere finito, ac incediam per totam sequentem diem perferre. Si non absurdum quid inde consequatur, fortiores quidem, ut prædictum est, effectus lauatioue curato: si uero infirmi essent, moderate ad diem unum resectos, in sequentem lauato, moderatis cibis ac potibus ad triduum uiribus. Et cruditas quidem talis quædam, (ut rudi quadam forma expressi,) curatio existit. Verum de ijs quæ ex ipsa proueniunt, uelut profusio uentris, aut bilis per vomitum ac secessum reiectione, aut alijs eiusmodi, in proprio loco dicitur. Ceterum in alijs stomachi molestijs, his quidem qui stomacho exuruntur cum exolutione, aut ammi deliquio, aut appetentia perditâ, ex quacumque tandem causa, præter febrem cyathos. iij. aut iij. aquæ frigidae absorbendos dato, bis aut ter per interualla: & si quidem inde mitius habeant, ipsos reuocatos tum cibo, tum etiam alijs refocillare tentabis: si uero permaneat malum, [deprehensis atque leuigatis] extremitatibus, eiusmodi quendam tremorem assidue absorbendum dato, uelut palmularum, malorum cotoneorum, pyrorum, mespilorum, baccarum iuniperi, pampinorum uitis, rosarum, mali item punici nucleum non habentis succum, aut nuges pineas. xx. & seminis cucumeris grana. xxv. baccas myrti. xx. croci obolum dimidium, & rosarum duarum folia ex aqua bibenda exhibeto. Aut aquam frigidam cum omphacij succo præbeto. Aut florem rosarum cum nardo & aqua frigida. Aut etiam portulacæ semine admisceto, aut atriplicis semen, aut malorum cotoneorum decoctum. Aut cucumerum satiuorum semina quinquaginta trita, ex frigida præbe. Aut orizam coctam cum butyro edendam exhibe. Aut tragoriganum tritam & exccatâ cum aqua edendam præbe. Aut fabas ægyptias. x. & nardi celticæ oboli. ij. utraq; tosta & trita bibenda exhibe cum mali punici acidi ac dulcis succo, & aqua, pari utriusque mensura. Aut mentæ ranulum contritum bibendum dato. Aut oenanthen similiter tritam cum nardo indica bibendum dato. Aut lentis coctos tritos ex aqua præbeto. Aut phoenicobalanos cum rosis. Aut marubij succum cum melle, & ubi paululum quie uerint uinum cum polenta exhibeto. Aut cardamomi. 3. i. cum aceti nulli cyathis tribus potandam dato, ac quiescere finito. Porro ijs qui laliuam multam in stomacho aggregauerunt, aridam conyzam manducandam dato. Foris uero stomacho imponantur uitis folia uiridia trita, aut mala cotonea, aut palmula, aut mespila cum cerato, aut myrti folia tenera, uel rubi, uel lentifici, trita cum polenta flore frigida subacto. Aut portulaca uiridis similiter preparata. Aut cascus recens mollis cum polenta & apij folijs. Aut feridis folia cum aceto & polenta ac apij folijs. Si uero multum sint astuosi, uesicam aqua expletam imposito. Aut niuem superdato. Aut cucurbitarum ramenta imposito, & omnino omnia quibus in cardiacis urimur. Dolores autem stomachi lenit, & maxime his quibus tristitia aut desperatio accedunt, lac asininum, aut mullebre, aut bubulum, silicibus incoctis potatum, Aut uinguentum nardinum uel aliquod pretiosum dato ex aqua. Aut decoctum floris iunci odorati, rosarum flore simul insperso. Aut portulacæ succum, quandoque per se, quandoque cum nardo. Aut ouî vitellum tostum & in farinam comminatum, cum polenta bibendum dato. Aut amaras nuges cum cucumeris

\* Aligaria & calefacta.



cumeis semine & nuce pinea. Aut rumicis sylvestris feminis obol. iij. bibendos præbeto. Omnes uero circa stomachum dolores & displicentias ac molestias sedari aiunt cochlea apliricana cruda integra uorata. Exoluto autem solum & nauicabundo facto stomacho lactuca alba semen modicum ex aqua cyathis quatuor aut uno bibendum dato. Aut passerum sterces aridum uelut polentam, siue aquam bibent, siue uinum, inspergito. Aut mastiches chire cochlearium ex aqua frigida dato. Aut glaciem ieiunis quotidie exhibero, ut ea assidue manducata saluam expuant. Aut conyzam aridam manducant. Si uero una cum humectatione etiam inflammatio aliqua adsit, oenanthen cum meliloto, aut rosam siccam cum cerato rosaceo parum resure usque habente impone. Aut acacie & aluminis melij pares partes dupla cerati proportione excipe, & ut malagma impone. Ceterum quibus bilem atram generantibus stomachus inflatur, spongiæ aceto acerrimo calido imbutas ad stomachum imposito, atque hoc maxime tempore distentionum: & si postea etiamnum perseverarint, alumen liquidum cum atramento liuorio trito melle exceptum imposito. Aut hæc & aloen pari portione mista & cerato myrteo excepta imposito. Aut hederæ folijs uino coctis pro cataplasmate utitor. Aut plantaginis cum sale tritis. Aut armentatice bouis sterces aridum uino coctum. Aut manubium cum pauca & rosaceo subactum. Aut bulbos rufos & alumen pari portione imposito. Post hæc antidotus apyretos appellata, aut hiæra, aut alia quæpiam quæ cuique per experientiam cognita est, in potu exhibenda est. In cibo stomachicis conueniunt, beta, lens, tragus, oryza, alica, malis cotoneis, aut palmulis, aut melpilis, aut mali punici nucleis carentis granis, aut melapijs simul incoctis, aut teneris lentiscis, aut myrri, aut tubi ramulis admixtis. Panis sic summe tantum fermentans, aut penitus absque fermento præparatus. Ex oleis conueniunt eruda, cichorium, meconides, eryngium, inulbus, gingidium, feris, lactuca. Cocta maxime commoda est brassica & sisarum. Ex reliquis autem coctis conueniunt cochlea & bulbi. Ex carnibus uenter, uostræ, pedes, turdi, perdicis, attagenes, turtures, palumbes, anates, lepores, dorcades. Ex piscibus squillæ, gammari, natantes siue colymbanæ, locustæ, loliginæ, sypie: & ex ijs qui duras carnes habent nulli. Ex restacis maxime buccina, purpura, peccines, glauci, cerni, glandes, siue balani. Verum sisarum a reliquis omnibus acceptum, ut stomacho gratum, & refectio commo- dum, ad ple- rasque omnes stomachi accessiones conueniens est. In potu prædest uinum quod unusquisque libenter bibit. At uero ijs qui inflantur & stomacho distenduntur, polij fasciculum coquito & bibendum dato. Aut calamithæ decoctum per noctem sub dio expositum, modico melle, & piperis 3. j. admixtis bi- bendum præbeto. Aut spongiam acerrimo aceto imbutam pedibus ac brachijs imposito usquequo bulla excitentur, maxime si cibos recedent. Aut foenigræci farinam aceto subactam. Aut sinapi tri- tum cum aceto, usquequo rubefiat locus. Aut psyllium aceto & aqua maceratum & in mortatio tu- sum, pari portione carni cochleari admixta, in malagmatis forma imposito. *Quæ stomachicis dolorem eciant.* Cuminum tostū & apium, utrunque modica portione cum aqua bibendum præbe. Aut aloes obol. ij. cum uino multo, aut uino, aut aqua bibendos dato. Aut abrotani & thymi utriusque obol. ij. ex uino præbe bibendos. Ligaturas in super extremarum partium fortiter adhibe, & circa ipsum stom- achum cucurbitalis & fomentis uarijs utere. Quod si uehementer ualida sit distentio, etiam uenæ sectio efficax auxilium erit, & alui solutio per supposititiam glandem. Deinceps post præscripta Archigenes de fame ingenti, bulimo Græcis appellata, itemque de singultu prodit quæ sequuntur. Porro eos qui ex ingenti fame in uis [uel alio quocumque modo] animo inquantur, reuocabimus odoramentis ace- ri, aut pulegij, aut quæ forte obtingit terra aceto macerata, aut malis, aut pyris, aut alijs similibus fructi- bus, qui ad inanem sunt. Panem in super odorandum dabimus, & ingerere cogemus. Ad hæc enim sin- gula confestim excitantur, & præterea ad suillam carnem assatam ac coctam, & in uniuersum ad omne quod multum alit, & præsertim ea quæ odorem nidorosum ac probe conditum habent. Per huiusmo- di enim odores ut plurimum tales reuocantur. Nihilominus tamen etiam extremæ partes ipsorum con- stringendæ sunt, ipsique excitandi tum maxillarum punctura, tum capillorum aurium distentione. Re- focillabis porro ab exolutione & deliquio animi, panem in uino diluto, aut etiã aliud quippiam ex ijs hæc stomachi humiditatem eximunt, & in modica mole multam uim complexa cumulatiuam corrobora- rant. Singulrimentibus autem uitam cum uino dato, aut nitrum in aqua multa, aut opium, aut castorium, aut abrotanum, aut aristolochiam, aut daucium creticum, aut cuminum, aut anisum, aut zingiberis radi- cem, aut scyllam cum aceto & oleo, aut tordiliid, aut dictamnium, aut calamitum, aut acorum, alfarum item & nardum celidicum, & pulegiuui, singula tum per se, tum simul mista.

*Pharmacum nostrum, ex succo malorum cotoneorum constans.*

Magnæ equidem oris uentris affectiones a prædictis pharmacis curantur. Moderatas uero omnes fer- me, præter eas quæ ex uehementi ardore sunt, subscriptum medicamentum uuat. Succo malorum co- toneorum sextarios. ij. mellis attici sextarios. ij. aceri sesquialterarios. Si uero multum acre fuerit, sext. j. Zin- giberis quadrantem, piperis albi unciam unam. Arida insperges, ubi malorum succus cum melle & aceto coctus ad lentum ignem attici mellis crassitudinem accepertit. *Aliud ex malorum cotoneorum car- ne constans.* Malorum cotoneorum carnis libras. ij. mellis libras. ij. aceri albi lib. ij. piperis quadran- tem, zingiberis quadrantem, petroselinæ Macedonici unciam unam.

Al. 3. f. 13. c. 2. c. 17. F.

\* Al. ij.

\* Al. j.

\* Al. unciam.

A

*De pharmaco, qua foris fecus ori uentris imponitur.* *Cap. 5.*  
Vocant quidem plurimi medici haud scio quare, uelut Asclepiades & Andromachus, omnia phar- maca quæ foris fecus imponuntur, siue adstringendo condensent, siue induent, Malagmata: quæ uox emollioris significationem habet. Verum nos permittimus ipsis, etiam si non proprie appel- lant. Quæ autem conscripserunt ad stomachi affectiones commoda pharmaca, per experientiam non illorum solum, sed etiam nostram approbata, ea nunc adscribemus, ab ijs quæ Asclepiades prodidit initio facto.

*Quæ pharmaca Asclepiades ad stomachi affectiones in quarto externorum tradidit, quæ Marcelle inscribit.*

Eueni, ad stomachi subuersiones, dolores quæ, facit partim etiam ad inflammationes. Oenanthes 3. viij. croci 3. ij. rosarum siccarum 3. iij. meliloti 3. iij. mastiches 3. iij. ramentorum succini 3. iij. carnis phœnicobalanorum quadrantem, uini myrtei quod satis est. Arida mundito & per angustissimum cri- brum concernito, & cum uino myrteo diluito, ut cerati spissioris crassitudinem accipiant. His carnem phœnicobalanorum addito, & conuassata cerato ex rosaceo apparato excipito, & linteolo infarcta ori uentris imposito. Facit & ad oculos inflammatos. Aliud, Oenanthes 3. vi. croci drach. \* duas, B myrrhæ 3. iij. floris rosarum 3. iij. meliloti, mastiches, utriusque 3. iij. aloes 3. iij. corticis mandragoræ 3. iij. carnis palmularum quadrantem. Excipe cerato & rosaceo apparato. *Asclepiades qui philosophicus dicitur est, hoc est natura studiosus, ad stomachi subuersiones: facit & caliacis & dysentericis.* Seminis hyoscyami 3. iij. feminis apij drach. \* quatuor, floris rosarum 3. ij. feminis anisi 3. ij. succi hypocisthidis 3. ij. myrrhæ 3. ij. croci sesquidrachmam, opij sesquidrachmam. Arida mundito & per angustissimum cribrum excer- nito. Hypocisthiden uero & myrrham, & papaueris succum uino myrteo dissoluta aridis adijcito, & pastillos formato, eosque in umbra resiccat. Vfus tempore quantum opus est tulum, melle cocto ex- cipito, & dein de linteolo infarctum locis affectis imposito. Si fortis fuerit fluxio, succi hypocisthidis aliam aduoc drachmam addito, & floris rosarum tantundem. *Aliud Galli Marci Asclepiades, ad eisdem affectiones.* Seminis hyoscyami 3. iij. floris rosarum 3. ij. anisi 3. ij. feminis apij 3. iij. opij 3. j. succi hypo- cisthidis 3. ij. myrrhæ troglitidis 3. ij. croci sesquidrachmā, uini myrtei quod satis est, mellis cocti quod sufficit, præpara, ac utere ut dictum est. Eiusmodi pharmaca etiam bibuntur, & ualde auxiliantur. Cobi- bito autem fluxu & sequente dolore, tantundem ponderis cerati rosacei ad pharmaci cõfectionem ad- dere oportet. Si uero multa fluxio contingit, ad pharmacum succi hypocisthidis 3. iij. conijceto, & flo- rum rosarum aliam drachmam, Vigilijs infestantibus, etiam succi papaueris aliam drachmam addito.

*Aliud Nicærat, caliacis, dysentericis, ualde generosum.* Oenanthes drachmas \* duas, rosarum siccarum unciam unam, mastiches unc. j. aloes unc. j. gallarum omphacitidum unc. j. aluminis rotundi unc. j. acacie unc. j. ceræ libram j. picis brutiæ quadrantem, olei myrrei libram unam, arida cum liquidis committito. *Aliud ualde præclarum.* Oenanthes unciam j. omphacij unc. j. gallæ omphacitidis unc. j. aluminis scilfi unc. j. acacie unc. j. cytiutorum mali punici, balsamij, mastiches, singulorum unc. j. uini myrriæ quantum satis est his subigendis, carnis phœnicobalanorum sex uncem, excipito cerato præparato ex lentiscini li- bra una, præpara ac utere ut dictum est. Hæc quidem igitur præscripta pharmaca facultatis sunt ad strin- gentioris. Quæ uero deinceps ab Asclepiade prodita sunt, nullam facultatem habent, adeo ut etiam induratas inflammationes curent, & præterea etiam hepaticis utilia sunt. Opus enim habent etiam il- li adstringentium ad laxantia mixtura, non tamen æque ut stomachici. In stomachicis enim medicamen- tis qualitas adstrictoria prædominatur. *Malagma Nilo inscriptum, facit ad distentiones, & ad articulorum do- lores, dissoluit omnem auritiem, facit & ad exarticulata et luxata post declinationem inflammationis impositum, facit spleni- tici & hepaticis.* Ceræ libram j. ammoniaci thymiamatis lib. j. olei cyprini lib. j. croci drach. \* unam, aceri quod satis est. Ammoniacum dissoluit, deinde sic arida adijceto. *Aliud ex libris Arij Asclepiades.*

Ammoniaci thymiamatis lib. ij. diligenter tritas in uas sterile conijce, eique floris salis lib. j. adde, & olei D cyprini sesquialterum. Coque ad lentum ignem assidue agitando, atque ubi emplastri formam accepe- rint, adijce ceræ lib. ij. quæ eliquata cum pharmacu amplius non inquinauerit, exunito, & in mortarium transferro, conuassatumque diligenter reponito ac utitor. *Malagma Nili crocorum, pharmacum accom- modatum ad prædictas affectiones, facit & ad erysipelata, hoc usus est. Licinius Atticus.* Ammoniaci thymiamatis lib. j. ceræ lib. j. rosacei libram j. croci unciam unam, aceri quantum sufficit, præparato pro more.

*Aliud Melimen inscriptum aromaticum, hepaticis, stomachicis, & ad præcordia distentia, & omnem neruorum per consen- sum affectionem.* Ammoniaci thymiamatis 3. c. ceræ pôtice 3. c. meliloti 3. xij. croci, myrrhæ, bdellij, singulorum 3. viij. olei cyprini lib. j. *Aliud facit stomachicis, hepaticis, ad præcordia inflammata, & omnem ner- uorum per consensum affectionem.* Ceræ 3. c. croci 3. xij. ammoniaci thymiamatis 3. c. myrrhæ 3. xij. bdellij 3. viij. confectionis hedychroi quadrantem, uini dulcis quantum sufficit, olei cyprini lib. j. præpara pro more. *Aliud Napolitan. Aromaticum inscriptum, pharmacum accommodatum ad internas affectiones.* Ammoniaci thy- miamatis lib. iij. ceræ lib. iij. rosacei lib. iij. confectionis hedychroi lib. dimidium, meliloti lib. dimi- dium, cyperi lib. dimidium, nardi celticæ lib. dimidium, floris iunci odorati lib. dimidium, uini dul- cis quod satis est. Arida cum liquidis subacta committito. *Malagmata bona inflammationum citra debilita- tem inueniuntur, quæ ad hepatis inflammationes similiter conueniunt. Malagma Asclepiades ex meliloto Hieraticon, hoc est pontificum inscriptum, stomachicis, hepaticis, & ad uiscerum dolores.* Nardi celticæ 3. x. cyperi 7. x myrrhæ

\* Al. ij.

De

myrrhae 3. x. cardamomi 3. vii. meliloti 3. xl. croci 3. vii. amomi 3. vii. cyphens hieratici hoc est, sacri-  
culorum 3. xvi. ammoniaci thymiamatis 3. xl. resinae terebinthinae 3. lxxx. cereae minam unam, [olei cy-  
prini minam unam,] vini odorati Italici heminam unam. Praeparatur dictum est, ac utere. *Aliud Ba-  
silicum, hoc est Regium usque, faciens ad praedictas affectiones, omninoque per consensum nervorum affectionem.*  
Cerae minas iij. ammoniaci thymiamatis minas ij. resinae frictae minam unam, meliloti minae dimidium,  
propolis 3. xxv. myrrhae 3. xxv. nardi celticae 3. xxv. styracis 3. xxv. cyperi 3. xxv. iudis illyricae 3. xxv. car-  
damomi, panacis, utriusque drach. uiginti quatuor, croci, caliae, mastiches, opobalsami, amomi, floris iun-  
ci odorati, singulorum drach. sexdecim. vini Italici odorati quantum sufficit. Arida cum nardini Asia-  
ni aromati lib. iij. subacta pro more praeparato. *Malagma polyerebion, facit pro pueris, stomachicis,  
splenicis, hydropticis, facit ad affectiones circa uesicam aut uerum, ad omnem nervorum per consensum affectionem.*  
Cerae minam unam, terebinthinae minam unam, bdellij minam unam, ammoniaci thymiamatis, carda-  
momi, cyperi, singulorum minam unam, meliloti, amomi, nardi indicae, croci, myrrhae, thuris, xylocinna-  
momi, singulorum 3. xxv. olei cyprini heminam unam, vini Italici quod satis est, praeparatur pro more ac  
utere quandoque immisto, quandoque dissoluto cum cerato cyprino. *Polyerebi pharmacum accommo-  
datur, facit ad praedictas affectiones, omnem nervorum per consensum affectionem. Facit etiam ad assiduas cruditates,  
et corruptas cibum, et uomentes bilem, ac omnes inueteratas affectiones. Vfus est eo Iulius Agrippa, compositio hoc  
modo habet.* Castorij, amomi, utriusque fescunciam, pipereis albi fescunciam, & longi fescunciam, myr-  
rhae quadrantem, confectiois hedyeroi quadrantem, carpobalsami quadrantem, croci quadrantem,  
foliorum malabathri, caliae rosae referentis, panacis, opobalsami, nardi indicae, singulorum quadrantem,  
floris iunco odorati, cinnamomi, utriusque trientem, pyrethri, croci, cardamomi, singulorum trientem,  
cyperi semissem, iudis illyricae, aristolochiae longae & rotunda, singulorum semissem, cerae lib. iij. tere-  
binthinae lib. ij. resinae laticis quadrantem. In alio exemplari, etiam bdellij trientem, ammoniaci thy-  
miamatis trientem, Vnguenti nardini asiatici lib. iij. Vini falerni quod satis est, praeparatur pro more. Ego  
autem ad iudis mastiches, cinnamomi, ammoniaci thymiamatis, styracis, aloes, opobalsami, singulorum  
quadrantem. *Malagma Andromachi ex meliloto.* Nardi celticae drachmas octo, cyperi 3. vii. iudis illy-  
ricae 3. vii. myrrhae 3. vii. croci 3. iij. meliloti 3. xxv. ammoniaci thymiamatis 3. l. terebinthinae 3. l. cereae  
3. c. cyprini heminae dimidium, acetum quod satis est. Quidam ammoniaci 3. c. coniungunt, facit ad omnia  
interna. *Malagma Polyerebi ex epistola ad omnia interna.* Cyperi minam unam, cardamomi minam, man-  
nae tantundem, cereae tantundem, terebinthinae frictae sesquiminam, aut liquidam minas iij. cyprini quan-  
tum sufficit. Ego etiam bdellij appono minam unam. *Aliud, altera descriptio.* Cyperi, cardamomi, amo-  
mi, bdellij, thuris, balsami, singulorum minam unam, cereae sesquiminam, resinae frictae minas iij. cyprini  
heminae dimidium, vini odorati sesquiheminam. Praeparatur ut moris est, ac utere uelut praescriptis. Vt  
ego componere soleo. Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, thuris, singulorum minam unam, cereae mi-  
nae dimidium, resinae frictae aut terebinthinae minas iij. cyprini heminam j. caliae minae quartam partem,  
ammoniaci thymiamatis minae quartam partem, nardi indicae, croci, myrrhae, singulorum minae quartam  
partem, Vinum odoratum.

De hepate &amp; eius affectionibus.

Cap. 7.

Cum hac tractatio postrema omnium a me conscribatur, omnibus sane manifestum esse opinor,  
quod ex duobus his alterum uerum sit. Aut alias omnes inutiles esse & superuacaneas, si quis ex  
hac sola sufficiens sit omnes affectiones curare, quae medelam per pharmaca requirant. Aut si quidem  
illae utiles existant, primum ipsas legendas esse, & in memoriam reuocandas illis, qui hinc aliquid com-  
modi aufere uelint. Ipsas enim methodos curandi praedictas affectiones in xiiij. libris de curandi  
methodo inscriptis prodidi: nunc uero tanquam his ipsis cognitis, citra praedictas demonstrationes in  
memoriam reuoco ostendens omnino, quomodo nos pharmaca componamus, & quae a prioribus scri-  
pta sunt iudicemus, indeque in usum agere ac assumere cōfidamus, & sane utilis haec speculatio existit.  
Nam empirici qui suam artem rationis expertem esse uolunt, omnia quidem legenda esse censent, quae  
a probatis medicis sunt conscripta: nou autem statim in usum assumenda esse, sed prius iudicanda, an  
singula ex ipsis ea quae promittunt, opere etiam demonstrare possint. Nos autem experientiam in om-  
ni arte magnam quid posse persuasi speculationes tum per rationalem methodum, tum per rationalem  
indicationem inuentas ad ea, quae ab ipsis de indicationis historia tradita sunt, apponimus, demonstan-  
tes qualem facultatem ad ambulandum utrunque erus exhibet, talem in medicina experientiam & ra-  
tionem habere. Itaque in tractatione de simplicibus pharmacis per undecim libros conscripta, singu-  
lorum sponte natura productorum pharmacorum facultatem qua methodo quis inueniat recensui-  
mus, atque etiam ad particularem ipsorum materiam progressi, utilissimam ad artis opera facultatem  
omnem secundum species prodidimus. Consequenter autem ab illo opere, etiam curatiuam tractatio-  
nem, quomodo quis optime non solum simplicibus, sed etiam compositis utatur, exposuimus: simulque  
ulas compositionis ipsorum omnes indicauimus. Ceterum in proposito iam opere, quomodo uarietas  
compositorum medicamentorum inducenda sit ostendimus, ac certos iuxta speciem scopos tum com-  
positionum, tum usum ipsorum deducentes, ampliusque indicationem eorum quae iam ante scripta sunt  
docentes. Cum igitur consequenter post praedicta ad affectionum hepatis doctrinam progredi uelimus  
affectus circa ipsum consistentes non nuda doctrina, sed rōe exquisitos referemus, & ab uniuersalibus  
scopis

A scopis curationis ipsorum, quos in curandi methodo tradidimus, ad compositorum doctrinam perue-  
niemus. Primum igitur omnium discernendum est, ut debilitas quaedam uisceris adsit, quae admodum  
etiam de uentre diximus, aut etiam alia quaedam affectio ipsum apprehenderit, aut circa debilitatem  
affectum sit, inflammatione, aut induratione, aut abscessu laborans, aut obstructione. Quae admodum  
etiam an erysipelatolam habeat affectionem, aut ulcus, aut aliquam putrefactionem. Nam & in hoc he-  
paticam affectionem dicunt, quemadmodum etiam ore uentris affecto plerique medici ac idiotae stoma-  
chicam affectionem uocant, in multis symptomatibus, non tamen omnibus circa unam affectionem acce-  
dentibus contingentem, sed circa multas una quadam generali communitate comprehensas, & tamen  
inter se in tantum differentes, ut aliqua ipsarum maxime contrariae existant. Quo. n. non maxime con-  
trariam quis dixerit frigidam intemperaturam calidam, humidam siccam, quaequam secundum genus egedē  
sint: ferme aut omnia contraria eadem genere si quis dixerit, non peccabit. Contrariorum. n. notio eōtin-  
git, ubi plurimum inter se distant. Plurimum autē distant a medijs in quocumque genere ea quae extrema  
sunt, adeo ut contraria saepe quidem eadem uideantur iuxta communis generis fines, saepe uero gene-  
ralioribus contrariis supra ipsa ascendentes, ab illis comprehendantur. Illa ipsa uero ob id omnino  
contraria sunt, quae cum unius generis sint, plurimum inter se distent, adeo ut quae his subiacent, primum &  
supremum genus commune habeant. Atque hoc quidem hoc loco semel a nobis obiter & accessionis lo-  
co dictum semper in memoria teneatur, ne uidelicet cuiquam uideri possit a seipso dissentire, qui aliquā  
unam affectionem in duobus hominibus eandem esse dixerit, aliquando non unam, neque eandem, sed  
duas contrarias. Intemperie. n. unam quandam affectionem generaliter appellant, sed quae in cōtra-  
rias differentias secetur. Licet enim secundum hoc quod diximus, duo & tria & plura iuxta particula-  
res differentias inter se cōtrariissima esse, & secundum hoc debilitatis hepatis affectionem unam esse,  
quam intemperiem uocant, praefatus, non male rursus dixerō non unam, sed octo affectiones esse, pro-  
pterea quod tot differentiae intemperierum existant. Etenim rursus iuxta aliam sectionem duae intem-  
perierum differentiae sunt, & rursus iuxta aliam tres: haec quidem in qualitatibus solis, affectis partibus  
alteratis: haec uero cum humoribus quibusdam, aut in spatiis affectarum partium contentis, aut in ipsis  
corporibus irriguis ab illis factis. Circa uentrem igitur & intestina una in singulis est cauitas, quae uentrem  
humiditate suscipere potest. Verum circa hepar tot numero sunt quot sunt arteriae & uenae. Cum uero haec  
omnes angusta oscula habeant, qua parte summa huius uisceris cum gibbis coeunt ac committuntur, ob-  
turbatio & oppilatio uisiosorum humorum aliquando contingunt, ad quas putrefactio consequitur in  
calidis breui, in frigidis intemperaturis uero non cito, sed temporis progressu accedens. Fit autem in-  
temperatura iuxta propriam hepatis substantiam, quam Erasistratus putat praeterfusionem quandam,  
parenchyma graeci appellant, & non principalissimam uisceris partem esse. Fit etiam in temperatura  
circa contentas in ipso uenas & arterias, & iuxta materias in spatiis ipsarum contentas. Cum autem  
habeat hoc uiscus non unam sed plures facultates actionum, quas uita tempore operatur, easque tot nu-  
mero, quot sunt actionum species: contingit saepe unam ipsarum praecipue laedi, saepe duas, & tres, atque  
omnes quatuor simul. Actio namque ipsius una quidem attrahere cibum & alimentum in sese. Altera  
uero obuoluerit & continere, donec permutans ipsum suipsius faciat partem. Est igitur haec ipsius fa-  
cultas principalissima & fere prima, concoquere uidelicet & permutare ac alterare atque assimilare si-  
bi ipsi alimentum, quam alteratiuam uocamus: quae uero iuxta hanc alteratiuam remanent recremen-  
ta, ea per aliam facultatem, quam excretiuam & expulsiuam nominamus, expelluntur. Ostensum au-  
tem est quod haec facultates omnes in omnibus sunt partibus corporis per omne uitae tempus: omnes  
enim familiare sibi attrahunt, & alienum excernunt, attractumque temporis progressu alterant, quo tem-  
pore etiam retinent & constringunt. Vocatur autem alteratio ipsa, uelut quo in similitudinem partis  
quae nutritur transmutatur, concoctio. Vbi uero iam parti apponitur, nutritio. Cum igitur hepar praeter  
imbecillitate ex uentre & intestinis alimentum trahere non potest, liquida & nondum uulto modo ex-  
duccata per sedem excernuntur, & si quidem uenter simul cum hoc uiscere fuerit imbecillis ac non pro-  
be concoquens, eruda. Si uero ualidus fuerit, concocta quidem, sed liquida, propterea quod nulla, aut  
omnino modica digestio ac distributio ad hepar est facta. Si uero traxerit quidem hepar in seipsum ex  
uentre & intestinis alimentum, sanguificare autem ipsum praeter debilitate nequit, quemadmodum in  
uentre multiformis corruptio contingit eorum quae cruda remanent, sic etiam circa hepar. Dico  
autem nunc cruditatem solam, non comprehendens hoc sermone tardam concoctionem. Quod  
si uelis alimentum crudum permansens, & alterationem, quae sit a particula iuxta naturam, non as-  
sumens, itidem crudum appellare, neque ego fugio appellationem, si mihi saltem differentia re-  
rum conseruetur. Peior enim est transmutatio in peregrinam qualitatem iuxta cruditatem facta,  
moderatio uero ea est, in qua alimentum suam naturam quam diuissime seruat nulla alteratione  
ex particula, quae ad ipsum concoquendum a natura destinata est, suscepta. Atque & terra praeter  
has species est frustrata concoctionis, cum semicoctum sit alimentum. Et circa ipsam sane ex-  
actam concoctionem frustratam, hepaticis sanguinolentis humor per alium excernitur talis consi-  
stentia, uelut si quis sanguinem cum aqua confudisset: & plerique sane medici imaginem eius de-  
pingentes scripserunt talem eius compagem esse, uelut si quis uictimae recens maceratae carnes aqua  
lauasset. Et plurimae hepaticae affectiones ab eiusmodi excretionibus initium capiunt, nondum ma-

QUINTA CLASSIS.

Hh gniam



gnam debilitatem hepate habente, sed adhuc concoquere, & alimentum alterare velut in formam sanguinis potente. Aucta autem affectione nihil amplius tale excernitur, sed multiformes alia qualitates & compages, velut a ventre ex cruditate laborante. Verum in ventre ciborum ipsorum corruptiones manifeste apparent, circa hepar vero distributum alimentum ad sanguinem prius in uiscere existentem admiscetur, corrumpiturque; temporis progressu etiam hic, una cum alimento circa ipsum non cōcocto. Calida igitur intemperie circa uiscus existente colliquationes fiunt, primum humorum, deinde etiam carnis ipsius hepatis, & euacuatur per ventrem bilis crassa, graueolens, & abunde colorata, quemadmodum in pessilentibus febribus contingit. Frigida uero intemperie existente, neque assidue excretiones, neque multae fiunt, durat tamen affectus diutius, & per aliquos dies profuēt ipsi venter maiori copia, cuius neque faecor similis est illi quae ex calore sunt liquefacta, neque color similis, aut compages, uerum minus graueolentia ab his excernuntur speciem putrefacti sanguinis, non colliquatae carnis habentia. Aliquando vero id quod excernitur velut sanguis niger apparebit, uerum diligenter consideranti neque sanguis niger est, neque grumus, sed uelut limus quidam sanguinis crassi, qui prope ad atriam bilem accedat, & plures ac aegre iudicabiles colores circa eiusmodi affectionem in egestionibus apparent. In utraque autem intemperie tum calida, tum frigida, quando intemperatura humida & sicca fuerint admixta, liquidiora in humiditatis complexu, sicciora uero ex siccitatis copula fiēt recrementa. **F** Scopus igitur curationis in eiusmodi affectionibus sit communis quidem iuxta intemperiei contrarietatem, peculiaris autem unicuique per cuiusque contrarietatem. Affectio igitur Hepatica peculiariter appellata, ueluti etiam coellaca, & stomachica citra tumores praeter naturam circa ipsas partes contingit. Inflammatum enim esse hepar, aut abscessu laborare, aut induratum esse medici dicunt, aut aliud quippiam tale, non tamen hepaticum uocant hominem ipsum cui tale quippiam accidit. Verum quando citra manifestum aliquod in uiscere malum, in propriis actionibus debilitatur, tunc aegrum hepaticum appellant. Videamus igitur primum ea quae scripserunt illi qui ante nos de pharmacis optime & studiosissime tradere saragerunt, initio ab illis quae Andromachus prodidit facta. Hic enim vit in libro innumerarum affectionum curationes continente multas hepaticas confectiones conscripsit, quarum omnium faciam mentionem hoc loco, ipsius uerbis in medium adductis, & primum sane Antidotus adscribam.

Quae pharmaca ad Hepaticos ab Andromacho sunt conscripta.

Cap. 7.

**A**ndromachi antidotus Cyphoides ad hepaticos, & omnia thoracis vitia. Vug passae carnis, 3. xxv. alij, 3. c. croci, 3. j. alij obol. iij. calami, 3. ij. & dimidiam, bdellij 1 [ drachmas duas & dimidiam, ] caliae sesquidrachmam, cinnamomi obolos tres, spicae nardi, 3. iij. floris iunci odorati, 3. ij. & dimidia, G myrrhae drachmas quatuor, terebinthinae, 3. iij. alij, 3. xvj. ramentorum aspalathi, 3. ij. mellis, 3. xvj. vini quod satis est. Haec quidem est antidoti descriptio. Appellatur autem hanc cyphoide, hoc est, cyphoformem, ob similitudinem. Nam & odore & gustu similis est cyphi ab Aegyptiis appellato, qui sane primi hoc pharmacum composuerunt, & uentur eo quotidie ad uaporem adendum accenso in deorum honorem. Plurima autem eorum quae in illo thymiamate & suffumigio scripta sunt, eadem sunt cum illis quae in hoc pharmaco habentur: quin & suffumigari hoc ipsum similem ut cyphi potest. **C**ompositum est autem ex moderate adstringentibus, & resiccantibus, ac disiccantibus uisibilibus cerosis humoribus, & corrigentibus humorum malitiam, & contrariam uim habentibus aduersum putrefactiones, quorum plurima ex aromatum sylua existunt. Habet itaque pharmacum hoc cinnamomum omnes putredinosas & uenenosas facultates corrigens, non solum ferrosorum & aliorum humorum, sed etiam letalium pharmacorum. Quemadmodum & feris uirus eiacularibus contrarium existit. Consequenter autem post cinnamomum casia eandem uim habet, optima uidelicet & cognata ipsi cinnamomo: & post hanc omne aromatum genus uelut hic est nardus, & iuncus odoratus, calamusque, & myrrha. Haec enim ad propositum pharmacum iniecta sunt iuxta iam dictam ratiocinationem & modum. Quemadmodum etiam ex illis quae apud nos gignuntur, aspalathus, & crocus, adstringens & concocto H rium pharmacum, & quod corrigat putrefactiones. Ceterum uua passa contemptilis uideri possit ob familiarem eius usum, at uero hoc ipsum eam facit utiliorem, nam cum familiaris nobis sit, in tantum adstringens est, quantum opus habet uiscus affectum. Habet autem & uim concoctoriam crudorum humorum, & uim coercendi maligna, sique ipsa haud facile putredini obnoxia, & ultra haec secundum totam substantiam uisceri ipsi familiaris est & propria. Didicimus enim quod alimenta secundum totam suam substantiam, proprietatem ac familiaritatem habeant ad ea quae aluntur, quod maximum est in huiusmodi affectionibus curandis quae iuxta intemperiem fiunt. Optime, nisi in ipsis faciunt quae una cum hoc quod intemperiem curant, etiam alere possunt: & ob id etiam uinum conuenientissimum est citra inflammationem, aut erysipelas, aut abscessum, aut calidam intemperaturam aegrotantibus. Nam & nutrit, & concoquit, & roborat, & putrefactioni resistit, & si intemperies ex humiditate facta sit & frigiditate, eam citra omnem molestiam ac secrete per sanat. Eadem est & mellis facultas praeterquam quod non condēsit substantiam corporum quae contingit, sed per hoc uim extergendi, & aperiendi, ac puros reddēdi meatus, & urinam eiendi, non parua sane auxilia possidet. Porro admixtum est a compositore pharmaci bdellium, sufficienter emolliens & concoquens, uelut didicimus, ampliusque moderate disiccans. Confusilem ferme uim terebinthina resina habet, supra hoc quod angustos meatus extergit & expurgat, quibus auxiliis

Al. j. l. i. c. c.

Al. j.

\* Al. drachm.

A. l. i. c. i. j. D

A. l. j. l. i. c. c. i. j. c. j. C.

**A** auxiliis uiscus curandum opus habet, quo oculos uenarum in ipso commissura laxae & ab obturatione liberae permaneant. Didicimus namque quomodo obturatio efficiat putrefactiones. Aliqui tamen huiusmodi confectionum compositores, quemadmodum etiam prius in stomachicis dictum est, opium, aut hyosciamum, aut quippiam aliud ex refrigerantibus miscendo, ad calidas intemperies uel pharmacum effecerunt. Et ob id etiam Philonis Antidotus mirifice semel tantum exhibita hepaticam intemperiem sanauit, id quod & compositor eius testatum reliquit. Verum ex pharmacis hepaticis ab Andromacho conscriptis nullum est huiusmodi. Et sane uehementer refrigerans uillum esse debet, sed quia tum ab alijs, tum ab Aesclepiade sunt scripta. Nunc igitur hepaticas antidotos consequenter ab Andromacho proditas subscribam, modo memoria nos teneamus nullam ipsarum calidas intemperaturis conuenire, sed aut humidis, aut frigidis, aut ex utrisque compositis, aut certe humidis quidem fortiter, calidis uero moderate. **C**onscribentur autem omnes iuxta ipsius Andromachi dictionem.

*Alia Cyphoides ad hepaticos, ex libris Galii ad ruffes item & refectiones.* Croci 3. j. cinnamomi 3. j. myrrhae 3. j. unani, bdellij 3. iij. aspalathi obol. iij. iunci odorati 3. iij. calami 3. ij. casiae 3. j. nardi indicae 3. j. terebinthinae 3. vj. carnis passae uuarum 3. clx. mellis heminam dimidia, uini chij quod satis est ad macerandam uuam passam, bdelliumque ac myrrham. Resinam uero melle liquefacio, & deinde omnia mista **B**ac trita reponito. *Alia ad Hepaticos & Ictericos.* Amygdalarum amararum 3. vj. anisi 3. j. absinthij, cummi, seminis apij, singulorum 3. j. cornu cerni obol. iij. trita cum aqua in pastillos triobolares redigito, ex eisque unum mane ac uespere cum uino mulso dato. *Nectarea Antidotus ad hepaticos, & arquo laborantes.* Helenij sesquidrachmam, crocomagmatis lib. ij. aristolochiae unc. j. petroselinij unc. j. piperis nigri unc. dimidiam, myrrhae unc. j. mel quod satis est. *Antidotus hepatica Aithiopia appellata, facit & ad nephriticos & ictericos multum mouet sudorem.* Croci 3. ij. cinnamomi drach. j. nardi drach. ij. casiae, myrrhae, uinci odorati, singulorum 3. j. melle attico excipe. Datur fabae graecae magnitudine, febricitantibus ex aqua mulsa. *Hepatica admiranda, qua Pharnaces herbarum egrotus usus est.* Croci 3. ij. mei, asari, plu pontici, dauci, petroselinij, myrrhae, singulorum 3. iij. nardi indicae & celticae utriusque 3. vj. costi, casiae, iunci odorati, singulorum obol. iij. carpobalsami 3. iij. & dimidiam, rubiae 3. viij. succi radice dulcis 3. iij. hemionitidis herbae 3. iij. polij 3. iij. succi balsami 3. vi. confectionis hedychoi 3. v. mellis quod satis est. Vere ad omnia uicia efficax est, uicis ponticae magnitudine, cum uino mulso. *Antidotus Hepatica a Neuro laudata.* Radicis panacis, rubiae, eryngij, eupatorij, helenij radice, polij, costi, aristolochiae, piperis, scolopendrij herbae, seminis cucumeris, chamapityos, radice gentiana, misti siue rubrae sinopidis, fellis ursini, spicae nardi, baccarum iuiperi, seminis brassicae, seminis cruceae, singulorum par pondus, melle attico cocto excipe ac utere. *Antidotus Hepatica Dioscori.* Cinnamomi, casiae, utriusque 3. iij. croci, nardi, costi, seminis balsami, hyperici, glycyrrhizae, singulorum 3. viij. Excipe melle attico, ac exhibe nucis ponticae magnitudine. *Alia ad Hepaticos, & reliquos internos affectus, ut Aristoteles.* Piperis grana. xl. myrrhae 3. viij. croci, costi, mei, aconij, nardi, dauci seminis, petroselinij, scordij, singulorum 3. iij. cinnamomi 3. xij. casiae 3. xij. mellis quod sufficit. Datur nucis ponticae magnitudine. *Potio ad hepaticos, Ictericos, nephriticos, hydropicos, auxiliatur & stomachicis, & uolestis ex partibus & conuulsis. Prodest conualescentibus & se resicentibus ex infirmitate. Facit ad uisibiles humores, ictericos, & tussis, ac pleuriticos. Est etiam antidotus ad letalia pharmaca, & ad ferarum plagas.* Nardi indicae 3. iij. costi 3. ij. casiae 3. j. croci 3. j. piperis albi obol. v. alij. 3. ij. seminis apij 3. j. obol. iij. iridis illyrica tantundem, aconij 3. j. obol. j. opobalsami 3. j. succi ari masculi 3. iij. uuae pallae exacinae 3. vj. terito cum passo, aut melle excipito, & 3. j. cum uino diluto dato, aut cum aqua mulsa cyathis iij. aut ut conueniens fuerit. Haec quidem sunt Hepaticae confectiones ab Andromacho proditae. Transibo autem iam inde ad eas quas Aesclepiades tradidit in tertio interiorum, quae Mnasoni inscribit.

Confectiones Hepaticae ab Aesclepiade conscriptae.

Cap. 8.

**P**rimam equidem confectionem Aesclepiades Antonij Muse esse dicit, hoc modo compositam. Succu cichorii cyathum unum cum aqua calida cyathis iij. dato, mellis atrici cochleario addito. Aut silicis uel anethi succu cyathum unum cum aqua mulsa cyathis iij. dato. Aut picridis recentis, aut seridis recentis succu cyathum unum, cum aqua mulsa calida cyathis iij. Haec prima est descriptio trium pharmacorum in Aesclepiade libro. Cichoria itaque & seris cibarij generis existunt. Apud nos haec rurales ambo haec edunt & cruda & cocta. Utitur eis etiam Erasistratus abunde in affectionum circa aluum cura. Facultas horum olerum subfrigida est & subamara ac moderate adstringens, & propter has qualitates, optima pharmaca calidas intemperaturis ipsius hepatis existunt. Ultra hoc enim quod moderate refrigerant, amplius & robur uisceri addunt per adstringentiam facultatem. Insuperque commissuras oculos uenarum in sima uisceris parte ad eas quae in gibba sunt, extergent. Neque uero frigiditas intemperies magnopere laedunt, quemadmodum quae frigidam humiditatem absque restrictione aut amaritudine possident, facere solent. Iuuare et uiscus taliu oleru substantia potest. Et si circa ferrosorum aut alioru humoru uitiatione intemperies fiat per se, & cum humiditatis cuiuscunque complexu ex miscura. n. mellis, humiditate per uinum educit. Quapropter et si siccata uisa quis potioni inspergat, iudem iuuant. Quin & decoctorum decoctum potatum multum comodi affert. Si uero non calida aliqua intemperies infestet, aut si obturatio quaedam sit circa uiscus, una

QUINTA CLASSIS.

Hh 2 gnopere



gnopere auxiliantur ex uino albo tenui potata cum his quæ urinam ciunt. Vtilis autem non solum sic E  
cus iporum est tum recens, tum exiccatus, sed & ipsa olea exiccata misque ac trita potui in presu, &  
eorum decoctum in potu acceptum auxiliantur. Ceterum ad visceris expurgationem & meatu aper  
tionem, citra manifestam calfactionem aut refrigerationem, optimum pharmacum siliu est, prædomi  
nantem habes amarum qualitatem. Anethum uero nihil forte habet ad huiusmodi affectiones, sed ino  
dice refrigerat ac condensat visceris curatiuum existit. Ar uero catapotium ex chamæpity, cuius ite  
dem meminit, eiusdem cum prædictis facultatis est. Amarum enim & hoc pharmacum est. Nihil igitur  
mirum est, ipsam chamæpityn tum per se, tum cum cichorio potatam, hepaticas intemperaturas inua  
re. Quemadmodum Asclepiades scripsit in hæc uerba. *Catapotium hepaticis.* Radicis chamæpityos  
3. viij. radicis cichorii 3. iij. conunde & excipe melle cocto, ac præbe nucis ponticæ magnitudinem, &  
aquæ calidæ cyathos tres insuper bibendos. Hæc Asclepiades scripsit. Iuuat autem prædicta herbæ he  
paticos, non solum radicibus ipsarum acceptis & præparatis, uelut Asclepiades prædidit, sed & succo,  
& decocto, & arida coma una cum semine rusa ac trita, assumptis. Quin & Sphendamni, id est, aceris ra  
dix tusa & trita, nam & huius meminit, eiusdem est cum prædictis facultatis. Exhibet autem ex ea 3. j.  
cum uini mulsi diluti cyathis tribus. Insuper & ex nardo celtica pharmacum, cuius item meminit, his  
consimile est. Scripsit autem ipsum sic: Nardi celticæ partes tres, absinthij partem unam, tusa & cribra  
ta melle cocto excipito, & mystrum delingendum dato. Et quod post hoc scriptum est, consimile ipsi  
existens in reliquis, plus habet de ut expurgandi ipsum uiscus per urinas. Scripsit autem sic Asclepia  
des de ipso. *Pastillus hepaticus amarus.* Anisi, seminis apij, asari, amygdalarum amararum mandataru,  
absinthij, singulorum 3. iij. præpara cum aqua & reduce in pastillos, ac exhibe 3. j. cum uini diluti cyathis  
iij. febrientibus cum aqua multa. Hoc pharmacum leniter quoddammodo est calidum propter urina  
cientium misturam. Reliqua uero omnia superiora, aut prædominantem habent frigiditatem, aut om  
nino neque hanc, neque caliditatem. Verum uim extergendi, & uias digestionis ab obturatione  
uindicandi omnia habent. Alia insuper medicamenta ab Asclepiade scripta sunt, partim extergen  
di ac aperienti & secandi uim habentia, partim uero calidiora paululum quam sunt media: media au  
tem dico quæ neque calfaciunt, neque refrigerant manifeste. Vnum uero inter ipsa calfactorium est  
ubi ait: Costi triti cochlearium præbe cum aquæ mulse calidæ cyath. iij. Reliqua uero, quæ prope ad  
medium temperamentum accedentia, ad caliditatem uergunt, hæc sunt. Helenij 3. xij. crocomagnatis  
3. viij. excipe cichorii succo, & fac catapotia, eaque pro uribus exhibe, datur ad summum drachma ex  
uini mulsi diluti calidi cyathis tribus. Hoc pharmacum poterat & absque helenio calidis intemperat  
ris conuenire. Quoniam autem helenium extergentibus admistum est, ad caliditatem uergit, nisi quis  
omnino modicum de eo cum multa frigida permisceat. Quin & id quod ex scenicilo constat calfacto  
rium est, sic habens. Foeniculi 3. j. petroselinii 3. ij. anisi, amygdalarum amararum, absinthij, singulorum  
3. j. croci, myrrhæ, utriusque obol. iij. excipe aqua, ac redige in pastillos, & dato 3. j. ut supra prædictum  
est. Etenim hoc loco foeniculum quidem & petroselinium multum calfaciunt, reliqua uero moderate.  
Amygdalæ uero attenuantia sunt facultatis, & præsertim si fuerint amaræ. Medium autem quodam  
modo inter calfacientia & refrigerantia est hoc pharmacum, quod Asclepiades scripsit hoc modo.  
*Eclegma hepaticum Paulini, auxiliatur confestim.* Chamæpityos sicæ lib. j. myrrhæ unc. j. passi protropi sex  
ta. iij. Chamæpityn & uinum dulce coquito, & ubi superfuerit tertia pars, liquorem exprimito, eique  
mellis artici libram dimidiam adijcero, ac rursus coquito. Postea uero myrrham addito assidue agitâdo  
atque ubi dissoluta fuerit, ab igne ablata reponito, & ante cibum mystrum exhibeto. Scripsit & ex co  
chleis pharmacum hepaticum Asclepiades huiusmodi. Cochlearium trium eamem ualde probe terito,  
& affatus uini nigri cyathis tribus calfacito, ac bibendum dato. Videntur autem hæc iuxta totam sub  
stantiam efficacia esse, non secundum unam aut alteram qualitatem. Quale est & lupinum hepar, cuius  
abunde experimentum habemus. Vnus autem ipsius consimilis cochleis est: teritur enim exacte hepar  
lupinum, & datur 3. j. cum uino aliquo dulci, qualia sunt theracum, creticum, & scybelite, ac dulce pro  
tropum. Benigna enim hæc sunt uisceri, ipsum nutrire potentia, & media iuxta calidi & frigidi op  
positionem, & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conuenire uidentur, ut quæ ex substantiæ  
propriate commoditatem de se exhibent, & neque calidas, neque frigidas intemperies lædant. At  
qui in febricitantibus manifesta febris, aut nõ obscure, uelut solet aliquibus hepaticis accidere, melius  
est ex aqua calida pharmacum præbere, aut ex aliquo prædictorum succorum, uelut est feridis succus.  
Ad induratas hepatis affectiones. Et ad has Asclepiades, quatuor pharmaca his uerbis scripsit.  
*Confessio ciens urinam facit ad induratas hepatis affectiones, ad splenitos, & agere se a morbo recolligentes, ad hydropicos,  
& in uniuersum bonum colorem induci.* Croci, nardi, casie, singulorum 3. ij. costi, floris iunci odorati,  
cinnamomi, myrrhæ fractæ, singulorum 3. j. mellis cocti 3. xxv. Datur sabæ Aegyptiæ magnitudine  
cum uini mulsi cyathis iij. Alia, quæ usus est Pasticæ, urinam multam ducit. Seminis dauci sesquidrach  
mam, radicis rhu ponticæ, floris iunci odorati, seminis balsami, cedriam, anisi, nardi indicæ, cro  
ci, cinnamomi, casie, phu, asari, petroselinii, chamæpityos, singulorum 3. j. & dimidiam, nienta sic  
cæ obol. iij. nucleorum pinearum nucum repurgatorum numero. l. Excipe melle cocto, & dato nucis  
ponticæ magnitudinem cum uini mulsi diluti cyathis. iij. Alia antidotum ex felle ursino, pharmacum ac  
commodatum ad induratas hepatis affectiones. Chamæpityos, marrubij, seminis petroselinii, gentia  
næ,

A. l. 3. f. 14. c. 6. d. e

A. l. 3. f. 14. c. 20. b

Aloxyne  
sic.

A. l. 3. f. 4. c. 3. c. 18. b

Anæ, seminis viticis, fellis ursi, sinapis, seminis cucumeris, scolopédrij, panacis, rubricæ Lemniæ, rubiæ, se  
minis brassicæ, aristolochiæ, piperis, nardi indicæ, costi, seminis apij, seminis erucæ, eryngij, polij, echij,  
eupatorij, baccharum iuniperi, singulorum 3. vnam, tusa & cribrata melle excipe. Datur nucis auellanae  
magnitudo in uini mulsi cyathis duobus. *Alia accommodata, facit & ad alias inuenas affectiones citra tussim.*  
Radicis gentianæ, chamæpityos, marrubij, seminis petroselinii, fellis ursi, sinapis, seminis cucumeris,  
scolopendrij, panacis, rubricæ sinopicae, rubiæ, seminis brassicæ, aristolochiæ longæ, piperis albi, spicæ  
nardi, costi, seminis erucæ, eryngij, baccharum iuniperi, seminis fraxini, chamædryos, dictamni cretici,  
seminis celti, seminis dauci, singulorum vnciam vnâ, mellis artici quod satis est. Datur nucis ponticæ  
magnitudo, liquor sit passu cretici cyathi duo. Hoc pharmacum usu & experimento approbatum est.  
In alio exemplari etiam pelocini tantundem habetur. Citra prædicta quatuor pharmaca recte fecit  
Asclepiades q̄ non simpliciter adscripsit, uelut in aliis, q̄ ad hepaticos ipsis sit uendum, sed cum apposi  
tione, ad induratas uidelicet affectiones. Humidæ etenim visceris affectiones exolutum & imbecille  
ipsum facere solent, uelut sunt articuli laxati: siue aut cum frigiditate, siue cum caliditate, siue sine his  
laxitas ipsius sola constiterit, penitus adstringentibus pharmacis opus habent: uerum hoc aut cum cal  
facientium mistura, si frigida qualitas prædominetur, aut cum refrigeratiuum, si calida. Quæ uero ob fri  
gidis & crassos ac viscosos humores in solidis corporibus imbibitos indurantur, ex necessitate frigidâ  
habent affectionem. Quare & calfacientibus, simulq; tenuium partium pharmacis opus habet. Hæc. n.  
sufficiunt sunt, & ad viscositatem humorum induratis partibus infartorum extergendam, & ad secan  
dam crassitudinem, & discutiendos ita extenuatos. Verum in quinto de simplicium pharmacorum fa  
cultate, ubi de euinodi affectionibus sermo mihi habitus est, emollientium medicamentorum misturâ  
laudauimus, nimirum ut præparantem indurata corpora, & prædictis pharmacis idonea facientem: citra ue  
ro præemolliationem diffunduntur quodammodo ea ipsa corpora, & euelligio manifestam immiuationem  
habent sed in immedicabiles reliquias terminatur res ubi fuerint superreficcata. Hæc eadem & in. xiiij.  
methodi curatoria nobis fuit dicta. Igitur & circa hepar coniectare oportet emollientium misturam.  
Nam cum compagis humectæ sit hepatis corpus, ualde moderatis opus habet emollientibus: prædo  
minatur itaq; in ipso præter aliarum partium induratarum morem, calfacientium & attenuantium mi  
stura. Merito itaq; ex præscriptis quatuor pharmacis Asclepiades postremum maxime laudat, ut quod  
multam de se experientiam præbuit: ex aromatis enim componitur attenuare ac discutere ualentibus,  
aliaq; pharmaca adsumpsit, acia secantiaq; ac diffusoria: mitigatoria autem his admista sunt, cucum  
eris semen ac iuniperi bacca. Deinde uero mel & eryngium uelut uinam, cientia his addita sunt, quo  
Ceteris uisceris affectionis per urinas deductio fiat.

Que Archigenes ad Hepaticos in secundo pharmacorum secundum genus scripsit.

Cap. 9.

IN hepaticis conueniente progressu ductu p̄ alimenta, uñctiones, communia cataplasmata, uenæ se  
ctionem, cucurbitas, sinapismos, dropaces, & consimilem dietam, amplius conscribendis cõpositis  
potionibus & malagmatis optime ipsis conuenientibus uraris. Et potionibus quidem his. Senecionis  
decoctum ut ualde comodum exhibeto. Nascitur autem huius caulis maxime in regulis. Aut uingueti  
nardini cochlearia quatuor quotidie bibenda dato, & maxime in induratis. Aut aristolochiæ obol. iij.  
propinato febrientibus ex aqua, febre carentibus ex uino: ualde benefacit. Aut tritolum acidum in  
aqua eoquito ad tertias, & p̄ triduum bibendum dato p̄ uice cyathum unum. Aut sel urinum in uase  
leniter feruefacito, & in sole reficcato, atq; ex eo hepaticis cochlearium unum dato. Aut radicis rubi  
corticis minam unam, cum aquæ congio uino, in nouo uasculo ad residuum quartæ partis coquito, & ad  
succum p̄ noctem sub dio expositum mellis cyathos. vi. admisceto, & ieiunis ad triduum bibendum da  
to. Aut pleudobunij obolum unum dato cum melle ieiunis. Aut dauci & foeniculi radicis dimidiu,  
cum aceto multo ad tertias coquito, & ieiunis cyathum unu exhibeto. Aut glycyrrhizæ succi obolu  
unum aut duos ieiunis dato, & alium subducit, & urinam mouet. In magna duritia, abrotoni succum q̄  
D crassissimum præbe bibendum. Aut acori obolum unum, panacis tantundem cum aqua p̄pinato. Aut  
spicæ nardi decoctum assidue exhibeto. *De cataplasmatibus.* Cataplasma porrò Hepaticum sit, malis  
cotoneis cum farina hordeacea & foenograce coctis. Aut semine lini trito cum melle subacto. Aut  
aut ipso lini semine in passo cocto. Aut semine lini trito cum melle subacto. Aut capparidis radice in ace  
to multo cocta. Aut farina hordeacea cum sicibus. Aut oleæ radice in uino cocta. Aut myrobalano  
tusa cum uino. Aut cerato ex phoenicobalanis facto. Summe. u. ad hepatis inflammationes facit, ma  
xime in quibus etiam stomachus affectus est, & costa distenta sunt. Aut palmulam reiecto interno nu  
cleo diligenter tundito, & cum aequali parte cerati rosacei in mortario probe uinito rosaceum adstillan  
do, atq; ita imposito. Aut myrrham aminæ uino macerato, & palmulis admisceto, & linteo infarto  
imposito. Ceterum malagmata quibus quis uti possit in inflammatione hepatis citra manifestam cau  
sam, post irrigationes & cataplasmata, iam ante scripta sunt in sermone de oris ventris inflammatione,  
nimirum communia illi & hepatis existentia, in quibus sunt etiam quæ ex mellifero præparantur, & po  
lyarchium. Verum etiam nunc apponentur quedam ex ipso Andromacho. *Malagma Andromachi ad  
hepaticos.* Ammoniaci Thymiamatis, drach. cxliij. alij drach. centum habent, bdellij, 3. xxiiij. alij cẽ  
tum, aceti hemina quartam partem, cyprini heminam unam, ego uero hemina dimidium. *Malagma  
Apollonaphis.* Ceræ, 3. lxxx. [bdellij, 3. lxxx.] ammoniaci thynnamatis, 3. lxxx. cerebinthinae, 3. xl. mā  
næ thuris, 3. xl. cum irino conrundito.

**A**ffecta si quis per stomachum præcordia, Et per iecur, intestina per, dein per colum, Per ventriculum, aut vilcus aliud sic propriè Dictum, voler inquam læsa quis præcordia Malagmate integere bono & percommodo, Primum paratum habebit hoc longe antea. Recens enim, est ægris mirus firmum ac valens. Cera capit quod ponticæ libras duas, Ammoniaci thymiamatis solam libram, Terebinthinæ frictæ pariter solam libram, Vsq; resinæ picæ simul libram, Et post trientem cardamomi seminis, Aridæ cyperi, tantundem, item myrrhæ bonæ, Pondusq; par vni horum iridis mox candidæ, Sextantem & inde celticæ spicæ integræ, His vnciam vnam & dimidiam croci boni, Et sex meliori, item duas, bessèmi puro. Verum meliorum præstiterit hic atticum. Recentis & cyprini libras olei duas. Oleum cyprinum tu cum reliquis liquoribus Et decoq; lenta flammula, & deradito. Dein tula, cubrata & reliqua, vino bono Rigata per noctem integram & totam diem, Vinum omne donec combibant, seponito. Vnctisq; post cyprino manibus hæc pharmaca Mortario amplo vni, & simul committito, Mollisq; pelle testæ simul reponito.

*Aliud malagma eiusdem.*

Aliud valens ætas itidem si accesserit. Verum hoc magis affectus vitiantes mox habitū. Quicunq; non cum statibus, feruentibus Et phlegmonis lædunt diutioribus, Et viscera irritant grauib; doloribus, Inuat: solubiles male & iam duritias Solut, soluta mole earum celeriter. Paratur hoc modo, vt bonæ terebinthinæ Libram mediam, tantumq; ceræ ponticæ, Foeniq; gracæ vnam capias puri libram, Et de nigro, & de panace vnicam libram, Rursus anisi seminis vnicam libram, Pinguedinis puræ vituli simul libram, Pondusq; par contrusæ & albidæ iridis, Parum de aceto, tres cyathos sine dimidio, Mellis duas libras recentis atticæ, Ammoniaci thymiamatis solam libram Quidam addidere, verum alij libras duas. Sic tula, cribro excussaq; tenuissimo, Cataplasmatris modo, sed & mel addito Nec omne acetum, coquito, vbi molle fuerit Addas calenti exiguum aceti stillulam, Cera liquata insilior, & pinguedim, Terebinthinæq; coctaq; egregie simul Omnia manibus exactius committito, Et vasculo maiore derasa excipito, Vltimus haud mox, inualidum est factum recens.

*Aliud Damocratis malagma.*

Odorum & hoc, tollensq; mox vitia hepatis, Affectiones renibus, colo & graues, Stomachio simul & vluæ diutiusculas.

Idemq; iam corrupto habitu superdatur, Morboq; longo pallidis, hydropicis, Et qui minus coquunt cibum, & fastidiunt. Habet hoc amomi Scythici, xylobalsami, Et cardamomi, bdelliq; lucidi, Aridæ Cyperi, thuris boni, omnium parem Modum libram: post castæ daphnitidis, Myrrhæ bonæ, pariter croci, de singulis Libræ trientem, aut amplius quid paululum. Nardi bonæ post Syriacæ vncias duas, Terebinthinæ puræ bonæ libras duas, Albæq; ceræ perpolitæ vnam libram, Recentis vnguenti cyprini libram vnicam, Vini falerni hinc optimi sextarium. Contusa alia cribro tenui concernito, Thus, bdellium in mortarium coniteito. Myrrham bonam, simul crocumq; his addito, Fractisq; pauco cyprinum vino indito. Dein tundito, mellisq; crassitudinem Formato, & his aromata mox trita addito. Et quod superest vinum addito, committito Totam diem noctem simul quo combibant. Terebinthinam vero, cyprinum, ceram & simul Igni liquata lentulo his affundito. Vnctisq; post manibus per vnguen quodpiam, Subacta sic committito, & reponito. Nec mox parato vri velis tu pharmaco, Sed tempore interiecto. Et vt cerorum Sit mollius, quandoq; derasum diu Misceto, solo rariis sed vitior.

*Aliud Damocratis malagma.*

Aliud malagma ad iam relatas commodum Affectiones, si fuerint diutinae. Confert lienosis vel omnium optimè, Si pallent, febrilaborent ac grauitur, Aquamq; habeant præcordia his si pauculam: Multam nequeunt curare enim malagmata. Ficus cape pingues siccois, sed nouas, Et semine ciccato, simul umbiliculo, Appende drachmas quinquies tres, ac decem, Albæq; ceræ ponticæ parem modum, Myrobalani pinguis libram post integram, Nitri marini sed libram modo dimidiam, Aluminis scissi duas supra & decem Drachmas, superq; dimidiam, triobolon. Et mox onychis, quod sic vocatur, bdellij Adde parem tu aluminis dictum modum, Nitro parem florem lapidis, sed Agi, Ammoniaci tantumq; thymiamatis: Et seminis post silicula, & nasturtij, Et cardamomi, quam optimiq; origani, De singulis sextarij quartam modo. Vniq; post, irini vnguinis, quod sufficit. Paratur ad tandem malagma in hunc modum. Vno rigatum suauè olenti bdellium Mortario emollito, & hinc additio Ficus, simul rursusq; rite tundito, Quo trita vini stillulis fiant probe, Mistura mox addatur inde inspersilis.

At post


**A**r post rigatam feruida ceram ex aqua, Mollem manibus factamque saram adjicito. Et tula mox ligni radio compingito, Gutris & unguinis frequens madefacito. Vfus malagmatum omnium, quæ uentriculo Induntur, & stomacho, simul interaneis, Est tempus, in quo qui cibus congestus est, Non amplius residet, sed aluum iam subijc.

**G A L E N I D E C O M P O S I T I O N E**  
MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVDVM  
LOCOS, LIBER NONVS.  
ARGVMENTVM LIBRI.

**B** Reliqua affecti hepatis medicamenta, lienis item intestinorum, sedis, pudendorum, ac uteri explicantur.

*De ictericis.*

Cap. 1.



**I**nter quidem Ictericis ratione bonæ iudicationis in febris, prouente nimirum ad cutem bilioso humore, & facile sane hi curantur balneis aquarum potabilium, & olei diffusorij affricu, omniumque rarefacientium cutem. Quale est anethinum oleum, & chamamelinum, ac cicinum. Post hæc etiam unguera faciunt, gleucinum, crocinum, deinde irinum & amaracinum. Verum alias confectiones priuatim Ictericas appellatas suis autoribus, ne putes ad huiusmodi ictericos conuenire, (neque enim hoc illi ipsi de his prodiderunt,) sed ad eos ictericos qui ob uasorum circa hepar obrurationem fiunt. Immo etiam eos qui ex inflammatione icterici fiunt. Itaque qui icterum seu regium morbum ex obruratione incurrunt, sine febre permanent. Qui uero ex inflammatione, omnino febricitant. Quicunque igitur in pharmacis ictericis adscriperunt, in quibus ea ipsa cõuenire dicant, hi recte fecerunt. Qui uero indiscriminatim & simpliciter protulerunt, non parum peccauerunt. Etenim quæ multum medicamentaria sunt, itidemque facultate calida, magnopere febricitantes lædunt. Talia sunt gentiana, struthion, helenium, costus, aristolochia, polion, centaurea. Conueniunt autem ictericis ex inflammato hepate, quæcunque inflammationes lauant. Quemadmodum etiam his qui ex obruratione omnia quæcunque strenue extergunt, etiam medicamentariam substantiam habeant, & calidæ sint facultatis. Si uero coincident simul obruratio & inflammatio, laxantibus simulq; extergentibus opus erit. Fugienda autem quæcunque medicamentaria substantiæ, & calidæ facultatis existunt. Cum igitur & pleriq; ante me Ictericæ pharmaca indiscriminatim conscriperint, ego propria discrimina singulis ipsorum adijciam, quo sciatis quibus nam in febris citra periculum uti queatis, & quibus maius ex aceruatione febris & inflammationis detrimentum subsequatur, quam ex abstensione emolumentum resulter.

*De pharmacis Ictericis ab Andromacho scriptis.*

**A**ndromachus quatuor pharmaca ad Ictericos indiscriminatim tradidit, minime quidem periculosi usus i his qui non febricitant, uerum non securi in febricitantibus, & maxime si cum uino aut uino mulso ea quis exhibeat, quæ admodum aliquando damus in febris moderatis, & uisceris obruratione. Quare ex aceto mulso non ualde acido securius est tunc ppinare. Sunt autem huiusmodi quatuor pharmaca iuxta illius ipsius distinctionem subscripta. *Ad ictericos.* In colocynthidis calicem uinum fundito, calcacito, ac bibendum dato, subducit aluum. Idem & thus facit. *Aliud ad ictericos.* Adianti obol. iij. nardi obol. ij. abinthij drach. j. myrrhæ obol. ij. Excipe passu, ac dato nucis auellanae magnitudine ex aquæ cyathis. ij. *Aliud ad ictericos, quatuor.* Struthion cum croco coloratum nucis ponticæ magnitudine ex aqua aut aqua mulsa dato. Datur & Anchusa cochlearij mensura. *Aliud ad ictericos, ut Apollonius.* Erui drach. xxiiij. cornu cerui ulsi 3. viij. thuris. 3. iiij. nardi celticæ 3. \* duas, nardi syriacæ. 3. j. piperis se (quid) drachmâ, floris iunci odorati. 3. j. myrrhæ obol. ij. cossi obol. ij. castæ obol. j. cinnamomi obolum. j. Vere sicco cum uini mulsi cyathis tribus.

*De pharmacis Ictericis ab Asclepiade scriptis, in tertio interorum.*

Ex his quæ antea dixi cognobile fiet, etiam si citra discrimen pharmaca prodantur, quæ fugienda sunt febricitantibus. Consueuit autem Asclepiades aliquando distinguere apponendo, febricitantibus hoc modo exhibere oportere medicamentum, non febricitantibus hoc modo, ubi uero omnino nihil apponit, his in non febricitantibus magis est utendum, quemadmodum sane etiam, quando ex uino solo, aut uino mulso usum fieri debere censemus. Talia enim non febricitantibus conueniunt. Verum scripta ab ipso pharmaca hæc sunt. *Potio ad ictericos.* Cichorij succi cyath. vj. febricitantibus per se dato, non febricitantibus

QUINTA CLASSIS.

Hl 4 autem

autem cum uini cyath. iij. Aliud, Solani succi cyath. j. uini mulsi diluti dimidium. Aliud inspersile. E Anchiuse tenuissima trita cochlearia. ij. cum aqua potabili exhibe. Aliud, Sturthij cochleariū j. dato cum mulsi diluti cyathis iij. Aliud Nicerati cims urinam. Cicerum siccorum sextarium. j. ofina rini manipulum, aqua sextar. vj. feniculi manipulum, asparagorum palustrium radicum manipulu, præ parato ac dato, ut dictum est, coctum ac excolatum liquorem febrientibus simpliciter & assidue bibendum, non febrientibus cum uino diluto. Aliud, Cicerum sextarium. j. adianti manipulum, aqua sextar. vj. asparagorum palustrium radicum manipulum, præparato & exhibeto, uelut dictum est. *Pastillus ad febrentes, facit & ad hepaticos.* Amygdalarum amararum mundatarum. 3. iij. anisi, absinthij, utriusque 3. unam Indicæ, asari, uerulque. 3. j. rufa & cribrata aqua subigito, ac formatis pastillis 3. j. cum uini mulsi cyathis. iij. non febrientibus dato. Aliud, quo usus est Charaxenes. Alari, absinthij, utriusque. 3. vij. feminis anisi, feniculi, apij, amygdalarum amararum repurgatarum, singulorum 3. iij. Aqua subige ac forma pastillos, & exhibe ut dictum est. Nicerati erithinum medicamentum, quod naribus attractum morbum regium expurgat, quando reliquum corpus iuxta naturam habuerit, oculi uero pallidi permanerint. Aceti acerrimi cochlearium unum in balneo naribus attractendum exhibe, detrahit multæ bilis fluxionem. Eiusdem aliud, Nasturtij uiridis folia tenera, aut rosmarini uiridis folia tenera rima terito, & expresso inde liquore, ut prædictum est uitore. Aliud eiusdem, Elaterium cum lacte mulsi liebri tritum naribus infundito, & attrahere iubeto. [Aliud, Cyclamini succum ex aqua tritum, utere sicuti dictum est.]

*Qua pharmacia Archigenes ad Istericos conscripsit in secundo pharmacorum secundum genus.*

Ad Istericos conuenienti diæta & ductu per frequentes deambulationes, & multam unguentorum frictionem utaris, ampliusque fomentis siccis & subscrispis medicamentis. Aiunt eos qui in febribus morbum regium incidunt, rubi canini fuluo fructu comesto statim probe iuari. Auxiliatur & chelidonia herbe succus cum uino aut aqua mulsa potatus. Aut adianti uel rubiæ radicis obol. iij. cum aqua mulsa exhibe. Aut struthion clemelle delingant. Aut fellis urini cyathum bibendum dato. Aut hyperici 3. j. ex uino mulso propinato, uel aqua mulsa cyatho uno. Aut helixina decoctum ad dies. v. uel vj. cum uino mulso. Aut stercoris canini albi sextantem cum mellis quadrante ad triduum bibendum dato. Aut lichenas in petris nascentes cum aqua mulsa propina. Aut lichenis in tegulis uel lapidibus nascentis. 3. unam, ex neraco propina. Aut nasturtium cum olei cyatho uno bibendum præbeto, radicem uero eius in nares indito. Aut absinthij, cochlearia. iij. anisi cochlearia. iij. exhibeto ex aceto mulso. Aut oxylapathi siue lapathi radicis trita acetabulum dato ex aqua mulsa. si non febricit cum uino aut uino mulso. Aut adianthi & mentæ & rubiæ parem mensuram in aqua feruefacito, & heminam inde bibendam exhibeto diutius ad solem insolato, ac sitienti, & anheloso, quo post acceptum potum exudet. Statim tranmutat colorem. Aut adianthi, & myrrhæ eius dimidium, ieiunio a balneo exhibeto in uini hemina dimidia. Aut leporis coagulatum cum meraco ad dies. v. uel vj. præbeto. Aut scolopendrij. 3. iij. ieiunis ex uino ad dies. v. uel vj. dato. Aut mentæ & rubiæ ac adianti æquas portiones cum aqua cyathis duobus propinato. Aut betæ foliorum crudorum. 3. vj. myrrhæ obol. ij. cum aqua mulsa ieiunis exhibeto, aut præloris ac ieiunis cum uini hemina dimidia dato. Aut adianti 3. j. myrrhæ 3. ij. mêtæ 3. j. in aqua heminis duabus coquito donec medietas supersit, deinde ubi plurimum deambulauerit probe fricato, & spiritu adhuc sublimiore existente bibendam dato, hoc ad biduum facito. Aut cicer eruinum in aqua sub dio per noctem exponito, aquamque bibendam dato, & cicer insu per comedendum mane ac uesper. Inde uero per triduum absinthium ex aqua mulsa bibant. Aut cum cyclamini succo purgatis naribus lauato. Aut herbam Orontium appellatam coquito, & cum decocto lauato, & decoctum confestim uiride reddes. Aut uenam sub lingua fecato. Quod si ad nullum horum auxiliorum malum cedat, expurgatione per scammoniam & exquilita diæta utantur, atque ita ad exercitia progrediantur.

*De splenis affectionibus.*

Cap. 2. H

Quod omnes corporis particule familiarè sibi ipsi ex uenis trahant humorem, in commentarijs de naturalibus facultatibus docti, in istdemque etiã quod uelut facem sanguinis, ex qua atragignitur bilis, hoc uiscus alimentum habet, insituti, & ultra hæc memoria tenetes ea quæ in euraudi methodo de splene sunt dicta, facile assequemini ea quæ nunc referentur. Quorum primum & principalissimum hoc est, quod hoc uiscus a natura celerissime indurari solet, sanguine nimirum in uenis ipsius obdurato, & ob crassitudinē neq; excerni, neq; discuti facile potere. Attenuatibus igitur opus habet pharmacia citra manifestã caliditate, ut ne uehementius in crassetat succus crassus in ipso obduratus. Quo uero actiones ipsius cõseruetur, ex austeris aliquid his admisceatur, quale est etiã adstringentium genus. Didicistis. n. in naturalium facultatũ comentarijs, quod cum omnes particule sine conseruationis gratia habent facultates, tũ familiarium attractoriam, tũ alienorum expulsoariam, itemq; assimilantem sibi ipsi eorũ quæ attraxerint, aliquibus ipsarũ insuper inest, per accidens magnopere iuuare totũ corpus. Ex horũ genere est & lien, qui ex hepate in seipsum uelut fecem sanguinis trahit, quemadmodũ uelica in hepate bilem, & uenes urinã. Si igitur præ imbecillitate cuiusmodi sanguinẽ ad se trahere non pot, uiriosus humor uniuerso corpori affricatur. Ob id itaq; naturalem ipsius firmitatem custodire oportet, quo conueniens sibi alimentum attrahat, per quã actionem uniuerso corpori ad humoũ bonitatem

Aniratem confert, & generata in ipso recrementa in uentrem demittere potest, vna cum ciborum recrementis excernenda. Ea gratia igitur ualde amara medicamenta ipsi offerimus, quædamq; ipsi ex austeris miscemus. Quædam uero ad materiam commodam, ad ceratorum uidelicet & malagmatum præparationem apponimus, quale pharmacum est cera, & resina, & pix, & bitumen, & quæcunq; alia huiusmodi. Iuxta primam autem rationem acetum, & acetum mulsum uisceri commoda sunt, utpote fecare & attenuare crassos humores potentia circa calcificationem. Quemadmodum igitur in alijs particulis ea quæ per cataplasmata, aut liquida pharmacia imposita, aut affusa focu auxiliatur, in alio opere relatã sunt, ita & nunc relictis his quæ inflammato spleni commodant, eorum solum mentionem faciã, quæ indurato uisceri opitulantur, quod ipsum etiam in medicamentarijs libris fecerunt, qui ante me scripserunt, proprie eos splenicos appellantes, qui induratum splenis affectionem habent.

*Pharmacia potabilia ab Andromacho ad splenicos conscripta.*

Potio ad splenicos Antipatri, ut Nilus. Carnis myrobalani drach. iij. hemionitidis herbæ, quam quidam asplenum, quidam scolopendram dicunt drach. vj. corticis radicis cappar. drach. iij. costi drach. iij. chamædryos drach. vj. polij drach. iij. radicis coryledonis drach. ij. corymborum hederæ nigre grana. xxv. ammoniaci thymiamatis drach. iij. feminis hyperici drach. ij. galbani drach. ij. feminis perilymeni drach. i. aut radicis drach. ij. nasturtij nigri sesquidrachmam, succi fructus scyllæ. 3. xvi. Dantur oboli duo in aceto mulso. Aliud splenicis potabile. Glandis unguentariæ drach. iij. hederæ albæ grana. xxiiij. costi drach. \* duas, feminis perilymeni. 3. ij. hyperici. 3. i. alij drach. iij. galbani. 3. i. obol. ij. nasturtij drach. iij. Excipe succo seillæ cocto. Dato fabam græcam in aceto mulso. Aliud, Carnis myrobalani drach. iij. hyperici drach. vj. feminis perilymeni drach. vi. radicis dauci drach. vi. rubiæ. acori, phu pontici, croci, singulorum drach. vi. iunci odorati drach. iij. mei drach. vi. nasturtij, chamæpityos, radicis cappar. singulorũ drach. \* sex, polij drach. vi. alij drach. iij. ammoniaci thymiamatis drach. iij. cum aceto mulso pastillos duorum obolorum ponderis formato, & uñ in aceto mulso dato. Facit & ad hepaticos, & hydropticos. Aliud, facit ad splenicos. Trixaginis drach. iij. polij drach. v. chamæpityos drach. iij. rubiæ drach. v. ammoniaci thymiamatis drach. iij. artemisiæ drach. iij. myrobalani drach. iij. corticis radicis cappar. drach. iij. aristolochiæ drach. vi. tragacanthæ drach. ii. cum aqua in pastillos triobolares redigito, ac dato ex aceto mulso. Aliud stomacho commodum. Ptere etiam ad omnem afflictionem splenis, facit & ad conuulsa, inflata, & ritia muliebrã. Mirrhæ drach. \* quatuor, nardi Indicæ drach. iij. corticis radicis cappar. drach. iij. costi drach. v. radicis panacis. 3. iij. radicis peucedani. 3. iij. dictani. 3. iij. polij. 3. \* duas, corticis radicis perilymeni. 3. iij. rubiæ. 3. iij. & dimidia, ammoniaci thymiamatis. 3. iij. & dimidia, in aceto mulso. Aliud splenicis, orthopnoeis. Struthij, scyllæ affata, panacis, radicis cappar. singulorum. 3. v. coccomagmatis. 3. ii. & dimidia, excipe aceto & præbe in aceto scyllitico. Aliud, Struthij, corticis radicis cappar. trixaginis, panacis, singulorum. 3. x. fructus myricæ. 3. iij. Excipe aceto scyllitico, & 3. i. ex aceto scyllitico exhibeto.

*Pharmacia potabilia ab Asclepiade ad splenem conscripta.*

Cynoglossi manipulum cum uini cyathis. iij. terito, & expressum liquorem ante cibum bibendum dato, facit & succus per se. Colligere autem oportet herbam sinistra manu ante solis exortum. Aliud, Trixaginis manipulum cum uini sextario uno coquito, & expressum liquorem reponito, atque ex eo cyathos. ii. ante cibum dato. *Pharmacum inspersile splenicis.* Myricæ fructum tulum & cribratum reponito. Vñ uero tempore cochlearia. ii. cum aceti mulsi diluti cyathis. iij. dato. Aut herbam pelargitum appellatã tulam ac cribratam dato ut prædictum est. Aliud, Asini aut equi syluestrium lienum siccatum tandito ac reponito, & cochlearia. ii. cum uini diluti cyathis. iij. exhibeto. *Catapotium splenicis.* Corymborum hederæ albæ grana \* tria deuoranda præbe, & aceti mulsi cyathos. iij. insuper bibendos. *Catapotium Androæ, pæonium distum.* Myricæ fructum tulum & cribratum galbano excipe, & in catapotia redige, eaq; pro uiribus exhibe. *Pastillus splenicus, tumorem eliquat.* Fructus ericæ. 3. iij. piperis albi, nardi syciacæ, ammoniaci thymiamatis, singulorum. 3. ii. Arida tunduntur & cribrantur, ammoniacum aceto scyllitico dissoluitur, & aridis additum in pastillos cogitur. Fiant autem pastilli drachone pondere, darurq; 3. i. ex aceti mulsi cyathis. iij. Qui pharmacum hoc tradidit, dixit porcellum ad triduum hoc bibisse, & postea refectum sine liene inuentum esse. Aliud splenem tumentem eliquans & consumens. Ammoniaci thymiamatis, foliorum rubi tenerimonum, utrorumque. 3. viij. corticis cappar. 3. iij. myricæ fructus, herbæ aspleni quæ & scolopendrium & hemionitis dicitur, utriusque. 3. ii. nucleis scyllæ affatæ & purgatæ, piperis albi, utriusque. 3. ii. Excipe aqua, & redige in pastillos, atque exhibe 3. i. cum aceti mulsi cyathis tribus. *Chrysermi pastillus, splenem, hydropticis, cit urinam, mollit aluum.* Scyllam magnam luto oblitam affato, & corticem detrahit ac quod ad fundum est durum, ex nucleo uero libr. ii. accipio, feminis dauci. 3. viij. hoc est vnc. i. anisi, seselis, radicis panacis, iridis, singulorum tantundem, feminis uricæ, baccarum cedri, utrorumque. 3. xii. myrrhæ. 3. iij. erui moliti choenicem, uini odorati quod satis est, subacta in pastillos redigito. Datur drach. i. cum aceti mulsi cyathis. iij. *Aliud Engerastis.* Scyllæ affatæ deputatæ minas. ii. radicis bryoniæ minas. viij. piperis albi tantundem, petroselinum tantundem, feminis dauci cæticis tantundem, erui moliti tantundem, cedridum, hoc est cedri baccarum sext. vi. habeat uero sextarius vnc. viij. iridis, radicis panacis, myrrhæ, singulorum quadrantem

A. ibidem.

\* Al. ij.

\* Al. iij.

\* Al. viij.

\* Al. ij.

\* Al. iij.

\* Al. vj.

fin antiquis  
d'evp' r'as, i  
q'et sine. sibe  
fuit.



drantem, vini falerni quantum satis est his in pastillos cogenendis: formatos autem pastillos in umbra re sicca, & unc. j. cum uini diluti cyath. iij. exhibe.

Epithemata & emplastra eiusdem Aselepiade ad recentes splenis inflammationes.

Foliorum teneriorum arboris sambuci lib. iij. aloes lib. i. cum aceto subigito, & linteolo infarcta imponito. Aliud, Ericæ fructus semissem, galbani lib. j. alij semissem. Fructum tundito ac cribrato, atque ita galbanum addito, ac diligenter miscero, atque in linteolum impacta imponito. Pharmacum Idiotæ, accommodatum. Visci quercini lib. j. calcis uiuæ lib. unam. Viscum in uas fictile coniectum ac prunis appositum dissoluit, & dissoluto calcem uiuam inspergito, miscero, & calidum albæ pellicis infarctum imponito. Oportet autem cum adherente adhuc pharmaco lauare, atque ita finire donec sua sponte cadat. Curam item habere oportet ut disparatæ splenis partes reserentur. Aliud. Visci quercini (lib. j.) calcis unc. j. floris lapidis asij trientem, cedriæ unc. j. præparato pro more ac utere, quotidie auferens pharmacum, & spongijs calidis fouens locos, rursusque imponens.

Malagma auri colorem referens, ualde commodum. Ceræ, resinæ pinus & frictæ, singulorum lib. ij. arsenici, aluminis scissi, calcis uiuæ, singulorum sextantem, acetii olei, utriusque cyath. viij. Apparato pro more. Aliud ualde generosum, quo usus est Andromachus. Ceræ, resinæ pinus, picis brutiæ aridæ, singulorum lib. ij. arsenici, aluminis scissi, calcis uiuæ, singulorum sextantem, acetii cyath. viij. præpara pro consuetudine. Facit ad splenicis, hydropicos, & ad præcordia distenta. Facit & ad ischiadicis, arthriticis. Nos ad pharmacum hoc appolimus myrrhæ sextantem & unciam dimidiam, uisci trientem.

Ad induratas splenis affectiones, usus est Tryphon Gortyniatis.

Foenigræci moliti, sinapis, manna thuris, singulorum sextarium unum, retrimentorum a myrobalano expressa liquorum sextarium dimidium, spumæ niri quadrantem, tenuissime trita ac mista, cedria cocta excipit, ut emplastrum liquidum habeant spissitudinem. Vfus eius est per internalla, pharmacum autem impositum fasciis complectere & obligare. Tempus imponendi est ante balneum, quantum possibile est ægrum ferre, postea uero obligatum adhuc in balneo inducitur, & post reliqui corporis curacionem in solium demittitur, atque ita in aqua fasciæ resolutio. Aliud ad splenicis per unam diem sanans. Per unam supra pharmaci impositionem per tres dies certo uiuendi modo utitur. Myrrhæ, manna thuris, utriusque quadrantem, sinapis Alexandrini, nasturtij, utriusque sextantem, acetii scyllitici quod satis est. Sinapi & nasturtium tundito ac cribrato, mannam uero & myrrham dissoluit, eisq; arida addito, & simul aceto subacta ad malagmatis formam reducto, & a secunda hora usque ad nonam imponito. Postea uero duabus fasciis obligatum in balneum inducimus, atque ubi relaxatus fuerit in calidæ solium demittimus. In solio uero longiori tempore spatium moretur curibus extra aquam emotis. Ne uero in animi deliquium delabatur, acetum & pulegium odoret, & fascias paulatim resoluat. Egresso porro de balneo salamentum circa panem exhibendum est, & uinum mari mistum. Sequenti die eadem offerenda sunt. Tertia uero gymnasijs utendum quæ spiritum acutum reddere ualent. Aliud Ary Tarfensis. Vfus est per interualla. Ficium pinguisserum, sinapis, radicis capparidis corticis, singulorum lib. j. acetii quantum satis est. Aliud Diocori. Sinapis, nasturtij, foenigræci, seminis lini, retrimentorum ab expressa myrobalano liquorum, singulorum 3. viij. Excipit cedria cocta aceto scyllitico admisto. Vfus est ante balneum, pharmacum bonum est, & post alium sanguinem mingunt.

Pharmaca ab Aselepiade in quarto externorum conscripta, ad splenicis, & hydropicos. Quæ iuxta distionem eius sic habent.

Epithema splenicis, tumorem eliquat. Foliorum teneriorum sambuci lib. iij. aloes pinguis lib. j. terito cum aceto, & linteolo excepta imponito. Aliud, Fructus ericæ lib. j. galbani lib. j. Fructum tundito & cribrato ac galbano excipit, rursusque tundito unguenti irini facie adnota, quo ad malagmatis formam redigantur, deinde linteolo infarcta imponito. Malagma ad splenicis. Myrobalani corticum triflorum cribratorum minam dimidiam, & retrimentorum ab expresso succo eiusdem residuorum tantundem, ceræ 3. vi. resinæ terebinthinæ 3. xxxij. galbani 3. x. irini parum. Arida cum liquidis comittitur. Aliud ualde præclarum. Farinæ myrobalani quadrantem, niri unc. j. alij unc. iij. ceræ semissem, terebinthinæ besslem, acetii quod sufficit, splenem eliquat. Malagma ex cedria splenicis, hydropicis, medicamentum accommodatum. Vrinam est multam, & splenem eliquat. Oportet autem uia cum pharmaco lauare, & quod ab eo disparatum est, a splenio uidelicet, de corporis cuticula desecare. Sinendum enim est aduare se uis pharmacum, donec sua sponte dilabatur. Compositio hæc est. Visci quercini lib. j. calcis uiuæ semissem, floris lapidis asij trientem, cedriæ quadrantem. Viscum ærea patina coquitur, & postquam fuluum factum fuerit, cedriam adijcitur, assidue que moueto ac arida trita inspergito. Deinde ab igne ablata aliquantulum frigefieri siniro, atque in pellem albam a spina appellatam infarcta affectis locis imponito, & una cum pharmaco lauare iubeto, donec splenium sua sponte delabatur. Oportet tamen, ut prædictum est, disparatas splenis partes desecare. Aliud ualde præclarum. Floris lapidis asij sextantem, lapidis gagatæ unc. j. calcis uiuæ besslem, uisci quercini lib. j. Præpara ac utere ut dictum est. Malagma Antiochidis, ad splenicis, hydropicos, ischiadicis, arthriticis, præparatum est Fabulla. Ceræ lib. iij. resinæ terebinthinæ lib. iij. retrimentorum ab expressa myrobalano liquorum lib. j. spumæ niri lib. j. floris lapidis asij lib. j. ammoniaci thymiamatis lib. j. olei cyprini lib. iij. Acetum ad ammoniacum dissoluendum. Aliud Fabulla compositum, ualde præclarum, ad easdem affectiones. Myrrhæ flactæ, bdellij, onychis, medullæ ceruinæ, ammoniaci thymiamatis, uidis sicce, singulorum

\*Al. drach.

\*Al. ij.

†Al. semissem

\*Al. j. ij.

\*Al. j. ij.

Al. j. s. i. r. 6. p. 105. C.

\*Al. besslem.

Al. j. s. i. r. 6. p. 105. C.

A lorij libras duas, opopanax lib. unam, chalbani lib. j. mastiches lib. j. floris lapidis asij lib. j. styracis lib. j. succi scymororum lib. j. canchryos lib. j. piperis albi semissem, ceræ lib. v. terebinthinæ lib. v. Pharmacum est tulle, id est quod contunditur. Oportet autem tundentes unguenti irini faciem aduare, donec quam mollißimum pharmacum reddatur. Repositum enim mollißimum euadit. Malagma, quod auri coloris appellamus. Auripigmenti unc. j. aluminis scissi sextantem, calcis uiuæ sextantem. Arida tundimus ac cribramus, & in mortarium conijcimus, hisque acetii cyathos viij. superfundimus, & probe tritis liquidis excipimus. Sunt autem liquida hæc, Ceræ lib. j. resinæ frictæ lib. ij. pinas lib. ij. olei communis cyath. viij. Hæc frigefieri post eliquationem sinimus, & sic erasa tritis adijcimus. Nos ad pharmaci præparationem etiam myrrhæ sextantem appolimus. Aliud, hoc usus est Andromachus, facit splenicis, hydropicis, & ad præcordia distenta, facit item ischiadicis, arthriticis, & ad inueteratas affectiones. Ceræ lib. j. picis brutiæ lib. j. pro resina fricta, picem addimus, olei cyath. viij. auripigmenti auri coloris sextantem, aluminis scissi sextantem, calcis uiuæ sextantem, præpara ut dictum est. Nos ad pharmacum etiam myrrhæ sextantem, & uisci quercini trientem appolimus. Ad inueteratas induratas splenis affectiones, Aushemeron ab eo, quod per unam diem curat, appellatum. Oportet autem cum pharmaci impositione ægrum ad triduum conuenienti die curari. Myrrhæ, manna thuris, utriusque quadrantem, sinapis alexandrini sextantem, nasturtij sextantem, acetii scyllitici quod satis est. Arida tundito & cribrato, & cum aceto ad malagmatis formam subigito, & linteolo excepta ab hora secunda usque ad nonam imponito, ita ut complectaris & contineas incumbens malagma fasciola obligata. Deinde uero ita obligatum in balneum mittito, & tibi probe laxatus fuerit, in solium delidere facito, & pedes extra solium extendere iubeto, ac longiori tempore in ipso immorari. Ceterum ad reuocandos in animi deliquium collapsos acetum cum pulegio paribus aduare mus, & paulatim resoluere fascias tetamus. Sint autem duæ fasciæ malagmati incumbentes. Cum uero fasciæ tollantur, auferimus etiam incumbens malagma, & post affectos locos sufficienter fouemus. Egresso de balneo salamentum circa panem exhibemus, & uinum mari mistum. Idem etiam sequenti die facimus. Ea rectia similiter, insuperque gymnasijs utitur quæ spiritum acutum reddere possunt.

Aliud Tryphonis Gortyniatis Cretensis pharmacum accommodatum.

Foenigræci moliti sextarium j. retrimentorum ab expressa myrobalano liquorum sextarium dimidium, spumæ niri quadrantem. Omnia trita cedria excipit. Verum hanc prius coctam condensare oportet ad cerati spissitudinem. Vfus est ante balneum, quantum æger ferre potest. A balneo cerotarum imponimus. Aliud Aushemeron inscriptum, liberat ab affectione. Pyrethri (drach. xx.) myrobalani besslem, nasturtij besslem, piperis besslem, seminis urticæ besslem, sinapis sextarium dimidium, omnia trita & aceto subacta per interualla imponito ad horas tres, si æger tolerare possit. Deinde ablato pharmaco lauare iube. Post balneum uero cerato utendum est ex rosaceo apparato. Aliud tumorem liquefacit. Floris lapidis asij, niri rubri, retrimentorum expressa myrobalani, ammoniaci thymiamatis, singulorum drachmas uiginti quatuor, corticis radicis capparidis drachmas octo, seminis raphani drac. decem, aut succi cyarhuni unum, acetii acerriumi quod satis est, uisci quercini drach. xl. Ammoniacum sambuci succo, aut myrrhæ, aut trifolij dissolue, arida uero runde, & angustissimo cribro excute, ac aceto subige, indeque admisto uisco omnia simul contunde, & utere.

Pharmaca ad splenicis ab Aselepiade in primo medicamentorum secundum genus conscripta.

In splenicis porro præcedente similiter tota diata, ex describendis compositionibus his utitur. Potus quidem sit aqua in qua ignitum ferrum sepe sit extinctum, non febrientibus cum uino, febrientibus uero aqua sola. Aut anagallidis coeruleum florem habentis obolum unum exhibeto cum aceto multo. Aut serpillum cum aceto. Aut panacis radicem uiridem cum aqua multa: aut semen similiter. Aquam multam uero per noctem sub dio exponito. Aut corticis radicis periclymeni & seminis eius quantum tribus digitis apprehendi potest, in uino albo meraco calido ieiunis bibendum ad dies xl. exhibeto. Aut uulpis hepar siccum cum aceto multo exhibe bibendum. Aut cuminum arthropicum similiter ut hepar ex aceto multo. Aut radicis ari corticis drachmam dimidiam cum acetii nulli cyath. iij. Aut polium similiter cum aceto multo. Aut hederæ albæ grana tria cum acetii nulli cyathis iij. Aut arida capparidis folia propinato. Cataplasmata autem eadem impones splenicis quæ hepaticis. Ampliusque cinerem ex ferraria officina cum aceto. Aut capparim maceratam aceto ac tritam cerato cyprino exceptam. Aut nasturtium & foenumgræcum, ac calcem uiuam, & nitrum, cum melle mollita imponito. Aut foenumgræcum, & calcem, ac nitrum, item cum melle imponito. Aut lepidij folia imponito. Cum uero iam morsum perreperint in balneum inducitur, & ablato pharmaco in feruida solium demittito, ac detinetur. Aegre enim ferunt nimiam mordacitatem, uerum sani exeunt. Idem etiam in ischiadicis facit. Aut myrobalani expressa retrimentum aceto maceratum, rosaceo cerato excipit ac imponit. Aut foenicæ & nasturtij par pondus, manna duplum, calcis uiuæ parum, cum melle splenia uelut emplastra facito, ac imponito. Aut seccem acris acetii imponito. Aut capparidis radicem cum aceto. Aut spongiâ acerriimo aceto imbutam. Egregie faciunt myrobalani cortices, & niri terita ipsorum pars, tuta aceto subigito, & resinam ac ceram cum modico oleo liquefacta affundito, & mollitis uitor. Perfeuerante malo cucurbitas cum scarificatione affigito. Amuleta autem, & per contrarietatem quædam naturalem ad hepar & splenem facere credita, hæc sunt: Venam retro sinistram aurem secato, & detrahto sanguine affectum splenem conficitur.

**H**ydropicorum medicamenta, & alia communia ad splenicis ipsos, itemque quaedam multiplicis usus ad varias affectiones tum iam praedictas, tum duritias, & ubi quid discutere oportet, etiam si iam purulenta sit compages, dicere aggrediat, initio ab ijs quae Asclepiades tradidit sumpto.

*Pharmaca ab Asclepiade conscripta ad praedictas affectiones in quarto exteriorum, quae Marcellus inscribit.*

Epithema hydropicis ualde commodum, quod adiacentem humorem absorbet. Farris, quod zeam uocant, moliti sextar. ij. storiis lapidis asij sextar. j. mannae lib. j. Probe trita adipe suillo ueteri probe subacta, & uino per integram noctem macerato, excipito. Sit autem tanta adipis copia quanta ad molle faciendum pharmacum satis est. Aliud, Befala, est autem semen rutae syluestris quod in Syria nascitur, & uernacula lingua Harmana ab illis appellatur: huius tussis sextarium j. mannae sextarium dimidium, & uernacula lingua Harmana ab illis appellatur: huius tussis sextarium j. mannae sextarium dimidium, & aphronitri lib. j. origani lib. j. Quidam cumini lib. j. sulfuris uiui quadrantem, cochlearum africanarum lib. j. Arida tundito & cribrato, & tussis sicubus una cum carne cochlearum excepta, ac in linteolum infarcta imponito, melle cocto sufficienti addito. Aliud ex Critone. Foenigraci moliti ac cribrati sextarios ij. sulfuris uiui lib. ij. & dimidiam, [in alijs lib. ij. nitri lib. ij. absinthij sicci contusi sextarios duos & dimidium.] Arida tenuissime trita melle cocto excipito, indeque linteolo infarcta per noctem imponito. In die utere & gestatione, & confectione subscripta [cerae lib. j. picis aridae lib. j. lapidis asij lib. j. olei ueteris lib. j. arida cum liquidis misceto.] Malagma Ipoterium inscriptum, resorbet humiditates ex alio, & duritias dissoluit. Cerae, picis aridae, utriusque lib. ij. aluminis liquidi, sulfuris uiui, mannae, nitri rubri, singulorum lib. j. resinae frictae lib. iij. olei ueteris heminam unam, aceti quantum satis est ad arida dissoluenda. Praepara ac utere ut probato. Aliud praeparatum Ipoterium, pharmacum accommodatum. Facit hydropicis splenicis, & ad mueratas affectiones. Resinae frictae lib. iij. cerae lib. ij. sulfuris uiui lib. j. [manna lib. j.] picis liquidae lib. ij. aluminis liquidi lib. j. nitri rubri lib. j. aristolochiae quadrantem, bde llij quadrantem, amoni racemi quadrantem, radices cucumeris syluestris quadrantem, aloes semissem, pyrethri quadrantem, ammoniaci thymiamatis quadrantem, uisci quercini quadrantem, succi lycomororum quadrantem, aceti sesquiseptarium. Aut pro aceto uini Italici tantundem, olei heminas iij. praeparato pro more.

Malagma ex bacis lauri ad splenicis, hydropicos. Dissoluit omnem duritiam, absorbet abscessus in profunda. Cerae lib. j. resinae pinus lib. j. picis Brutiae [aridae] lib. j. baccharum lauri siccarum lib. j. nitri rubri lib. j. ammoniaci thymiamatis lib. j. adipis uirulini subacti lib. j. arida tundito & cribrato per angustissimū cribrum. Lique scibilia liquantur, & frige facta aridis adijciuntur, atque ita contusi simul ac repositi utimur. Aliud, Baccharum lauri lib. j. picis lib. j. mannae lib. j. adipis taurini lib. j. ammoniaci thymiamatis lib. j. cerae lib. j. praeparato ut praedictum est. Emplastrum Tonsoris appellatione, ad splenicis, & hydropicos. Hoc tonsor quidam uir Bithyniensis usus ischiadicis a coxendicis morbo penitus liberauit. Picis aridae lib. iij. cerae lib. ij. resinae pinus lib. iij. ammoniaci thymiamatis lib. ij. nitri rubri lib. ij. [baccharum lauri aridarum lib. ij.] adipis taurini lib. j. In alio exemplari etiam iridis lib. ij. habentur, canchryos uncia xvij. farinae foenigraci sextarius j. pollinis sextar. j. radices chamaeleonis nigrae tenuissime trita sextar. j. cumini tenuissime triti sesquiseptarius, passis sextar. j. In alio exemplari anisi triti sextarius dimidius habetur, & pollen deest.

Aliud Bithynium appellatum, pharmacum accommodatum ad praedictas affectiones. Picis Brutiae lib. iij. resinae pinus, cerae, ammoniaci thymiamatis, singulorum lib. ij. medullae ceruinæ lib. j. adipis taurini [subacti lib. j.] succi lycomororum lib. j. storiis lapidis asij semissem, radices chamaeleonis contusa semissem, baccharum lauri siccarum lib. dimidiam, farinae loliaceae lib. dimidiam, seminis dauci cretici contusi trientem, petroselinum trientem, cumini aethiopicum trientem, anisi trientem, salis Hispani sexuncæ, aphronitri sexuncæ, cyprini sexuncæ, uini faletni quod satis est. Arida cum liquidis pro more apparato. Malagma ex seminibus, pharmacum accommodatum ad praedictas affectiones, hoc usus est Olympius. Cerae, 3. c. terebinthinae, 3. c. ammoniaci thymiamatis, 3. c. adipis taurini, 3. c. anisi, 3. c. foenigraci, 3. c. petroselinum, 3. c. \* c. ammiij, iridis illyricae, utriusque drac. \* quinquaginta, panacis, 3. c. nitri, 3. l. glycyrrhizae, 3. l. cyperi, 3. xxv. sabinae, 3. xxv. sampfuchi, 3. xxv. meliloti, 3. xxv. cardamomi, 3. xij. & dimidiam, casiae fistulae, 3. xij. & dimidiam, nardi celticae, radices dauci cretici, utriusque, 3. xij. & dimidiam, mellis heminam & dimidiam, uini odorati quod sufficit. Praepara pro consueto more. Aliud, Cerae minam vnam, ammoniaci thymiamatis minam vnam, terebinthinae minam vnam sampfuchi. [baccharum lauri, cyperi, singulorum] minam dimidiam, iridis illyricae minam quartam partem, hoc est, 3. xxv. seminis lini tostati minam quartam partem, [foenugraeci, panacis, utriusque] minam quartam partem, [adipis taurini minam quartam partem, radices cucumeris syluestris, anisi, seminis apij, ammiij, cumini, foeniculi, nitri, singulorum] minam quartam partem, piperis, 3. xij. & dimidiam, mellis heminam, uini sesquiheminam, cyprini sesquiheminam, aceti sesquiheminam. Componito ac vitior.

*Ex Andromacho ad hydropicos & inflationes.*

Picis liquida lib. ij. cerae lib. j. nitri uelias ses, sulfuris uiui sexuncem, aluminis sexuncem. Ad hydropicos Eleophanti. Cerae, resinae, spumae nitri, singulorum drach. e. chalbani drach. xij. & dimidiam, propolis drach. xij. & dimidiam, ammoniaci thymiamatis drach. xij. & dimidiam, cyprini cyathos. ij. aceti cyathos duos.

Ex

A

*Ex Archigenis secundo libro pharmacorum secundum genus.*

Hydropicis diatam ac viuendi modum conuenientem constitue. Pro cataplasmate autem stercois bouis armentaria impone. Resicca autem ipsum stercois diligenter, & tritum in posca uel crudâ hordeaceam farinam coque, insperfa sulfuris uini quarta parte. Cataplasma uero per omnem ventris amplitudinem impone. Mufa uero cataplasma ad ipsos praeparauit ex claterio, staphide syluestri, hyssopo, felle tauri, aequalibus partibus ipsorum sicubus contusis exceptis. Aut radices cucumeris syluestris minam vnam in uino coquito, & sicubum minam dimidiam similiter coquito, atque haec simul terito affuso eorum decocto, donec malagmatis forma euadat, indeque althaeae radices tritae tantundem admisceto, simulque coquito ac terito, atque ita imponito. Aut caprinum stercois in urina pueri impubis ueneris expertis, uel ipsius caprae uina coctum, ad frigiditatem spissitudinem redigito, ac imponito. Egrege ipsi sunt per alium purgat. Aut ueratrum nigrum, fel taurinum, nitrum, piper, aquis partibus cum melle alio per dimidia hora spatium imponito. Porro per omne curationis tempus vnam aliquam ex his potionibus ipsis propinato. Coryledonis, 3. j. scyllae aridae mundae, 3. j. in uino mulso dilato quotidie exhibe, Aut corticis radices Ari, 3. j. Aut cneori, quam aliqui chamaeleon appellant, teneras eminentias ad calamorum radices nascentes exuccato, ac succi cyathos. iij. praedictis admistis quotidie exhibito. Optime facit & hoc. Cancri fluuiialis sicci triti, pedibus ac eminentiis omnibus amputatis, drach. j. asari drach. j. misceto aqua ex ipso fluuio unde cancri extracti sunt accepta, & propinato. Aliquando uero pro asaro, opobalsami par pondus additur. Aut corallij drach. j. aluminis scitti, 3. j. oboli, cum calaminthae cremore terito, & in pastillos duorum obolorum ponderis redigito, & obolum inde ex calaminthae aqua bibendum dato. Summe facit & ad nephriticos. Aut radicem calaminthae coctam propina. Aut si non quod lauer Latini dicunt, itidem coctum propina, idemque etiam edendum exhibe. Aut tribuli folia siue radicem cum uino dato. Aut in balneo cum sale & oleo diligenter, usque quo exudent, illitos educito, & solis restibus exudantibus ablutis, primum linteis, deinde etiam reliquis amiculis contactis curato, ac panem furnaceum cum sufficientibus caricis edendum dato: uinum uero nigrum Italicum aut Spicatum recens, in quo sicuum triens in uini sextantis. vj. incoctus est, donec tertia pars superfuit, bibendum exhibito, purgat per urinam. Aut uinae caprae cochlearium vnum cum nardi drach. j. calcistum bibendum dato. Aut cucumini syluestrem uino nardino uel amniacum macerato, & ex cremore ter cyathum vnum bibendum praebeto, & paulatim usque ad cyathos tres progreditor. Aut seseli in potu uel cibo exhibe. Aut daphnoides tritum lupini magnitudine inspergens bibendum dato, ducit urinam multam. Aut corticem radices ari ex uino. Aut squamam aeris drach. j. panis medulla excipito, & catapotia facito ac exhibeto. Fortiter aquam ducunt. Aut uris ussi drach. j. ruta ramulos tres, stercois columbae drach. j. salis communis partem, cum uino Ephesio & aqua, ita ut tota miltura [heminae dimidiam] sit, praebeto. Summe faciunt & Theriacae omnes urinam cientes. Insuperque potiones aquam ducentes, quae unicuique per experientiam cognita sunt minime periculose. Similiter & catapotia. Ceterum hydropicos diutius ad solem, conrecto capite, inungiro ex oleo multo sale aduisto, & multa sanguine calida perfundito. Inflatos uero maxime locos, uescis magnis probe inflatis quotidie continenter pulsato, inde enim arctantur ac contrahuntur. Scatificatis item ipsorum talis & uulnusculis impactis, ipsos in ferculo aut lectica gestato ac circumuehito. Multus enim humor hoc modo ipsis profuere solet. Ad easdem affectiones Confectio Biennij.

Croci, opij, opopanax, myrrhae, iridis, acori, mandragorae, asari, costi, nardi Indicae, dauci cretici, mei, singulorum drach. viij. piperis albi & longi, gentianae, stechadis, casiae, phu pontice, singulorum drach. viij. excipe melle.

De pharmacis dolorem sedantibus, anodynis, & colicis appellatis. Cap. 4.

**H**uiusmodi pharmacis magni doloris, aut uigiliarum gratia, aut ne per violentam tussim lancinemur, uel in sanguinis refectione & grauibus distillationibus aliquando contingit, uel salemur. In moderationibus ramen praedictis affectionibus confectiones ex seminibus, primum tussiculae appellatae sufficiunt, quae & ipsae omnino aliquid ex soporiferis seminibus habent: uerum modicam inter multa adeo semina, quae odorata & tenuium partium ac urinam cientia existunt. Appellatur autem haec medici saepe citra appellationis seminis appositionem, Cuminum dicentes & daucum, & seseli, apijque, & anisum. Eiusmodi igitur pharmacorum compositiones inter tussiculae appellatas confectiones sunt relatae, uerum dolorem sedantes anodynique & colicis dictae, quae eiusdem quidem generis cum illis sunt, multo autem facultatibus illas exuperant, in hoc sermone ostenduntur. Prima itaque ex ipsis praefatis temporibus, ut apparet, celebris fuit quam Philo prodidit, & de qua ipse hanc Elegiam fecit.

Philonis Antidotus.

En me Tarsensis medici praegrande Philonis  
Inuentum, mala quod multa dolore leuo.  
Siue colum doleas, seu tu iecur, auxiliabor:  
Seu lapis infestet, difficile aut lotium,  
Et medeor spleni hinc, orthophnaeque moleste,  
Conuulsa atque tabem prorinus exupero,

Pleuritumque

A. l. f. 1. 4. p. 1056. D.

\* Al. Africa-  
bas.

Al. f. 1. 4. l. 4. p. 1057. B.

\* Al. cyathi di-  
midij.

H \* Al. l. \* Al. c.

Pleuriticiq; malam, & sputū vomitumq; cruoris  
Eunice, mortis terro & hostis ego.  
Viscera tentantes omnes ego sedo dolores,  
Interna & quicquid membra dolore quatit:  
Tuffim, singultum, destillantesque fluores  
Sisto, etiam si quid strangulet excipio.  
Me dedit ille autor sapienti munera magna  
Discipulo, stupidos nil ego euro viros.  
Olorum fuluuntque pilum pueri cape, cuius  
Fulget adhuc campis Mercurij ille cruor,  
Pondus ad humanos sensus penditio prudens.  
Dem drachmæ pondo Nauplion Euboicum.

Inde Meneziada occisoris ponito drachmam,  
Qui pecoris dentis uentibus excipitur.  
Viginti & drachmas candentis conijce flammæ,  
Et totidem fabæ post suis Arcadiæ.  
Et drachmam distæ salforadicis, ab ipsa  
Terra, Pissæ quæ Ioue clara manet.  
Cumque pion scribes, uoci caput amplius addes,  
Masculum Achiuorum nominis articulum.  
Indeque post drachmas expensæ sumito lancis  
Quinque his, atque istæ prouidus excipito  
Natarum tauri textura Cecropidarum.  
Sic mecum Tricæ progeniesque facit.

In his uersibus Philo iubet croci 3v. conijce, pyrethri unam, euphorbij unam, spicæ nardi unam, piperis autem albi & hyoscyami par pondus, utriusque 3. xx. opij uero 3. x. Primi quidem igitur duo uersus crocum indicant, ut qui fuluus colore sit, & tenuis ad formam pilorum. Cruoi enim autem Croci fulgere adhuc in campis Mercurij dicit. Adolefcens enim Crocus appellatus cum Mercurio disco ludens, & incuriosus consistens, illapso in caput ipsius disco statim mortuus est: ex sanguine autem ipsius in terram acto crocus natus est. Fulgere uero cruorem dixit, hoc est sanguinem iam occisi, propter coloris croci splendorem. Scribitur autem non solum campis, sed & herbis in uersu, hoc modo, Fulget adhuc herbis Mercurij ille cruor. Ceterum pondus croci 3. v. esse uult, cum ad humanos sensus pendere iussit, qui quinque numero existunt. Quod uero drachmas quinque esse uelit, & neque obolos, neque libras, neque aliud quicquam tale, per sequentia demonstrat: primum quidem cum ait, Dein drachmæ pondo Nauplion Euboicum. Deinde uero & consequenter cum alijs idem drachmæ nomen apponit. Nauplion itaque Euboicum, pyrethrum uocat, propterea quod Nauplius magnis pyris incensis, ut aiunt, circa Eubœæ portum, multos Græcorum decepit, ut perirent, tanquam ad regionem portus bonos habentem applicantes. Id ipsum uero ob Palamedis necem ipsum fecisse tradunt. At uero & Euphorbium similiter his ænigmatice uocauit, cum ait, Inde Meneziadæ occisoris ponito drachmam. Quandoquidem poeta Patroclum sic loquentem facit:  
Sed me parca ferox, Latonæ & filius aufert,  
Atque uir Euphorbus.

Pecoris autem, hoc est ouium uentibus excipi & adseruari euphorbium ait, propterea quod hos solos non corrumpit, & ob hoc in his reponi pharmacum potest. Est porro euphorbium plantæ cuiusdā spinosæ in Mauruliorum terra nascentis succus, facultate calidissimus, & de ipso libellus paruus scriptus est Iubæ regi Mauruliorum. Consequenter uero Philo ait, Viginti & drachmas candentis conijce flammæ, piper albuin per hoc significans. Est autem stomacho commodius & acrius quàm nigrum. Viginti insuper drachmas feminis hyoscyami iniicere iubet, quod ænigmatice fabam suis Arcadiæ appellat, quandoquidem aprum Erymanthium Hercules occidisse fertur, qui in Arcadum terra fuit conuertitus. Quin & nardi ipsius 3. j. cōijciendam censet, quam radicem falso distam appellat, quandoquidem spica nardi uere nominatur. Uult autem eam Creticam esse, cum ait: Ab ipsa terra Pissæ quæ Ioue clara manet. Quandoquidem fabularum scriptores Iouem in Dictæo Cretæ monte educatum aiunt, occultatum ibidem a matre Rheæ, ne & ipse a patre Saturno deuoraretur. Apposuit autem Ioui epitheton pissæ, quemadmodum multum etiam extra poeticam, in communi sermone dicere solent, per Aesculapium Pergamæum, per Dianam Ephesiam, per Delphicum Apollinem, per Vestam Eleusinam. Quisdam uero non Creticam terram, sed Indicam indicatam esse aiunt, ex qua ebur afferitur, ex hoc enim Itæam Iouis in Pissa factam ac formatam esse. His omnibus & papaueris succum admisceri iubet, qui re cepto a medicis more priuacim opium appellatur, cum nullus aliorum succorum quatumuis multi sint, in neutro genere, opium uidelicet, nominetur. Quando igitur ipsum nomen opion, ex uoce o & pion componitur, ob id sane inquit.

Cumque pion scribes, uoci caput amplius addes  
Masculum Achiuorum nominis articulum.  
Indeque post drachmas expensæ sumito lancis  
Quinque his, &c. Hoc est iniicere & opij 3. x. Superest postremum quo omnia hæc trita excipiuntur, ipsum mel, itidem coniecturaliter ab ipso appellatum: Natarum tauri textura. quandoquidem ex putrescentibus tauris apes generari tradunt. Quod autem articum ipsum mel esse uelit, ea gratia addidit, Cecropidarum, hoc est, Atheniensium. Ceterum per extremum uersum ostendit etiam Asclepiades hoc pharmacum sic præparare. Ex Tricca enim generis sui originem ducunt, ex quorum ordine & poeta est. Hæc ferme prima antidotorum dolores sedantium celebris facta est. Iuxta hanc autem alijs partim ad ipsam appositis, partim detractis, autem apponderationibus permutatis, posteri magnum antidotorum dolores sedantium numerum fecerunt, quas etiam colicas uocant, denominatione ab affectione quæ maximos dolores habet deducta. Ego uero primum quidem generales componendi ipsas

modos

A modos referam, deinde uelut consueui, etiam particularium materiarum seriem quantum latissime se expandit subscribam. Opium itaque fortissimum est ex ijs quæ sensum stupefaciunt ac somnum soporiferum inducunt. Operatur autem hæc etiam solum sapa dilutum, deinde comento exciprum ac sedi indurum, itemque fronti ac naribus illitum. Si uero cum alio quopiam uim ipsius moderante miscetur, moderatius hæc facit. Verum quæ admiscetur ipsi, aut concoquere, aut mitigare dolorosi affectione oportet, aut humores affectionem efficietes discutere, aut secare, aut attenuare; aut iuxta totam substantiam alterare. At uero neque ignorare nos puro optimum esse compositionis scopum, qui triū coniectationi sit intentus. Nimirum ut & sensus stupefiat, & nullum in posterum inde circa particulari de trimentum permaneat, ampliusque ut affectio ipsa maxime inde iuuetur. Ad hæc igitur respiciens Philo mihi uidetur hoc pharmacum, de quo iam proposuimus dicere, composuisse. Ex opij quidē & hyoscyami mistura somnum soporiferum, & sensuæ facultatis stuporem inducere uolēs. Quo uero citius distribuere, & totorum affectorum corporum profundum penetrarent, calfacientia admiscuit, pyrethrum, & euphorbium, & piper, quæ nocentes humores discutere possunt, & extergere uiscosos, ac secare crassos, & uentosos status attenuare ac euacuare. Est autem non modica concoctoria uis omnium frigidarum affectionum in nardo sita. Verum Creticam nardum iniicere non oportet, neque omnino eam quæ apud nos nascitur, quam montanam & herbam Narditen magis quàm nardum appellant. Est igitur celtica nardus optimum pharmacum, efficiens quæcunque etiam indica nardus solet, uerum ab ipsa uiribus deficit, uelut etiam a Celtica, Montana. Quemadmodum autem ex aromaticis appellatis medicamentis Philo solum nardum iniicit, sic posterorum alius aliud apposuit, aliqui etiam plura. Quæ uero apponuntur, sunt flos iunci odorati, & castia, cinnamomum, amomum & costus. Quemadmodum autem rursum crocum addidit, crudorum lunonum concoctorium itemque affectionum medicatarum, sic alij myrrham & castorium admiscuerunt. Plurimi autem ex ipsis, neque male in hoc facientes, & hæc familiaria semina, de quibus etiam antea in confectionibus ex seminibus constantibus dictum est, addiderunt: quo uidelicet amarorum medicamentorum inuicuitatem mitigent, & totum pharmacum ad distributionem & urinæ propulsionem instigent. Si uero & humorum crassitudo attenuari expectat, etiā hoc ipsum faciunt. Dico autem apij seminem, cumini, dauci, petroselinii, anisi, & quæcunque eiusmodi existunt. Apponam igitur iam & copiam ac seriem particularium materiarum, a prioribus medicis usu ac experientia cognitarum.

De colicis pharmacis ab Andromacho conscriptis.

Prima itaque ipsarum hæc in uerba scripta est. Colica Casti. Anisi 3. vj. feminis apij 3. xij. nardi 3. iij. alij 3. vj. castorij 3. iij. petroselinii 3. iij. alij 3. iij. piperis albi 3. v. & longi 3. v. myrrhæ 3. vj. iunci odorati 3. iij. succi papaueris 3. vj. croci 3. iij. Excipe melle cocto. Quidam etiam cinnamomi 3. j. aut castiæ 3. ij. Datur ad summum nucis regie parua magnitudo, ex aquæ calidæ cyathis ij. minimum nucis ponticæ magnitudo. Colica secunda ab Andromacho scripta hæc est. Colica Casti, ut Crispus. Eam ex foris impo-  
ta. Anisi. 3. xij. feminis apij. 3. xxij. nardi indicæ tantundem, castorij 3. \* sex, feminis petroselinii 3. xvj. myrrhæ 3. xij. piperis albi. 3. xij. & longi 3. x. iunci odorati 3. vj. opij, croci, castiæ, singulorum. 3. xij. costi, acori, utriusque 3. vj. Excipe melle cocto, præbæ nucis ponticæ magnitudine ex aquæ calidæ cyathis. iij. Hæc igitur præscriptæ duæ confectiones ex medicamentis de quibus paulo ante dixi composita sunt. Quæ uero deinceps sequitur, quæ se nsum esse ipse ait, habet etiam alia quædam præter priora, eiusdem generis cum opio & hyoscyami semine existentia, uelut malorum mandragoræ succum. aut qui ex radice ipsius expressus est, & succum cicuræ. Habet item phu ponticum, quod partim nardo celticæ, partim petroselino & urinam cientibus seminibus simile existit. At uero syluestris brassicæ semen ex maxime attenuatoris est, & quæ multum siccare ac discutere possunt. Ex urinam cientibus est & Meon, & asarum. Illyris uero quam neque nominauit itidem illyricam, concoctorium est & attenuatoriu pharmacum. Stoechas autem a putrefactione uindicat & attenuat. Ipsum pharmacum autem sic describitur.

Colica Tullij, qua uxor. Succo malorum mandragoræ 3. viij. aut succi radice eiusdem 3. x. phu pontici 3. viij. feminis brassicæ syluestris 3. viij. succi cicuræ 3. xvj. costi, piperis albi, & longi, myrrhæ, opij, singulorum 3. viij. opopanax 3. \* sex, stoechadis, feminis dauci, mei, asari, singulorum 3. xij. cinnamomi, illyridis, acori, singulorum 3. viij. Sequitur post præscriptas Colica Abasi, quam apud me consonam reperi. Anisi 3. x. feminis sefelis. 3. xx. petroselinii, nardi indicæ, piperis albi & longi, singulorum 3. \* tres, & obolos iij. opij 3. x. myrrhæ 3. x. cumini æthiopici, castorij, utriusque 3. v. iunci odorati, croci, utriusque 3. v. Excipe ac præpara cum melle cocto. Colica admirabilis qua uxor, & ad uoluntosos & qui sterens sursum, enonant in magnis doloribus, datur magnitudine fabæ in aqua frigida cyathis ij. aut iij. Piperis albi, feminis hyoscyami, utriusque 3. xl. opij 3. xx. croci 3. x. spicæ nardi, euphorbij, pyrethri, singulorum 3. ij. excipe melle cocto.

Alia non inefficax adaptos ob id distas ad omnem etiam inflationem. Sinonis feminis hyoscyami, piperis, albi singulorum 3. xl. succi papaueris drach. xx. croci drach. vj. opobalsami 3. iij. excipe melle cocto. Colica Terentij Valentis. Sinonis, piperis albi, feminis hyoscyami, singulorum drach. xl. succi papaueris drach. xx. croci drach. vj. alij drach. vj. corticis radice mandragoræ 3. iij. mellis quod satis est. Quisdam etiam opobalsami drach. iij. Colica Apollonii. Nardi drac. i. castorij, foeniculi, succi mandragoræ, costi, singulorum 3. j. asari, spicæ, utriusque 3. iij. opopanax drach. j. dauci cretici drach. iij. cinnamomi

Al. iij.

Al. xvi.

Al. apij.

Al. vi.

Al. s. x. c. 6.  
p. 1037. a



mi 3.v. piperis albi & longi, iridis, myrrhae, singulorum 3.ij. lemniae sphragidis, 3.x. ablinthij 3.ij. excipe E melle. Datur 3.j. ex aqua. Colica ut Nicastrovius, sorbens appellata, emptia talensis duobus. Facit ad stomachicos, oculorum dolores, & vexationes, nulae labores, ex aqua mulla uicoceta rita. Croci scilicet drachmani, nardi 3.ij. myrrhae 3.vij. costi, piperis albi & longi, chalbari, singulorum 3.j. opobalsami 3.iiij. cinnamomi, succi mandragorae, castorij, singulorum 3.ij. feminis dauci 3.iiij. & dimidiu, sagapeni 3.iiij. castae 3.iiij. excipe melle attico. Colica, ut Scribonius. Cineris cornu cervi teneri usti heminam, piperis albi, myrrhae, utriusque drach.ij. ex tertia cochlearium unum exhibero. Et cochlearium unum crudam tritam cum uini cyathis duobus & aqua calida. Colica, qua assidue utebatur, perficit liberans & malum extirpans. Zingiberis 3.ij. corticis salicis 3.ij. rutae ramulos tres aut quatuor, phoenicobalanorum 3.ij. aquae cyathos vj. conijcto in uasculum nouum, & coquito donec tertia pars superfit, & bibendum dato ad triduum post irritationem, & facto interstitio idem facito, ad plures dies pharmacum in potu exhibendo. Colica Tullij Liana, qua & ipse utor. Seminis brassicae syluestris, phiu pontici, utriusque semissem, piperis albi & longi, feminis dauci, [mei,] singulorum drach. ix. castorij, costi, opij, corticis mandragorae, nardi indicae, alari, illyridis, singulorum 3.vj. stoechadis 3. ix. cinnamomi 3. j. castae daphnicidis 3. xvij. excipe melle cocto. Da fabae aegyptiae magnitudine. Colica, quam admittens est Ariston, ut Diophauntus Lycus. Succi centaureae, castorij, scyllae assatae, piperis albi & longi, myrrhae, rutae hortensis, hyssopi, abrotoni, iridis illyriacae, singulorum 3.ij. croci, ammoniaci thymiamatis, radicis acori, phiu pontici, zingiberis, ueratri albi, singulorum 3.j. excipe aceto mullso. Datur etiam 3.j. ex aceto mullso. Colica, ut Publius in Pulo & Apollonio. Polij 3.vj. scordij 3. xij. gentianae 3.v. feminis rutae syluestris 3.iiij. succi cyreniaci 3.iiij. rubiacae lemniae 3.v. myrrhae 3.vij. opobalsami 3.vij. piperis albi 3.ij. & dimidiam, cachryos, 3.iiij. uerbernae herbae 3.ij. pentaphylli 3.v. excipe melle attico. Da magnitudinem nucis ponticae.

Qua Aesclepiades ad coli affectus prodidit.

Pharmacum inspersile ad coli inflationes, [Antonij pharmacopolae,] hoc usus sanus erat. Chryso balani 3.ij. felis, astragali, utriusque sextantem, illyricae, uagouigani, utriusque unc. j. Haec simul tusa & cribrata, cochlearij unius plus minus mensura, ex aquae calidae cyathis quatuor ante cibum exhibero. Aliud, Gallinarum interanea omnia exempta & in uas fictile comecta assata, ac trita reponito, usus uero tempore cochlearij unum & dimidiu, & feminis dauci cretici tusi & cribrati tantundem, ex aquae mullae calidae cyathis ij. exhibero. Ad coli inflationes, Charitidis. Cumini aethiopici 3.vj. feminis apij 3.v. feminis dauci cretici 3.ij. piperis albi 3.j. tusa & cribrata reponito. Dantur ex eo cochlearia duo cu aquae mullae cyathis tribus. Aliud, feminis rutae syluestris aridi, felis massiliensis, utriusque 3. viij. petroselinij 3.iiij. sinonis syriaci 3.iiij. piperis albi 3.ij. tusa & cribrata exhibe ut dictum est. Eclogema colicis Nestoraeus, facit & pleuritidis, & dyspnoeis. De duci mulieribus misit. Est & concoctorium. Cumini hispani unc. j. piperis albi, zingiberis, utriusque tantundem, uini dulcis aut scybelitae, aut protropi sextarios ij. uini falerni sextarium unum, mellis attici libra unam. Arida rinduntur & cribrantur crassiore cribro, deinde cum uino coquuntur donec tertia pars superfit, deinde affunditur nimum dulce ac rursus coquitur. Mouere autem oportet ramulis rutae uirga salicis exceptis, & salicis cortice obligatis. Habenda est ad manum etiam altera uirga similiter rutae ramulos recentiores complectens, quo prioribus exiccatis recentioribus moueas. Postquam autem liquor semel atque iterum ebullierit, inijce mel ac rursus coque, & excolatum per faccum reponere. Vsu expetente, [mystra tria,] ante & post cibum praebere.

Alia Scribonij Largi ex salice, liberat a tota affectione. Corticis salicis 3.iiij. zingiberis aridae 3.iiij. phoenicobalanos vj. numero, aquae sextarium unum & dimidium. Coquito omnia rutae ramulis mouens, & ubi rertia pars liquoris restiterit, u excolato, & cyathos duos quotidie bibendos dato. Hoc uero per triduum facere oportet, & post triginta dierum interstitium rursus repetere, quo per annum portiones xxxvj. fiant. Bibitur enim hoc pharmacum per annum totum. In alijs exemplaribus hoc modo habetur: Corticis salicis uiridis 3.v. zingiberis sicci 3.iiij. piperis albi 3.iiij. palmularum passularum maximarum, quas Graeci pateros appellant, numero duas aut tres, rutae uiridis ramulos quinq; aquae pluuiiae sextarios ij. H coquito ad tertias, & dato ut praedictum est. Alia Pateij. Antiochia tota affectione liberans. Cornu cervi recens enati mollissimi usti ad albedinem cochlearia iij. maioris magnitudinis, piperis albi grana x. aut ix. myrrhae parua, odoris gratia. Omnia tenantur, & cochlea africana uarij coloris una cum testa itidem teritur, uino falerno per faccum non excolato assulo. Sit autem uini mensura cyathorum triuum. Haec omnia in fictili uase permista ad prunas calcamus, diligenter mouentes, ne quid ex pharmaco subsidat. Calcactum uero in ipsis irritationibus bibendum dato, itemque sequentibus duobus diebus. Oportet autem dieti unam ante, cibum differre, & reliquis diebus prandio solo uti, in coque assumere cibum qui facile confici potest. Alia confectio. Succu foenic. sextar. iij. mellis attici sextar. ij. croci 3.iiij. Crocum in linteolum purum ligato, & succum uero & mel mista in uase fictili coquito, & fasciculo croci moueto. Vbi uero densata fuerit ad arteriacae spissitudinem, crocu quidem expressum reijcito, pharmacum uero reponito. Vfus tempore mistrum unum aut duo ante cibum dato. Colica Segontis, qua usus est Valens, facit in summis doloribus data nucis pontica magnitudine, ex aquae calidae cyathis tribus, & confectum inmit dolores, & maxime si prurit per totum corpus fiat. Facit & ad inueteratos splenicis, & ad uolulosas affectiones. Facit hepaticis, & ad febres per circuitum repentes ac uulua strangulatus, & uulua affectus. Est & arteriaca bona. Simo nis syriaci aut hispani 3. lx. piperis albi 3. xl. feminis hyoscyami albi 3. xl. opij, corticis mandragorae, utriusque

A. libidem B.

\* Al. uncia, \* Al. myrrha. Al. 3. i. 6. 4. c. 1. 4. B.

\* Al. 3. ij. \* Acori, myrrhae singulorum 3. vj. opoponacis 3. iij. feminis cicuta 3. xij.

† Al. Auranti medicamentum ualde generosum.

† Al. myrrha unum uel duo.

Al. 3. x. c. 4. p. 105. E.

\* Al. j.

A utriusque 3. x. croci 3. vj. mellis cocti quod satis est his excipitidis. Quantitas exhibitionis ostensa est. Alia ex eplaria sic habent: Simonis hispani 3. lx. piperis albi, feminis hyoscyami albi, utriusque 3. xl. cornu cerui usti, opij, utriusque 3. xx. corticis mandragorae 3. x. croci 3. vj. mellis qd sufficit. Confectio Linguis colica, data ex frigida stant soluit dolores. Seminis hyoscyami albi 3. xx. opij, feminis dauci cretici, utriusque 3. x. petroselinij 3. vj. croci, spicae nardi, pyrethri, singulorum 3. iiij. euphorbij, opobalsami, cinnamomi, singulorum 3. ij. Excipe melle cocto, & exhibe fabae aegyptiae magnitudine cum aqua repidae aut frigidae cyathis ij. in irritationibus. Colica sedans dolorem, qua usus est Cassius. Facit & ad interiorum affectiones, pharmacum est ualde bonum. Anisi, nardi Syriacae, myrrhae, singulorum 3. viij. piperis albi, & longi, utriusque 3. xij. feminis \* felis 3. vj. opij tantundem, croci, castorij, petroselinij, unci odorati, singulorum 3. iiij. mellis utriusque cocti quod satis est, datur ponticae nucis magnitudine. Colica sedans dolorem Lucij, confectum eximit dolores, & inseribitur Sicilia. Myrrhae, succi hyoscyami, opij, singulorum 3. viij. radicis mandragorae, piperis albi, croci, thuris, singulorum 3. x. Excipe melle, & praebere fabae aegyptiae magnitudinem ex aquae calidae cyathis tribus ad noctem. Colica sedans dolorem Eusebiano Spadoni inscripta, bibitur in dies triginta. Seminis brassicae syluestris, phiu, cinnamomi, iridis illyricae, acori, afari, opoponacis, myrrhae, nardi indicae, opij, costi, succi mandragorae, castorij, singulorum 3. viij. trium piperis generum, mei, feminis dauci cretici decorticati, singulorum drach. duodecim. [Stoechadis, feminis cicuta,] singulorum 3. viij. Excipe melle cocto, ac praebere fabae aegyptiae magnitudinem, febre carentibus cum uini nulli diluti cyathis iij. febrientibus cum aqua mulla. Hac etiam in infulis utebatur nucis ponticae magnitudine, cum foenigraci decocto cyathorum iij. & oleo cui ruta incocta est, item cyathi. iij. Ad easdem affectiones confectio Brenzi. Croci, opij, opoponacis, myrrhae, iridis, acori, mandragorae, afari, costi, nardi indicae, dauci cretici, rpei, singulorum 3. vj. piperis albi, & longi, gentianae, stoechadis, castae, phiu, pontici, singulorum 3. viij. excipe melle.

De dysentericis.

Cap. 5.

DE dysentericis equidem qua in uniuersum nosse oportet, iam ante dictum est, tum in curandi methodi libris, tum etiam nunc in sermone de hepaticis habito. Reliquum est igitur de uere dysentericis agere, in quibus neque hepar affectum est, neque alia aliqua affectio est, praeter intestinorum ulcerationem, aut nudam, aut cum pure faetione aliqua obortam, quam medici consueto uocabulo Nomen appellant. Quaecumque igitur ad tales affectiones commoda sunt, & iam frequenti experimento cognita, ea in principio subscribentur.

Qua ab Andromacho ad dysenteriam scripta sunt.

Potio ad dysentericos & hemoptoicos. Floris rosarum, opij, acaciae, gummi, singulorum drach. iij. balauitij tantundem, succi hypocistidis tantundem, gallarum drach. ii. feminis plantaginis tantundem, & succi eius tantundem, lycij, indicij drach. i. succi rosarum drach. i. Fac pastillos drach. i. Vtere uarie. Ad dysentericos & caliacos, confectio ex fructibus. Mala punica integra. xx. mala cotoneae. xx. erui sextar. i. prunorum syluestrium sextar. ii. sorborum ephesinorum sextar. ii. rhois Syriaci sextar. iij. pyrae tarentiana. xx. mala cestiana. xxx. siliquas. xl. baccarum myrti nigrarum sextar. iij. multi aminae ad tertias decocti sextar. xlviii. Coquito simul ad mellis spissitudinem, & in figulina reponito. Alia ex fructibus ad eadem, stomachum subuersum restituit. Disponitur etiam forinseus. Mala punica. x. cotoneae. xx. mala orbiculata. xv. sorborum sextar. \* duos, mespilorum sextar. i. glandium sextarium unum, rhois Syriaci sextar. i. rubi fasciculum manipulem, baccarum myrti nigrarum sextarium unum, palmas passas, pateros Graeci dicunt. xxx. acinorum aridorum sextarium dimidium, prunorum syluestrium sextarium. i. siliquas magnas. x. cenanthes sexuncem, cornorum sextarium unum, mala citria. v. passi Cretici sextarios. xvi. coquito simul & reponito in uitro, utere ut priore. Ad dysentericos, qua utor. Gallae, fructus ericae, opij, singulorum drach. iij. cum aqua redigito in pastillos duorum obolorum. Dato Dex aqua aut uino. Ad dysentericos Chidion. Nardi, croci, utriusque drach. viij. aloes drach. iij. ego drach. ii. thutis drach. ii. acacie drach. iij. myrrhae drach. iij. succi hypocistidis drach. iij. alij drach. vi. rosarum siccarum drach. iij. lycij indicij drach. iij. tragacanthae drach. iij. opij drach. iij. alij drach. i. obolos. ii. piperis drach. ii. alij etiam iridis drach. ii. Excipe aqua. Quidam etiam cinnamomi drach. ii. & dimidiam, gallae drach. ii. fac pastillos obolorum duorum ponderis. Exhibe cum uino myrteo. Ad dysentericos & caliacos, pastillus Brenzi. Nardi, croci, utriusque drach. ii. myrrhae succi hypocistidis, aloes, opij, tragacanthae, lycij indicij, gallae, anisi, acaciae, piperis, phiu pontici, singulorum drach. i. tragacantham in uino macerato, & reliqua rita commisceto, pastillosque 3. i. formato, atq; ipsos ex uino dato. Chidion ad dysentericos. Acaciae. 3. xxx. [succu papaueris. 3. xxii.] feminis hyoscyami. 3. lvi. baccarum myrti tusarum. 3. clx. rhois syriaci. 3. lxx. & succi eius. 3. ii. & dimidiam thuris. 3. lxxv. Omnia torrefacta terito, & uino nigro excipito. Datur limum. 3. i. Ad dysentericos & caliacos. Vini falerni sextar. vi. mellis attici lib. vi. coquito simul ad multam spissitudinem, utere pleno cochleario, ad delingendum dato.

Ad dysentericos & omnia interna uitia, pastillus ab Eudemo seniore.

Croci, aliae, fistulae, utriusque drach. ii. nardi drach. i. myrrhae, aluminis, succi papaueris, singulorum drach. ii. cu aqua pastillos formato, & dysentericis ex uini cyathis duobus dato, febrientibus ex aqua, QUINTA CLASSIS. Ii hepaticis

hepaticis & peripneumonici ex aqua multa. Ita etiam pleuriticis & tussitibus. Aliud ad dysente- rias. Seminibus feniculi, anisi, apij, malicorij, singulorum. ʒ. iiii. opij. ʒ. ii. cum aqua redige in pastillos duorum obolorum. Dato unum ex aqua. Ad dysenteriam & colicam, ex libro Antipatri. Piperis nigri. ʒ. iiii. gallæ. ʒ. iiii. myrrhæ. ʒ. ii. croci. ʒ. ii. nardi. drach. i. lycij drach. i. succi hypocistidis, acacia, yamencorum lotij, gummi singulorum drach. ii. opij, aloes, anisi, singulorum. ʒ. ii. rhois obsoniorum drachmas ʒ. duas. Excipe succo rubeo & utere. Ad dysentericos, colicacos, & hemopticos, e Cornelio medico.

Myrrhæ, thuris, aloes, croci, opij, rhois Syriacæ & corariæ, lycij indicij, acaciæ, malicorij, succi hypocistidis, gallæ, balastiorum, singulorum par pondus. in pastillos cogito, & ad noctem febre carentibus ex uino, si febrientibus ex frigida dato. Aliud ad dysentericos, Valeris. Myricæ fructus, rhois Syriacæ, opij, petroselinij, singulorum par pondus torreto ac terito, & cum aqua in pastillos reducito magnitudinis fidei. Da in noctem febrientibus ex aqua calida, non febrientibus ex uino. Ad dysentericos ex feris Lucij. Syracis. ʒ. ii. opij, croci, acaciæ, gallæ, fructus myricæ, singulorum. ʒ. ii. cum aqua pastillos facito, ac dato sub ægyptiæ magnitudinem cum uino. Ad dysentericos & hemopticos, statim a prima potione cohibet fluxum. Cochlearum ustarum. ʒ. xii. cornu cerui usti. drach. ʒ. xx. obol. ii. ] baccharum myrti nigrarum. ʒ. xv. opij torrefacti. ʒ. v. obol. ii. gallæ tostæ. ʒ. v. obol. ii. cenanthes. ʒ. vi. succi hypocistidis. ʒ. v. obol. ii. radicis mandragoræ. ʒ. xii. succi rhois, terræ asteris, utriusque. ʒ. xii. rhois curiarij. ʒ. xiiii. malicorij tosti. ʒ. vii. thuris. ʒ. viii. corticis pinus torrefacti. ʒ. vi. seminis apij. ʒ. xiiii. hyoscyami tosti drach. ʒ. decem, rhois curiarij sextarii. acaciæ tostæ. ʒ. v. obol. ii. uini nigri, quo rhus coquantur ut crassissimus succus fiat. Coquito itaque cum uino, atque colato, & cum succo reliqua subacta in pastillos drachmales. Scrobolares ac diobolares cogito, & pro habiti exhibeto, febrientibus cum aqua calida cyathis. iiii. non febrientibus cum uino cyathis. ii. In aliis exemplaribus cornu cerui drach. vi. obol. ii. habentur, & succi hypocistidis drach. vii. & obol. ii. & acaciæ tantundem.

Ad dysentericos Plautij Pythæ, id est pugilij. Baccharum myrti aridarum, tularum sextarium unum, rosarum siccarum tularum sextarium dimidium, facis malabathri drach. ii. baccharum iuniperi drach. xxx. pyrorum aridorum tularum sextarii. corticis pinus drach. xii. myrrhæ drach. i. gallæ. v. siliquarum tularum sextarium unum. Dantur ad summum drach. viii. Dato aridum cum uino diluto. Quæ uero crassiora sunt, palmulis pinguibus excepta exhibeto. Ad colicacos, sicut fluxorem confestim. Fructus myricæ drach. iiii. rhois cibarij drach. iiii. baccharum myrti nigrarum drach. iiii. acaciæ drach. ii. succi papaueris drach. i. Excipe malorum spissamentum, & fac pastillos drachmæ ponderis, ac utere cum oui assati uittello. Vbi uero bibendum dare uolueris, radicem rubi, aut myrrum, aut mala cotonea coquito, atque decoctum horum frigidum cyathorum. iiii. mensura cum pharmaco dato. Facit & lentericis. Potio ad interos fluxores: foris fecus etiam cum melle coctum impositum facit. [Seminis apij, hyoscyami, utriusque drach. iiii.] anisi drach. ii. succi hypocistidis sesquidrachmam, seminis rosarum sesquidrachmam, succi papaueris drach. unam, myrrhæ drachmam unam, crocomagmaris drach. i. Dantur cum aqua obol. iiii. & duo, & unus item. Potio ad omnem fluxionem & inflationem, Lucij Tarfensij. Anisi, seminis apij, utriusque drach. ii. seminis anethi, dauci, cordylj, singulorum drach. iiii. opij, seminis hyoscyami, utriusque sesquidrach. Excipe aqua, atque ita utere. Potio ad fluxionem multiebreum sistendum, ut Apollonij. Coralli obol. iiii. balastij obolos. iiii. gummi obolum unum, excipe oui crudi candido, & dimidium totius cum aqua cyath. iiii. præbe.

Infusa Dysentericæ commoda.

Infusum ad dysentericos, Isidori, ad exulcerationes factas in intestino recto. Cineris chartæ. ʒ. x. aluminis scissi. ʒ. iiii. auripigmenti. ʒ. iiii. sandarachæ. ʒ. iiii. squamæ aris, omphacij, utriusque. ʒ. iiii. croci, succi papaueris, utriusque. ʒ. ii. calcis uiuæ. ʒ. v. uita misce & excipe uino dulci, ac forma pastillos drachmarum trium, & duarum, ac uisus ponderis. Vtus tempore uino austero diluuntur ad strigentiam crassitudinem, miscenturque succi prisanæ cyathi duo. Infundito hæc simul ægroto, ita ut rû de prisianæ succo, tum de pharmaco pro uiribus ipsius sumas. Infusum Faustianum. Auripigmenti. ʒ. xii. chartæ ustæ. ʒ. xxx. sandarachæ. ʒ. vi. calcis uiuæ. ʒ. x. alij xii. cogito in pastillos quatuor drachmarum, & cum plantaginis succo, in quo spissamenta incocta sunt, infundito, aut uino diluto cyathis. iiii. Infusum, quo rhorum, Athrenæi, concordat Harpocræ, Magni Philadelphi, Aristolag. Omphacij. ʒ. vi. aluminis scissi. ʒ. vi. calcis uiuæ, squamæ aris, utriusque. ʒ. vi. auripigmenti. ʒ. viii. sandarachæ. ʒ. iiii. chartæ ustæ. ʒ. xv. cum uino myrteo pastillos drachmarum. iiii. aut iiii. formato. Infunde cum uini diluti cyathis. iiii. & aqua tepidæ cyathis duobus. Quandoque etiam cum aqua pluuiali. Infusum, quo rhorum. Chartæ ustæ. ʒ. xxx. auripigmenti. ʒ. xii. gallæ. ʒ. ix. calcis uiuæ. ʒ. xvi. bituminis. ʒ. xvi. sulfuris uiui. ʒ. xvi. sandarachæ. ʒ. xvi. Infusum aliud, ut idius. Aeris usti. ʒ. xiiii. calcis uiuæ, aluminis scissi, utriusque tantundem, chartæ ustæ. ʒ. xxx. auripigmenti. ʒ. xii. sandarachæ. ʒ. xii. excipe uino myrteo, aut rosarum decocto, que cû uino austero ad dimidias coctæ sint & expressæ, forma pastillos. eolij: infunde cû aqua. Infusum ab Eribulo. Squamæ aris. ʒ. xx. chartæ ustæ. ʒ. xvi. calcis uiuæ. ʒ. vi. auripigmenti. ʒ. viii. sandarachæ. ʒ. xv. [acaciæ. ʒ. v.] omphacij. ʒ. iiii. facis uini ustæ. ʒ. i. excipe uino myrteo, & infunde cum uino diluto calido.

Infusum Eteræ. Chartæ ustæ unc. i. calcis uiuæ unc. dimidium, cadiniæ unc. i. auripigmenti unc. i. ex hoc arido cochlearia duo cum decocto baccharum myrti, aut uino myrteo cyathorum. iiii. mensura infunde

\*Al. iiii.

\*Al. 5.

\*Al. iiii.

† Al. ʒ. v. obol. vj.

\*Al. quinque.

Al. 5. s. 1. 16 p. 1056. F.

Al. ʒ. i. 16. 1. 5. 4. 2.

\*Al. vii.

funde. Calcem uero cum succo plantaginis extingue. Infusum aliud eiusdem. Sandarachæ, auripigmenti, utriusque drach. ʒ. octo. acaciæ. ʒ. iiii. calcis uiuæ. ʒ. iiii. excipe uino austero, & coque pastillos drachmarum trium. In debilibus uero minus cum uino diluto infunde. Aliud, Sandarachæ. ʒ. vii. calcis uiuæ recentis. ʒ. x. chartæ ustæ drach. ʒ. octo, alij. ʒ. xxx. malicorij, gallarum, acaciæ singulorum. ʒ. v. manarum aceto conditarum ad dies triginti unum, ac ustarum. ʒ. iiii. auripigmenti. ʒ. xvj. Uruntur mane in olla cruda, & aliqui arido medicamento utuntur, aliqui in pastillos cum myrti baccharum decocto coquant. Si uero non moretur pharmacum retentum, ante eius usum polygoni succum aut muriam infundito.

Infusum, quo rhorum. Aphtha appellatum. Rhois Syriaci, gallarum ustarum, utriusque. ʒ. xv. chartæ ustæ tantundem, suberis usti. ʒ. xv. panis Alexandrini succi usti. ʒ. xv. auripigmenti. ʒ. vii. sandarachæ. ʒ. v. acaciæ. ʒ. v. cerussæ. ʒ. vii. calcis uiuæ. ʒ. x. spuma argenti. ʒ. iij. excipe uino ueteri & forma pastillos, alios duarum, alios trium, alios quatuor drachmarum pondere. In principio quidem per plantaginis, aut sanguinaria, aut helixines succum infundito: qui si nõ adfuit, per aquam. Si uero uigor sit, & morbus fortis cum dolore, cum foenigræci aut seminis lini decoctione infunde. In declinatione autem cum decocto myrti & rubi uino coctorum. In pueris cyathorum duorum copia, in sceminis trium, in uiris quatuor.

Infusum, quo rhorum, Gemelli. Auripigmenti. ʒ. vii. sandarachæ. ʒ. iiii. calcis uiuæ. ʒ. vii. squamæ aris. ʒ. vj. aluminis scissi tantundem, omphacij. ʒ. vii. lycij indicij tantundem, succi papaueris. ʒ. iiii. succi hypocistidis tantundem, croci. ʒ. ij. ego autem. ʒ. iiii. chartæ ustæ. ʒ. xx. alij. ʒ. xv. excipe uino myrtite, fac globulos, quorum singuli sunt. ʒ. iij. & trium. Infunde cum uino diluto. Infusum Agastij. Auripigmenti. ʒ. ij. sandarachæ. ʒ. v. calcis uiuæ. ʒ. iij. chartæ ustæ. ʒ. iij. ex hoc pharmaco. ʒ. iij. cum sale trito infundito in aqua frigida cyathis. vj. Infusum Nicolatri ad dysentericos, quo Memander usus est. Calcis uiuæ. ʒ. j. gypsi. ʒ. vii. acaciæ. ʒ. ij. omphacij drachmam unam, stibij drach. iij. thuris drach. j. gallæ drach. iiii. tragacanthæ drach. ij. cum uino myrteo cogito in pastillos. Reponuntur in reliquis ab expresso uuarum succo restantibus spaci, ne transpirent. Infusum ad dysentericos Tamyra. Auripigmenti drachmas duas, aluminis scissi drach. ij. cadmiæ tantundem, calcis uiuæ nouæ drach. j. chartæ ustæ drachmas duas, suberis ex dolio uni salerni usti. ʒ. vii. & dimidiam. Cum sapa aut passo hispano apud te recocto pastillos cogito. Ceterum pastillis rursus tritis cochlearia ij. infundito. Reliquis pro uiribus cum lenticulæ decocto, si lenticula non adfuit, rubum cum rosis aridis decoquito, & seorsum myrti baccas cum uino austero coquito, & utriusque cyathum unum misceto. Quandoque uero uini cyathos. iiii. & rubi decocti cyathos. ij. Facit item in poru acceptum pro uiribus ad cochlearij plus minusve mensuram, ex frigida aqua.

Infusum, ut Deletius Epagathus. Auripigmenti drach. xij. succi hypocistidis drach. iij. sandarachæ drach. iij. chartæ ustæ drach. triginta, calcis uiuæ drach. uiginti quatuor, balastij drach. xlvij. Balastium in uino ueteri austero coquitur, deinde cum decocto reliqua teruntur, formanturque pastilli drachmarum quatuor, quidam uncie ponderis faciunt. Infunduntur autem ante coenam in myrti baccharum & lenticulæ decocto.

Quæ ab Aesclepiade ad dysentericos scripta sunt, quorum aliqua etiam colicis conueniunt.

Vini myrtitæ sextarij, rhois rubri heminam, j. mellis artici cocti lib. j. rhoem & uinum coquito rubi ramulis monenda, & ubi tertia pars restiterit, liquorem exprimito, eique mel adijcito, ac rursus coquito donec spissetur. Datur mystrum ante cibum. Aliud, Rhois Syriaci, facinæ polentæ, uinæ passæ non exacinate, singulorum. ʒ. ij. malicorij tui & cribrati. ʒ. j. excipe melle cocto, dato mystrum ante [ & post ] cibum. Pastillus colicis & dysentericis. Ouum crudum recens perforato, & in uasculum euacua to, & cum testa subcripta mensurato, olei omphacini testam oui unam, piperis albi tenuissime triti tantundem, rhois syriaci tenuissime triti tantundem, & gallarum omphacii tantundem, farine tritici tantundem. Omnia subacta & mollita in pastillos redigito, & in sartagine fructa ante cibum dato.

Aliud, hoc seminus multos usus a morbo liberatos esse. Gallarum subtilissime tritaru cochlearium, piperis albi, rhois rubri, malicorij tenuissime triti, singulorum æqualem partem. Omnia mista oui luteo excipe, & in uacuum mali punici restam conijce, atque obturato cum farina osculo ipsius ad primas torre, deinde depurgata mali punici resta cochlearium unum comedendum exhibe. Catapotia colicis, dysentericis. Gallarum omphacii tantundem non perforatarum. ʒ. iiii. opij hispani. ʒ. ij. petroselinij. ʒ. j. excipe aqua, fac catapotia, & da magnitudine ciceris: uinum tamen ratione circa mensuram habita. Aliud Aspasij, pharmacum generosum. Petroselinij, fructus ericæ, rhois syriaci, opij, singulorum. ʒ. j. cum myrti decocto in catapotia redigito, ac dato ut dictum est. Pastillus sedans dolorem, colicis & dysentericis, & bibitur, & infunditur. Quandoque etiam ipsa pro cataplasmate utimur excipientes melle cocto. Seminibus hyoscyami. ʒ. iiii. seminis apij tantundem, anisi, rosarum, utriusque. ʒ. ij. hypocyctidis, [balastij,] opij utriusque. ʒ. j. Cum aqua trita in pastillos reducito, & ob. iij. exhibeto. Febre non habentibus cû uini diluti cyath. iij. febrientibus cum aqua. Aliud colicis, dysentericis pharmacum accommodatum, & bibitur, & infunditur, & foris fecus impositum auxiliatur. Seminibus apij, seminis hyoscyami, anisi, feniculi, singulorum. ʒ. iiii. opij, rhois syriaci, utriusque. ʒ. ij. succi hypocyctidis, balastij, singulorum. ʒ. j. excipe aqua, & coque pastillos, dato ut prædictum est. Pastillus aromaticis, colicis, dysentericis, Berythij appellatus, pharmacum accommodatum. Sicut confestim. Croci. ʒ. iiii. nardi indicæ, anisi, utriusque tantundem, myrrhæ. ʒ. ij. aloes indicæ, succi hypocyctidis, [lycij indicæ, acaciæ,] succi papaueris, gallarum omphacii, tragacanthæ, piperis albi, singulorum tantundem. Excipe uino & forma pastillos, dato ob. iij. Pastillus Philippi ad dysentericos inueteratos, sedans dolorem, bibitur & infunditur.



Balaustij, acacie, succi hypocythidis, rhois, opij, thuris, myrrhae, baccarum myrti nigrarum, croci, galla-  
rum, lycij, aloes, rhu pontici, malicorij, singulorum. 3. iiii. excipe uino Italico, & coque pastillos pondere  
obol. iiii. Da non febricitibus cum uino, febricitibus cum aqua mulla. *Pastillus sedans dolorem, pra-*  
*clare indicans febrem. id imbecillos dyssenterias.* Charta usita. 3. x. sandaracha, auripigmenti, squamæ  
aris, aluminis scissi, omphacij, calcis uiuæ, singulorum drach. v. croci, opij, utriusque. 3. ij. singula diligẽ-  
ter rita in pastillos drachemales cum uino myrtite coagmentato, ac utitor. In funduntur ad summum  
ex eo. 3. iiii. medullam dæ, minipum una. In conficiendo autem, omphacium cum opio tibi fit in uino  
myrtite maceratum. Crocus seorsum teratur, deinde simul mista probe terito, & additis aridis unio,  
animaduersione habita ne pharmacum a calce uiuæ exuratur. Si tamen tale quid consequatur, de myr-  
tite sufficienter affunde, ut omnia dissoluantur. Oportet autem calente adhuc pharmaco pastillos for-  
mare. Vnus iuxta apponderationis uariationem fit, secundum quod ægri subtili aut hebetæ sensu præ-  
dicti id tolerare possunt, & secundum magnitudinem affectionis. In fundito autem diligenter in non fe-  
bricitantibus cum uini, austri diluti cyathis. vi. in febricitibus cum aqua, aut decocto palmularum, aut  
rosarum, aut myrti. Ante infusionem detur panis non febricitantibus cum uino diluto, febricitantibus ex  
aqua. *Alia dyssentericis non febricitantibus, facit confestim.* Charta usita. 3. x. sandaracha, auripigmenti,  
squamæ aris, aluminis scissi, omphacij, lycij, indicis, acacie, succi hypocythidis, calcis uiuæ, singulorum  
drac. v. croci, opij, utriusque. 3. ii. excipe uino myrteo, & forma pastillos magnitudine differentes. In-  
funduntur ad summum. 3. iiii. Infundere autem oportet quantitate pharmaci ad magnitudinem affe-  
ctionis apponderata. Siq; liquor passum creticum dilutum, & ex eo ad summum cyathis. vi. infundan-  
tur. *Epithemata celiacis, dyssenterias.* Seminis hyofcyami albi, apij, utriusq; trientem, anisi, floris ro-  
sarum, succi hypocythidis, balaustij, rhois Syriaci, singulorum sextantem, succi papaueris unc. i. Hæc sin-  
gula cum uino myrteo terito, deinde mista in pastillos cogito, eosq; in umbra siccato. Inde uero quan-  
tum sufficit tundens & cribrans palmis passis excipito, deinde limbo infata uentri imposito. Aliud,  
Succi acacie, malicorij, seminis hyofcyami, opij, gallarum, omphacij, rhois Syriaci, culinarij, singulorum  
quadrantem, baccarum myrti nigrarum heminam. i. tundito, cribrato, & uino austero subacta in pastil-  
los coagmentato, eosq; in umbra siccato. Vnus iam ostensus est.

*De affectionibus & ritibus sedis.*

Cap. 6.

Sedis pitia & affectus ob multas causas difficilem curam accipiunt, multo enim sensu particula hæc  
prædita est. Dicitur autem sepe est eiusmodi particulas facile per acriora & austera pharmaca ir-  
ritari. At uero & ipse recrementorum alimenti transitus per se mordax est, & hoc magis ubi eruperit ipsa  
bilis, & serosi quidam aliquando humores, quibus accedit & hoc, quod neq; statum tempus habeant  
medici ad imponenda pharmaca, sed plerumq; tempore minime conuenienti ægri ad excernendum con-  
citantur. Quin & humiditas ac caliditas ipsius loci siccantibus simulq; frigidificantibus opus habens,  
non parum confert ad hoc, ut ægre curabilis ani affectio existat: siquidem mordent adstringentia. Ve-  
rum locus subtili sensu præditus acrimoniam ferre non potest. Ob id igitur aptissima ipsis pharmaca  
sunt, quæ citra apretudinem adstringunt. Qualia maxime sunt ex metallicis, quæ neq; acria, neq; acer-  
ba penitus existunt. Hæc enim lota citra mordacitatem id quod oportet, operantur. Horum itaque in  
summa dictorum uenientes deinceps materiae syluam experimento cognitam subscriptam habebitis.

*Medicamenta sedis seu ani, ab Andromacho conscripta.*

Medicamentum sedis quo utor. Cerussa, spumæ argenti, utriusq; drach. v. thuris, aluminis scissi, utriusq;  
que. 3. iiii. croci obol. iiii. uini & rosacei quod satis est. *Aliud ad sedem, ut Apollonius, quo utor.* Lycij  
indici sextantem, celsypi unc. i. ceræ tyrrhenicæ trientem, alij sextantem, rosacei quod satis est. Aliud,  
Buryri selescunciam, ceræ selescunciam, medullæ ceruinæ unc. i. celsypi unc. i. thuris unc. i. aluminis scissi  
quadrantem, lycij sextantem, uini & rosacei quod satis est. *Aliud, ut Nicostriatus.* Ceræ tyrrhenicæ  
unc. i. lycij indicis sextantem, balaustij unc. dimidiam, celsypi unc. i. acacie unc. dimidiam, rosacei trientem.  
*Aliud, ut Hierophilus.* Rosarum siccatu aut uiridium. 3. ii. cerussa. 3. ii. pōpholygis. 3. ii. croci. 3. ii. spumæ  
argenti lotæ. 3. ii. meliloti. 3. ii. iunci odorati. 3. i. succi papaueris. 3. i. celsypi. 3. i. oui assati utellū. i. ro-  
sacei quod sufficit, succi plantaginis cyathos duos. *Aliud faciens & ad pruritus.* Spumæ argenti lib. di-  
midiam, thuris, terræ samiae, utriusq; unc. i. celsypi sextantem, rosacei sextantem, melini lib. dimidiam,  
Arida in umbra cum uino sacro terito, celsypi unc. i. infarcito, & affusis duobus unguentis terito ac cō-  
mifecto. *Aliud ad sedem, quo utor, ad condylomata, inflammationes ani, ac rimas.* Ammoniæ thymiam-  
tis lapidis hæmatitæ, thuris, aluminis rotundi, singulorum drac. ii. gallæ, croci, utriusque. 3. i. terebinthi-  
næ. 3. i. ceræ tyrrhenicæ. 3. xii. rosacei heminas. iiii. excipe pesto, cum syriaco, in reliquis cum rosaceo.

*Medicamentum sedis ex cerebellis.* Adipis anserini curati, ceræ, thuris, medullæ cerui, florum rosarum,  
pōpholygis, cadmiæ, plumbi loti, singulorum. 3. iiii. cerussa. 3. viii. cerebri gruis. 3. ii. succi papaueris  
sestqui drachmam, celsypi. 3. v. succi sedis heminam unam, rosacei heminam dimidiam. *Medicamen-  
tum sedis a rustico, quo utor.* Rosarum uiridium. 3. viii. lactis muliebris heminam. i. spumæ argenti. 3. xl.  
succu papaueris drac. xl. ona cruda integra duo, butyri drach. xvi. celsypi drach. xvi. malicorij drac. xvi.  
mellis drach. c. in alio exemplari heminam dimidiam, ceræ drach. xl. rosacei aut myrtei heminam di-  
midiam. Verum Heras pro celsyppo adipem anserinum pari pondere coniecit, & spumæ argenti. 3. x.  
lactis heminas. iiii. & oui utellum assatum. *Aliud a Tyranno.* Spumæ argenti sextantem, ce-  
russa

Aristæ sextantem & unc. dimidiam, thuris unc. i. myrrhae unc. i. cadmiæ selescunciam, aluminis scissi trien-  
tem, ceræ trientem. Vinum & rosaceum. *Aliud Samithro ad multa commodum.* Spumæ argenti. 3. xii.  
cerulle. 3. xii. chalcitidis. 3. ii. mifyos assati. 3. i. terebinthina. 3. vi. olei & aquæ heminas. iiii. *Pinguis  
compositio ad achoras & psoras.* Spumæ argenti, cerussa, utriusque. 3. xxxii. atramenti sutorij. 3. xvi. sul-  
furis iui. 3. viii. olei myrtei & acetii quod sufficit. *Alia pinguis Galli.* Spumæ argenti. 3. xxxiii. cerus-  
sæ. 3. xxxiii. myrrhae. 3. viii. thuris. 3. x. olei myrtei. 3. xliii. uini austri tantundem. *Alia pinguis, qua  
utor, Cleopanti.* Olei myrtei, lentiscini, rosacei, singulorum drach. xvi. cerussa lib. i. spumæ argenti lo-  
tæ selescunciam, uini uereis Italici sextarium dimidium, ceræ trientem. *Alia ex nouem medicamentis con-  
stituta, Emeapharmacos dicta.* Mellis partem. i. ceræ albæ partem. i. medullæ ceruinæ, myrrhae, utriusque  
partem. i. butyri partem. i. adipis anserini, adipis utulini, utriusq; partem. i. terebinthina partem. i. olei  
rosacei partem. i. alij & ricini partem. i. *Alia Xanthe multi usus.* Ceræ. 3. xvi. butyri. 3. x. celsypi. 3. x.  
adipis anserini. 3. viii. terebinthina. 3. viii. medullæ ceruinæ. 3. iiii. rosacei parum. *Alia ex ruta.*  
Spumæ argenti minam unam, rutæ minam dimidiam, alij minam unam, acetii. 3. iiii. olei quod satis est.

\* Al. vitulini.

*Alia ad obstructiones, & alia sedis ritia.* Plumbi usti & loti. 3. x. cerussa. 3. iiii. ceræ. 3. xii. adipis por-  
cini uel anserini. 3. iiii. olei quantum sufficit. *Ad obstructiones & ritia sedis compositio Irodoti, qua Alaius  
Bacutus est.* Oelsypi. 3. i. obol. iiii. adipis anserini per hyemem curati. 3. vi. per æstatem. 3. iiii. medullæ  
cerui aut cameli drachmas. ii. ceræ tyrrhenicæ. 3. viii. plumbi usti & loti. 3. iiii. iadani. 3. ii. adipis utu-  
lini. 3. iiii. terebinthina. 3. iiii. cerussa. 3. ij. spumæ argenti. 3. i. rosacei heminæ quattam partem, hoc est  
sestqui yathum, hoc est sextantem & unciam dimidiam. Arida cum liquidis committito. Quando uero  
temporis progressu fuerit induratum, dissoluitur rosaceo, & adipe anserino. Facit & ad contractos ar-  
ticulos. *Ad condylomata, quo melius nullum reperitur.* Aluminis scissi. 3. iiii. ceræ. 3. viii. croci. 3. iiii. ope-  
balsami drach. unam, celsypi. 3. viii. thuris. 3. iiii. aloes. 3. iiii. liquefabilia liquefacito, ac cum aridis  
tritatis committito.

*Ad prolabantem podicem Asclepiadae pharmaca ex quinto externorum.*

Ad prolabentes podices, ut Archelaus. Recrementi plumbi. 2. viii. rhois syriaci drachmas octo, flo-  
ris rosarum drach. quatuor, myrrhae mineæ. 3. ii. Admoue siccum, ubi prælaucris uino austero, aut len-  
tiscii decocto. Aliud, Gallæ omphacinae, malicorij succi, rhois coriariæ, singulorum. 3. ii. plumbi usti  
drach. iiii. spumæ argenti. 3. viii. [thuris. 3. ii.] trita inspergito. Aliud, Balaustij. 3. i. malicorij. 3. ii.  
seminis hyofcyami. 3. ii. cerussa. 3. viii. myrrhae. 3. ii. plumbi loti, [thuris,] singul. 3. ii. tritis utitor.  
Aliud, Corticis pinus, spumæ argenti, manuæ, singulorum. 3. ii. pilularum cupressi aridarum. 3. ii. plu-  
baginis. 3. ii. trita insperge, ubi prælaucris uino acerbato. *Pharmacum nostrum ad proidentem sedem.*  
Fructus æricæ, gallarum, acacie, cerussa, succi hypocythidis, corticis pinus, thuris, myrrhae mineæ, sin-  
gulorum drach. quatuor, arida trita insperge uino austero prælotis locis.

Al. s. 1. t. 6.  
p. 37. B.

Al. s. f. 7.  
l. 2. 4. B.

*De hæmorrhoidibus.*

Cap. 7.

Quæ Asclepiades in quinto externorum de hæmorrhoidibus scripsit, in subscripto sermone conci-  
nentur. Quandoquidem uero plurimæ hæmorrhoides opus habent extractione ad facilem phar-  
macorum impositionem, necesse est etiam huiusmodi compositiones scribere. *Extrahitur hæmor-  
rhoidum Magni Tarsensis, pharmacum accommodatum.* Piperis, utriusque. 3. i. terito & admoueto ante  
reliquorum pharmacorum impositionem. Aliud, Spumæ nitri, fellis tauri, staphidis syluestris, singu-  
lorum. 3. i. trita adhibe, modico addito melle. Aliud, Succu absinthij. 3. i. fellis tauri, staphidis sylue-  
stris, utriusque. 3. i. Aliud, ut Diogenes. Succu cyclamini, mellis, utriusque partem mensuram, coquito  
in uase æreo ad cerati liquidi spissitudinem. *Aliud ex scriptis Largi, quod uix pronentes extrahit hæmor-  
rhoidas.* Succu centaureæ. 3. ii. aluminis liquidi. 3. ii. mifyos. 3. i. staphidis syluestris. 3. i. excipe melle,  
& anum obline, aut lanam ex eo madefactam in sedem inde. Postquam uero hoc pharmacum prom-  
ptitudinem induxerit ad egerendum, & tumor hæmorrhoidum procciderit, pharmaca ad hæmorrhoidas  
conscripta adhibeto. Quando uero aliquod huiusmodi pharmacum illitum sedem ac anum ipsum ex-  
trahit necessario tales confectiones adhibemus, qualis est & Nicodemi Romæ medicantis, quæ Eua-  
phion a lenitudine appellatur. Cerussa unc. i. spumæ argenti quincuncem, cadmiæ bestem, aut pom-  
pholygis unc. i. olei myrtei bestem, uini boni bestem, butyri unc. i. *Ad sedem inflammatam ac prola-  
psam.* Gallam flauam coctam ac tritam imposito, cum uino, si fortiore uti uelis, aut cum aqua, si mi-  
tiore. Succus item echini facit ad inflammationes & prolapsam sedem. Aliud, Corticis pinus. 3. viii.  
pilularum cupressi aridarum. 3. iii. prælotis uino austero inspergito. Ceterum ad ardentem sedis dolo-  
res, oui assati utellum uino albo terito, & cerato rosaceo exceptum illinito. Verum ad pruritus ci-  
mollam tritam cerato myrteo excipito. Ad rimas uero tum sedis, tum pudendi, rasuram linteo-  
lorum urito, eiusque cinerem cum pari amylo tritum succo foliorum oleæ admisto illinito. *Pa-  
stillus ad eminentias.* Aloes, croci, utriusque drach. ii. & dimidiam, aluminis scissi unciam unam, terito  
uino amixto, ac utitor.

*Ad pudendorum affectiones.*

Cap. 8.

Exulcerati pudendi cognitio ex manifesto circa ipsum dolore contingit una cū hoc, quod & circa  
mictiōnes excernitur quid ex corpore ulceri ipsi insidentibus. Discernuntur autem hæc ab eis  
QUINTA CLASSIS. li 3 quæ



quæ ex vesica feruntur, quod statim circa primum exitum illa appareat, uerum ex uesica delata ipsis uiri  
nis admittit. Ceterum ulcera pudendorum & circa sedem circa inflammationem consistencia resc  
cantibus ualde indigent pharmacis, qualia sunt, quod ex charta uisla constat, & anethum uisum siccum,  
& cucurbita uisla. Verum licet & recentibus ulceribus etiam aloë bonum est pharmacum, si eius arida  
puluillus inspergatur. Omnium autem maxime dolorem sedat, neq; ullo minus efficax est pompholyx.  
Si uero humectiora sint ulcera, pinus cortex per se & lapis hæmatites: uerum si profunda etiam sint ul-  
cera, manna prædictis addatur. Porro quæ circa iterum aut uesicam sunt ulcerationes, iisdem phar-  
macis indigent, sed instrumentis insuper opus habent, quæ ipsa intromittant, quæ metrenchytæ & ca-  
theteres Græcis appellantur. Aptiora itaq; sunt arida, qualis est crocus, & pompholyx, & aloë, quæ sa-  
cite plantaginis aut alteri tali succo miscetur. *Ad seros & pudendi dolores.* Butyro & resina pari men-  
sura utere. Aut semen lini cum aqua coquito, & admista myrrhæ tertie decima parte, resinæ tantundem  
cuam imposito. *Ad pudendum intumescentis.* Foliorum uitis tenerorum, 3. i. cerussa, 3. v. trita caraplas-  
matis uice impone. Utere etiam marinæ aquæ frigidæ perfusione, & quiete, & colis religatione. Aliud,  
Lenticulam in aquam coquito, & cum mali punici cortice tritam imposito. Si uero a sudoribus ulcera  
in seroto fiant, gallam tritam cum alumine inspergito. Ad tubercula uero in pudendis nascencia, py-  
ri semen inspergito, & fel hircinum oblinito. Ceterum fistulas ac rimas pudendorum iuuat resina fri-  
cta cum rosaceo trita ad strigumentiam crassitudinem, admisto etiam oui assau uicello. Aut rosacei, &  
amylis, ac thuris, singulorum unc. una. Aut foliorum hederæ aridorum uisum cinis cum oleo in mor-  
tario plumbeo tritus. Ad inflammationes autem pudendorum, unam passam ex acinaram, & cuminum  
trita imposito. Aut fannam hordeaceam aqua mulla coquito, & uitis folia tenera cum polenta terito,  
omniaq; simul imposito. Aut cuminum tritum cum buryri & resinæ æqualibus partibus eliquatis co-  
mitato. Testiculos porro ulcere aphthæ non absimili apprehensos ex reira cimolia cum aqua oblini-  
to, & exiccari sinito, indeq; aqua calida ablutos myrræ arida trita & modico smyrnio item trito con-  
sperserit. Excrescentem uero testium carnem cinis samentitius cum nitro & aqua subactus sanat, ca-  
raplasmatibus uice impositus.

De priapismo.

Cap. 9.

Priapismus est auctio pudendi stabilis in longitudinem ac orbem tumefacti, citra rei ueneræ ap-  
petentiam. Est autem status uentulosus, uidelicet qui membrum ipsum tumefacit, ex humoribus ui-  
scosis ac crassis generatus per moderatam caliditatem. Palam est igitur non oportere membra ipsa cal-  
facere, sed refrigerare leniter per ceratum rosaceum in aqua conuassatum, item per chartamelinum  
ceratum tum pudendo, tum lumbis impositum. Victus & pharmaca exhibeantur attenuatorie facultatis  
citra manifestam calfactionem. Adhibenda sunt etiam naturali efficacia prædita per experientiam  
inuenta, nymphaeq; in potu data ac uicis semen, ruta etiam uiridis oblonis admisceatur. Verum  
hoc a principio ne fiat, multum enim calfacit, sed posterius post aliorum extenuantium usum. Quod si  
eua:uatione uti libeat, per uomitum id fiat. Quæ enim per inferiorem uentrem sunt euacuationes, se-  
penumero uicinas partes fluxione infestant. *Ad eos, qui se in somno permungunt.* Vesicam capriuanam  
aut ouillam uisam ex posca bibendam præbet, & ad uesperam siticulosos somnum petere iubero. Fa-  
cit & leporis testiculus in uino odorato feruet factus, atq; ita potatus. Aliud, Calamintham & myrrhâ  
in uino ante cœnam bibenda dato. Oblinat autem & pudendum cimolia terra cum perdicij succo.

Ad uiri affectus.

Cap. 10.

In uteri suffocatione contingit sensus ac motus priuatio, & pulsus obscurus ac parvus, & penitus  
interceptus. In aliquibus uero tum sensus, tum motus adest, itemq; ratio, uerum uix respirant. Ali-  
quibus etiam uox intercepta, aliis contrahuntur artus. Fiunt igitur & sensus & motus & spirationis  
interceptiones ob frigiditatem, cum ipsa sola perspiratione rotius corporis per arterias contingente  
contentæ sint, & respirationem per os non expectant, atq; hoc, ut dictum est, ob frigiditatem. Quando  
sane in priori tempore probe purgata, & concipientes, ac uiris coeuntes, his ipsis priuata fuerint, ut  
palam sit humidum & frigidum in ipsis semen totum corpus perfrigerare. Ad uulua: igitur strangula-  
tus conuenit garici, 3. i. in potu accepta ex uino. Plantaginis semen & succus cum uino, onyx detra-  
ctus ex conchylio potatus. Acetum scylliticum absorptum. Ceterum olfactu excitant strangulatas bi-  
tumen, castorium, chalbanum, pix liquida, cedria, pili uisla, ruta, allium, cepa. Eadem in tem cornu cerui  
sufficit. Et ruta cum melle lana excepta in animum inditur.

GALENI

252  
GALENI DE COMPOSITIONE  
MEDICAMENTORVM LOCALIUM, SIVE SECVNDVM  
LOCOS, LIBER DECIMVS,  
ARGVMENTVM LIBRI.

Recensentur medicamenta, quæ renum, uesicæ, coxæ ac articularum  
affectibus succurrunt.

De Nephriticis.

Cap. 1.



Quod nephriticas antidotos & compositiones appellent, quæ renibus affectis  
commodant, ex ipsa appellatione manifestum est. Nephritica enim nihil aliud  
quàm renales sonant. Est autem differentia ipsarum generalissima duplex. Quæ  
dam enim calculosos renes iuuant. Quædam uero inflammatos & ulceratos,  
quæ etiã ad uesicâ similiter affectâ conueniunt. Maxime uero contrariæ inter  
se sunt prædictorũ pharmacorũ facultates. Quæ. n. ad inflâmatas & ulceratas  
affectiones componuntur, mitigatorijs medicamentis opus habent. Cum ue-  
ro impossibile sit hæc cito ad regiones renum peruenire, ob id ipsis pharmaca  
urinam cientia miscemus. Quæ uero calculosis auxiliantur, unica facultate indigent, quæ secare & ex-  
tergere cum manifesta caliditate potest. Sunt autem talia fere omnia amara. Quemadmodum igitur in  
alijs, sic etiam in his materiam experimento cognitam deinceps subscribam, initium ab his quæ ad ulce-  
ratis & inflâmatas affectiones conueniunt facturus, a quibus etiam Andromachi sectatores & Aicle-  
piadis orsi inde ad compositiones calculos frangentes tranferunt.

Confectiones renales ab Andromacho ad renum & uesicæ affectiones conscriptæ.

Potio. Seminis lini, seminis papaueris albi, seminis cucumeris, tragaçanthæ, singulorum drachmas  
duas, amyli 3. quatuor, cum aqua in pastillos redigito, & ad uesicam ulceratam ac uinæ emittendæ dif-  
ficultatem exhibeto. Alia, Nuces pineas. xxx. amygdalas. xx. palmas. xv. tragaçanthæ drachmas  
quatuor, succi radicis dulcis 3. ij. croci obolum unum, myrrhæ obol. j. uino proteropo diluito, ac uritor  
accommodato. Alia, ad uesicæ affectus & ulcerationes passillos, quo uxor. Seminis cucumeris 3. xij. semi-  
nis hyosciami 3. vj. seminis cicuræ, opij, freniculi, croci, singulorum 3. iij. casia 3. quatuor, amygdalas. x.  
nucis ponticas. x. seminis apij 3. sex, seminis maluæ syluestris 3. tres. Excipe passo cretico, & præbe obo-  
los tres non febricitantibus ex passo. Quidam cicuræ 3. sex habent. Alia ad eadem & uesicæ dolores. Cro-  
ci, seminis bethæ, hoc est ruta syluestris, seminis maluæ syluestris, singulorum 3. sex, seminis hyoscya-  
mi 3. xij. opij drachmas sex, seminis apij 3. xij. nucis auellanas. viij. amygdalas. xx. seminis cucumeris  
3. xij. mellis artici quod satis est. Datur magnitudo nucis porticæ cum uini mulli cyath. tribus. Alia  
ad profusam sanguinis ex uesica. Aluminis drachmam unam, tragaçanthæ drachmas duas, gammii obolũ  
unum. Dato ex passo quandoque obolum unum, quandoque. ij. Alia, ad uesicæ affectiones uinum uisum  
a Macedonia profectus facit & ad hepaticos & hydropicos, ictericos, nephriticos, ac omnia uesicæ symptomata, frangit uinam la-  
pider. Acoti 3. l. plu 3. xxv. nardi celticæ. 3. xxiiij. seminis dauci 3. xxiij. cinnamomi 3. xxxij. mel 3. xvj.  
asari 3. xxiiij. peroseleini 3. xvj. opobalsami 3. xvj. & carobalsami tantundem, croci 3. xxiiij. myrrhæ. 3.  
xx. radicis dulcis. 3. xvj. nardi Indicæ 3. xvj. casia 3. xij. amomi 3. xvj. uinæ passæ 3. viij. tragaçanthæ 3. ix.  
D Arida melle excipiro, & tragaçanthum uino uinæ macerato. Dato nucis porticæ magnitudinem cõ  
uini cyath. iij. febricitantibus cum aqua mulla. Alia ad uesicæ uicera & inflammationes. Nuces pineas  
xx. seminis cucumeris syluestris grana. xl. amyli obol. tres, nardi drachmam unam, seminis apij cyath.  
ij. Nardus & apium in aqua sextario uno coquantur, deinde ex decocto duo cyathi præscriptis admis-  
centur. Alia ad calculos, qua Bassa uxor Marj curata est. Frangit ita ut neque rursus gignantur. Casia drac.  
duas, seminis apij 3. iij. myrrhæ minæ 3. quatuor, piperis albi 3. ij. thuris 3. tres, lapidis syriaci masculi  
3. j. aut foeminae drachmâ unam, seminis pastinacæ, anisi utriusq; 3. ij. styracis 3. iij. iridis illyricæ 3. ij.  
seminis papaueris albi 3. duas, spicæ nardi tantundem, amygdalarum amararum mundatarum, asari  
utriusq; 3. tres, seminis smyrnij, cypert, utriusq; 3. ij. mellis artici quod satis est. Dato quotidie. Alia  
ad calculos, frangens & paulatim expellens, donec munda uesicam, reddat, deinde eger pellucida lotia reddet, & quod ma-  
ximam est, curat ut non amplius renascantur. Seminis dauci, anisi, seminis cucumeris, petroselin, myrrhæ,  
singulorũ 3. sex, casia, daphnitidis, cinnamomi, nardi celticæ, singulorum 3. quatuor. Terito & cõ aqua  
ad partu lupini quantitatẽ coagmctato, & ieiunis quotidie per dies. xxx. ex aquæ cyath. tribus præbet.  
Hoc uero pharmacum quemadmodum accepimus, cum quadam religione præparatur. Ligno. n. mor-  
tario ac pastillo inditur, oportetq; eũ qui tundit neq; anulum habere ferreũ, neq; ealclameta clauis fer-  
reis transfixa. Hoc a rustico ut mysteria accepimus. Alia ad nephriticos & omnem fluxionem, ut Apollonius.

QUINTA CLASSIS.

I 4 Corticis

Corticis mandragoræ tosti sesquidrachmam, hyoscyami seminis tosti, seminis papaveris nigri tosti, E  
ueriusq; sesquidrachmam, anisi tosti sesquidrachmam, tragacanthi, carnis palmarum, utriusq; drac. \* tres,  
dato cum melle.

*Nephritica compositiones ab Aselepiade conscriptæ.*

Antonij Musæ. Fructuum pini, qui pityides uocantur, [†] usorum & cribratorum, ] drach. xx. se-  
minis papaveris \* albi, tragacanthæ, utriusque. 3. ii. nardi celticæ, croci, anisi decoricati, radicis dauci  
cretici, singulorum drach. i. costi oboli. iii. præpara cum protropo, & reponere in pyxide, da nucis ponti-  
cæ magnitudinem cum protropi cyatho uno, & aquæ calidæ cyathis duobus. Alia, Seminis cucu-  
meris sicuti tosti drac. iii. seminis maluæ drac. v. nucum pinearum drac. vi. seminis apij drac. vii. semi-  
nis lini drach. unam, amygdalarum amaranarum. 3. xvi. seminis dauci cretici, seminis mal-  
uæ, utriusque. 3. vi. radicis iridis syluestris. 3. viii. cornu certuini usti, tragacanthæ, nardi celticæ, seminis  
cucumeris sicuti, singulorum. 3. vi. passi quantum sufficit, præpara ut dictum est. *Aliud pharmacum ac-  
commodatum.* Hoc scimus multos nephriticos usos esse, & a tota affectione penitus liberatos.

Oporet per multos dies in pharmaci huius usu perseverare. Datur & calculosis, & colicis medetur,  
ac uescicæ affectibus. Componitur hoc modo: Nucum ponticarum purgatarum, amygdalarum ama-  
rarum mundatarum, seminis cucumeris repurgati, singulorum, 3. iii. seminis cucuræ, croci, seminis mal-  
uæ, opij, singulorum. 3. vi. seminis hyoscyami albi, seminis apij, utriusque. 3. xii. Cogito in pastillos cum  
melle, ac dato oboli. iii. cum aquæ mulsæ cyathis. iiii. In alio exemplari, & besala, hoc est seminis rutæ syl-  
uestris. 3. vi. *Ad callosas in uenibus concretiones, Onesidem.* Symphytum, & Sion, & artemonium cum  
uino coquito, & expressi liquoris cyathos. ii. cum pari aqua dato. *Aliud, Maluæ syluestris radicem,*  
& rutæ syluestris radicem, & apij montani radicem [ cum uino ] coquito, & eo qui dictus est modo ex-  
hibeto. *Aliud ad calculosos in peristole.* Seminis balsami partem. i. lapidis qui in spongiis reperitur tan-  
tundem, pulegij aridi, seminis maluæ syluestris, ocymi aridi, singulorum tantundem: uisula & cribrata re-  
ponito, & dato cochlearium cum uini diluti cyathis duobus. *Aliud, Struthij radicis partem. i. iridis  
syluestris siccæ tantundem, oxalidis siccæ tantundem, fremij luteum florem habentis sicci tantundem,  
Tufis & cribratis, ut dictum est, utere. Catapotia Heracleide Tarentini, dissolunt uescicæ topus, commodant &  
ad uescicæ sillididum.* Piperis, galbani, utriusque. 3. i. succi lybici. 3. ii. myrrhæ. 3. iiii. protropi quod satis  
est. Forma catapotia ciceris magnitudine. & iii. deuoranda dato, & \* passi cyath. ii. insuper bibendos.

*Aliud, Ammoniaci thymiamatis, piperis, ipamæ niri, singulorum. 3. i. carpobalsami. 3. ii. myrrhæ  
3. iiii. excipe protropo, & forma catapotia ciceris magnitudine, ac tria deuoranda dato, ita ut nini dul-  
cis quadrantem insuper propines. Hoc ad dies xlviij. ægro preloso facies. Pastillus ciens urinam, detra-  
hit lapillos & topofas concretiones.* Asari, petroselinij, phubæ, singulorum. 3. iiii. acori, seminis anisi, se-  
minis dauci, apij montani, carpobalsami, tragacanthæ, singulorum. 3. ii. Tragacantham passio dissoluta  
aridis adiucito, & pastillos formato, indeq; oboli. iii. cum passi diluti cyath. ii. exhibeto. *Alius pastillus  
Charidiis, educit arenosas subsidentias, facit ad affectiones ulceratas.* Seminis apij, petroselinij, anisi, singulo-  
rum. 3. xvi. floris iunci odorati, croci, tragacanthæ singulorum. 3. vi. seminis dauci cretici, piperis albi,  
utriusque. 3. iiii. præpara ut dictum est, & da. 3. i. cum protropi diluti cyath. iiii. *Antidotus ex Lipidibus,  
ut Mithridates, facit nephriticos & ad uescicæ affectus, auerit calculos, & topus dissoluit.* Seminis silyrii, cy-  
peri, spicæ nardi, seminis papaveris albi, cinnamomi, casia fistulæ piperis albi, seminis pastinacæ, singu-  
lorum unc. i. thuris non secti, seminis apij, croci, styracis, iridis, amygdalarum amaranarum, acori, singu-  
lorum sequiunciam, lapidis syriaci semine aut masculi, utriusque semunciam, myrrhæ minime sextan-  
tem. Excipe melle, datur auicis ponticæ magnitudine. *Alia Antidotus Biennita, pharmacum accommoda-  
tum, sedans dolorem. Utile & nephriticis, hoc est renalibus affectionibus, & ad uescicæ ulcerationes. Frangit lapides, &  
lucum per urinam expellit.* Iridis. 3. iiii. mei, felis, chamædrios, hyperici, cneoi, cächuyos, singulorum  
tantundem, amomi. 3. viii. cinnamomi. 3. xii. rosmarini môtani, nardi Indicæ, croci cilicij, petroselinij, polij, H  
seminis rutæ syluestris, dictani cretici, singulorum tantundem, glycyrrhizæ, lapidis syriaci masculi, utriusq;  
3. xvi. thilalpeos. 3. xxi. seminis uiticis, myrrhæ, sphondylii, singulorum tantundem, cardamomi. 3. xlviii.  
Excipe melle cocto, & præbe auicis ponticæ magnitudinem cum uini mulsi diluti cyathis quatuor.

*Quæ Archigenes ad renum affectiones scripsit in secundis pharmacorum secundum genus.*

Ex renibus laborantes nephriticos appellatos conuenienti diæta adseruo. Et ceratum quidem ro-  
faceum cum styrace ad malagmatis formam redactum impono. Ceterum Antiochus apud Phricen  
Linophobum, ualde iuxta naturalem contrarietatem auxilio fuisse ait ad mali euerisionem Prototomi  
caulis decocti cyathos duos ieiuno ad dies nouem exhibitos. Inspersit autem salem modicum & ma-  
gis proficies. *Alia potio.* Foliorum rosarum, amygdalarum decorticatarum, thuris, æquales partes,  
capitum papaveris duplum. Excipe protropo, & in uas fictile reponere in loco non humecto, & oboli. ii.  
cum protropo exhibe. Quidam pro amygdalis anylum coniciunt, & pro protropo aqua excipiunt,  
uerum cum protropo bibendum exhibent.

*De ischiade coxendicem morbo, podagra, & morbo articulari sicut arthritide.*

Cap. 2.

**E**X genere arthritidis est tum ischiada, tum podagra. Quod enim in omnibus articulis arthritidis est;  
hoc in uno iuxta coxendicem quidam ischiada, hoc est coxendicem morbu appellat, iuxta pedē  
autem

**A**ntem podagram. Incipit igitur plerunque podagræ generatio ex uno articulo, & progreditur in om-  
nes temporis diuturnitate accedente. Communem habent hi tres affectus humoris redundantiæ, quæ  
affectam occupat coartulationem, qua expleta in omnem partem circumstitæ neruolæ particule ten-  
duntur, & ex his dolor oritur. Aliquando quidem igitur irruens humor sanguineus est, ut plurimum ue-  
ro pituitosus, aut ex pituitoso & bilioso mistus, aut etiam sanguine cum ipsis permisto. Quod si quis  
exactius interpretari rem uelit, non pituitosum humorem, sed qui proprie crudus appellatur, ut pluri-  
mum circa arthritidas prædominari dixerit. Est autem hic crassus ad similitudinem puris crassioris.  
Vbi uero in ipsis articulis diucius moram traxerit, non solum crassior, sed & uiscosior redditur. Qui igitur  
tophi seu calli appellantur, horum generatio ex his est, & postquam fuerint producti, ne speraueris  
ad pristinam constitutionem exacte redire articulum posse. Ceterum differentiæ assigentium humo-  
rum facile deprehendi possunt tum coloribus, tum symptomatis coincidentibus. Itaque per experi-  
entiam pharmacorum, quæ adhibentur. Cognitio igitur ipsorum ex colore omnibus expolita est; ex  
symptomatis uero & accessionibus coincidentibus, tamen non omnibus, neque ex prociectu manife-  
sta sit, tamen non adeo difficilis cognitu existit. Biliosus enim sanguis multæ caliditatis sensum ægroto  
exhibet, & calcificationibus impositis exacerbatur, quemadmodum rursus a frigidis relaxatur. Verum ad  
B humoris noxi cognitionem conferre tibi etiam prægressa diæta siue per exercitia, siue per otium tran-  
missa, & per balnea post, aut ante acceptum cibum. Quemadmodum conferre etiam horum gymnasio-  
rum & eduliorum tum quantitas, tum qualitas, item anni hora, & regionis ac aeris constitutio, insuperq;  
& ætas, & habitus corporis, quorum omnium facultates sape in plerisque locis enarraui. Porro princi-  
pium curationis sit tibi euacuatio humoris affligere reperti, si quidem humoribus ex æquo redundan-  
tibus corpus, uenæ sectione primum omnium assumpta, deinde purgatione, quibus accedat pharmaco-  
rum dicendorum conuenientia, & tempore, & ordine usus, ita ut in manibus & pedibus pharmacis flu-  
xionem repellentibus utamur, circa coxendicum uero iuncturam id facere uitemus. Cum enim in pro-  
fundo ea sita sit, sanguis ex uicinis & ambientibus uasis ac musculis ad illam compellitur. Mitigatorijs  
igitur in principio medicamentis opus est in dolore circa coxendicem herente, quæ neque refrigerent  
multum, neque fortiter calcificent, qualibus sane postea opus habet. Exacerbantur enim per ipsas flu-  
xiones caliditate nimirum plus attrahente ipsas, quam impediende. Quandoquidē uero præsentis ope-  
ris institutum est neque de cataplasmatibus, neque de irrigationibus quicquam dicere, sed de methodo  
compositorum pharmacorum, ad hanc solam progrediar initio ab ischiade sumpto. Raro equidem sic  
ischiada siue coxendicum dolor ex sanguinis multitudine, & citissime curatur, uenis circa poplitem aut  
Cralos sectis. Quemadmodum autem sape sola sanguinis euacuatio sufficiens auxilium existit, sic con-  
tra in omni coxendicum dolore, & præsertim eo qui ex humorum copia exortus est, si quis ante euacua-  
tionem totius corporis acerbis pharmacis circa partem affectam utatur, ægre curabilem reddet affe-  
ctionem, copia nimirum indissolubiliter ibidem condensata. Præter alia enim & crassa & uiscosa sit ob-  
calorem & licet acrimiam pharacorum, non dissimile quippiam assationi perpetiens. Tanquã igitur  
maximam uim ad affectionis curationem habeat totius corporis euacuatio, ab ipsa incipiendum est  
non solum a cruribus, sed & a cubito primum sanguinis detractione facta. Auxiliantur etiam uomitus  
ipsis ischiadicis magis utiq; quam euacuationes inferna per uentrem, ut qui reuellant deorsum repen-  
tem humorem. Faciendi itaque sunt uomitus in principio ab accepto cibo, postea uero etiam per no-  
mitoria medicamenta, initio a medicis factis. In quibus autem uehementis humorum desectio, quæ  
ægre dissolui potest, a medicis intemptiue acerbis pharmacis utentibus facta est, his cucurbita affixa  
maxime auxiliatur, & purgatio per efficaciora infusa, quale est & quod ex colocynthide constat. Si igitur  
ea quæ nunc dicta sunt præ oculis habueritis, medicamentis sane a prioribus medicis traditis iuxta  
methodum utemini. Verum in ipsis recensendis auspicabor ab his quæ ab Andromacho scripta sunt,  
in illa parte libri de externis pharmacis conscripti, in qua præscriptis malagmatis proprie appellatis, in  
D de etiam alia omnia prædit, iuxta quencunq; tandem modum inueteratas affectiones, iuantia, in qui-  
bus est etiam ischiadicorum appellatorum cura.

*Compositiones ab Andromacho conscriptæ ad ischiadicos.*

Seminis rutæ syluestris 3. iiii. sulphij 3. iiii. spumæ niri 3. iiii. baccarum lauri 3. iiii. abrotonij, colocyn-  
thidis medullæ, cardamomi, ammeos, singulorum 3. iiii. rutæ uiridis minime octauam partem. Quidam  
horum singulorum 3. xx. accipiunt, & picis, terebinthinæ, myrteis, ceræ, singulorum tantundem, adipis  
rapurini tantundem, chalbanij 3. vj. ammoniaci thymiamatis 3. vj. opopanax 3. iiii. sulphuris uini 3. iiii.  
Quod hoc pharmacum fortiter calcifactorium sit, si memoria tenuerimus ea quæ in libris de simplicium  
pharmacorum facultate scripta sunt, nihil opus recentiore assertionem. Est enim uehementissimum & ca-  
lidissimum medicamentum syluestris rutæ semen, & cum eo sulphurum, & baccæ lauri, deinde spuma ni-  
ri. Post hæc abrotonum, indeque colocynthidis, & cardamomum, & ammi. Ruta etiam uiridis minus  
quidem his, non tamen contemnendam habet caliditatem, quemadmodum neque sulphur uinum. Ex  
profundo itaque attrahere omnia hæc possunt humores articulum & iuncturam, coxendicis uexan-  
tes. Quo uero emplastrum ex ipsis fieret, picem & terebinthinam, ac myrteum, & ceram, ac ad-  
ipem admiscuit is, qui pharmacum composuit. Verum ammoniacum thymiamatis, & chalbanum, ultra  
hoc quod conferunt ad emplastri compositionem, etiam molliendi ac mitigandi uim quandam habet.

Opopanax

Opopanax uero eiusdem cum ipsis est generis, sed fortiori facultate praeditus. Alteram porro composi-  
 tionem ad eandem affectionem Andromachus sic scripsit. *Aliud malagma ad ischiadicis, & alia multa.*  
 Ceræ 3. lxxij. terebinthinæ 3. xlviij. ammoniaci thymiamatis 3. xxxiij. propolis 3. xliij. chalhani 3. xxxvj.  
 bdellij 3. xxv. croci 3. v. opopanax 3. xij. spumæ niri 3. xxx. unguento irino admoro tundito. *Aliud*  
*Protæ Delissotæ ad coxendicem, & capitis dolorem, & ad omnes duos dolores.* Ceræ 3. xxiiij. ammoniaci thy-  
 miamatis 3. vij. terebinthinæ 3. vij. succi thapsiæ 3. viij. olei cyathum unum. Quin & aliam composi-  
 tionem inter malagmata Andromachus retulit hoc modo. *Ad ischiadicis ab Hera Cappadocæ.* Picis liqui-  
 dæ heminas iij. aut ij. & dimidiam, ceræ lib. j. resinæ pini lib. j. niri sesquilibram, sulfuris uiui lib. j. staphi-  
 didis syluestris sextar. pyrethri lib. dimidiam, facis niri ustæ lib. ij. cardamomi sextar. j. chalhani lib. dimi-  
 diam, arida cum liquidis committito. Hoc pharmacum etiam ipse Heras in proprio libro prope finem  
 scripsit, sed non appositum est ad picem, aut duas & dimidias, sed simpliciter scriptum est, herminas tres.  
 Prescripsit autem hæc uerba: Cerarum ad ischiadicis, quod eruit etiam ualde inueteratas affectiones,  
 hoc usus sum in Frontino. Scripsit autem & alias duas ischiadicis compositiones Heras, quarum alte-  
 ra hoc modo. *Ad ischiadicis ualde mitigatoria.* Picis partes ij. sulfuris uiui partem j. utraque trita mista  
 dolenti loco imponito: uerum pra lauare agrum oportet, ut pharmacum adglutinetur, & superne char-  
 tari superponere, ac sinere donec sua sponte dilabatur. Licet etiam lauare charta supraposita adhuc in  
 cubente. In quibusdam exemplaribus, picis pars una habetur, & licet etiam sic præparare, modo scia-  
 mus nos efficacius esse ambo pari mensura misceri, debilius uero pharmacum, in quo duplum picis ad  
 simplicium sulfuris conijetur. Porro quæ restat adhuc tertia compositionum ischiadicarum, hoc modo  
 ab Hera prodita est. *Alia ischiadica, hæc usus sum in Frontinum, statim in exacerbationibus.* Ceræ 3. c. uisci  
 quercini 3. xvj. myrrhae 3. vj. terebinthinæ 3. xxv. chalhani 3. vi. iudis illyricæ 3. vi. cedriæ hemina dimi-  
 diam, cyprini heminam dimidiam. Ceram & cedriam cum cyprino liquefacito, deinde resinam & chal-  
 banum, atque ubi iam ab igne auferte uoles iridem inspergito, remque usum indito. Ablata autem  
 iam olla in promptu sit tibi myrrha trita, ad quam liquefacta diffundes, & mistis simul omnibus uteris.  
 Quidam supra hæc omnia etiam niri 3. v. addiderunt.

*Quæ pharmaca Asclepiades in quarta externorum prodidit, quæ Marcellus inscribit.*

Nominat equidem & hic omnia huiusmodi malagmata, apponit autem alijs quod ad ischiada, alijs  
 quod ad splenem, alijs ad latus, aut aliam aliquam partem conducant. Quædam etiam unius usus esse  
 ait. Quemadmodum etiam hoc scriptum ab ipso in hæc uerba. *Malagma Antiochidis, splenis, hydropi-*  
*dis ischiadicis, arthriticis.* Preparatum est Fabulla Libya. Ceræ lib. iij. uisci quercini lib. iij. resinæ terebinthi-  
 næ lib. iij. retrimenti ab expressa myrobalano reliqui lib. i. spumæ niri lib. i. floris lapidis asii lib. i. am-  
 moniaci thymiamatis lib. i. olei cyprini lib. iij. Acetum ad ammoniacum dissoluendum. Post hoc scribit  
 rursus aliud sic. *Aliud Fabulle compositum ualde præclarum, ad castum affectiones.* Myrrhae sextar. lib. ii. bdell-  
 lii onychis lib. ii. medullæ ceruinae lib. ii. ammoniaci thymiamatis lib. ii. iudis illyricæ lib. ii. opopanax  
 lib. i. chalhani, styracis, utriusque lib. i. maffiches lib. i. floris lapidis asii lib. i. succi scymorori lib. i. can-  
 chryos lib. i. piperis albi lib. i. ceræ, terebinthinæ, utriusque lib. v. tundendum est pharmacum, ita ut qui  
 tundo fecerit unguenti irini adhibeat, quo mollius pharmacum fiat. Aliud deinceps Asclepiades scri-  
 psit hoc modo. *Malagma quod & aurei coloris appellamus.* Auripigmenti auricoloris, calcis uiuæ,  
 utriusque sextantem, aluminis liquidi & scissi utriusque sextantem, Arida tundimus & cribramus, & in  
 pilam coniectis, aceti cyathos viij. affundimus, & probe trita liquefactis excipimus. Sunt autem hæc:  
 Ceræ, resina frictæ, & pinus, singulorum lib. ii. olei communis cyathos viij. hæc liquefacta frigeferi simi-  
 mus, & crasa tritis admiscemus. Nos ad pharmaci præparationem etiam myrrha sextantem addimus.  
 Alij etiam sandarachæ sextantem apponunt aluminis liquidi sextante sublato. Nos autem coniectis om-  
 nibus præscriptis conficimus, & sit ethicius. Post præscriptum aliud subdidit hoc modo. *Hoc usus*  
*est Andromachus, succi splenicis, hydropicis, & ad præcordia distenta, facit ischiadicis, arthriticis, & ad inueteratas affe-*  
*ctus.* Ceræ, picis brutæ, utriusque lib. i. Nos pro pice resinam frictam indimus, resinæ pinus lib. i. olei cya-  
 thos viij. auripigmenti auricoloris, aluminis scissi, calcis uiuæ, singulorum sextantem, præpara ut dictum  
 est. Nos apposimus ad pharmacum myrrha sextantem, uisci quercini trientem. Post relata alia quæ-  
 dam ad hydropicos, & splenicos recenset, & inde rursus multi usus compositionem tradit, quam etiam  
 ischiadicis conuenire ait, hoc modo. *Andræ Malagma.* Compositio admiranda ad ea quæ uelis per-  
 forare, dissoluere, adæquare, educit ossa corrupta, aculeos, & infixæ. Descriptum est etiam a Serapione  
 empirico. Facit & ad ischiadicis, commodum est suppuratis, facit & ad induratas uiscerum affectio-  
 nes. Est & acopo bonum diutinis resolutionibus, & distortis corporis particulis. Facit etiam ad ea  
 quæ pingui mucore obsessæ sunt. Educit enim aliena, & ulcus ad cicatricem perducit. Grani cnidij  
 purgati, niri rubri, salis ammoniaci, aristolochiæ creticæ, radicis cucumeris syluestris, terebinthinæ, sin-  
 gulorum 3. xx. piperis rotundi & longi, ammoniaci thymiamatis, & ut quidam uolunt, amomi, & xylo-  
 balsami, singulorum 3. x. thuris, myrrhae, resinæ sicæ, uisci subacti, singulorum 3. x. succi moro-  
 rum 3. x. ceræ 3. xxx. adipis caprini 3. xv. facis unguenti irini quantum satis excipiendis erit. Arida tun-  
 duntur & angustissimo cribro excertuntur. Liquefabilia uero singulatim diligenter tunduntur, deinde  
 omnia simul miscentur, ac rursus tunduntur ad mota irini sæce. Deinde ubi probe fuerint unita, emol-  
 lita ita ponimus. Quod si uelis acopo uti, accipe pharmaci quadrantem, adipis anserini quadrantem,  
 olei

A olei cyprini quadrantem, ac mistis utitor. Postea uero consequenter sic scripsit. *Aliud ad castum affectio-*  
*nes.* Pyrethri 3. xx. grani cnidij, spumæ niri, utriusque 3. xx. salis ammoniaci aristolochiæ creticæ tenuis  
 corticis, radicis cucumeris syluestris, terebinthinæ, singulorum 3. xx. piperis rotundi & longi, ammoniaci  
 thymiamatis, bdellij, xylobalsami, thuris, myrrhae, cardamomi, amomi, adipis caprini, resinæ sicæ, sin-  
 gulorum 3. decem, ceræ 3. xxx. uisci probe subacti 3. viij. succi mororum 3. viij. facis unguenti irini quod  
 sufficit his excipiendis, uini Italici quod satis est. Macceratis his quæ dissoluere oportet, pro more appa-  
 rato. In alio exemplari neque xylobalsamum, neque cardamomum, neque amomum reperiri. Post hæc  
 alia pharmaca prodidit, & deinde rursus ischiadicorum neminit sic scribeas. *Aliud eiusdem Epithema,*  
*ischiadicis, & arthriticis, auxiliatur confestim.* Foenugracum in uas fictile conijcito, & ad ipsum positam suf-  
 ficientem affundito, & prunis impostum donec dissoluatur coquito. Ad dissolutum uero mellis quod  
 satis est iniice, ac rursus coque, deinde exempta diligenter tere, & in linteolum infarta locis affectis im-  
 pone, fasciaque obligata sine. Hoc autem ad biduum & triduum facimus. Ceterum si in terendo  
 pharmacum induretur, ex liquore quantum sufficit addimus: liquor autem tatus sit, ut tractile cataplas-  
 ma reddatur. *Aliud quod conuenienter ad prædicta sequitur, hoc modo.* Symphiti sesquilibram rasam & mi-  
 nutim concisam, ac in mortarium testaceum coniectam diligenter terito, & ad tritam mannæ quadran-  
 tem addito, atque otiorum cudorum recentium trium numero candidum unâ cum luteo, & rursus te-  
 rito, & ubi unita fuerint, his adipis siliij ueteris lib. j. adijcito, & conuassata, diligenter atque in linteo-  
 lum infarta imponito, mitigat confestim. Post præscriptum aliud deinceps scripsit hoc modo.

*Aliud eiusdem malagma.* Ischiadicis statim in irritationibus imponitur, appellatur Didymæa, facit ad at-  
 trita, & omnia neruorum per consensum affectum. Dissoluit omnem duritiem, facit etiam ad alias in-  
 flammationes. Deler malignas cicatrices, facit ad luxata & collisa, facit & ad mamillarum affectio-  
 nes malignas. Ceræ, uisci quercini, terebinthinæ, iudis sicæ, myrrhae, chalhani, singulorum 3. xlvij. olei  
 cyprini aut unguenti Aegyptiaci quod satis est. Chalbanum in oleum cyprinum, aut unguentum Aegy-  
 ptium coniectum ad ignem dissoluimus, & ceram molliimus, ac reliquis mistam probe tundimus, atque  
 his chalbanum liquefactum cum cyprino iniicimus, ac rursus tundimus, malagma lenissimum tactum red-  
 dendo, quo utimur. Consequenter et hoc Asclepiades subdidit. *Aliud eiusdem ex Aro.* Facit ad co-  
 licos supra quam dici potest, in ipsis uexationibus impostum, & pforas curat citra exulcerationem. Ce-  
 ræ, picis liquida, utriusque lib. j. [picis aridæ lib. j.] sulfuris, uiui aluminis scissi, niri rubri, singulorum lib.  
 dimidiam. Liquefabilia liquefacito, arida uero tundito, & per angustissimum cribrum cœcerno, & ad  
 liquefacta adijcito, paulatim ea inspergendo ac assidue mouendo, indeque in pilam translata ac rufa re-  
 ponito, & utitor. Deinceps rursus aliud prodidit hoc modo. *Aliud eiusdem malagma ex Silphio, ischiadi-*  
*cis ualde commodum.* Ammij, 3. xij. silphij, seminis rutæ syluestris, baccarum lauri purgatarum, singulo-  
 rum 3. xiiij. medullæ colocynthidis, 3. ij. niri, 3. iij. abrotoni thebaici, 3. iij. cardamomi, 3. iij. ceræ pon-  
 ticæ minæ octauam partem, picis, resinæ, [adipis anserini,] ammoniaci thymiamatis, singul. minæ octa-  
 uam partem. Liquida cum aridis committito. Consequenter & hoc ab Asclepiade scriptum est ita.

*Aliud eiusdem, quo usus est Antipater.* Silphij, rutæ syluestris sicæ, baccarum lauri siccarum, spumæ niri,  
 medullæ colocynthidis, abrotoni thebaici, ammij, cardamomi, singulorum 3. iij. rutæ latiuæ uiridis, pi-  
 cis sicæ, resinæ terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, adipis uitulini, singulorum minæ octauam par-  
 tem, chalhani, 3. xvj. opopanax 3. iij. sulfuris uiui, 3. iij. olei cyprini heminas. iij. Usus tempore oportet  
 prius coriandrum, aridum usum cyprino excipere, & ex eo coxendicem illuere, atque post huius  
 usum malagma ipsum imponere. Post hoc rursus aliud scripsit hoc modo. *Aliud eiusdem malagma, in*  
*ischiadicis humores ex alto euocat ac transferi, liberatque a tota affectione. Facit & dissolutis, & remanentibus, & affectio-*  
*nibus inueteratis.* Picis liquida brutæ lib. iij. facis aridæ ustæ lib. ij. niri rubri sesquilibram, resinæ pini  
 lib. j. ceræ lib. j. staphidis syluestris lib. j. sulfuris uiui lib. j. pyrethri lib. dimidiam, cardamomi sextarium,  
 j. Picem, ceram, resinam coquito, arida tundito & cribrato angustissimo cribro, ac cum liquefactis com-  
 mittito, & utitor. Post præscriptum adhuc aliud pharmacum subdit ita habens. *Aliud eiusdem quo usus*  
*est Philocalus.* Sinapis fœnigræci moliti, utriusque sextar. dimidium, pyrethri, staphidis syluestris, niri  
 rubri, singulorum 3. iij. opopanax 3. ij. chalhani 3. ij. resinæ terebinthinæ lib. j. ceræ lib. j. olei cyprini li-  
 br. j. arida cum liquidis committito & utitor.

Al. anserini.

A. l. 5. f. 1. c. 11  
p. 1010. B

A. l. 3. f. 22. c. 1  
c. 10. B.

*Ischiadicorum cura a Damocrate conscripta, ex Iberide.*

Damocratis extat libellus Clinicus inscriptus, in quo uersibus Iambicis quemadmodum solet, de tri-  
 bus differit medicamentis. Ac primo quidem eo, quod ex herba, quam ipse Iberidem appellat, constat.  
 Secundo ex semine dolores sedante composiro. Tertia uero purgatorio, & ab ipso Hieræ appellato. De  
 primo igitur in ischiadicorum curatione in eo libello hæc scripsit. In Iberide inquit medicum quendam  
 amicum suum per hanc herbam curatum esse, quam herbam, ut dixi, ipse Damocrates Iberidem appel-  
 lat, ut qui ipse uisum herbam cognorit: nomen autem eius nullum audierit, cum etiam id ipsum ignorarit  
 is qui eum usum eius docuit. Verum ex signis quæ scribit uidetur Iberidem appellare, quæ a Græcis Ie-  
 pidium nominatur: a regione, in qua amicus eius curatus est, appellatione ducta. Describit autem ipsius  
 signa per hos Iambos.

Herba hæc ubiq; multa; frequens nascitur,

Monumenta



Monumenta iuxta antiqua, mirros & ueteres,  
Tritasq; quondam publice pedibus uias,  
Quas iuxta aratrum duxit haud quis agricola.  
Semper iurescens, folijs nulliū  
Florentibus uere, atamen maioribus.  
Caulum cubitalis longitudinis gerit,  
Paulo minorem aut rursus ampliolem, ab hoc  
Aestate pendent folia, donec multa hyems  
Sarmentitiam deducat hęc ad imaginem, &  
Deiecta & exiccata depereant gelu:  
Adnata radici tamen cernes alia,  
Aestate florem ferrē colore lacteo  
Multum tenuem uariumque ualde cauliculus.  
Ad quem sequitur semen penitus sic exiguum,  
Visum fere ut fallens, oculos quoque estingiat.  
Odorem habet radix at inde acerrimum,  
Vero similem quo maxime nasturtio.  
Per hos quidem uersus figurę herbę indicauit.  
Consequenter aut usum ipsius per huiusmodi,  
Hanc erucam larga satis cape copia,  
Aestate: nam tunc optima, & fortissima est  
Adhuc recens, siccata fit sed debilior.  
Tusum hinc probe, (Nam difficulter tunditur.)  
Pauca subactamq; excipies axungla,

Cumq; toti & maxime coxendici  
Adhibebis, & ligabis & fines duas  
Horas in herbis uisus sed quatuor.  
Hinc balneo inductos, nec ullo ex unguine,  
Nec sinegmate ullo pinguiore collines,  
Sudore sed medico exiliente in solum  
Merges, manere coge, siquidem sapius  
Morsum caloris quempiam ac sensum afferat.  
Veram hinc rigaros leniter producit.  
Illari enim quamuis manibus sine plurium,  
Exibit artamen suis pedibus ualens.  
Ad multum oleum miscebis hinc uinū modicum,  
Et concuries, & illines totos eo.  
Ac mox madore teris & pinguitudine  
Totum teges crus mollibus tu uelleribus,  
Iubens obire assueta uita munia,  
Quęcunque uult, & non grauatum suscipit.  
Hoc auxilium certum atque constans integre est,  
Et nullo alio adieciendo ei simul indigum.  
Expers doloris & tibi manseris, fere  
Quod accidit, radicalem satis cole.  
Quod si tamen inde affectionis uestigium  
Quoddam superis post repetes hoc praesidium,  
Diebus ut multum decem bis praeteritis.

Hoc sane utendi modo & inueteratos capitis dolores, & alias omnes quacumque corporis parte in-  
ueteratas & ægre solubiles affectiones ac resolutiones se curasse ait: & omnino uita in quibus alij sine  
pismo appellato, & auxilio ex thapsia confato ununt, sed per hanc herbam persanasse dicit. Porro de  
hac iberide etiam Archigenes scribit in secundo pharmacorum secundum genus, & lepidium ipsam ap-  
pellans. Dicit autem & splenicis & ischiadicis ipsam conuenire. *Ad ischiadicas & perfrigerationes, Hygie-  
ni Hipparchi.* Herbam iberidem quam aliqui lepidium uocant, aut agriocardum, id est nasturtium syl-  
uestre colligito, & radicem eius tusam ac adipe porcino commollitam emplastrum uice imponito ad do-  
lentem locum ad horas tres, indeq; in balneum mittito. Idem praesidium & ueteres capitis dolores de-  
pellit, in consimili usu adhibentem, quem Damocertes medicus per uersus prodidit.

*De podagricis & arthriticis affectionibus.*

Cap. 3.

Dictū antea est in sermone de Ischiade, ex fluxionibus generari eiusmodi affectiones in ueribus in-  
locos iuncturarum, quare etiam curatio ipsarum iuxta eundem sit modum, nimirum ut iruentes  
fluxiones euacuentur. Influxionibus igitur adhuc ipsis scopum afferendorum auxiliorum comuni ra-  
tioni influentium humorum subijcere oportet, ita ut repellamus ac restringamus. Vbi uero amplius  
non influant, ut discutiamus iam illapsos. Ceterum materia pharmacorum per quę hęc sunt multiform-  
mis est, quemadmodum etiam in alijs affectionibus, excogitantibus uidelicet a principio prudentiori-  
bus uiris iuxta quandam artificialem coniecturam modo hoc, modo aliud eorum, quę optima per ex-  
perientiam sunt iudicata. Quapropter & ego uelut in alijs affectionibus, sic etiam in his optima ex eis  
quę priores medici experientia cognouerunt, adhibebam.

*Pharmacia ab Aesclepiade ad praedictas affectiones in quarto externorum*

*proditasque Marcellus inseribit.*

Epithema podagricis, arthriticis sedans dolorem. Vfus est in ipsis uexationibus. Succus papaueris  
3. iij. croci 3. j. cum lacte bubulo aut caprino terito, & adiecto pane interno diligenter laeuigato, ut mol-  
le cataplasma fiat, & rosaceo admoto mollito, ac uitor leni cataplasmate, forinsecus betę aut lactucae  
folijs, custodiendi eius gratia impositis. Quandoque opium & crocum cum lacte trita cerato rosaceo  
excipimus, & linteolo infarta imponimus. Aliud, Styracis 3. ij. opij 3. j. confice ac utere ut dictum  
est. Aliud, Confestim a dolore liberat, uerum ante pharmaci impositionem agrum lauare oportet,  
& tunc deteris locis imponere. Succus absinthij pontici, croci, opij, lingul. 3. j. cerę pontice 3. iij. un-  
guenti uini 3. vj. uini cretici quantum sufficit, & laeuigata liquidis excipe, & linteolo infarta pone.  
Aliud, Seminis cicutę dempto cortice expoliri 3. vj. croci 3. j. opij 3. j. passu cretici quod satis est. Trita  
excipe rosaceo cerato. *Epithema podagricorum arthriticorum, facti ad maximas affectiones. Vfus est eo Erasistrata  
ius Syriacus.* Radicis caparis tusę & cribratę choenicem unam, seminis hyoscyami choenicem dimi-  
diam, radicis chamaeleonis nigri choenicis quartā partem, seminis cicutę choenicis quartam partem, ra-  
dicis mandragorę choenicem, radicis solani aut ut alij doricij choenicis quartam partem. Omnia tu-  
sa & cribrata mista in uasculi figulini reponito, & probe obturata seruato. Vfus uero tempore choe-  
nicis quartam partem inde accipito, & passo tritam in uas fictile non picatum conijceto, & addita facis  
uini

A uini arida quarta heminae parte, ad primas posita diligenter mouendo coquito, donec bis aut ter effer-  
ueant: deinde ab igne ablata quam calidissima imponito, aut quomodo perferre ægri possunt. Verum  
ante huius cataplasmatum usum, pedes multa aqua frigida perfundere oportet, & spongijs detergere,  
atque ita pharmacum imponere. Supra uero cataplasma linteola tenuissima aceto imbuta imponantur,  
& fascia circumdata ad horas duas pharmacum incumbere sinatur. Postea uero eo ablato excitatas bul-  
las acubus perforare oportet. Ab his enim humor mucosus multus ac glutinosus profluet post cuius ex-  
cretionem multa aqua frigida pedes proluantur, & rursus pharmacum, ut dictum est imponatur, ita tu-  
men ut pro æquo aqua potabili utamur, & ex ea rigatim linteolum pharmaco superindemus. *Aliud  
eiusdem.* Hoc pro cucurbitis & hirundinibus utimur. Nam serosos sanguinis humores exigit. facit &  
ad tofos ac duritias, ut inde dissoluatur. Fatinae foenigraci sextarium unum, floris lapidis alij sextarium  
unum, lomenti fabę nigre molite, farinae lupinorum, utriusque sextarium unum. Omnia mista & aqua  
calida subacta, calida imponito, & fascia constringito. Oportet autem prius affectos locos perfundere,  
aut etiam in solio lauare. Cum uero fasciæ circumdatae madida ac eruenta facta fuerint, pharmacum  
tollimus, & foris locis pastillo ex amygdalis amaris utimur, & malagmate quod crocum, iridem, & ari-  
stolochiam habet. Hoc ipsum uero inter malagmata ad podagram descripta habetur. *Pastillus poda-  
gricis, arthriticis. Vfus eius est in ipsis irritationibus.* Aloes libram unam, succi centaury sexuncem, thuris non  
secti trientem, myrrinæ trientem, floris lapidis alij sextantem, opij sextantem, succi mandragorę sextan-  
tem, aluminis scissi sextantem. Excipe passo, & fac pastillos. Vfus experiente lacte dissoluitur eam pen-  
nis illine, & supra illiionem linteolum imbutum passo imbutum impone. *Alius pastillus. Iuppiter appellatus.*  
Aloes drach. xij. opij drach. viij. succi papaueris 3. vj. succi hyoscyami 3. vj. aconiti 3. iij. hypocyathidis  
3. vj. glaucij 3. viij. croci 3. xij. gummi 3. xliij. malorū mandragorę 3. xx. aceti heminas duas. Mala cum  
aceto coquito, & expressa praedictis admisceto, & ex dilutis ac probe leuigatis pastillos formato, eosq;  
in umbra siccato. Vfus ostensus est. *Malagma arthriticis, podagricis, ex cicuta & agario accommodatum.*  
Seminis cicutę sextarium unum, agarici sextarium unum, foenigraci sextarium unum, niri uncia unam,  
cerę libram unam, resinę frictę libram unam, olei ueteris libram unam, medullę ceruinę trientem, il-  
lyricę trientem. Arida tusa per angustissimum cribrum concernito, liquefabilia uero eliquato, & si ige-  
rii finiti, & sic erasa aridis commutito, & contulis ac repositis utitor. *Aliud eiusdem.* Cerę lib. j. olei  
ueteris aut sabini sextarium unum, foenigraci sextarium unum, cicutę sextarium dimidium, resinę fric-  
tę lib. j. niri rubri do drantem, floris lapidis alij semissem, medullę ceruinę trientem, illyricę trientem.  
Praepara ut dictum est. *Aliud Malagma eiusdem ex sedis, Titi Casaris facit podagricis, & arthriticis. Emollit om-  
nem duritiam.* Visci quercini sesquilibram, thuris libram unam, cerę libram unam, cedarum pinguium li-  
bram unam, resinę pinus lib. j. Liquefabilia coquito, ac pinguibus tedis moueto. Postquam uero omnis  
pinguitudo ab ipsis effluerit, ab igne ablatum liquorem excolato, atque huic thus tenuissime tritam  
inspergito, assidueque moueto donec ad compagem manus non inquinantem redigatur, & in mortari-  
um translata reponito ac utitor. Aliud, Cedarum pinguisimarum libram unam, thuris matculi lib.  
j. resinę pinus libram unam, nisci quercini libram dimidiam, prepara ut praedictum est. *Malagma ex la-  
pide asio podagricis, arthriticis ualde praeclarum. Liberat a tota affectione. Vfus est in cessationibus.* Visci quercini,  
terebinthinę utriusq; libram unam, spumę niri, floris lapidis alij, thuris singulorum libram dimidiam,  
olei cyprini libram unam, adipis quantum satis est. Arida tunduntur, & cribrantur, ac cum aqua teruntur,  
ad cerati (liquidij) spissitudinem. Liquefabilia uero eliquantur, & tritis adijciuntur, quibus simul  
conquassatis ac repositis utimur. Aliud, Visci libram unam, terebinthinę libram unam, lapidis alij,  
niri, utriusque trientem, mannae quadrantem, cyprini sextantem, aquę lixiui figulini quod satis est.  
*Aliud ad arthriticos ualde praeclarum, auxiliatum confestim, humores in alto absorbens.* Visci libram unam, terebin-  
thinę libram unam, adipis taurini, floris lapidis alij, utriusque quadrantem, calcis uiuę quadrantem, man-  
nę quadrantem, cyprini libram unam, prepara ut praedictum est. *Aliud Diadori.* Adipis taurini 3. viij. spu-  
dinę niri 3. iij. floris lapidis alij drachmas duas. In alio exemplari 3. iij. olei cyathos ij. arida cum liqui-  
dis commutito. Hoc pharmacum ualde commodum est. Resorbet etiam collectiones circa articulos  
consistentes, & a doloribus liberat.

Ab Huberto Barlando Philiatro, Latino sermoni traditus.

Nunc denuo, accuratissime castigatus, & ab omni labe purgatus.

PROOEMIUM.



**A**rem medicam, nullis unquam ciuitatibus, nullis locis publicis opulentiſue hominibus, aut nobilibus, aut principibus, aut potentibus, circūſcriptam: ſed quæ potius, præ ingenti erga genus humanum beneuolentiâ, ſuaque maxima utilitate, ad omnes tandem homines pertinet: quæque ſaltem potestate, quâ uis actione, ob negligentiam eorum qui illi operam nauant, nunc uideatur deſicere, ad rura ipſa ac etiam ſolitudoſes ſines luos prorogauit, æquum eſſe dixi ut pro mea uirili, ad eorum miniſterium, qui iter facerent, & eorum etiã maxime, qui ruri ac in ſolitudoſe uerſantur traducerem, ubi in corporibus facilis quidem, & præter omnem expectationem eſt morborum tum prouentus, tum uis: nec tamen poſtea ita facilis eſt remediorum copia: Nam neque quocunq; loco in promptu medicamenta præcioſa eſſe poſſunt, neque præterea medici præſentes ſunt, qui eis uti nouerint: cum tamen tales per unquam circūſtantia, ut nullam dilationis occaſionem præſtent: ut, in angina, uenenoſiſque medicamentis, atque morſibus animantium uirus eiactantium, nec nõ in languinis profluuijs, cholericis ac id genus alijs ſolet euenire. Vnde neque ſcientificas, atque exquisitam curandi rationẽ omnibus ſuis præceptis abſolutam, hoc in loco explicare inſtitui, ſed eam qua poſſit quis, uel etiã uulgaris, perclitantiſcas caſu quopiam, aut alioqui male affectis hominibus illico operi ferre, illis ſane remedijs uſus quæ in tanta rerum difficultate ſunt paratu facilitate. id enim reor iure eſſe ſupponendum, quod ratio materia quæ ex quiſita, & omnino ex arte eſt, atque etiam remediorum uſus, qui ex ſcientiæ ratione fit eo, maxime tempore neceſſaria ſunt, quo & medicamentorum, atque etiam medicorum copia nobis ſuppedit. At ubi oc caſo præceps eſt, nec in promptu copia ac larga ſit remediorum affluentia, ſummopere neceſſariam eo tempore facultatem medicamentorum, quæ paratu facilitate ſunt, illis eſſe arbitror, qui quauis corporis particula male afficiuntur. Deſcribam igitur remediorum facile parandorum materia: quando que tamen, quamuis id raro, aliquam etiam exquisitiorem medicamentorum, quæ præterea quod in uſu multũ ſunt, facile haberi poſſunt, mentionem faciam: ſumamque a capite exordium. Ipſum etenim tanquam uix totius corporis eſt, & ueluti habitaculum ſenſuum, qui in ſummo ſunt honore, atque hominibus maximo opere neceſſarij, & proinde, ab illis remedijs quæ illi ex uſu ſunt, iniuriam faciam. in primis ea proſequens quæ facile haberi poſſunt, quæque maxime aperta ſunt. Caput multifariam affici potest: nem ex æſtu, ex frigore, ex uaporibus qui a uentriculo tolluntur atque id replent, ex externis etiã quæ grauitatem illi afferunt, quæque ſcanda ſunt, & ex alijs multis. Præterea uero ſæpe turpitudine quadam ſecundum & capillos tenetur, ut ſunt alopecia & ophiaſes, uariæque ulcerum differentie. Aæſtus itaq; ac frigoris, uaporumque præterea qui ex externis rebus excitantur, ſigna quæ ſatis eſſe poſſunt, ſunt illa ipſe cauſa manifeſta, præcatarticas græci appellant. Iam uero illos qui ex æſtu laborant, hæc conſequuntur, dolor cum pulſu, ut uniuerſum caput ſideratione teneri uideatur (græci ſphacelum uocant) in ſenſu ignei caloris, uariorum circa frontem diſtentio, oculorum rubor, plerunq; etiam uigilia. Eos uero qui ex frigore, grauedo cum ſtupore, congelatio uariorum ſecundum frontem concuſio. quod ſi frigori iungatur humiditas, ſopor. At eos qui ex uaporibus, dolor pungens, pulſus arteriarum quæ circa frontem ſunt uerrigines, oculorum hallucinationes, aurium ſonitus. quæ eadem etiam his, quibus ex interna cauſa caput uaporibus repletur, euenire ſolent.

De capitis dolore, & primo de dolore ex ſolis æſtu.

Cap. I.

Capitis ex ſolis æſtu dolori medetur ſotus ex oleo immaturo, frigido, quod ſi uehementior fiat dolor, ex roſaceo & aceto. At ſi ad manum non fuerit roſaceum, oleo acerbiori immaturo utendum. Porro olei partibus quatuor, aceti unam commiſceto, ſi mediocriter refrigerare cupias, alioqui plus aceti foret adijciendum. Feruente autem aſtuanteque uehementius capite, commiſcendus aceto ſuccus, aut polygonij, id eſt ſanguinaria, aut plantaginis, aut portulacæ, aut lactucæ, aut unæ acerbæ, aut denique alius quouis, ſimilis cum doctis facultatis. At ex ſuccis hiſce, magiſte an raiuus temperatiora frigida conueniat, ſatis ſuperque doctus affectus ipſius magnitudo ſue uehementia. Conſultius ad hæc fuerit, de cumbere ægrotum in domo quapiam frigidiore, ſi non natura ſaltem arte, utpote ſtrata folijs & uiris, & rubi, & pomi, & alijs bouum ſimilibus, quibus fuerit pro tempore refrigerandi facultas. Dicto porro affectui perquam ſimiles ſunt, quia quauis intemperie ortum habent, & non a cauſa externa. Verum ut ab

ab intemperatura, tum calidiori & ſicciori, tum frigidiore & ſicciori graues oboritur dolores, ita nulli ab humidiori. Ceterum curantur ab intemperie orti capitis dolores modo eodem, quo a cauſa oborti externa, ſuo uinum contrario.

De capitis dolore ex frigore.

Capitis ex frigore dolori medetur ſotus matura calidi: qui ſi ex mediocri habuerit ortum, ſatis fuerit uti oleo aut anethino, aut rutaceo, calido: ſi autem intendatur ex uehementiori uidelicet frigore, cum ueris ageſſis radix prodeſt, cui modicum euſtorbij interdum addito, uel oleo immo, aliove id genus tenuis ſubſtantia uitor, aliqua ijs commiſcendo. Porro admixcebitur horum quantitas modo maior, modo minor, pro ratione uincens frigoris conſiderando ac metiendo.

Ad capitis dolorem ex uaporibus.

Quibus caput ex uaporibus dolet, his ſubducenda alius eſt: proſpiciendumque de domo undique perſpirabili, aeris que clari ac puri: cienda ſternutamenta, præſertim ſi febre uacent, attracto per nares trito aut ſtruthio aut pipere: uacuat enim ratione ac uaporibus, facile diſcutietur dolor. Fouendum præter hæc oleo caput eſt, cui adiectum ſit aceri nonnihil: ſic enim reprimetur immodica ad caput uaporum ſublatio, quodque nunc cerebri uentriculis inſedit, diſcutietur. Non ſinatur autem talis dormitio, & potiffimum interdum.

De dolore capitis ex uentriculi cruditate.

Quibus caput per conſenſum dolet, ex cibi in uentriculo cruditate, aqua tepida liberalius eſt in potu exhibenda, dein ut uomant iubendum. Multis eorum ſane, qui ſtomacho laborant, cum de lecto ſurrexerint, caput dolere conſuevit, ijs ſtatim aſſumpto cibo dolor leuiari ſolet. Quod ſi quando præ nimio capitis dolore, repente aliqui obtumescant, idque cauſa non ſatis cognita: ſitorum caput aqua tepida liberalius inuſa foueri conuenit, auribusque oleum inſundi, & lanam inſeri.

Ad capitis dolorem ex uini potu.

Quod uinum natura calidius capitis faciat dolorem, opplens ipſum facile uaporibus, interdum autem & ſiccis: quod etiam citra uini potum uapores id genus petant facile nonnunquam ipſum caput, dolore inducentes, præſertim ijs, quibus cerebrum contingit temperatura calidioris, omnibus inuſa teſtum exiſtimo. Proinde curationis intentio in his eſt, uaporum uacuatio ac diſcuſſio, qui quoniam natura calidi ſunt, caput ipſum diſtendentes, egent refrigerantibus: hinc illinendum capiti roſaceum adu admodum frigidum. Conueniunt etiam talibus ſomnus ac quies, & ſub ueſperam balneum, cibibus boni ſucci, cui tamen calefaciendi natura non ſit, cuius generis ſunt, piſana ſuccus, ana ſorbilia non addito garo, panis aqua maceratus, lactuca, ut quæ refrigeret, & braſſica, ut cui ſit uapores deſiccandi natura: utendum ad hæc aqua potu. Ceterum ijs, quorum os uentriculi aque potu lubuerit, dabimus aut malum punicum, aut coctum ſeu pomum ſeu pirum, quæ coquenda ſunt ratione hæc. Inuſa in olla aqua feruida, ſuſpenſis que in ipſa olla fruictibus cuiusmodi autumnalibus, tantisper ſub hæc ignem ſuccendemus, donec ſi uetus illi percoquantur, ſolo ab aqua illa feruente ſublato uapore. Quin etiam uere paſſæ corroborandi uentriculi habet facultatem: At palmulis in totum abſtinendum, utpote natura ſua inducentibus capitis dolorem. Quod ſi poſt hæc, ſic affecti nondum probe dormiant, in craſſinum ducendi curſus in balneum ſunt, aquaque calida frequenter perfundendi, deinde interiecto aliquantulo tempore denuo lauandi, ac tandem cibandi, eodem, quo nobis paulo ante dictum eſt, modo. Ceterum ſi quando poſt omnia hæc, relinquantur adhuc præſertim nonnihil ſeu uaporis ſeu ſucci, exiſtoribus capitis meatibus impacti, atque ita perduret adhuc ueteris doloris ueſtigium: roſaceo abſtinentes, fouebimus ipſum caput chamamelino moderate calido, deinde irino, quod maxime quaerit id genus affectibus. Ceterum omnibus his uino eſt abſtinendum.

De dolore capitis ex icthu, & caſu ab alto.

Quandoquidem ex icthu & caſu ab alto, obueniunt capitis dolores, exiſtimari non inuile, ſaltem paucis, de his etiam agere. Admouendus igitur his per ſpongiam aut lanam molliorem, uapor aquæ calidæ: iniungenda poſt hæc quies, cibi ſubtractio, inferioris uentris uacuatio. Fugienda autem ſunt, ſol, balneum, uini potus, clamor atque uociferatio, omnes præterea cibi acres, acidi, ac ſali. Ceterum illud cuius manifeſtum exiſtimo, uariandas inueniendorum auxiliorum intentiones pro cauſarum affectus inducentium uarietate ac natura.

Ad capitis dolorem ex conuulſione ſue colluſione.

Uſu uenit non raro, ut ipſum caput contundatur, interim ſine uulnere, interim cum uulnere, ita ut ob hoc compliceſentur curationis intentiones. Porro conuulſioni propria ſunt remedia. Græcis πρηγοίονες, Latinis uero mitigatoria dicta, cuius generis ſunt, aquæ calidæ ſuper caput effuſio, & ſotus capitis haſo lanæ ex oleo. Quod ſi qua adit capitis fractura, que occaſione hæc conglutinari prohibetur, huic deterſa prius ſpongia ex uino ſideritina herbam tritam alligabis. Aliud, Reſinam ſictam cataplaſmaticis modo impoſitam uulnere alligato. Aliud, Aloen ritam ac melli miſtam impoſito. Aliud, Vlmi uirtentia folia concuſa, deinde contrita, applicato: quin ulmi etiam cortex pro uinculo uulnere circumuolutus idem præſtat.

De capitis dolore ex ebrietate ac ſolis æſtu.

Quandoquidem Archigenes ſcripſit conſeruentia capitis dolori remedia dicta Græcis ἀπλημία, [Latinis

[ Latinis uero amuleta, sic appellata, quo l de collo suspenduntur, aut alicui corporis parti alligantur ] E  
haud existimari ab surdum adhibere panlo ante dietis & hanc. Capitis arcenia dolorem, tam ex ebric  
tate, quam solis aestu. Polygonij, id est sanguinalis herba, duos connectens ramulos capiti coronae  
in modum imponit. [ Aliud. ] Polygonio laeuigato ex lactis creta caput sub uesperam inungitur,  
ac superposito leporis pellem, sicque in crastinum finito, cum enim hanc detrahens, comperies finitum  
dolorem. ] Aliud. Cichorion, quod Romani Intybum dicunt, applicato dolenti capiti. Aliud.  
Sertum rosaceum, ex recentibus rosarum floribus confarcinatum inducito dolenti capiti. Aliud.  
Cinge caput sero ex callitricho, quam alij adianton, alij trichomanes uocant. Aliud. Scripsit Ar-  
chigenes summopere cōferre capitis dolori uerbenacā, quam quidam sacram herbam uocant, tam ser-  
ri modo impositam, quam ex aceto & rosaceo inunctam. Testudinis lacustris, quam Amyda quidam ap-  
pellant, sanguinem insillato capitis incipiti.

Ad capillorum desolium.

Cap. 2.

Ladanon conspersum uino odorato adstringentique, contere, adfundens & myrteum, ut, sordium  
consequantur crassitiem, capitiq; inunge. Aliud. Noces utrides, sed iam labimatur efflorescentes, con-  
fractae numero centum, olei sextaria duo, aluminis liquidi librae tres, conijciuntur in nouum uas testa-  
ceum praefaturatum aqua, ne combibat concreditum sibi humorem, quod postea accuratissime oblitū  
reponitur in domum liberi parentisque aeris, diebus quadraginta, demum auferitur, arque in usum con-  
seruatur sic praeparatum oleum. Aliud. Ladanon, absinthium, & iuniperi baccarū conteruntur, lin-  
teoque illigata conijciuntur in oleum, maceranturque diebus quinque, quod postea fuerit usui. Idem  
possunt nigrae myrti, aut gallae partes duae ex oleo: quin hoc ipsum medetur etiam capitis furfuribus.  
Aliud. Ladanon detritum ex uino dulci quoad sordium habeat spissitudinem, infricatur. Aliud.  
Anemones florem laeuigatum ex oleo, illine. Idem hoc reddit etiam capillitium nigrum. Aliud.  
Verbenacam rectam, una cum radicibus desiccatis, deinde exacte admodum laeuigatam cum tantil-  
lo misceto oleo, quantulo opus sit, ut luti consequatur crassitiem, finitoque deinde ad tempus simul pu-  
rescieri, demum utitor.

Ad capitis furfures, quam microspora dicunt Graeci.

Cap. 3.

Praefricatum caput illiniter betae succo, faenograci farina, & nitro, omnibus aqua portione cōtritis.

Ad capitis pediculos.

Cap. 4.

Herbae pedicularis partes duae, sandaracha. Pars una, ex aceto ac oleo capiti infricantur. Aliud.  
Alumine scissili ex oleo utitor.

De manantibus capitis uiceribus quas ἀγρία dicunt Graeci, & facis.

Cap. 5.

Ayriae id est manantia ulcera, cutis capitis uitium sunt, ab ipso sic dicta affectu, quod curem tenuissi-  
mis foraminibus perforent, ex quibus glutinosa effluit sanies. Huic uitio affine est, quem uirio dicunt  
Graeci, (nos fauum) in quo foramina sunt, quam in illis maiora, melleum continentia humorem. Est au-  
tem utriusque uitio initium ex humore superfluo. Porro incipiunt cum pruritu, demum exuberant.  
Curatio est, si quidem graue ac magnum fuerit uirium, corporis totius uacatio, catapotijs ex scammo-  
nia, aloes, & colocynthide: haec enim aequali pondere contrita excipiuntur brassicae succo, ac conforma-  
tur in catapotia erui magnitudine. Quorum maxima uice unica offerenda quantitas, sunt catapotia de-  
cem & septem numero, ceterae uariant pro uiribus eorum, quibus sumuntur. Sin mitius ac minus  
fuerit uirium hoc, facis fuerit topica, id est localia, tantum dicta remedia applicuisse, e quorum albo est  
cimolia ex acerrimo illita. Aliud. Creta ex acerrimo aceto similiter inungitur. Idem possunt famia  
terra, & pompholyx. Aliud. Illinitur similiter lithargyrus cum charta usta ex aceto. At achores ac  
faui, quibus adiuncta est ulceratio dolorosa, praefrendi diebus singulis sunt aqua calida, in qua deco-  
cta sit, aut myrtus, aut rubeus, aut morus, aut asparagi radix, demum inungendi. Aliud. Salicis folijs  
ex aqua, aut lente ex melle, aut decocta asparagi radice deline caput, aut betae succo cum faenograci fa-  
rina. Apposita praeter haec remedia his, sunt pini cortex cum cera, uel cadmia ex oleo, aut lithargy-  
rus, aut cerussa. Proderit etiam abstergere in balneo cimoliae ex betae succo. Ceterum illud ne-  
minem latere uelim, in mollis carnis corporibus, ut mulieribus, remedia haec non ex aceto, sed ui-  
no illinenda.

De alopecia, & ophiasis, id est areis.

Cap. 6.

Geminum accidit pilis capitis uitium, alterum defectu, alterum mutatione ipsorum in colorem con-  
tratum siue diuersum: defectu, ut in caluitie mutatione coloris, ut in alopecia & ophiasis, id est areis, ui-  
tius pilorum cum primis indecoris. Euenit autem pilis hoc uitij genus, eadem fere qua stirpibus ratione  
quae corrumpuntur intereuntque, interim penuria nutrientis ipsas succi, interim immutatione huius in  
alienum ac contrarium. Porro tam alopecia quam ophiasis ut sunt ex aequo affectus praeter naturam  
ita similiter eandem habent tum ortus, cum curationis rationem, ob solam tantum figuram ac formam,  
diuersas sortire appellaciones, siquidem in ophiasis per similes serpenti species in capite apparet: at alo-  
peciam ferunt dictam, quod ἀλωπεξ id est uulpes, uirio eo frequenter labore: quod aliud est nihil, quam  
pilorum denudatio, qua locus affectus apparet colore prorsus exanguis. At nos cur hoc aut illo modo  
appellatum quidpiam sit, curiosius non inquirimus, pro comperito habere: idque physica siue natura-  
li quadam ratiocinatione adducti, horum omnium causam esse, uitiosos succos. Proinde tempus iam est,  
ut

f. Aequis por-  
tionibus.  
Idem  
adiantii par-  
tes aequales  
toleo

t. & nitro

Al. anserino.

Aut ad ipsorum transgrediamur curationem, quae & ipsa uaria est, pro niturum affectus, seu uitij diuer-  
sitate, quam tibi cutis color monstrabit, qui in alijs confestim albidior est, in alijs pallidior, in alijs uero  
nigrior. Esse porro omnia haec uitiosi succi germina, neminem fugit. In quibus igitur cutis in capite co-  
lor apparet albidior, a corrupta puritate uitium esse indicat, quod curatur medicamentis pituitam edu-  
centibus, necnon apoplegmatifinis, hoc est medicamentis quibus per os pituita purgatur. In qui-  
bus autem color apparet pallidior, utendum medicamentis quae bilem pallidam uacuant: sicut ijs qui  
nigram, ubi color apparuerit nigrior. Necessum enim totum prius corpus purgari, quam loco affecto  
topica, id est localia, dicta remedia applicentur, ne his irritato affectu, plus etiam adhaerent ad membrum  
laesum uitiosi succi: cuius rei cum praepurgato toto corpore nullum sit periculum, tum demum locali-  
bus remedijs utendum. Sunt porro ἀποπληγματικά, id est, pituitam per os educuntia medicamenta, py-  
rethron, & uia taminea, quorum alterum per se, aut etiam utrumque simul cum mastiche masticatur,  
& salglebolus cum pilegio, aut sinapi contritum, ex oxymelite & diutius ore contentum ad gargarif-  
satum. Ceterum purgantium medicamentorum quodque peculiarem sibi humorem trahit, educitq;:  
aliud quidem pituitam, aliud uero bilem, hoc flavam, illud nigram. Sed longum nimis esset quodque  
horum singularem recensere, nec adeo ad rem, cum alterius sit instituti. At in communi quidem, alo-  
peciae & ophiasis haec fere conueniunt. Initio catapotia siue pilulae ex aloes, quae constant ex medullae  
colocynthidos parte una, aloes ac scammonia partibus duabus, succi abianthij parte una, excipiun-  
tur autem omnia haec succo pomorum. Quantitas horum exhibetur pro fumentis ea corporis uiribus:  
Deinde pauca, utpote septem forte interiectis diebus utendum hieta δισκοκοκκιδία, sic dicta, quod  
colocynthidos sit particeps. Porro ratio haec curandi non raro uel sola satis est, ubi niturum uitia haec  
sunt etiam noua, ac tantum non recentia: inueterata enim difficillioris sunt curationis, egentque  
remedijs localibus. Cum igitur ( ut modo dictum ) fuerit iam corpus totum, quam fieri potest, mun-  
dum, subductis superfluis uitiosis succis purgati medicamento, tum confidenter admovebis loco af-  
fecto topica, id est localia remedia, quae omnia in genere calida sunt, & diaphoretica, qua facultate ui-  
tiosos succos tum uacuant, tum discutiunt: e quorum albo est thapsiae succus, cum aceto inunctus.  
Aliud. Euphorbium detritum, & ex oleo illitum, sicut ignem non expertum, & nitrum alexandrinū  
ex aceto infricata. Aliud. Laurinum illitum, nasturtij semen ex oleo. Aliud. Erucae semen tri-  
tum, ex aceto aut cedrino liquore inducitur. Aliud. Calami radix usta, aut cortex ustus ex oleo ce-  
drino, aut pice liquida desinitur. Aliud. Murium stercus contritum ex aceto inungitur. Aliud.  
C. Integras amygdalas vitas imbue aceto. Aliud. Erinacei terrestrius pellis una cum ipsius capite  
costa, & in puluerem uisa, ex melle inungitur. Aliud. Cepae uetustam affecto loco, sed praefri-  
cato panno lino donec rubeat, frequenter infrica. Aliud. Raphani corricem contritum ex mel-  
le illinito. Aliud. Lauigatam ferri squamam ex oleo & aceto inducito, infricans donec locus rube-  
scat. Aliud. Ordeum tostum, & mulcerda, id est murium finum, aequali pondere ex aceto illinun-  
tur. Ceterum cum dictorum medicamentorum sit hoc quidē uehementer, illud uero minus calidum,  
silencio ne utiquam praeterendum, calidiori uictum, tum in durioris carnis corporibus, tum uitij bi-  
fide uetustioribus: sicuti contra minus calido, cum in recentibus id genus uitij, tum etiam praeteruacua-  
mulierum similibusq; alijs tenerioris carnis corporibus. Esto autem commune praecipuum hoc in om-  
nibus eius generis remedijs. Huic adde praefricandam partem affectam panno lino, neq; ruditer adeo,  
ut non excorietur, neq; contra leniter adeo, ut non mediocriter saltem rubeat ante praedictorum re-  
mediorum applicationem. Est postremo affectus locus frequenter radendus: qui si quando usu ueniat  
ut dictorum medicaminum impositione uideatur, illinendus aut porcino adipe, aut rosaceo.

De aurium uitij, & primo de doloribus.

Cap. 7.

D. Oboritur aurium dolores interim a frigore, atq; sunt hi fere a frigidis aut uentis aut balneo: in-  
terim ab aqua medica, quae auri incidit: interim ab inflammatione, qua consistit modo extrinsecus, ut-  
pote in foraminis seu meatus aduicij cute, modo parte huius ima, inflammata ea, atq; ita distenden-  
te etiam particulas proximas. Est cum spiritus stultentis auri inclusus, non reperiens egressum, huius-  
modi excipit dolorē. Quin efficit non raro ueluti sanies auribus quauis occasione innata. Ceterum  
dolores ad frigus relos, discedunt celerrime calefacientia. Cuius generis sunt, insillatum auribus  
oleum, in quo incocta sit cepa. Aliud. Piper curiose admodum detritum ex oleo. Aliud. Nardi-  
num calidum auri insillatum. Aliud. Oleum in quo decocta est ruta.

Ad aurium uocamenta ex aqua.

Oleum calidum frequentius insillato, quod molli deinde lana exuccato, rufusque aliud ingutta-  
to. Aliud. Qui aquato, modo eodem quo in oculorum inflammationibus uti ipso consueuimus,  
praeparato, aut lacte muliebris tepido utitor. Aliud. Confert adeps tum anserinus, tum vulpinus,  
tum gallinaceus.

Ad aurium inflammationes.

Nardus cum medicamine basilico immissa iuuat. Quod si immensus, intolerabilisque sit dolor, ca-  
storio ex lacte muliebris, aut aquato oui tepido utitor. Aliud. Parua opij portio cum sapa. Ceterum  
cauendum



cauendum hic ne præter rationem & temere adiutorio meatui facili negotium, qui si uiter tantum dederit gendas succandusque est, specillo molli lana circumuoluto. Fouenda porro auris spongijs molli- bus ex aqua, in qua decocta sit althea, quam quidam a magnitudine uocant *deus parotidum*, id est arbore- scentem maluam, aut furfuribus tenuioribus, uacrioribusque. Quod si flaccidum fuerit, quod in aure in- cludatur, & obstruere uerius, quam dolor haec obfideat, aphronitro ex aceto utitur, aut succo draco- nis herbae, aut centaurei, aut polij.

*Ad ignem in auribus feruorem.*

Ardorem igneum in auditorio meatu perceptum, cui non sit adiunctus pulsatilis dolor, solet initio iuuare acetum cum rosaceo.

*Ad aurium ulcera.*

Glaciem ex aceto contritum insillato. Quod si plurima ab his defluat humiditas citra dolorem sco- riam ferri ex aceto acerrimo curiose detritam multos dies in sole immittito.

*Ad grauem auditum auriumque sonitus seu sibilos.*

Ad aurium sonitum repente obortum, nardinum ex aceto insillato. Aliud. Cyminum tantillo misceto oleo, quoad mellis habeat crassitudinem, ac infundito. At sibilos morbi cuiuspiam reliquias, curamus foru auris ex absinthij decocto, cui post hæc acetum ac rosaceum iunguntur, aut raphani suc- cus cum rosaceo, aut helleborus cum aceto. Quiniam solum acetum, sed acere, insillatur tepidum, aut solum mel, aut aqua multa, aut mistum oleo acetum, quod *de aurium* dicant Graeci. Aliud. Porri suc- cum cum lacte muliebris, aut rosaceo immittito. Aliud. Oleum amygdalarum amararum in cepa decoctum iunguntur tepidum. Aliud. Cepam, allium, & adspem anserinum æqua portione simul recito, deinde colatur adspem infundito. Aliud. Lentis decoctum addito melle immittito. Aliud. Vinum dulce in quo decocta sit myrtus, in aurem mittito: uel succum ex oliuae folijs expressum melli incoquito, ac postea uritor. Aliud. Idem potest ceparam succum cum melle. Aliud. Nasturtium tri- tum rosaceo dissolue ac utitor, uel intestina terræ ichori incoque & insilla.

*Ad grauem auditum.*

Subduc initio uentrem cataportijs ex colocynthide: Vtere dein apoplegmatisimo, id est medicame- to pituitam per os educente, ex pyrethro & massiche. Ipsi autem auri extrinsecus adiuueto fomentum per calanum ex absinthij decocto, cui deinde insillato acetum album, & aquam æquali mēstra, in qui- bus feruifacium fuerit nitrum. Aliud. Utitor similiter decocto, aut foliorum, aut baccarum lauri.

*[In aurem insillat apta.]*

Porri succum in uno unguento mistum infundito. Aliud. Fel seu murinum seu caprinum rosaceo mi- G- stum insillato. Aliud. Corticis raphani succum ex rosaceo immittito.

*Ad uermes aurium.*

Auribus uermibus infundito ex bubulis carnibus inret assandum defluentem liquorem: aut aristo- lochiam triam ut emplastrum ipsis admoueto. Idem potest immisus ipsis succus tam nepeta quam ru- bi. Eodem modo & succum absinthij insilla.

*De parotidibus, id est abscessibus iuxta aures.*

Quæ ex morbis proueniunt, parotides, ab alijs ratione alia obortis inflammationibus differunt: pro- inde dissimilem etiam postulant curationem. Quæ enim a sola destillatione, seu defluxu materiae proue- niunt, neque multa existente, quæ insluit materia, neque ueniosa, nec toto denique corpore plethori- co, sola spongia ex posca imposita sistuntur. Contra in parotidibus, [quæ morbi alterius sunt soboles,] medicamentis utimur quibus in cutem attrahendi est facultas, aut etiam imposita cucurbitula. Tantum enim abest reprimamus insluentem hic succum, ut contra e profundo in summam cutem euocandi sit studium nobis: nisi forte uehemens fuerit ac copiosus humoris influxus, sic enim nihil opus iuuenus naturæ conatum: quandoquidem situm aut cucurbitulam quis admouerit, aut attractorium medicame- tum, quo ex alto in cutem pertrahat materiam, grauem excitabit dolorem, qui & uires agriorantis pro- H- sternet, & somnum ac quietem turbabit. Proinde mitigatorijs est hic remedijs opus, non autem ijs, quæ humoris fluxum iuuent etiam. Cataplasinata autem *parotidibus*, id est mitigatoria, sunt Panis oleo mace- ratos ac impositus. Aliud. Triticea farina ex oleo apposita. Aliud. Hordeacea farina cum axum- gia admota. Aliud. Hyoscyamus herba, cum butyro in modum emplastri applicata. Quod si absces- sus ad suppurationem deuenerit, aut cute discissa pus excernendum, deinde ulcus ipsum communi ul- cerum ratione curandum, aut tentandum possit ne pus discuti, disijci que, idque remedijs simul attrahen- di simul extenuandi facultatem habentibus, quæ bis sunt diebus singulis renouanda. Fouendus porro locus affectus donec sedetur dolor, quo iam mitigato, locum habebit quibus est discutiendi facultas, e quorum numero sunt, platago detrita cum sale, utque emplastrum impositum umicis radix in uino deco- cta, sulfus ignem non expertum, & cimolia ex aceto: fici in muria decocta ac trita, manubium cum sa- le. Applicatur etiam commode sal tritum cum butyro, succidaque lana exceptum, maxime parotidum initio, multo autem magis in teneræ carnis corporibus. Induratis enim parotidibus, omni que iam dolo- re carentibus, steruus caprillum ex aceto uulter imponitur. Ceterum si quando breui tempore uole- mus pus mouere, fouebimus parotidas assidue calida, & farina hordeacea oblinemus.

*Ad narium vitia, et primo ad ozenam ac polyppum.*

Cap. 9.

In curandis narium vitijs, & potissimum ozena, ac polyppo, exiccandum initio roborandumque est ip- sum caput, imposito emplastro *de narium*, sic dicto, quod salicem contineat: aut anemonitæ, aut barbaro, aut de limacibus, cuius hæc est confectio: Myrrhæ <sup>uncie</sup> uncia, thuris tantundem, limacis integræ <sup>duo</sup> duo ouo- rum aquata. Omnia hæc confusa in pila miscantur: deinde linteo excepta capiti adiuucentur, quod continuis fiat diebus nouem: atque cum demum localibus hisce utendum in narium remedijs, nempe succo nepetae, narium infuso, ac ipsamet nepeta siccata. & trita demum narium per arundinem inspi- rata. Aliud. Ranunculi herbae succus cura melle supine iacentis narium inijcitur, utque ipsum ægrotus attrahat præcipitur. Aliud. Mali punici succum æreo uase ratisper decoquito, donec crasse fiat, demum narium infusato. Aliud. Gallas ac myrrham æqua portione conterito, nariumque inspirato.

*De polyppo.*

Aramenti sutorij unciæ quatuor, milti uncia una, redacta in puluerem, narium per calanum inspiran- tur. Simili modo insillatur puluis roste radice bryoniae. Aliud. Aramentum sutorium & sandara- cha æquo pondere teruntur, nariumque inspirantur. Aliud. Cornu ceruinum ustum & sandarachen na- ribus infuso. Aliud. Plumbum ustum ex uino inungito. Aliud. Acidi mali punici succi coquito in uase æreo donec mellis habeat consistentiam, deinde illinito. Aliud. Auripigmentum leuigatum stylo ap- plicator. Aliud. Auripigmentum & calcem aqua non rellinctam æqua portione, trita applicato.

*Ad sanguinis in narium fluxum.*

Principio concretum in narium sanguinem specillo, cui lana ex aqua madens addita sit, absterge: de- hinc lycium aqua dissolutum, penicilloque ex intorto panno lineo exceptum, narium infere. Aliud. Linamentum torile igni accellum, succo; aut polygonij aut porri extinctum narium infuso. Aliud. Acetum acerrimum coquito, in quo maceratam spongiam narium immittito, quam ut facilius possis, cum uoles, extrahere, præstat lineo filo deligatam imponi narium. Frontem præterea spongijs ex aqua frigida foueto, sitque ægrotus capite eleuato erectoque, iubeto. Manus & pedes uinculis constringito, necnon aures ualide obrurato. Aliud. Gypso, aut luto figulino frontem illinito. Aliud. Cucurbitu- lam magnam applicato: hepatis quidem, profluente e dextra nare sanguine: lieni uero, a sinistra: sin ex ueraque nare effluat, utriusque uisceri.

*De vitijs oculorum.*

Cap. 10.

Omnia sane corporis membra exactissimis in curando præscriptionibus egent, si re ad sanita- tem reduci debeant. Verum oculi quo præstantiorē habent præ ceteris usum, dignitateque præcellunt, hoc debent exactius considerari ab eo: quisquis inoffense curabit crebros in ipsis affectus, varijs diffe- rentibusque de causis euenientes ac ægescentes. De quibus exactius uerbofiusque agere, alterius est commentarij opus: præsens tamen eatenus de ijs agit, quatenus id patitur ipsius compendium. Affec- tus igitur oculis accidentes ortum habent, interim ab æstu & calore, interim a frigore, cum particula sensu quodam subleuato. His accedit, fieri modo cum inflammatione, modo sine hac. Est etiam cum ortum habent ab humorum defluxu seu destillatione, & cum sine his. Nonnunquam ad hæc cum par- tis affecta grauedine & dolore, nonnunquam absque his. Ceterum leues sed calidas oculorum pertur- bationes satis superque reprimat forus oculorum ex sola posca, sicuti frigidam somentum per spongiam ex uino albo diluto: at ualidas uehementesque, ut quas magna grauisque comitatur inflammatio, siqui- dem sanguinis in fronte uasa, præ plenitudine distenta fuerint ita, ut ultero se proferat conspicendam sanguinis plenitudo, curat facta mox ab initio nena sectio, nisi quid prohibeat hanc fieri: sicuti eas que ab alijs causis fiunt, utque in infarctu concitantur, nenti is per medicamenta uacuatio, quibus factis uten- dum *de vitijs oculorum*, quod in oculos insillatur, sic dictis medicamentis: ut fenogrucci decocto cum in usum pulchre præparato: quod optime hac sit ratione. Principio lotum diligenter in aqua dulci fenogruccum, leniter in eadē coquitur, donec quicquid habet in se acere abijciat. deinde alij rursus aquæ D- incoquitur effusa priore. Utile etiam in usum eundem est oui candidum ac tenue, oculis frequenter in- sillatum: quin etiam lac muliebre, quod necessum & boni sit succi, & ex ipsis mulieris mammis in oculum immulgearum. Mitigandus porro sedandusque oculi dolor impositis emplastris ad inflammationes conscriptis, necnon ex oui exiguo luteo, setula campana seu meliloto, pane, & rosaceo. Quin ut edum etiam collyrijs hunc in usum conscriptis præparatisque, quæ longa quadam experientia, longoque usu o- mnibus fere sunt nunc cognita, alijs alio uti consueuerit, si tamē eorum adit copia. Sunt autem ea ex oui candido leniter & indolorose adhibenda. Innatans porro oculis lippitudo, detergenda est spongia ex aqua calidissima ratio sit tenuissima. Quod si uehemens fuerit capitis grauitas, auferenda erit, ac oc- cipitio cucurbitula adfigenda concita prius cute scalpello, copiosusque inde sanguis detrahendus. Quod si labialis sursum uaporibus caput impleatur, ac puerita obstruat omnes ipsius meatus, sternuta- torijs mitioribus, apoplegmatisimisque utentes purgabimus ipsam caput, humorumque infarctum disti- cterius: sternutatorijs quidem ex pipere quod tritum narium attrahat, imbebimus: apoplegmatisimis uero ex sinapi accuratissime leuigato, additis aceto tenuis substantiæ & quantitates mediocri, melle, & aqua, ex portione ut fluidiora omnia & ore facilius contineantur & gargariuntur. facta enim hunc in modum per nares [ac palatum] uacuatio liberaliori, infarctus, obstruçõesque omnes capi- tis discutiuntur. Porro quod modo curanda lippitudinis, verum etiam cuiusvis fere alterius agrum-

dimis, primus precipuusq; curandi scopus consistat in exacta uictus ratione, neminem fugere existimo. Ceterum lippitudinibus aestibus medetur aridarum rosarum decocto, quod oculorum palpebris per spongiam assidue admoetur.

Ad aliuas lippitudines.

Specilli tauronem alio tantisper insertum, donec huius tingatur sicco, oculis inducimur. Aliud. Triticum ignitis ferreis laminis incoctum ex uino illumus palpebris. Aliud. Atramento sutorio ex melle inungimus, & frontem, & palpebras.

Ex Archigenis de pharmacorum compositione commentarijs precepta, ad humorum in oculos defluxum.

Destillationi humorum in oculos, maxime ab ipso protinus exordio conducunt paritas tum cibi tum potus: aqua potus ac pra omnibus, absoluta a coitu continentia. uentris inferioris laxitas, frigida multa potatio, frontis assidua irroratio ex aqua, cui sit adiectum aceti pauillum. Quidam ex aqua id faciunt, in qua praemaceratum fuerit calcanthum. Fugiant omnes acres odores, puluerem, fumum, splendorum tam lampadis quam solis. Imponatur fronti per noctem lana, aut munda ex uino, aut fordida ex aqua frigida; mane abluantur. Quod si destillatio ingrauescat accedatque dolor, conueniunt uena sectio, & omnimoda abstinentia tum cibi tum potus, nisi forte & aegroti uires prosternantur & protrahatur morbus. Sit uenter continue fluidus, aut medicamento ad hoc appposito, aut ualidioribus clysteribus. Post haec iuuat uiridia uitis folia, in modum cataplasmatum fronti assidue inhaerentia: aut folia seu myrti seu lentisci. Similiter succus rubi, tui brassicae. Idem praestant uitis folia cum tenui polenta, uel sampsychi, uel sedi, uel portulacae, uel cotoneorum. Cuiusque enim horum tenera folia, cum uino & tenui polenta instar cataplasmatum fronti utiliter applicantur. Ipsis autem oculis foris lana munda ex oui aqua, necnon coctum ouiluteum cum uino & tenui polenta, ut emplastrum aut fronti, aut ipsi oculis admoetur. Iuuat praeterea tum eryngij radix trita ex aqua tum cicuta semen eodem applicatum modo: necnon mollis ac nuper calceus caseus, cum apij folijs. Panis praeterea ex uino aut rosaceo miri in modum confert. In summa, quaeunque adstringendi reprimendiq; uim habent, utilia sunt in initio, ut sunt cicuta, psyllium, apium, solanum, & paludibus innatantes lentes, serpyllum, sampsychon, folia uitis, coriandrum, portulaca, lens aquis innatans. Horum unumquodque ex uino tritum emplastri modo apponatur, psyllium ac lentes paludibus innatantes ex aqua.

Ad calidam destillationem.

Brassica & polenta trita, ex aqua instar cataplasmatum imponuntur. Eodem applicantur modo, contrita folia tum ocimi, tum sampsychi. Multam impetuosioremque destillationem cohibent papauerum campidani, herba apollinaris, quam hyoscyamum dicunt, cum tenui polenta ex uino. Memineris tamen non nisi fore prius loco, cataplasmata applicanda. Quod si protuberent palpebrae distendanturq; lintecum butyro madens oculis imponitur. Porro graui difficultiq; oculorum chymosis (dicta est autem chymosis rubra carnosaq; cornae oculi pelliculae inflammatio) medetur praesertim, accuratius detrita inuicem carnes, cum crudo oui luteo, ad ceram consistentiam, & ex panno lineo impositae.

Linimentum pro oculis.

Panis purus totus additis acacia & satiuae puniceae flore (cytinon dicunt) ex aqua illinitur.

Ad oculorum dolores.

Rosae aut aridae aut uirides in aqua dulci praemaceratas ac lenigatas addito cadidi oui luteo, t emplastrum modo impone, aut ordeaceam farinam coctam similiter in aqua dulci. Quod si grauior molestia fuerit dolor, hyoscyami folia, aut carnem seu peponis seu cucumeris (cum ouo cocto, aut huius luteo, & pauco uino, ut cataplasma applicato. Pulchre his medetur pini cortex & polenta ex uino.

Ad uehementes oculorum dolores.

Coriandri succum cum lacte muliebri oculorum angulis guttatim instillato, aut platani folia trita cum tenui polenta, in modum emplastri oculis extrinsecus imposito.

Ad destillationem in oculos cataplasmata.

Conducit ad hanc uiridis tum cupressus tum sabina herba ex uino, & folia tum paliuri tum portulacae, detrita cum pinguedine anserina, & croco: necnon iris sicca ex melle, & apij folia cum polenta. Porro graui impetuosioreque defluxu confert uiridis pullegij semen: t quam hoc autem magis adhuc, cera cum aceto ad malagimatis crassitatem redacta, caprisq; syncipiti admota, cui superdato lanam, suauiterque illigato: aut imposito ipsi oculis in modum emplastri rosas, melilotum, & amyllum simul cocta, aut amyllum ex uino albo.

Anacollemata, id est resringentia fluxum.

Lumacem cum testa tusam, toti fronti & temporibus illinito.

Ad hamaopas & hypophagmata.

Incipientibus oculorum sanguinolentis suffusionibus ab ictu percussive, confert ab ipso confestim in initio, ne inflammatio ac dolor comitentur, instillatus sanguis columbinus praesertim, alis exproctis tenerioribus: confert & oui aquatum eodem modo immixtum, aut lana pura exceptum, & foris admotum. Plurimum ad idem faciunt ouiluteum album ex uino impositum, & trita rosarum tum folia, tum flores, per se, aut cum uino: cum tenui polenta, ut emplastrum apposita.

Ad

lulu seu giluum cu aceto ad malagimatis &c. Adhibe in aut aut oua.

ueteri

teclami greci duplum.

\*Al. coagulatus.

†Al. muscardi.

\*Al. passa †Al. ac croci quantum silicis. †Al. passo †Al. aut oui al facit luteo cum pauco croco tenuigati uno modico.

†Coel. imprefi hoc. n loco legat ut inter pres uerit. f. malisa xurei sui &c. &c. Alij malisa xolouon &c. praesertim huc cu aceto ad malagimatis crassitatem redactum. &c. Alj malisa cu melle &c. &c. i. sicuti

\*Al. pterigion

†Al. oxymeli

†Al. oxymeli

†Ficosus tu-

Plurimum ad hoc facit fomentum ex posca molli spongia frequenter adhibitum, deinde spongia noua ex eadem posca oculo imposita.

Iuuat haec aqua liberalius infusa, aestate frigida, hyeme calida: nec minus totus spongia factus ex lentis decocto. Immittere etiam guttatim ipsi oculorum angulis succum aut rubi aut rosarum, quae singulariter ex aqua: aut applicare rosas aridas tutas ex uino. Porro illumine dormituri oleo: fabulandum his in totum ab omnibus tam acerbis, quam acidis.

Coctam amurcam, & ex oleo tritam inunge.

Mustarda, id est sinum murium & caprinum aequali mensura torrefacta t ex melle illinuntur. Facit hoc etiam ad vitiligines.

Euullis radicitus pilis, cunicis sanguine conficato locum, & nunquam renascuntur. Idem potest illitus pediculi canini sanguis. Idem praestat, euullis prius radicitus pilis, fel aut hyanae foeminae, aut hirci, inunctum confestim pilorum euulsione.

Celeriter his medetur nitrum exacte contritum & ex oleo ueteri inunctum. Idem praestat illicus laertae simus, & nycticoracis ouum, his enim tinguntur oculi.

Omniem oculorum obscuritatem, incipientemq; suffusionem curat fel uulturnis, cum marrubij succo, & melle artico: cuius si nulla sit copia, tenero ac molli utere: esto autem tu succi marrubij, tum mellis dupla ad ipsum fel portio. Idem possunt fel taurinum liquidum cum aequali pondere succi foeniculis, & duplo mellis, & fel uisnum cum aquae duplo.

Populi nigrae liquorem cum dupla mellis portione mistum illine.

Iecur hircinum assa, interq; assandum desuentera sanicem, sine saniosum humorem collectum oculis infusa, plurimq; iecur edendum praebet. Iuuat etiam columbae sanguis instillatus, & fel caprae, aut caprae iecur decoquens, praecipue ut habentes caput pannis circiuolutum, teneant intentos in ollam oculos, suscipiantq; uaporem: uel ex pressum ex recenti onide, id est stercore asinino, succum oculis illine.

Cera alba foucto, aut muscae reliquam corpus, praeciso abiectoq; capite, tuberculo ipsi infricato.

Raphanus, quam radiculam dicunt, trita & imposita, iuuat confestim, quam ubi erodere inceperit, aufer. Iuuat similiter impositus caseus recens salis. Porro cerotum cum absinthio, uel raphani sicco impositum summopere confert ad recentia & liuida sugillata. Item spongia ex mutia assidue admota, sunt, aut subflaua, aut subpallida, muria uitanda est, imponendumq; emplastrum ex rubo, aut absinthio, aut hyssopo, aut origano, aut raphani cortice, aut uua passa absque acinis. Florum enim quodque singulariter imponitur, aut ex melle, aut aceto, aut incocta aqua. Necnon bulbus candidus cu ouo ac melle, aut cyclaminum cum uua passa: at uetustis iam & denigratis linapi cum duplo adipis ouilli, uel fabacea farina cum melle mista, aut manfa & cum salua inuncta: aut cyminum ueteri linteo illigatum intinge feruenti aquae, oculosq; hoc foue: aut hordeaceam farinam t cum cocta aqua mulla applica-

to: aut tritum foeniculi semen cum ceroto.

Spongiam ex aceto impone, & emplastro utere ex farina hordeacea, cocta t cum aqua mulla, ad istam crassitudinem: post haec apponito coctam lentem & cum melle tritam.

Imponitur trita ex aqua cicuta, aut detrita uitis albae radix ex melle.

Nascitur in faciei cure tumor exiguus durusq; dictus Graecis leuosis, Latinis uarus. Differt autem a sifcosis tumoribus in mento prouenientibus, non solum quod ex crasso humore consistat, t uerum etiam quod participet tenui quadam sanie, ratione cuius facile ulceratur non recte atq; ex arte curatus.

Acetum acerrimum cum melle aequali mensura mistum uaris accuratius illine, digito inficans. Aliud. Ex amygdalis amaris aceto dissolutis ac curiosius tritis, conformato pastillos, atq; in umbra desiccato. Vbi autem usus postulabit, dilutum ex his aliquo aceto uaris inducito, & simulatq; aruerit, nunc sapone abstergito. Facit hoc ad tumidos affectus, faciei pruritus, & principium elephantiasis.

*Ad fœcos in mento exarofentias.*

Salem foſſilem ex aceto, aut glutinum fabrile cum milro, id eſt rubrica illine.

*Ad m. uti impetiginos.*

Acceptum magna copia triticum incudi impone, cui deinde applicato candentem laminam aream, quique eſt huius humorem eraminum calentem affectui infrica.

*Ad diuturnas impetiginos.*

Trita capparidis folia ex aceto acerrimo cum tantundem mellis imponito. Aliud. Idem poteſt contritus ex aceto radicis runcicis cortex. Aliud. Chaureleontis radicem in aceto decoctam, ac leuigatam ſependato. Aliud. Detrita runcicis radicem, & hordeacea farinam ex acerrimo aceto applicato.

*Ad ſcabras impetiginos.*

Tritis amygdalis anaris frequenter ipſas inungito.

*Ad genarum exanthemata ſine papulas.*

Ferrum candens paliuri ligno imponito, acceptumq; qui ex hoc deſluit humorem, illinito. Aliud. Contritas myrtibaccas ex vino inungito.

*Ad dentium vitia, & primo ad dolorem.*

Cap. 12.

Abluito dolentes dentes calido gallarum ex aceto decocto: aut tædæ pinguis talarum, aut alterci rotum ſeminis tum corticis, aut cedricæ, id eſt cedri liquoris, uel propoleos, uel ſolani, uel capparidis, uel alij, uel myrti ramulorum in aceto decoctorum: aut calide vini facis, aut polij corticis, aut etiam ipſiſmet herbar, aut marubij. Horum inquam quodq; cum aceto truar. Idem præſtant platani pillula, & roſæ arida, decoctæ in uino albo, ad tertias uſque, quo dentes frequenter colluantur. Idem efficit tum eupatoriij radix cocta in uino, tum pulegium: aut decoquito ceruum cornu in oxyerato, ſæpe que eo os abluito: aut ſeilla interiora in minutas ſecato particulas, additoq; aceti ſextario, in uas aliquod conijcito libram unam, ſinitoq; hæc in ſimo uſuſino deſoſſa macerari diebus triginta, elutoq; eo dentes. Eiuſdem eſt effectus lac aſinum, quod motos dentes continet etiam: aut rithymalli radicem in oxymelite ad medias uſq; incoquito, aut etiam hyoſcyami, lauatoq; decocto eo dentes. Item lacte mori commiſto probe cum uino, deinde reſecto collue dentes. Aliud. Lauantur item dentes uuliter decocto alij, ſciminis eticæ, & nitri.

*De fomentis ad dentium dolores.*

Extrinſectis ad dentium dolorem conueniant fomenta ex friſto ſale: uel milio in marſupium coniecto: aut etiam ex ſordidis panniculis admodum calentibus. At intrinſecus huiusmodi ſunt fomenta utilia. Aridij origani ramulum in feruens oleum demiſſum, ſuperne affecto denti applicato: uel rugini fruicis colicolum ſimul cum cera imponito dolenti denti: aut tange hunc frequenter ſpicali mucrone, vehementiſſime calente. Ceterum illius in uulua ſum meminerimus neceſſum, urendū fomentis id genus omnibus, tam iſis inquam quæ extrinſecus, quam quæ intrinſecus adhibentur ante cibum, aut longo poſtallumprum cibum tempore.

*Apophlegmatismi pro dentium dolore.*

Optimi apophlegmatismi uuliffimiq; dentium doloribus ſunt, herba pedicularis maſticata, aut ſingulatim, aut cum pulegio: uel quod in galla nigrum interius eſt affecto dente commorſeto, ſinito que hians interius eſſuere pituitam: aut quinque alij nucleos cum nigræ myrti pauculis folijs in aceto ad dimidias decoquito tædæ radæ aſſiduo commiſcens, ac eluito eo dentes, oreque contineto, poſt hæc hiato, donec pituitæ ſaris proſinat, demum roſæco os abluito.

*In nares inijci rationem, pro dentium dolore.*

Solum radicis betæ ſuccum naribus immittito, & dentium leuabis dolorem.

*Ad dentes denigratos.*

Præuigatum melle foſſilem ſalem, torreto ſuper igne, ex ſarmentis uitis, teritoque deinde adiecta pauca myrtha dentibus infricato.

*Ad colluendos dentes.*

Vino odorato incoctam aridam iſdem habente dentes colluito.

*Ad colluendum gingiuas.*

Lauato gingiuas aceto, in quo coctum ſit hyoſcyamus.

*Dentes a dolore præſeruantia.*

Lauato dentes bis menſibus ſingulis uino in quo ad medias decocta ſit rithymalli radix, & nūquam dolébunt. Subſcripta dentificia maximo opere conducunt ad dentium a dolore præſeruationem, & ad confirmandum tam dentes, quam gingiuas, conciliandumq; dentium candorem. Lanam ſuccidâ lincolo alligatam torreto, adiecta deinde tertia ſalis portione, terito omnia ſimul, & perſtricato hoc puluere dentes. Idem præſtat puluis uſti contritiq; capitis leporis. Aliud. Contritū ex melle ſalē, ad cere craſſitatem, linetoq; mundo illigatum uſito, quo deinde addita iridos portiuucula perſtricato dētes.

*Ad oris graueolentiam.*

Hordeum melle & uino præmaceratum illigatur chartæ, teriturq; quo deinde conſtricitur gingiuæ.

*Ad motos dentes, ut confirmentur.*

Teritur ex oleo atramentum ſutorium, quod lana exceptum dentium applicatur radicibus: uel ulmi cortex

A cortex in uino decoquitur, decoctumq; hoc ore continetur, confirmat enim dentes.

*Ad dentium eroſionem.*

Folia capparidis in aceto acerrimo ad dimidias coquito, ac tepido eo lauato dentes. Idem poteſt coctus ſimiliter capparidis cortex: hoc idem dentium medetur dolori. Aliud expertum. Nigellam præfriſtam, deinde tritam ex acerrimo aceto, dentis eroſioni ut emplaſtrum imponito, ſic enim in poſterū plus non erodetur, ſed perdurabit ut eſt eroſio.

*Ad omnes tam oris, quam columella, ac ſancuum inflammationes, cæterasque affectus, ſeu uuluerata ſint, ſeu cruſta, ſeu putredo.*

Cap. 13.

Commune in omnibus hiſce præceptum, reprimendum, repellendumq; mox ab initio omnem eſt capite deſuſionem. Ceterum ab elapſo iam morbi initio, ad ipſum ſinem uſque utendum ſimul reprimentibus ſimul reſoluentibus. Reprimendū igitur facultatem habet medicamentum dicitur p. p. ſic dictum, quod ex moris conſicitur. Eiuſdemque ſunt facultatis uæ immatura ſuccus, cum pauſillo melle & ſorum roſarum, aut ipſarummet roſarum ſiccatum: ſicuti & pini corticis ex aqua decoctum. At ubi iā morbi principium præterierit, quando adhuc a capite deſuſerit, alia digerenditate eſſet opus: proinde adijciendum cuius prædictorum aphronitrum, aut ipſum nitrum beronicarion dictum: uel incoquendum in ſapa pulegium, aut ſatureia, aut thymus, aut nepeta. Porro quiaſ copioſo repente inſuente ſucco paratam habere ſimilium medicamentorum copiam, ſeu venator erret per agros, ſeu opus ruſticum in agro faciat, ſeu etiam viator iter ſuum, enumeratorum medicamentorum indigis. ſi meminerit dicitis affectibus ubi ſuccum, ac dictorum etiam quemuis, immo omnia fere quibus adhibendū facultas eſt, oris affectibus eſſe accommodata: electiſſimum tamen ad ipſos medicamentum ſic ex ſucco corticum nucum uiridium cocto, cum pauſillo melle. Utile ſimiliter ad eodem, decoctum cotoneorum, adiecto mellis pauſillo: ſed quod ex uiridibus nucibus ſit medicamentum, multo eſt uuliffimum, ad uehementes tonſillarum inflammationes, & ſuffocationes. Aliud. Accipe dulcis maſtici tuſi cum ſuo cortice expreſſum colaturamq; ſuccum, cuius ſex partibus addito unam mellis, demum coquito ad medias ſpiffitudinem ac uitor. Aliud. Minti ſextarium decoquito ad tertias, adiectis thu corarij uncias quatuor, demum reponito in uſum. Aliud. Tuſas gallas numero triginta, decoque in mellis ſextario, quo utere.

*Optimum medicamentum ſtomaticum.*

Florum roſarum uncias duas, uel id eſt fruſtus pini unciam unam, tere ex melle, ac utere.

*Ad inflammationes tonſillarum ac columella, & oris putredines.*

Succi mororum, aut rubi, & roſarum aridarum, ſingulorum uncia una, coquantur parum cum melle, quod hiſ illinitur. Aliud. Coroneorum acerborum ſuccum cum æquali mellis portione coctum illine. Aliud. Acerbum maſtin panicum cum ſuo cortice tuſum incoquito paſſo, quo colato uitor. Aliud. Immittito in ſapam pulegium, aut thymum, aut origanū, aut hyſſopum, aut neperam, ac ſimul coquito ſufficienter, deinde colatum hoc teneatur in ore.

*Ad oris putredines ac cruſtas.*

Album canis ſinum inungito ex melle: ſit autem eius canis ſinum qui ſolis uelcitur oſibus: aut aquam rhu ſutorij cum melle ad ſordium craſſitudinem decoctam: aut etiam uſtarum hirundinum cinerem ex melle illinito.

*Ad columella inflammationem & relaxationem.*

Palmularum ex aqua decoctum, adiecto pauſillo melle, gargariffatur, oreque continetur. Ad idem faciunt decoctum roſarum, & clauicularum uitis, rubi, ſentis caninæ, pomorum acerborum, ſorborum deniq; immaturorum, rhoi, quo in cibis utitur, & rhoi corarij, & fruſtus myricæ. Horum enim quodque ſingulatim, aut cuius ex prædictis adiunctum, & ex aqua decoctum, gargariffatur: aut ex hiſ ſiccatum quodpiam in puluerem conteritur, & columellæ apponitur, quæ ſentim ac leniter ſuſum ducitur. ſolet autem iſ cochleario iniectus, columellæ apponi: quineriam cuiusuis prædictorum, tam plantarū, quam fruſtum ſuccus, cum pauſillo melle uæ illitus inuat. Aliud. Ad uulue inflammationes conſerunt ſales tui & ex melle inuncti. Aliud. Palmularum oſſa ac nuce, teneræ, uirides, aridæq; pari portione uruntur, inque puluerem comminuntur, quo columella tangitur. Aliud. Roſas ſiccas in tenuiſſimum pollinem lauigatas ex melle inducito.

*Ad aphthas, quæ oris ſunt ulcera.*

Portulacam melle madentem maſticato: aut foliorum oliuæ ex uino decoctum gargariffato.

*Ad aphthas nigras depaſcentes.*

Deterſas prius, orobea farina ac gallarum ex melle illinito, aut lycij decoctum gargariffato, aut ſæce dulcis uini ex melle perſtricato, aut tamaricis fruſtum cum melle tritum infricato.

*Ad depaſcentes aphthas.*

Gallarum decocto cum mellis æquali menſura miſto ſeruefactoq; uitor.

*Ad aphthas albas.*

Pluma oleum in quo chalcitin præcoxeris illine, & conſeſtim curabuntur: aut deterſo nunc munda toque loco affecto, tritum tamaricis fruſtum ex melicrato, aut uino pluma ſimiliter inducito, & cito ſanabuntur.



*Ad aphthas nigras.*

Vuam passam sine acinis & anisum tere, locoque affecto ex melle infrica: aut pruni folia cōcisa, affini no lacte misceto, colluuitoque ex eo os. Idem possunt marrubij succus, & lentis ac rubi decoctum, uero non utitum cornu cernuum locoq; infricatum.

*Ad aphthas infantium.*

Lentem cum pauco pane & cotoneorum succo mistam exhibe, & rosarum florem, quin ipsas etiā rosas aridas: utitor autem oris collutione ex rebus mediocriter adstringentibus. Ceterum oleum aphthis ipsi aduersissimum est, necnon omnia uehementer acria: illud quidem quod humectat sordidarq; hec uero quod sua mordicatione noceant.

*Ad uitia instrumentorum uoci respirationique deservientium, & primo ad localis arterie asperitatem.*

Cap. 14.

Dulcis radice, quam glycyrrhizam dicunt, uncias tres minutim admodum conterantur, deinde addita gummi tragacanthæ uncia una: excipiantur omnia passo, conformenturque ad fabæ magnitudinem pilula: ex quibus contineat unam sub lingua dormiturus.

*Ad interitum uocem.*

Ficus & eryngion affatum coque, huicque decocto adde gummi pauillum, ita ut quam mellis, crassior sit ipsorum consistentia, & sub noctem exhibeto. Aliud. Brassicæ succum cum melle decoctum lambat. Conducit hoc idem ad tussim. Aliud. Lini semen tostum, ac per cribrum excretū, uuas passas bene pingues sine acinis, purgatos pineæ nucis nucleos ac fixos, nuce ponticas sine auellanas præ purgatas, omnia hæc in pari portione trita excipie melle crudo, datur cochlearij mensura.

*Eclegma tussi accommodatum.*

† *Prophylaxid* est nucleorum pineorum uncias duodecim, carnem duorum dactylorum, terito simul extractus, melleq; crudo excipito.

*Ad tussim siccam.*

Iridis ex aqua decoctum, cui mellis pauillum adiectum sit, da frequenter sorbendum.

*Ad sanguinis refectionem, expulsiōnem uero.*

Rosarum aridarum uncias octo, gummi tragacanthæ hexagia tria teruntur, & in pastillos drachmæ pondere ex aqua conformantur, propinantur ex aqua. Aliud. † In cucumeris domestici uentrem infundito aqua sextarium, coquitoque ad tertias, demum expressum ex his cremorem in sorbitione dato. Aliud. Rubricæ fynopice uncias duas, terræ sarniæ uncias duodecim, amyli uncias tres, coge sanguinalis herbæ succo, propinato trium obolorum quantitate. Aliud. Friceti seminis lini uncia octo, gummi tragacanthæ uncia duodecim, prædicto modo commode excipiuntur. Aliud. Polygonij siue sanguifugalis herbæ radices aqua incoquito ad tertias, additoque trito pauculo gummi, offerro in sorbitionem.

*Ad tabidos & thoracis uitia.*

Ireos decoctum cum melle ad potandum dato, aut ad sorbendum hyssopi decoctum cū melle, aut coctum marrubij herbæ succum cum melle, aut eruum ruffescens, frizum primo, deinde tritum cum uiginti partibus mellis, da in eclegmare: aut amygdalas amaras læuigatas cum melle exhibeto. Aliud. Seminis apij uncia sex, pipere nigri uncia una, mellis libra una datur cochlearij mensura. Aliud. Mistum cum melle, lentoque igne decoctum buryum offerro. Aliud. Apij & pipere cuiusq; uncia una trita, cum mellis libra una, sensim decoquitur propinaturq;. Aliud. Scillæ crudæ expressum succum cum mellis æqua portione, carbonibus superpositum coquito, ac dato ex hoc mystri quantitatem ante cibum. Aliud. Abrotanon, pingues passulas sine acinis, rutæ germina in aqua decoquito, percolatoq; decocto huic mel adijce, rursumque decoque ac utere.

*De stomachi & uentriculi affectibus.*

Cap. 15.

Inflammationes tam oris uentriculi, quam hepatis, adstringentium medicaminum indigent admittione. Etenim si in curandis his utatur quis solis relaxantibus, uita adducet discrimen, idque omnibus empiricis uocatis medicis experientia edocuit, & in artis exercitatione obseruantibus, non pauci uero eorum, qui se methodicos nominant, curandi hac ratione innumeros sustulerunt e medio, oborta syncopa stomachali: sicuti non paucos etiam hepatis uitio affectos, solis usi relaxantibus, quibus hepatis plerisque dissoluitur: cuiusmodi nihil eueniet, si eorum, quibus est adstringendi facultas, aliquid his semper adijciatur, seu oleo affectum locum foueas, seu admoto cataplasmate cures. Sunt porro ex adstringentium numero, absinthium, unguentum nardinum, aloë, cotoneorum tam decoctum quam oleum, nec minus ceratum ex aloë, mastiche, cera, & nardo, cuius fuerit hæc confectio. Accipitur ceræ uncia una, mastiches uncia quatuor, aloës uncia duæ, & nardi quantitas conueniens. Quod si uehementis adeo fuerit uentriculi imbecillitas, ut ne alimentum quidem contineat, adijciantur his succi uuae immaturæ † [ uncia duæ. ] Porro si succi absinthij fuerit facultas, addatur & huius † uncia una, aut labruscæ flos, aut succus rhu.

*De calida uentriculi intemperie.*

In calida uentriculi intemperie medicamentum hoc per os commode exhibetur, quod constat mastiches uncis duabus, mentæ uncia una, coactis succo plantaginis. huius medicamenti fabæ exhibetur magnitudo

† Hanc cōpositionē integrā in uesiculis. 7. de cōpos. med. secundū loca. fol. 184. c.

† Vide li. 7. de compo. med. secundū loca. fol. 184. c.

† drachma una.  
• drachma

† Al. in distensionibus.

**A** magnitudo ex aqua. Quod si contra uentriculus frigida afficiatur intemperie, dicto medicamini adijcitur castorei unciam unam exhibetoque similiter. Cognoscetur autem calida uentriculi intemperies, partim ex bilioso uomitu, partim ex sensu mordicationis biliosæ, in ore uentriculi perceptæ, partim quod hoc ipsum aduocæ manus calidum appareat.

*Ad uentriculum infesto frigiditatem.*

Ad uentriculum refrigeratum, quique ob pituita in ipso hærentis crassitudinē opus habet simul calfactione simul humorum incisione, per quam aptum est medicamen hoc, quod constat corticis radice foeniculi uncis sex, aceti libra una, mellis libra una. Decoquantur primum radices cum aceto, ac coctæ nunc exprimuntur, abijciunturque: demum adfuso melle incoquantur: rursum simul omnia ad mediocrem crassiciem. Propinantur autem huius cochlearia tria ex aqua.

*Ad eos quibus in uentriculo cibus accescit.*

Quibus assumptus cibus in uentriculo accescit, medicamentum hoc accommodatum est, quod constat pipere uncia una, seminis anethi uncia una, cymini uncis quatuor: omnibus diligenter tritis, propinatur ex eis cochlearium ex aqua uino mista.

*Ad uentriculi subuersiones.*

**B** Ad subuersiones uentriculi idoneum est hoc medicamentum, quod constat ex succi mali punici acidi, cum suis acinis expressi, partibus tribus, succi mentæ parte una: decoquantur hæc in uase fictili, assidue miscendo: cumq; iam crassescunt, sublata reponuntur in usum. Datur ex medicamento hoc postulante necessitate, ante cibum omnem mystrum unum, aut etiam duo.

*Ad dysentericos, & cibum uomitu rejicientes.*

Radice arboris cotoneæ libram unam, decoque in uini myrtici sextariis tribus ad tertias usque, expresso deinde cremori adde mellis libram dimidiam, coquitoq; rursum assidue miscendo, tandem reponito in usum: datur huius ante omnem cibum mystron.

*Ad uentriculi subuersionem, catiacos, & dysentericos.*

Mala cotoneæ quatuor numero, integra mala punica decem numero, sorba octo, in aquæ sextariis tribus accurate decoquito, cumque omnia flaccescere iam cœperint, exprimito, demum abiectis crassis fructuum partibus cremorem eum iterato coque ad tertias usque, postremo additis generosi mellis libris quatuor, rursum coquito impositum carbonibus, continuo miscendo ad conuenientem consistentiam, sicq; in usum reponito, utitorq; ut medicamento præcedenti.

*Inmodicam ex nimio ardore situm extinguentia cataplasia.*

**C** Seminis cucumeris domestici uncia octo, seminis porrulae uncia octo, tragacanthæ uncia quatuor, dissolue tragacantham recentium crudorum ouorum aquatis, dissolutamq; adfundito: ceteris probe tritis, conformatoq; ex omnibus mistis cataplasia, que in umbra desiccetur, teneaturq; ex ipsis unura sub lingua, solutusq; salua humor paulatim deglutatur.

*Ad uentriculi subuersionem, & feruidos halitus.*

Anisi, apij, cuiusque uncia duæ, cymini uncia una: propinato ex his bene læuigatis, ieiuno quidē cochlearium ex aqua, sub somnum autem aliquando ex uino. Aliud. Bibatur tribus continuis diebus absinthij dilutum.

*Ad uentriculi refrigerationem & singultum.*

Piperis uncia tres, castorei uncia una mediocris cochlearij quantitas ex aqua ieiuno datur. At si ex calidis succis in ipsa uentriculi concoctione corruptis singultus ortum habeat, quod ex uentriculi ardore, mordicationeq; cognoscet, aqua tepida epota, iube affatum uomat, & cessabit confestim singultus. Porro stentamentum in tempore factum, sedat singultum, sicuti etiam acetum in sorbitione acceptum.

*Ad estuantem uentriculum.*

Quibus uentriculus præ nimio ardore exoluitur, aut animi sequitur defectus, si quidē sine febre hoc usum ueniat, dato in potu frigida cyathos tres, aut quatuor, idq; per temporis interualla. Quod si his malum mirescat, cibo est reficiendus æger: sin uero perduret, astrictis coniunctisq; extremis, & præbetosorbendam assidue aquam, in qua maauerint cotonea, pirane, aut mespila, aut bacca iuniperi, aut pampini uitis, aut rosarum, uel succum mali punici, aut uuae acerbæ. Vel dato, quem bibat, tritum mentæ ramulū, aut labruscæ florem, & sinistro quietescat.

*Ad nimiam ex uentriculo saliuam.*

Nimia diffuente salua massicent siccam conyzam. Porro extrinsecus imponantur uentriculo, confrica uitis uiridis folia, aut cotonea, aut uiridis portulaca, aut etiam cucurbitæ ratmentum.

*Ad dolorem uentriculi.*

Ventriculi ex inquietudine aut anxietate dolores sedat ac mitigat potum lac muliebre, aut uaccinū, aut asininum, cui incocti sint lapilli, & rosarum decoctum. Quinciam assium oui luteum cum polenta potum.

*Ad uomitum bilis nigro.*

Ad nigre bilis uomitum uentriculij, inflationem, & potissimum [inter manducandum] imponitur utiliter uentriculo spongia ex aceto quam acerrimo calido. Aut hederae folia uino decocta, ut cataplasma ipsi applicentur. Porro cibus sit boni succi, cuius generis sunt, oua, alica, & iuscula, utpote auicularum, extenuatum porcipartium, phasiani, iuuenis perdicis, aliorumq; omnium his similitum.

QUINTA CLASSIS.

Kk 5 Ad

*Ad ventriculi inflationem.*

Ad inflatum distentumque ventriculum iuuat polij fasciculus foris impositus, nec non potum eiusdem decoctum. Idem praestant nepeta decoctum addito mellis momento, & piper drachma pondere.

*Doloris stomachi mitigatorum.*

Stomachi dolorem sedat cuminum assum, & apij paucillum potui ex aqua datum: ite abrotanici thymi utriusque obolos duos potui dato.

*Ad eos qui grandem famem dictam βόδιον facile incurrunt in uia.*

βόδιον dictam famem incurrentes, seu in itinere, seu modo alio, refocillamus, reficimusve, porrigentes olivaceum acetum, aut pulegium, aut terram acetomadentem, aut poma, aut pira, aut his similes fructus alios, quorum pro tempore fuerit facultas: aut etiam panem ex uino eos assumere cogentes.

*Ad singultientes.*

Singultientibus da rutam, cum uino in forbitionem: aut nitrum ex melicrato, uel apium, uel castoreum, uel abrotanon, uel aristolochiam, uel cyminum, uel anisum, uel calaminthem, [quam nos nepetandicimus.]

*Ad hepatis uitia, & primo ad obstructionem.*

Cap. 16.

Amygdalarum amararum uncia tres, cymini, seminis apij, cuiusque uncia una, datur cochlearium ex uino. Aliud. Baccarum iuniperi uncia tres, seminis brassicae uncia una, seminis erucæ uncia duae, excipiuntur melle crudo, daturque cochlearium unum. Aliud. Succu cichorij cyathum cum aquae calidae cyathis duobus, & mellis cochlearijs duobus exhibeto. Aliud. Succu anethi cyathus cum tribus cyathis aquae melle calidae. Porro dictorum omnium quodque seorsum, aridum, tulum, aut cibo inspergitur aut coctum bibitur. Aliud. Chamapityos decoctum cum paucillo melle, bibitur. Aliud. Chamapityos uncias octo, radicis cichorij uncias quatuor contunde & excipemelle cocto: datur huius auellanae magnitudo ex aqua calida.

*Pastillus hepaticus, ut est ad ueteri, inscriptus.*

Anisi, seminis apij, asari, amygdalarum amararum praemundatarum, absinthij cuiusque uncia una, conformantur ex aqua in pastillos drachmae unius pondere, exhibeto febricitantibus ex hydromelite, non febricitantibus ex uino misto. Aliud. Erigerontis eundem in usum bibitur decoctum. Aliud. Aristolochiae drachma dumida trita offertur, febricitantibus ex aqua, sicuti ex uino non febricitantibus. Aliud. Trifolij herbae ad tertias decoctum dato potui.

*Ad affectos morbo regio.*

Morbo regio affectum lauato in balneo aquae potabilis, totumque corpus oleo confricato anethino. Quod si febre uacet, in colocynthidos corio calefactum uinum propinato. Aliud. Lanariae tritae cochlearium ex aqua dato, aut ex melle liberis a febre. Aliud. Cichorij succu cyathos tres propinato, febricitantibus quidem, nullo admisso alio, non febricitantibus uero, ex melle misto. Aliud. Ciceris dicti *απλο*, id est arietini, & sceniculi coctorum cremorem exhibeto, febre carentibus cum uino misto. Aliud. Tenuissima folia tam nasturtij, quam rorifmarini terito, expressoq; ex his succo, utitor, ex melle, si febre careant. Aliud. Elaterion cum lacte muliebri maceratum naribus infundito, & iubeo sursum attrahi. Aliud. Cyclamini succo aqua misto, ut modo dictum, uritor. Aliud. Editur eundem in usum sentis caninae rubeus fructus. Aliud. Chelidionij herbae succu cum uino & aqua mellea portigito non febricitantibus. Aliud. Hyperici drachmam unam propinato ex aqua mellea. Porro ieiunis dato in cibum amygdalas amaras.

*Ad lianosos.*

Cap. 17.

Datur his in potui decoctum chamapityos, uel chamapityos, uel polij, uel rubiae: idque aut per se, aut cum oxymelite non febricitantibus. Aliud. Candidae hederæ corymbi numero tres, dantur de uorandis, & super bibendum acetum melleum. Aliud. Radicis capparidis ex oxymelite decoctum non febricitantibus datur. Aliud. Tamaricis fructum tritum & per incerniculum exeretum duorum cochleariorum quantitate, dato ex oxymelite. Aliud. Ferrum ignitum aqua restinguito, quam da in potui cum uino, si nulla adsit febris.

*Epithema splenicum, id est leni aptum.*

Foenograci uncia quatuor, hordeaceae farinae uncia tres, seminis nasturtij uncia tres, caricas acerri-mo primum aceto maceratas contundito fortiter in pila: deinde adijciens cetera, unito omnia simul, ac uitor. Aliud. Moly herbam etiamnum uirentem cum suo semine in ollam conijcito, in qua diligenter obturata coquito plurimum lenio igni, coctamque nunc & in pila tritam imponito leni ante tres dies non solentur.

*Ad hydropicos, id est aqua inter cutem affectos.*

Cap. 18.

Foenograci uncia una, hordeaceae farinae uncia tres, stercoris columbini uncia quatuor, frixae resinae, picis, cuiusque libra una, axungiae ueteris librae duae: liquato quae liquari ex his possunt, demum addito cetera ex aceto trita, ac uitor. Aliud. Fimi capilli sicci libras duas coctas in oxyrato, ut malagma imponito.

*Ad colicos.*

Cap. 19.

Anethum & cyminum in tribus olei uncijis coquito, & simul exhibeto. Aliud. Rutam coctam similiter

similiter in dicta olei mensura, adiecto resinae terebinthinae cochleario, praebeto.

*Ad eos qui refrigerati sunt.*

Anethino urere, cui additum sit triti castorei cochlearium.

*Ad inflammationes.*

Anethino utitor, cui admista sint casei non saliti duo cochlearia. Aliud. Additur similiter uel pinguedo anserina, uel cerni medulla.

*Ad dysentericos & coliacos, & primo ad dysentericos.*

Cap. 20.

In dysentericorum curatione, illud praememinisse fuerit, perquam opportunum, uidelicet optimum dysenteriae remedium cibi esse paucitatem. Necessum ad haec sunt ea, quae dysentericis in cibo dantur, quam licet leuia, ab omni aliena grauitate, & concoctu facilia. Porro decoctum malorum puniceorum integrorum, nec minus cotoneorum commode his tum ad forbendum propinatur, tum per clysterem iniicitur. Aliud. Plantaginem herbam cum oryza exacte decoctam da in cibo: quin huius ipsius succum adiecta pinguedine hircina commode subministrabis. Aliud. Myrti baccas uino incoquito, si quidem febre careant: sin aliter, aquae, ac immittito. Aliud. Cochlearum integrorum ustaru uncia una, cornu cerui usti uncia duae, uniantur succo plantaginis, exhibeatur ex hoc fabae magnitudine, febre carentibus cum uino, cum aqua uero febricitantibus.

*Ad coliacos & dysentericos.*

Baccarum myrti siccarum contusarumque rosarum aridarum, cuiusque uncia una, baccarum iuniperi decem numero, pirorum aridorum rosarumque tria & uiginti numero, ceratiorum, quas dulces siliquas dicunt, contusarumque uncia una, corticis pini uncia quatuor, propinato excreti ex his puluisculi cochlearium ex uino. Porro solidius illud crassiorumque partium pinguis palmulis coactum uentri imponito. Aliud. Potum leporis, tum hinnuli, tum etiam capreae coagulatum ex uino, nec non immisum cum oryza cremore iuuat.

*Ad diurnam dysenteriam.*

Chartae usae, calcis, cuiusque unciam unam uuae immaturae succo excipiens in pastillos conformato, ponderis diuersi, nempe modo unius, modo duarum, modo etiam trium unciarum, ut cuique erati apta sit ad inanum quantitas. Porro ubi usus postulabit, unum ex his uino austero dissolurum adiecto oryzae cremore, per clysterem iniice. Aliud. Cocti anserini oui putamen minutissime tritum dimidiatae drachmae quantitate ex uino propinato.

*De sedis uitijs, & de applicandis sedi medicamentis.*

Cap. 21.

Sedi diuersa accidunt uitia, ut sunt rhagades, i. rimae, condylomata, aliaque inflammationes. Apta autem his sunt tenera, mollia, omniq; uacantia mordicatione, inuncta medicamenta.

*Ad sedis ex ardore dolores.*

Ouiluteum ex uino albo tritum, & rosaceo cerato exceptum illine, emplastrumque modo utere. Conueniunt autem his *απλο*, id est mollia, teneraque dicta pharmaca, & *απλο*, id est mordicatione carentia, illita. Aliud. Recentem anseris adipem inungito, & emplastri in modum imponito. Vtile his etiam cataplasma ex pane mundo dissoluto cocto, in aqua & rosaceo, quod fuerit efficacius, additis ouorum luteis aliquot coctis. Aliud. Foenogracum elixum tritumque adiecto buryro ut cataplasma applicato. Aliud. Anserinum adipem inungito. Aliud. Rosarum uncia tres, coctorum ouorum lutea duo, trita ex uino albo, rosaceoque cerato excepta, illinuntur.

*Ad ani pruritus.*

Terram uocatam cimoliam tritam cum uino, ceratoque myrteo exceptam appone.

*Ad proidentem anum.*

Recrementi plumbi uncia una, rosarum siccarum uncia quatuor, accurate admodum trita, sicca inspergantur ano, eloto prius uino myrteo. Aliud. Cyclamini succum & melle aqua portione decoque in uase aereo, donec cerati habeat crassitudinem, & inunge.

*De renum & uesicae uitijs.*

Cap. 22.

Portio ad renum & uesicae affectus inflammationis participes, & exulcerationes.

Seminis lini uncia duae, amyli uncia una propinato ex aqua cochlearium.

*Ad uesicae ulcerationem, & urinae difficultatem.*

Pinei nucleis, & amygdala, singulorum numero uiginti, palmulae quindecim, tragacanthae uncia quatuor: datur ex his cum aqua.

*Ad renum obstructionem.*

Apj decoctum tribue in potui, febre carentibus ex condito, febricitantibus ex aqua. Aliud. decoctum cicerum, quae a similitudine *απλο*, i. arietina appellantur, cum condito, detur in potui.

*Ad calculosos.*

Lini semen exacte tritum, datur ad bibendum cum condito. Aliud. Seminis cucumeris domestici frixi uncia sex, seminis maluae uncia quinque, nucleorum pineorum frixorum uncia sex, seminis apij uncia octo, amygdalarum amarorum mundatorum uncia nouem, passo excipiuntur, cochlearij datur mensura, ut ante dictum est.

† Vide lib. de compositione medic. secundum locos. † Vide ibidem cap. de haemorrhoidibus. † Extractorij haemorrhoidis magis. † Vide lib. x. de compositione medic. secundum modum medicamentum Andromachi integrum, istius medicamenti compositionem.

Ad

Ad coxendicum pedibus & articularum dolorem.

Cap. 23.

Eiusdem inter se sunt generis omnes huiusmodi morbi, proinde eandem fere possulant curatio- nem, differentes solum efficientibus ipsos succis, quorum hi quidem calidi sunt, illi uero frigidi. Di- gnoscuntur autem, quod calidum succum comitentur rubedo, calor & si actumta fuerit inflammatio, ut hementes dolores: Contra frigidum, tumor albus, laxis, ac mollis. Porro utriusque curatio est, ut ca- lido frigida, frigido uero calida discutiantur, applicentur. Et si quidem magna fuerit efficientis mor- buum succi abundantia, hic uacante medicamento primo est educendus. Quod si corporis adsit ple- thora, principio secanda est uena, deinde repellendus cohibendusque influxus oxycrato, aut hoc etiam frigidioribus medicamentis aliis. At omnibus de his scriptum nobis abunde est, cum aliis in libris plu- rimis, tum maxime, in Glauco, duobus illis de arte curatiua ad remissis. Proinde uerbosius de his dis- currendum non est, hoc praesertim commentariolo, qui de rebus acquisitu facilibus tantummodo insti- tuitur nobis. Ceterum in coxendicum doloribus, reprimentibus medicamentis nunquam est uren- dum: cum enim in alio corpore sit iunctura huius situs, reprimentibus medicamentis succus a circum- stantibus uasis masculisq; deferretur ad ipsam iuncturam, grauius etiam discruciaturus: quapropter mi- tigantibus tantum lenientibusq; est remediis urendum. Neq; porro uehementer aut calidis, aut frigi- dis medicamentis in coxendicum est dolore agendum, quod ab his irriterur uetus quam curetur hu- morum fluxio. Admodum enim calida attrahunt magis quam uel discutunt uel diluunt: e diuerso frigida congelant coarctantq; quodammodo fluentes humores, discutitq; reddunt contumaces. Ce- terum coxendicum dolore affectos uomitus, quam alii deiectione lauat magis, quod humorum ad infe- riora defluxum retrahat. Prouocandus autem mirro uomitus, est ab accepto cibo. Postea uero ad cie- dum hunc, licet etiam utri bulbis uomitoriis, & raphano, id est radicali exhibentur autem in aqua cocti bulbi, ex oxymelite: radice uero concisa in tenues particulas, editur similiter ex oxymelite. Deinde ubi nunc a sumptis his longum satis tempus praeterierit, ad uomitum ducendi sunt: quo prouocato deinceps longo interposito tempore, lauandi sunt: deinde iterum tantisper est ipsis quiescendum, do- nec omnis oborta ex eo corporis turbatio conquiescit: demum renui sunt uictu reficiendi.

Ad podagra paroxysmum, id est, acerbationem.

Brassicæ foliis decoctis ac tritis addito aceti faciem aurea diuorum ouorum crudorum, ac rosacei pa- rum, quæ accuratius deinde mista in modum caraplasinatis tepida imponito, frequenter renouans. Aliud. Cataplasmati uulgari & usitato ex caricis elixo adiecta hyofcyami folia incoquito, ac nitico.

Ad feridas inflammationes.

Lenem palustrem ex aceto & rosaceo imponito. Aliud, Vini foliis expressum succum, & coctum cerato illine.

Ad excoedentes, & ueluti immensos ardores.

Lactuce folia exacte cum pane trita, applica, frequenter remutans. Aliud, Coriandrum uiride tri- tum cum polenta ut emplastrum admovento.

Ad laxas inflationes.

Salem ex oleo diligenter tritum succidaq; lana exceptum ut emplastrum impone.

Lectus commentarij huius initio de cholera dicto uirio, & mortiferis pharmacis, deq; serpentibus qui ictu morsue uenenum relinquunt, & sanguinis etiam fluxu, sit nonnihil dictum nobis, non fuerit tamen a ratione alienum paucis adhuc de his agere, licet ad alium locum hæc pertineant.

Ad sanguinis uariis fluxum.

Cap. 24.

Triticeam farinam porri succo macerata toruli linamento adfrica, persuentiq; nari inserito. Aliud. Torile linamentum aceto quam acerrimo madens ad lucernam comburito, & inananti nari inferre. Aliud. Alfini fimi, etiamnum calentis succum mistum cum æquali aceti portione, & tanta farine tri- ticæ, ut sordium habeant consistentiam, linamento adfricato, quod affecta nari imponito. Iuuant ad hæc tam pedibus quam manibus iniecta uincula, necnon refrigerare caput. Magnas præterea cucur- bitulas præcordiis adfigere, iecoris quidem, profluente dextra nare sanguine, sicuti sinistra siue lieni, affecta nare sinistra. Ceterum de sanguinis per os reiectione, dictum nobis antea est.

De fluxu sanguinis e uulnere.

Cap. 25.

Sanguinis e uulnere effluxum curant myrrha & thus, trita, & ex oui aquato pro uulnere ratione im- posita. Aliud. Vstæ ranæ cinerem uulnere inspargito. Superponenda porro his spongia ex oxycrato, & frequenter siccitatis ratione mutanda. Aliud. Recentem ac calidum adhuc fimum asininum cata- plasmatum modo superdato: & quod si aridus fuerit, dissolue panxillo aceto.

Ad choleram ditum affectum.

Cap. 26.

Si sine febre, aliq; uacuatione eueniat, da bucellam panis ex uino misto, daq; potu frigidam, & cu- curbitulas magnas medio adfige uentri. Quod si is, qui affigitur quadrato sit habitu, in frigidum indu- cito lauetur, in quo diutius permaneat. Porro cibus conuenit adstringentis facultatis, ut sunt ex au- tumnalibus fructibus poma tam cotoneæ quam punica.

De pharmacis mortiferis.

Cap. 27.

De letalibus medicamentis, neq; indistinctus hic agere tutum satis est, neq; parui laboris de omni- bus

Abus singularem, deq; sequentium ad hæc symptomatum siue accidentium curatione: ne interim referā adiunctam huic rei male faciendi occasionem, praesertim iis, quibus male facere uolupte est. Proinde ea hic tantum tradam, quæ in communi fere creduntur conferre iis, quos letalia eiusmodi medicamen- ta deuorasse contigerit. Principio igitur iubendum, ut hi tales confestim uomant, epero prius hydre- læo, id est, missis aqua & oleo, & plurimo & frequenter. Deinde uariis diuersisq; sunt cibandi ferculis, a quibus non ira multo post rursus uomant iubeto. Sic enim aut simul reicietur mortiferum medica- mentum, aut saltem infringetur ipsius uirtus. Quod si post hæc uentriculus uideatur a uomitu ueluti aduri, hydrorhodynon, id est, aquam rosaceo oleo mistam porui offerto, dehinc uomant rursus iubeto. Quod si usus postulare uidebitur, dabis theriacen ex uino, aut iuniperi baccas numero nouem, & ruræ trita uiginti folia, aut herbæ chamapityos. A somno in totum abstineat præcipito, extremarumq; par- tiùm utitor frictione. Quod si malum uidebitur tibi aliis in uentrem nunc descendisse, quod ex mor- dicatione irritationeq; inferioris uentris cognosces, instandum acrioribus clysteribus, cuius generis sunt qui ex melle copiosiori, & aphronitro constant, aut alio quouis cui irritandi uentris sit facultas. At strangulationi a deuoratis lingis medetur nardus, ex oxymelite pota. Idem potest gallinarum do- mesticarum fimum, ex oxymelite. Ceterum suffocationi ex concreto in uentriculo lacte, auxiliatur potum cum uino coagulatum.

GALENI LIBER DE SVBSTI- TVTIS MEDICINIS.

Iul. Martiano Rota Interprete.



DE SVBSTITVTIS medicinis cum & Dioscoridem, & Philosphonem, & Euri- phontem quædam scripsisse constat, age nos quoq; pauca de his tradere nõ recusemus. Substitutis medicinas appello, quæ in alterius locum subrogati queunt. Has medico notas esse multum opis affert, si tamen operando uelit artem exercere, nec reciduas aut contemnendas curationes efficere. Euenit enim plerumque ut ea medici desiderent, quæ ad salutem alicuius plurimum conferre iudicauerit, & his utantur quæ proposito minus conueniunt, nec eas- dem quibus illa uires obtineant. Atqui par fuit ipsos, ne in tales angustias de- uenerent, simplicium medicinarum notitiam didicisse, quod si nec eam adepti fuerint, nec quæ mox subiungemus animaduertent, merito in curandis agris aberrabunt. Tibi uero Diogeniane ueritatis amator, ac simplicium medicinarum uirtutes ediscere cupienti, quibusdam ex- plicatis propositam materiam aggrediar: erit autem uerus, quem tecum in eo sermonem, modo reuo- ces in memoriam id, quod mihi contigit in Alexandria: tibi enim cum essemus, ecce mulier tam graui morbo periclitabatur, ut moritura uideretur, morbi conditionem explicare, cū nihil interfit, nunc opus non est. Hinc opem allaturus lysimachiam herbam cum quaesiuissimam, nec repperissimam, nisi statim Aegy- ptiae spinae semine lysimachiae loco usus essem, periisset mulier, quæ illo propere dato, suppresso sangui- ne, mox conualuit. Hoc factum postidie medici plerique accedentes cum mirarentur, interrogarunt me, quid moriturae foeminae pro lysimachia exhibuissim, quibus ego, Aegyptiae spinae semen cum re- spondissem, idq; in compluribus fieri posse dixissem, non destiterunt mecum precibus agere, quoad medicinas, quæ in aliarum locum substitui possunt, unum in opus conferre promitterem. Sic itaque li- bellum hunc de substitutis medicinis composui, in quibus recensendis quo magis expeditum usum ha- berent, seriem literarum seruaui, principiumq; ab earum prima sumpsi.

pro

A	pro		
Abrotono	Origanum	Ammi	Anifus
Absinthio	Abrotonum	Ammoniaco suffitu	Propolis
Acacia	Succus lentis	Amomo	Acorus
Aconito	Iridis agrestis radix	Amylo	Cyris sicca
Acoro	Radix asari	Amygdalis amaris	Absinthium
Amianto	Aphroselinum lapis	Anchusa	Hyacinthus
Agallocho	Calamus odoratus	Aniso	Daucus
Agarico	Euphorbium aut epith.	Arace	Sesamum
Alga	Anchusa	Aristolochia ro.	Aristolochia longa
Aloe indica	Aloes uiridis folia, lyci- ci, glaucii, cetaurii.	Argemone	Silybrium, seriphium
	Fimus ibis	Armenio lapide	Atramentum indicum
	Sal fossilis	Asbesto. i. calce uiua	Adarce
		Asthalatho	Erices fructus aut uiri- cis semen
			Aphodelo



pro Asphodelo  
 Afuro  
 Afio lapide  
 Auripigmento  
 Balsamo  
 Balsami succo  
 Balauftio  
 Bdellio  
 Bitumine  
 Brutia pice  
 Buccina  
 Buprestii  
 Butyro  
 Cadmia  
 Calamo odorato  
 Canchri  
 Cantharidibus  
 Capparis radice  
 Cardamomo  
 Cassia  
 Castorio  
 Cedria  
 Ceraunio  
 Cernina adipe  
 Cera  
 Cerui cornu  
 Cerussa  
 Chalbane  
 Chamædy  
 Chamæmelo  
 Cicuta  
 Cinerula cypria  
 Cinqabari  
 Cinnamoma  
 Clinopodio  
 Cnico  
 Colocynthide  
 Colophonitæ pice  
 Corallio  
 Costo  
 Coryledone  
 Crinanthemo  
 Croco  
 Crocomagma  
 Crocomagmate  
 Crocodili adipe  
 Camino  
 Cynosbato  
 Cyperi

Succus betæ  
 Zingiber  
 Sai armoniacus tostus  
 Sandaracha  
 Radix albæ uiolæ  
 Myrti succus  
 Malicorium  
 Sphagnus odoratus  
 Pix brutia uel liquida  
 Pix in aceto feruefacta  
 Ostreum  
 Vermes panarij  
 Lac bubulum cōcretū  
 Leucographis ægyp.  
 Sphagnus  
 Lauri baccæ, pyrethri  
 Phalangia  
 Ericis radix aut my-  
 rice  
 Fructus myrti, uel xy-  
 localpafum, uel cype-  
 ris ammoniac  
 Cinnamomi quifquiliæ  
 Vermis panarij uiscera  
 Ladanum  
 Leucographis  
 Anferis adeps  
 Faba frefa cum propoli  
 cocta & trita  
 Caprinum  
 Scorïa plumbi, plum-  
 bum uftum  
 Sagapenum  
 Iapathu filueftri radice  
 Anthemis  
 Semen coriandri  
 Cini foliorum oliuæ  
 Rosei pastilli  
 Caffæ duplum aut fabi-  
 næ, uel rutæ fylueftri  
 duplum triplumue, &  
 melius facit cinnamo-  
 mo: nel thuris corticis  
 tantundem, aut cype-  
 ros artici  
 Heliotropium  
 Viticis fermen  
 Ricini fermen  
 Pix nauibus abrafa  
 Moly aut symphitum  
 Cedri fructus, heleni  
 Anagallis  
 Aphroditas  
 Crocomagma  
 Agallochus indica  
 Canis marini adeps  
 Brafficæ fermen  
 Solani uel icariæ fermen  
 Iuniperus magna

pro Cyphi  
 D  
 Damafonio  
 Danci femine  
 Dictamo  
 Diphryge  
 Dorycnio  
 Dracontio  
 Ebena  
 Ebifei radice  
 Elaterij succo  
 Elleboro nigro  
 Enneaphyllo  
 Epithymo  
 Equifeto  
 Ericis fructu  
 Erinij folijs. i. caprifici  
 Erucæ femine  
 Erucis pini  
 Erugine  
 Eryfino  
 Euphorbio  
 Eupatorio  
 Faba frefa  
 Felle cameli  
 Felle mustelæ  
 Felle hyenæ  
 Felle timæ  
 Felle uiperæ  
 Filice  
 Foenu græco  
 Flore æris  
 Folio  
 Galla  
 Gentianæ radice  
 Glycyrrhizæ succo  
 Hederae succo  
 Hedychroo  
 Heliotropiæ fem.  
 Hyacintho  
 Hyenæ adipe  
 Hyofcyamo  
 Hippuri  
 Hyperico  
 Hypocystide  
 Hyffopo

Catica combufta  
 Carpesium aut nepita  
 Sij fermen  
 Saluia uel pulegium  
 Phrygius lapis, mify v-  
 ftum, uel çs uftum aut  
 lapis pyrites  
 Aiterci fermen  
 Aron  
 Loti arboris lignum  
 Folia mori uel radice  
 papyri  
 Eiusdem herbe succus,  
 aut porrificus uel succus  
 Papyri radice aut fru-  
 ctu  
 Potamogiton  
 Colocynthidis fermen  
 Chamapitys  
 Galla immatura  
 Stercus ibis, uel mori  
 folium  
 Eryfini fermen  
 Vefpæ cum cedria  
 Arramentū metallicum  
 Struchij succus  
 Stercus palumborum  
 Chamapitys  
 Struthium  
 Fel ascalaboti  
 Fel cameli  
 Fel perdicis  
 Fel cameli  
 Fel ichneumonis  
 Cneori fermen  
 Maluæ fermen  
 Squamma eris  
 Nardi fpecie, uel iris il-  
 lyrica  
 Fructus myricæ  
 Radix apij odorati, id  
 autem est petrofelini,  
 aut rhedon. i. heleni  
 Mori succus  
 Perfæe succus  
 Amaracinum  
 Semen rapæ  
 Flos ifatidis  
 Vulpis adeps, aut anfe-  
 ris  
 Solani uel icariæ fermen  
 Aiuga  
 Anechi fermen  
 Acacia  
 Thymum

Iri

pro Iri illyrica  
 Iuniperi baccis  
 Iunco odorato  
 Iunco paluſtri  
 Ladano  
 Lapatu radice  
 Lapide phrygia  
 Lapide afio  
 Lapide pyrite  
 Lauri baccis  
 Lathyridis fem.  
 Lemno figillo  
 Lentifco  
 Lepidio  
 Lepidij radice  
 Lepore marino  
 Leucini flore  
 Lini femine  
 Loti femine  
 Lupi adipe  
 Lygultico  
 Lylimachio  
 Magnete  
 Malabathro  
 Malo cydonio  
 Malua  
 Mandragora  
 Manna  
 Mafliche  
 Medulla cerui  
 Meliloto  
 Melle  
 Melle attico crudo  
 Menta  
 Mæo  
 Myrrinice  
 Molybdena  
 Mori succo  
 Myrobalano  
 Myrrha troglody.  
 Myrti oleo  
 Mify cyprio  
 Mify toſto  
 Nardo indica  
 Nardo ſyriaca  
 Napyos femi.  
 Nepita  
 Nucleis pineis  
 Nuce pinea  
 Ochra  
 Ocynto  
 Ocyntoide  
 Oenanthe

de ſubſtitutis medicinis.

I Helenum odorati  
 Cypenus  
 Cardamomum  
 Polygoni radice  
 L  
 Sampſuchus  
 Radix cynaræ  
 Lapis argyntes  
 Gagates lapis  
 Lapis ignitumus  
 Serpillum aridum  
 Granum cnidium  
 \* Sandaracha  
 Terebinthus  
 Rubia  
 Folia capparit  
 Lepus fluuialis; aut con-  
 cha  
 Struthium  
 Fabæ medulla  
 Betæ fermen  
 Vri adeps  
 Paſtinacæ fermen  
 Spinæ ægyptiæ fermen  
 M  
 Hamathites lapis  
 Nardus indica  
 Melilorum  
 Fœnumgræcum  
 Dorycnium  
 Thuris cortex  
 Lentifci caulis  
 Vituli medulla  
 Sylueſtris lorus herba  
 Sapa  
 Melle deſpumatum  
 Calamentum  
 Myrobalanus  
 Succus mori  
 Lithargyrium  
 Rubi folia  
 Glacium aut penci-  
 num  
 Calamus odoratus  
 Lentifci oleum, aut me-  
 linum, aut mori ſuc-  
 cus  
 Ochra cypria  
 Diphryges  
 N  
 Nardus ceteica  
 Iuncus odoratus  
 Rapæ fermen  
 Agreſtis menta  
 Cucumeris fermen  
 Galla  
 O  
 Mify cyprium  
 Symbrium  
 Menta agreſtis  
 Omphacium ſiccum

pro Oefypo  
 Oleo cicino  
 Oleo uetere  
 Oleo ſuſino  
 Oleo picino  
 Oliuæ lachryma  
 Oliuæ ethio. lachryma  
 Omphacio  
 Omphacio  
 Onocardio  
 Opobalfamo  
 Opopanacæ  
 Oryza  
 Ormino  
 Ornithogalo  
 Ostreo  
 Peucedano  
 Panacis radice uncia  
 Papyri radice  
 Perficæ folijs  
 Pice liquida  
 Phu  
 Pipere  
 Pipere albo  
 Potamogitone  
 Polygoni succo  
 Polij femine  
 Polypodio  
 Polytricho  
 Pompholyge  
 Populi gemmis  
 Propoli  
 Pſyllio  
 Pulegio  
 Pumice  
 Pyrethro  
 Radice cynaræ  
 Rheo  
 Rapa  
 Raphanino oleo  
 Refina pini  
 Ricino  
 Roſeis paſtillis  
 Roſis ſiccis  
 Rhu ſyriaco  
 Rubo canino  
 Ruta ſilueſtri  
 Rhu coquinario  
 Rubigine  
 Sagapeno  
 Saluia  
 Salamandra  
 Saliſ flore  
 Sale ammoniaco  
 Sambuco

Vituli medulla  
 Laurinum, aut uetus o-  
 leum  
 Feruefactum duplum  
 Fœnumgræcum  
 Pix liquida  
 Hypocystidis ſuccus  
 Acaciæ duplum  
 Galla immatura  
 Succus thi opſonio-  
 rum  
 Pſyche herba  
 Gutta myrrhæ  
 Lac ſycamini  
 Farina hordei  
 Lini fermen  
 Anthyllis  
 Buccina  
 Succus glycyrrhizæ  
 Succipars octaua  
 Elleborus albus  
 Roſe folia  
 Succus panacis  
 Sphagnos  
 Zingiber  
 Nigri duplum  
 Serpillus  
 Ericæ fermen  
 Erucæ fermen  
 Chamæleonis radice  
 Abſinthium  
 Cadmia uſta  
 Sampſuchus  
 Ladanum  
 Lens paluſtris  
 Hyffopum  
 Terra cretica  
 Zingiber  
 R  
 Bulbus aſphodeli  
 Centaurium  
 Heliotropium  
 Ricini oleum  
 Terebinthi  
 Paleſtræ ſordes  
 Sinopis  
 Perſæe folia ſicca  
 Oxyacanthæ fructus  
 Semen uel icariæ  
 Domestica duplum  
 Sampſuchus  
 Squamina ferri  
 S  
 Refina pinus ſicca, uel  
 chalbane  
 Calamentum  
 Lacerta uiridis  
 Sandaracha  
 Sal cappadocius  
 Spinæ uiridis folia  
 Sampſucho

# Gal. de substi. medic.

pro Samplicho	Rhus coquinarium	pro Succo salicis	Hederae nigrae succus
Santonico	Abrororum	Succo gallae	Succus mori
Satyrio	Erucae semen	Succo panacis	Lac lycamini
Scammonio	Ricini semen, uel lathyridis aut colocyntidis	Succo perlicis	Hedera
Scinco	Sarycium	Succo syriaco	Mori succus
Scylla	Bulbus, qui edendo est	Succo polygoni	Succus plantaginis
Scoria plumbi	Plumbum productum	Sulphure uuluo	Sandaracha
Scoria cypria	Melantheria aegyptia	Symphito	Centaurium
Semperuino	Lactuca	Sori	Diphryges, aut melan- teria
Septicrussa	Pumex		
Serapide	Radix peoniae	Tragacantha	T
Serpillo	Fontinalis herba	Terra cretica	Gummi
Sesamo	Lini semen	Terra megarica	Terra eretria
Sesamoide	Amaranthi expressio	Terra samia	Salis spuma
Sinapi	Nasturcium		Leucographis aegy- ptia
Sio	Radix asparagi, uel lygustici	Terra eretria	Calx thebaica
Sifone	Anisus	Terra alana	Plumbago
Sinnone syriaco	Petroselinum macedo- nicum	Terra aseri	Cimolia
Sisymbrio	Ocymum	Terebinthia	Mastiche
Solano uescaria	Semen hortensis solani	Teucro	Chamaedrys
Spodio	Pompholix	Thapsia succo	Chamaeleonis nigri suc- cus
Sphagno	Iuncus odoratus	Thapsia	Nasturtium, uel erucæ semen
Spinæ albae femine	Acanthi semen	Thymo	Satureia
Spondyljo	Cinis foliorum oliuæ	Tithymallo	Chamaeleon
Stoechade	Chamaedrys	Thure	Ampelitis terra
Stercore uulturis	Columbi stercus	Thuis cortice	Manna thuris
Stercore turturis	Stercus columbi		Chamaeleuce
Stercore felis	Ichneumonis stercus	Verbenaca	Flos radicular
Stercore lupi	Canum fauus	Viola	Vinum austerum
Stibio	Aeris squamma	Vino rhodio	Vinum mendesium
Styrace	Castorium	Vino faletno	Chamaeleonis niscum
Setuthij radice	Ellebori nigri radix	Vifco quercus	Porcinus uetus
Succo chamaeleonis	Salicis succus	Viruli adipe	Vitidis semen
Succo ficus	Succus mori	Vrricæ sem.	Vifinus adeps
Succo mori	Succus hederæ	Vulpis adipe	Pulpa dactylorum
Succo pencino	Dulcis radix	Vua domestica	
Succo thebaico	Succus papaueris	Xylocalpaso	X
Succo balsami	Succus carpobalsami	Xylobalsamo	Cinnamomum
Succo calpasi	Succus myrti		Radix uiolarum albarū aut lygustici
Succo cyrenaeo	Syriacus succus		Z
Succo peucedani	Glycyrrhizæ succus	Zingibere	Pyrethrum.
Succo rhododaphines	Vifcum quercus		
Succo papaueris	Mandragoræ succus		

FINIS QUINTAE CLASSIS.

REGISTRVM.  
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.  
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones, præter Kk, quinternionem.

V E N E T I I S,  
Apud Vincentium Valgrifium.  
M D L X I I.

